M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

LIBRI TRES.

M. TULLII CICERONIS
DE OFFICIIS
LIBRI TRES.

AD
SOLAM PRISCORUM EXEMPLARIUM FIDEM
RECENSUIT
ADIECTISQUE
IO. MICHAELIS HEUSINGERI
ET
SUIS ADNOTATIONIBUS
EXPLICATIORES
EDITURUS ERAT
IACOBUS FRIDERICUS HEUSINGER.

EDITIONEM A CONR. HEUSINGERO, IAC. FR. FILIO, CURATAM
REPETIVIT
SUISQUE ANIMADVERSIONIBUS
AUXIT
CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS.

BRUNSVIGAE,
APUD FR. VIEWEG ET FILIUM.

1838.

CAR. TIMOTH. ZUMPTIUS LECTORIBUS SALUTEM.

Ciceronis OFFICIORUM editio Heusingeriana communi hominum doctorum opinione inter praestantissimas Latinorum scriptorum editiones censetur. Eam laudem maxime meruit, quod ad eam adornandam utriusque Heusingeri studia concurrerunt, quorum maior, Ioannes Michaël, interpretandi arte, minor, Iacobus Fridericus, subsidiorum criticorum copia et usu excelluit. Atque illum maiorem, ante hos ipsos centum annos rectorem gymnasii Isenacensis, semper ego inter principes doctrinae grammaticae auctores Germanos habui, eumque aequalibus suis Gesnero et Ernestio fortasse ingenio variaque eruditione, sed nequaquam accurata linguae Latinae cognitione cessisse puto. Eius librum Observationum et notas ad Nepotis vitas et hosce Ciceronis de officiis libros scriptas non solum adolescentem me maxima cum delectatione legisse memini, sed etiam matura aetate quotiens in eas incido, rectum viri iudicium et elegantem interpretandi simplicitatem admiror. Habet enim in interpretando hoc praecipuum, quod et acute invenit in quo possis

haerere; et inventam difficultatem breviter ac dilucide explanat, nullis ambagibus impeditus, nulla verborum inanitate implicatus, sed tamen nusquam ita festinans, ut non grammaticum se esse reminiscatur dataque occasione proprietatem sermonis illustret. Ac si qui forte eius notas parum a doctrina commendabiles existiment, periti facile intelligunt parsimoniam eam a iudicio, non ab inopia proficisci, et ipsam illam, quae facillima videatur, difficillimam esse perspicuitatem. Unum est in quo maioris Heusingeri opera manca existimari debet. Nam textus emendationem attigit ille quidem, sed quod bonis codicibus manu scriptis caruit, non perfecit. Ad hanc maxime partem explendam accessit illius fratris filius, Iac. Frid. Heusingerus. Qui Guelferbyti constitutus, cuius civitatis scholam regebat, quinque codices mss. celeberrimae bibliothecae ducalis et plurimas editiones vetustas diligenter contulit, varias scripturas enotavit et diiudicavit, eaque ratione textum scriptoris ad certiora quam antea fundamenta revocavit. Res nova erat ea aetate in Germania: nam qui antea codicum manu scriptorum praesidia ad emendationem textus contulerant, non omnem scripturae varietatem proposuerant, sed eam fere qua ipsi essent usi: certe in nulla parte Ciceronis facta erat. Itaque non mirum est Heusingerianam editionem, quam, mortuo patre, Iacobi Friderici filius, Conradus Heusingerus, anno 1783 in publicum emisit, omnium plausu exceptam esse, nec diu est, cum Fr. Aug. Wolfius testabatur, textum Ciceronis in una hac Officiorum editione ita constitutum esse, ut eo acquiescere possent critici. Id etsi non usquequaque verum esse praesens aetas intelligit, fa-

tendum tamen est, quae editiones Officiorum Heusingerianam subsecutae sunt, earum nullam ita esse comparatam, ut Heusingeriana carere aut possis aut velis. Nam Gernhardiana quidem in sola fere critica ratione versatur, nec eam ipsam partem novis subsidiis destituta absolvit: Beieriana autem cum omnes partes interpretationis complectatur, sacco serens vera falsis, utilia inutilibus ita permiscet, ut ab ea quasi coena dubia libenter ad sobriam Heusingerorum disciplinam refugias.

Quae cum ita sint, equidem cum divenditis Heusingerianae editionis exemplaribus, redemptor librarius ex me quaereret ecquid operae pretium putarem, si typis liber repeteretur, non potui non auctor esse illi ut faceret, simulque non dubitavi operam qualemcunque meam addicere roganti. Ea autem posita in hoc erat, primum ut Heusingerianam editionem accurate repetendam curarem, deinde ut quod necesse esset correctionum et supplementorum adiicerem. De illo non opus est pluribus dicam. Heusingerorum opus fideliter repraesento, servata etiam, quae facile corrigi poterat, interpunctione et ὀρθογραφίᾳ et annorum ab urbe condita numerandorum ratione, quae cum nec Varroniana nec Catoniana sit, sed ex fastis Capitolinis derivata, numeri ut cum Varronianis concordent, unione augendi sunt: verum ego ubique complementi causa annos ante Christum natum adieci, qui non variant.

Additamentorum duplex genus est, unum, in quo dissensum meum, adiecta breviter causa, notavi, sicubi quid mihi minus recte ab Heusingeris explicatum aut disputatum videbatur: alterum, in quo veterum librorum ab aliis col-

latorum scripturas partim ad confirmandam partim ad corrigendam crisin duumvirum illorum attuli. Nam postea quam Heusingerorum opera Vinariensis, Gothanus, Guelferbytani codices collati et ad emendandum textum scriptoris adhibiti sunt, alii complures libri mss. explorati sunt, tres Oxonienses, quorum quidem unus integer Balliolensis, qui littera ψ in editione Clarendoniana Oxon. 1783 (et in edit. Gernhardiana Lips. 1811) notatur, iam a Cockmano adhibitus fuit, unus Erfurtensis (nunc Berolinensis) mutilus ab Eduardo Wundero V. cl. collatus, itemque unus Basileensis et quinque Bernenses libri, quorum variantes scripturae excerptae in praestantissima operum Tullianorum editione Orelliana leguntur. Novis hisce subsidiis inventis ac prolatis critica textus Ciceroniani tractatio non parum adiuta est. Primum enim gradus et quasi successiones corruptionis manifestius tenentur, quam ad rem praeter ceteros Bernensis a et b utiles sunt, a quibus libris et similibus eorum Guelferbytanis 2 et 1 ordo fere incipit, per quem ad recentissimos quosque vulgatae lectionis parentes devenitur. Ut uno et altero exemplo commonstrem quod dico: lib. III. c. 2, 14 editur nunc quidem *qui Coae Veneris eam partem* cet. ad sensum et grammaticam satis recte, sed verum esse *qui in Coa Venere* cet. intelliges ex pleniore varietate scripturae. Nam Guelf. 1 et Bern. c habent *qui in choa venere*, a qua scriptura parum discedit Bern. a *qui inchoavere:* mendose Bern. b *qui incho veneris:* reliqui corrigunt, partim modestius *qui Choae Veneris*, aut, omisso verbo dubio, *qui Veneris* exhibentes, partim audacius *qui inchoata Venere*, aut *qui Ico-*

niae Veneris, aut *qui in templo Choae Veneris* scribentes. Item lib. I. c. 4, 4 recte legitur in Bern. a et b, Guelf. 1 et 2 et paucis aliis *ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit*, sed reliqui Guelferbytani et Bernenses d e et Basileensis in verbo insolito haerentes alius aliter corrigunt, *et celebrari inter se et sibi obedire* (*obediri*) *velit* (*velint*).

Hoc igitur unum genus est variantium lectionum, immensum et multiplex; neque enim certam et constantem regulam postulabis in eo, quod nimis saepe casu regitur. Ex eo ad commentarios Heusingerianos locupletandos delegi ea, quae mihi quidem memorabilia esse et aliquem fructum habere videbantur. Nam repetere omnia librariorum ludibria hominis esset et suo et aliorum otio abutentis: satis est in plerisque si semel accurate descripta sunt, atque ipsi Heusingerorum commentarii nimis pleni sunt talium palearum, quas equidem libenter, si reformare opus licuisset, in appendicem quandam coniecissem, ubi tuto servarentur, si quis forte iis uti vellet.

Alterum genus novarum lectionum imprimis est memorabile. Est enim inter eos libros, quos Orellius adhibuit, unus *Bernensis c* ex altera codicum familia, quae dicitur. Nam cum reliqui libri ita inter se dissentiant, ut similitudinem vitiorum per gradus quosdam persequi atque ab uno ad alterum devenire possis, certi sunt alii, qui a continua illa similitudine desciscentes propriis lectionibus suis quasi ab integro oriuntur. Tales adhuc innotuerunt codex olim Augustanus, quo Wolfgangus Anemoecius usus est, unus Caroli Langii, Palatinus prior apud Gruterum,

Graevianus item prior, qui appellatur, apud Graevium. Ad eandem classem pertinet Bernensis c, ita ut eius auctoritas plerumque accedat ad similes illos, aut omnes, aut aliquos *): neque enim omnes ubique accurate collati sunt. Sed est etiam ubi solus incedat et ab similitudine illorum desciscat. Quod cum fit, plerumque suspicari licet veteres editores in conferendis codicibus suis negligentiores fuisse, quamquam paucis quibusdam locis fortasse etiam in recenti collatione aliquid omissum est, (quod non exprobrandi causa dico, ipse expertus quam lubrica res sit,) veluti admiramur libro I. c. 33, 8, ubi Palatinus et Graevianus *dissuere* habent, in Bernensi c esse *diluere*, et eodem cap. extr. in illis esse *impium*, in Bernensi c *vitium*, et lib. II. c. 3, 3 *verbo* abesse a codice Anemoecii et Palatino et Graeviano, inveniri autem in Bernensi. Fatendum etiam est eum librarium, qui Bernensem c scripserit, interdum minus attentum fuisse, aut aliquid sibi suo Marte agendum sumpsisse. Exempla ut afferam, ex illo genere videtur esse quod omittit lib. I. c. 15, 9 verba *vel morbo in omnes*, cap. 41, 8 *et non facienda*, lib. II. c. 17, 7 *quodam modo*, item quod lib. I. c. 10 in. *negare* habet pro *migrare*, cap. 35, 6 *moribus* pro *nominibus*, lib. II. c. 12, 10 *ficta autem* pro *ficta omnia*, lib. III. c. 8, 7 *impurum* pro *impium*, et quod libro III. c. 27, 6 inter *tum* et *cum* interponit *inquam:* ex altero genere, quod

*) Ex hoc genere in supplementis addendum est quod Bern. c cum Anemoecii codice consentit I, 31, 12 *si non optime at non indecore*, II, 19 extr. *videbitur*, II, 22, 2 *tantam — pecuniam* et quod III, 4, 14 item male *disputandi* addit.

libro I. c. 11 in. addit *faciat*, cap. 19, 9 *utcunque* pro *vi* (quod mendose scriptum videtur fuisse *ut*) inepta correctione efficit, cap. 35 in. pro *satis erit* facit *facilius erit;* lib. II. c 2, 13 pro eo, quod in reliquis est, *alia contra*, explet *alia improbabilia;* cap. I, 3 pro eo, quod verum omnium iudicio videtur, *igni spectatum* habet *igni probatum;* lib. III. c. 2, 6 *labor est potior* pro *labor est potius*, cap 17, 10 *bonis anteponit* pro *bonis ponit ante.* Verum Bernensis c, quamvis nec mendis nec falsis correctionibus prorsus careat, tamen emendandi textus Ciceroniani fons est uberrimus, siquidem eius testimonio, sive cum accedit ad ceterorum eiusdem classis auctoritatem, sive cum ipsum per se fidem meretur, plurimis locis omissa ab reliquis verba restitui aut vetusta menda tolli possunt.

Haec igitur altera fuit locupletandae et corrigendae editionis Heusingerianae ratio, quae annotandis et diiudicandis Bernensis c lectionibus continetur. Qua in re doleo factum esse aliquot locis, ut eius libri, ubi a reliqua familia sua discedit, singulares lectiones excerpere omiserim. Eas hoc loco addere malo quam silere: lib. I. c. 2, 2 pro vulg. *disputata* non deterius Bern. c habet *tractata;* I, 9, 3 pro eo quod est *in alterum incidunt*, habet *in altero delinquunt*, qua scriptura recepta omnis loci difficultas tollitur; I, 18, 3 in eodem legitur *ex quo quantum debeatur unicuique intelligatur* aeque recte quam quod vulgo editur; I, 34, 3 *rebus* est pro vulg. *officiis*, nullo discrimine; lib. II. c 4, 6 legitur *nisi tam multa nobis artes ministrarent quibus exculta* cet. pro eo,

quod non minus recte editur ex reliquis, *nisi tam multae nobis artes mini trarent quibus rebus exculta* cet. II, 12, 2 *constituta* est paulo accuratius vulgato *constituenda;* II, 24, 5 plenius legitur *quae cogitarat cum ipsius intererat, tum ea perfecit,* quae verba interiecta a reliquis libris omnibus absunt, nec tamen displicent; lib. III. c. 3 extr. recte pro *unaquaque* est *quaque.*

Quae cum ita sint, inventis duabus codicum familiis, (nam tertiam quandam recentissimam ex utraque mixtam Bern. d et e, Guelf. 4 et 5 praetermitto,) apparet criticam horum librorum tractationem in eo maxime versari, ut utra sequenda familia sit constituatur, vel potius, cum sequendam in maximis rebus esse alteram iam usu constitutum sit, quatenus Bernensis c, quem unum ex ea familia librum accurate novimus, sequendus sit. Et Orellius quidem, cui primo contigit ut illo bono insperato uteretur, tam caute versatus est in ea re, ut saepenumero iusto timidior in recipiendis novis lectionibus fuisse videatur, sed quas recepit, eas non puto facile de loco suo rursum deturbatum iri. Verum post eum extitit V. d. Rudolphus Stürenburgius, qui, edita Lipsiae anno 1834 nova textus recensione, totum Bernensem c, exceptis aliquot locis non ita multis, quos ipse indicavit in praefatione pag. XXXIX, in ordinem quasi sibi recipiendum putaret. Atque inter ea, quae reprobavit, nonnulla sunt, quae pro reliquo instituto aliquis non iure exclusa existimet. Mihi quidem in hac Heusingeriana editione repetenda non utique id iniunctum erat, ut novam ipse recensionem conficerem. Veruntamen vel sic factum est ut annotatione mea fundamentum novae

recensionis iacerem, atque in minore editione scholarum in usum comparata verba Ciceronis ita dedi, quemadmodum ex coniunctis veteribus novisque copiis textum tuto posse constitui putabam. Qua in re sicut paulo plus novasse videbor quam Orellius, ita Stürenburgio longe me inferiore m esseaudacia confiteor. Eum ego hoc loco non reprehendo quod paene totum se Bernensi c dedidit: quamquam in eo sine dubio paulo cupidius egit, quod etiam ordinem verborum, qua in re negligentior mihi quidem Bernensis c videtur, ex uno illo libro constituit. Persuaserat enim sibi (vide praefationem pag. XXII.) eam familiam, ex qua Bernensis c sit, ex codice accuratissime descripto fluxisse, alteram e libro negligenter et raptim exarato: cum ego sic potius discrimen familiarum explicare velim, ut duos fuisse libros putem, unum qualis a librario scriptus fuerit, alterum ab emendatore vetere correctum; ex illo fluxisse vulgares, ex hoc pauciores eos, qui manum emendatricem sive secundam, quam ex antiquissimis codicibus novimus, repraesentent. Quod si probaveris, sequitur non solum ut dubitare nonnumquam liceat, num recte secunda manus emendarit, sed etiam, si emendationum quidem istarum maximam partem agnoscas, ut ordinem tamen verborum in libris illis mendose fidelibus verum, in alteris negligentia recentiorum corruptum putes. Sed de hac quidem re fortasse varie iudicari potest. Illud vero in Stürenburgio probare nullo modo possum, quod coniecturis et verborum sententiarumque extirpationibus adeo in Ciceronem eum, qui nobis vetustate traditus est, grassatur, ut non intelligam, cur tantopere de fide Bernensis c ac similium libro-

rum pugnet, si eos una cum reliquis condemnationis lege comprehendere voluit. Itaque centum fere eius corrrectiones contra libros factas totidemque ἀθετήσεις consulto in supplementis notarum Heusingerianarum omisi: nam cum rationes, cur quidque fecerit, non exposuerit, et indicem locorum a se correctorum ipse in praefatione exhibuerit, ἀμύητος in alienam possessionem involare nolui.

Scribebam Berolini prid. Cal. Maias 1838.

CONRADI HEUSINGERI PRAEFATIO.

Quam ante hos triginta et quatuor annos *Io. Michaël Heusinger,* patruus meus maior, pollicitus erat, novam Ciceroniani operis DE OFFICIIS editionem (cuius ille *Specimen eruditorum iudicio tradidit,* publice propositum *Isenaci* a. 1749.) eamdem, secuta intra biennium auctoris morte interruptam, pater meus, *Iacobus Fridericus,* ab anno inde circiter 1754. sibi curandam sumsit. Is patrui sui commentarios denuo excutere, corrigere, supplere non contentus, velut re integra operi se accinxit; codices, quos ipsi Wolfenbuttelana bibliotheca largius, quam Vinariensis et Gothana patruo, suppeditabat, sanandis Tulliani ingenii praestantioribus monumentis adhibuit plures; quantumque muneri temporis ac negotiis supererat, id fere omne in Ciceronem contulit, doctorum VV. studiose publicationem flagitantium nihil motus exhortationibus, nisi quod, sicut par erat, eo intentiorem curam iniecerunt, ne opus ipsorum favore evaderet indignum. Ita cum liber tandem in eo esset, ut Ianum aliquem aut Vertumnum spectaret, iterum fatis intercedentibus editor operi, longe, quam prior reliquerat, politiori eripitur, vergente anno 1778.

Me tum adolescentulum, etsi debita patruo ac parenti pietas exhortabatur, ut amborum otii opera, litteris mandata, in publicum darem, neve paterer, ut, quos in studiis posuerant humanitatis, frustrarentur labores; tamen imbecillitatis meae conscientia ferendo editionis oneri paene subtraxerat. Commentarios quidem ipsos, quos vides, Lector Benevole, confectos a patre ac perscriptos habebam: sed desiderabantur indices; deerat librorum manu scriptorum et impressorum veterum, quae lecturis necessario ob oculos ponenda erat, enarratio, descriptio, aestimatio; totius instituti red-

dendam esse rationem videbam. In his igitur investigandis ac percipiendis quadriennium hoc, quod ad patris a superos excessu effluxit, si a me, quantum per muneris negotium scholastico homini ac valetudinem licuit, consumtum esse fassus fuero; satis, ut spero, VV. eruditis excusatus esse videbor, qui non maturius hosce libros ediderim: et laetabor ultro, si non id a me admissum esse iidem censuerint, ut melius consuluisse rei litterariae et mihi ipsi videri queant, qui fortasse alterum mihi quadriennium concessum voluerint, dummodo huic operi praefatus sim, iis quae affero, saniora.

Sunt autem fere haec tria, quae Lectoribus proponenda esse ducebam. Primum modus ac ratio indicanda, quibus patruus et pater in interpretando ac recensendo Cicerone sint usi: deinde explicabitur, quibus instructi fuerint subsidiis: postremo, quibus rationibus persuasus pater Ernestini exemplaris fidem suspectam habuerit, exponam.

I.

Patruus in *Specimine* supra memorato, quid commentationibus suis efficere voluerit, quidve secutus sit, his verbis enuntiat: »Antiquissima, nec tamen una cura erit, et iam aliquamdiu fuit, »operis meo quoque labore aliquot mendis repurgandi pristinaeque »integritati, quantum facultas nostra feret, restituendi. Hac mente »non vulgata tantum, quae maxime probantur, exemplaria, sed et »scriptos codices, quos reperire potui, excussi, et si qui novo non »invidentis fortunae munere reperiri poterunt, excutiam; ab aliis »excussorum lectiones inter se comparavi, omniaque verae scriptu»rae vestigia persecutus sum. Eam inventam, ubi opus est, ratio»nibus confirmo; meo vero iudicio tantum numquam tribuo, ut, »quidquid minus placuerit, plane reiiciam ac supprimam. Itaque »eas quoque lectiones, quas vel maxime improbo, adscribam, et »lectori vel ex his ipsis, quas volet, legendi, vel meliora colligendi »potestatem faciam. Non postrema est Latinitatis ratio, cuius ex»plicandae et in usum revocandae studio, quidquid animadversione »dignum videtur, adnoto. Interpretis munus, quod in Cornelio »Nepote aliis concedere malui, eam ob causam, ubi postulatur, »non defugio, quod cum plurima hic, quae *teneros profectus* mo»rari queant, obiiciantur, in paucorum manibus ii libri versantur, »quibus eorum infirmitas quasi adminiculanda est.« — Ductus hoc

teneris profectibus inserviendi studio, patruus nonnumquam ad obvia nimis et facilia descendisse videtur, (qui ad libr. I, 12, 1 discrimen illud *hostis* et *inimici* iniungit) qualia nunc vel adolescentulis cultioris notae iam innotuerunt. Quo eum excusatiorem in hac re doctorum VV. sententiae absolvant, illud eos considerare velim, esse sane, quae GESNERIS, ERNESTIS, RUHNKENIIS, HEYNIIS facem praeferentibus clarerent et inde ad multorum notitiam pervenerint, quae abhinc annos prope quadraginta non inter tirones modo inaudita erant, sed apud VV. etiam doctos addubitabantur. At enim eodem demum anno, quo se patruus horum librorum editorem futurum professus est, (is est saeculi nostri 49.) Gesnerianus thesaurus in lucem prodiit, quem patruus ad lib. I, cap. 12 in. *novum* appellat.

Pater cum pluribus adminiculis, quam patruus, niteretur (quod sectio II. declarabit) et facile iudicaret, librum fortasse aliter evasurum, quam qui meris tironibus traderetur, postremo interpretis etiam munus a patruo sibi totum paene praereptum cerneret; parcior in explicanda Ciceronis sententia fuit, nec adhibuit explanationem nisi aut locis difficilioribus, aut sicubi patruum errasse crederet. Ceterum in elegantia Tulliani sermonis investiganda, ac diiudicanda lectionis varietate, cum patruo suo, quippe sub quo doctrinae auctore ab ineunte aetate studiis humanitatis sese dederat, eamdem ingressus est viam. Atque in isto quidem disceptationis genere doctorem suum, nisi me omnia fallunt, post se relictum anteivit. Nec vero in eo a patrua verecundia degeneravit, quod lectiones, etiam maxime sibi improbatas, apposuit: quippe qui toties a VV. doctis deprehensa esse ex inconcinna plane librariorum veterum scriptura verae ipsa dictionis vestigia videret; nec id sibi sumendum censeret, ut de iis, quae ipse damnaverat, iudicandi locus aliis eriperetur. Manifestis tamen calamorum erroribus repraesentandis nec librum opplere voluit, nec offendere lecturos; v. c. lib. III, cap. 21, 3 ubi codex Guelpherbytanus quartus *inconditae* exhibet, oscitantis librarii errore excerpendo supersedit. Summa autem cura libros vetustos, manu scriptos aeque ac typis exaratos, oculorum et valetudinis incuriosus, inspiciebat ipse et conferebat; saepe dierum hebdomadas in eadem librorum aestimanda lite vel singulis animadversionibus corroborandis immorabatur; singulas secundum KORTTII, DRAKENBORCHII, OUDENDORPII,

DUKERI, aliorum placita examinabat; nec raro iam perscriptas longo post tempore corrigebat. Praeterea cum arbitraretur, in adornanda Ciceroniani cuiusvis operis editione non id solum spectandum esse, quanta diligentia unicum istum, quem forte tuae curationi destinaras, librum excutias, nec, quas in hunc potissimum afferas disquisitiones, sed haud minorem in eo esse operam ponendam, ut ex ceteris quoque Tullii operibus quasi materiem atque indolem Tullianam scruteris omnibusque vestigiis indages: de eo igitur persuasus, multum versabatur in dispiciendis codicibus antiquis, qui Marci nostri reliquos libros exhibebant. Ea mente consulebat non solum, si qui forte legenti in philosophicis Tullianis occurrerat suspectus aut controversus inter criticos locus, membranas de eo Guelpherbytanas, sed plures etiam libros perpetuos ad plurium codicum fidem recensebat, omnem lectionis discrepantiam calamo excipiens. Testes sunt, qui in manus meas venerunt, eius commentarii, in quibus ex ordine perscripta lectionum dissimilitudo est, quam facta collatione in membranis deprehenderat. In his persecutus est *orationes*, quas vocant *selectas*, libros aliquot *epistolarum ad diversos*, *de oratore* tres, *oratorem*, *Brutum*, *de opt. gen. orat.* alia; quae singula tantum abest, ut VV. doctorum usibus invideam, ut potius me haud invitum cum eruditis communicaturum profitear, et virium mearum motus diffidentia, ingens ex eo me reportaturum esse imbecillitatis meae solatium sperem, si exercitatioris, quam in me est, ingenii viro ac salubriori tutelae amandari a me contigerit, quaecumque ex istis futurus horum librorum editor mittenda sibi depoposcerit.

II.

Sequitur, ut de libris dicendum sit, quibus adiutoribus duumviri mei Ciceroni suo aut invenerint medicinam, aut anquisiverint.

Patruus in *scheda* ista, quam futurae editioni praemuniebat, exemplaria, quorum fidem sequi constituerat, breviter ac strictim enumerat. Sunt haec:

1. (*Goth.*) Codex M. S. membranaceus Gothanus (in thesauris librariis Sereniss. Principp. Gothan.) saeculi quidem XV, sed in multis optimorum aemulus. In fine adiicitur: »Mense »Aprili completus fuit liber iste a Iohanne Constanciensi. Ab

»incarnatione X. Mcccc 30 Venetiis;« et folio ultimo ista, satis perspicuis vitiis praedita:

»Excellunt cunctos hii libros philosophorum
»Libri quos fecit tres Tullius officiorum.
»Augustinus.
»Tullius Hesperios cupiens componere mores
»Edidit hos libros appellans officiorum.
»Quo solo serus extinctus furor Katilinae
»Consilio superum custos directus ad urbem
»Lux orbis, patrieque salus, mens tota Senatus.
»Hic plus sole micat cruciatus propter honestum.«

Vid. I. A. ERNESTI Biblioth. Lat. Fabricianam p. 190. qui eodem codice in edendis Cic. officiis usus est, quamvis aliter videri queat ex I. lib. c. 16. *adn. Ern.* 81. quae contradicit *patruo* pag. 127. [pag. 81 repet. edit. ad lemma *natura principia.*] Sed varietas lect. cod. Goth. excerpta partim ab ipso patruo, partim a IUSTINO VIERSCHRODT ICto Gothano, in mea scribentis manu est, et h. l. perscriptum a patruo lego: *Natura*] *Sic recte MS. sexto casu: al.* naturae.

2. (*Vin.*) Codex M. S. chartaceus Vinariensis (bibliothecae Ducalis) qui libros *de officiis* et *paradoxa* continet; recentissimae aetatis (nec inutilis tamen, vid. ad lib. I, 1, *idem tibi censeo faciendum*) glossis interlinearibus, quas vocant, et commentario in margine instructus. Ita orditur: »M. Tulii »Ciceronis Arpinatis consulisque romani ac oratorum maxi»mum. Ad M. Tullium Ciceronem filium suum officiorum »liber incipit — prefatio generalis in libros omnes.« Hunc patrui caussa pater meus, cum Vinariae esset, exemplari Graeviano ipse contendit.

Iam quod dicendorum ordo iubet, exempla typis impressa quae *patruus* excusserit, ipsius oratio manifestabit:

3. Adsunt etiam decem MSS. Oxoniensium variantes lectiones librorum de officiis, quas THOMAS COCKMANNUS Oxoniae a. 1695. evulgavit.
4. Aere expressis exemplaribus, quae prima omnium fuere, adhuc quidem careo *): ex iis vero, quae proxime secuta

*) *Romani primi* (1471. a Schweynheim et Pannartz editi) lectiones excerptas Longolius postea patruo commodavit.

[illegible] aliorum placita examinabat: nec raro iam perscriptas longo [illegible] corrigebat. Praeterea cum arbitraretur, in adornanda [illegible] operis editione non id solum spectandum esse, [illegible] unicum istum, quem forte tuae curationi destina[illegible] nec, quae in hunc potissimum afferas disqui[illegible] minorem in eo esse operam ponendam, ut ex [illegible] Tullii operibus quasi materiem atque indolem Tul[illegible] omnibusque vestigiis indages: de eo igitur persua[illegible] in dispiciendis codicibus antiquis, qui [illegible] libros exhibebant. Ea mente consulebat non [illegible] in philosophicis Tullianis occurrerat [illegible] inter criticos locus, membranas de ex[illegible] etiam libros perpetuos ad plurium co[illegible] omnem lectionis discrepantiam calamo ex[illegible] manus meas venerunt, eius commen[illegible] perscripta lectionum dissimilitudo es[illegible] membranis deprehenderat. In his pers[illegible] libros aliquot *epistolaru[illegible]* [illegible] *Brutum*, *de opt. gen. ora[illegible]* [illegible] doctorum usibus invidea[illegible] [illegible] cum eruditis communicaturum profite[illegible] [illegible] ingens ex eo me reportaturu[illegible] esse imbecillitatis meae solatium sperem, si exercitatioris, quam me est, ingenii viro ac salubriori tutelae amandari a me contige[illegible] quaecumque ex istis futurus horum librorum editor mittenda s[illegible] depoposcerit.

II.

Sequitur, ut de libris dicendum sit, quibus adiutoribus duu[illegible] viri mei Ciceroni suo aut invenerint medicinam, aut anqui[illegible] verint.

Patruus in *scheda* ista, quam futurae editioni praemunie[illegible] exemplaria, quorum fidem sequi constituerat, breviter ac stric[illegible] enumerat. Sunt haec:

I. (*Goth.*) Codex M. S. membranaceus Gothanus (in thesau[illegible] librariis Serenis. Princip. Goth[illegible] quidem XV, [illegible] in multis optimorum [illegible] Aprili completus [illegible] citur: „Me[illegible]

[illegible] carnatione X. [illegible] 3[illegible] Venetiis [illegible] [illegible] [illegible] satis perspicuis vitiis [illegible].

» Excellunt cunctis [illegible] [illegible] [illegible]

» Libri quos fecit tres Tullius [illegible]

[illegible]

» Tullius Hesperius [illegible] [illegible] [illegible]

» Edidit hos libros appellans [illegible]

» Quo solo [illegible] [illegible] [illegible]

» Consilio superum [illegible] [illegible] [illegible]

» Lux orbis, patriaeque [illegible] [illegible] [illegible]

» Hic plus sole micat [illegible] [illegible] [illegible]

Vid. [illegible] Biblioth. [illegible] eodem codice in edendis [illegible] videri queat ex L. lib. [illegible] *patruo* pag. 12[illegible] pag. [illegible] *cipia.*] Sed varietas [illegible] patruo, partim a [illegible] scribentis manu est. [illegible] *tura*] *Sic recte MS.* [illegible]

2. (*Vin.*) Codex M. S. chartaceus [illegible] calis) qui libros *de* [illegible] mae aetatis nec inutilis tamen. [illegible] *censeo faciendum* glossis [illegible] commentario in margine [illegible] »Ciceronis Arpinatis consulisque [illegible] »mum. Ad M. Tullium Ciceronem [illegible] »liber incipit — prefatio generalis [illegible] patrui caussa pater meus, cum [illegible] viano ipse contendit.

Iam quod dicendorum ordo iubet [illegible] patruus excusserit, ipsius oratio manifest[illegible]

3. Adsunt etiam decem MSS. [illegible] [illegible]rorum de officiis, quae [illegible] 1695. evulgavit.

4. [illegible] expressis exemplaribus, quae [illegible]

sunt, in manus meas venerunt quatuor Veneta primae formae,

unum a. 1470 *).

alterum a. 1484. cum P. Marsi,

tertium a. 1506. cum eiusdem et Franc. Maturantii,

quartum a. 1554. cum horum eorumdem et Ascensii, Erasmi et Melanchthonis commentariis:

Lipsiense a. 1500.

Argentoratense a. 1510.

Aldinum a. 1561.

Franc. Fabricii a. 1581. 8. Colon. ap. Maternum Cholinum.

5. Ex recentioribus ea tantum commemoro, quae a viris criticae artis peritia excellentibus emendata sunt; Gruterianum, Graevianum, Gronovianum, horumque aemula, quae postremis his annis [ante 1749.] ab Angliae, Galliae et Italiae luminibus, PEARCIO, OLIVETO et FACCIOLATO **) curata accepimus.

---

*) Vid. I. A. ERNESTI Bibl. Lat. Fabr. p. 191. ubi legendum 1470. — In calce libri adiicitur: *Anno Christi* MCCCCLXX. *Die vero* XIII. *mensis Augusti*, et notum illud ex Maittairio: *E spira nato Ciceronis* cet. Ordo librorum: offic. parad. Lael. Cato. Somn.

**) Huius editionis quoniam ERNESTUS in bibl. L. Fabr. mentionem non fecit, haud ab re visum est, titulum libri apponere. *M. T. C. de off. LL. tres, de senect. de amic. de somnio Scip. et paradoxa. Accedit Q. fratris commentariolum petitionis. Ex recens. Iacobi Facciolati. Venetiis* 1747 *ex typogr. Io. Bapt. Albritii, Hieronymi F.* — In praefat. Facciolatus quidem editionem olim a se factam (a. 1720. de qua Ernest. p. 194.) non commemorat; cum tamen ideo sibi *officia Cic.* edenda delegisse testetur, quia aetati suae iam prope exactae ex omnibus Cic. operibus nulla convenire magis existimaverit, quam Ciceronis et ipsius senis; id eum 26 annis ante facere potuisse, quo minus credamus, aetatis certe ratio in isto viro non prohibet. Et priores innuere curas suas videtur, dum Officia Tulliana seni sibi longe alia visa esse fatetur, quam quae *florentibus annis pertractaverit.* Brevia scholia (v. Ernest. l. cit.) etiam hic subiuncta sunt. Auxilium prae se fert veteris codicis, cuius tamen notitiam dare ple-

6. Cumque plurima Ciceronis loca vel iam restituta sint, vel etiam nunc restitui possint ex Nonio Marcello *), veteribus grammaticis, quos Putschius uno volumine edidit, ex Servio, Lactantio **), Ambrosio, Ciceronis in hoc quidem opere imitatore, itemque ex Vincentii, Bellovacensis ***) episcopi, saeculi XIII. scriptoris, *speculo historiali*, quod ab aliis nondum observatum video: ex his quoque scriptoribus omnibus ea studiose collegi, quibus aut comprobantur quae recte edita sunt, aut corriguntur quae mendose scripta exstant.

His patrui copiis, quas velut in principiis locavi, collecta, quae sequuntur, a *patre* meo subsidia succurrebant. Praebebat ea, et in his veteranos, insignis et numero et praestantia litterariorum auxiliorum bibliotheca SUMMORUM PRINCIPUM BRUNOVICENSIUM Wolfenbuttelana. Qui vero qualesque sint isti codices, ut Benevolis Lectoribus sub unum adspectum subiiciatur, hac effecturum me esse enumeratione speravi.

1. (*Gu. pr.*) Guelpherbytanus primus est M.S. membranaceus, foliis primae formae CCLVI, aetate *quingentorum prope annorum*, quippe qui circa annum 1300. videtur exscriptus esse. Servatur inter Gudianos, notam numeri II praefixam gerens. Continet plura Ciceronis opera, quorum indicem recens manus fronti praeposuit. Primum locum obtinuerunt libri *de officiis*; sequuntur *Cato*, *Laelius*; *Catilinariae* IV, *Tusc. quaest. De Oratore*, *Orator*, *Rhetoricorum* (de inventione. Vid. Ernest. libro saepius iam laud. p. 145. extr.) *libri II* (incipit: »Sepe multum,« erasa copula, cuius vestigia apparent.) *Rhetoricorum ad Herennium libri primi fragmen-*

---

niorem noluit. Ex insertis adulterinis ortas verborum ac sententiarum perturbationes deprehendisse sibi plurimas visus est; in his emovendis ac traiiciendis sane audax.

*) *Nonii* locos patruus plerumque e *Gothofrediano* exemplo notavit; pater e *Merceri*.

**) Vide v. c. infra ad lib. II. cap. 6, 2.

***) Quod *speculi Vincentiani* exemplar secutus sit patruus, nec in adnotatis eius me legere memini, nec assequi coniiciendo possum Advocatur plurib. loc. e. g. ad lib. III, 6, 18 bis. cap. 10, 11.

tum ad cap. 12. *Paradoxa*, *De legibus*, *De natura deorum*, *De divinatione*, *De fato*; *Orationes* pro *Marcello*, *Ligario*, *Deiotaro*; *Sallustii ac Tullii invectivae*; *Synonyma Tulliana* (praemittitur, ut in Parisina, de qua vid. Ernest. B. L. p. 214. epistola, sed ita corrupta: »Legi ea quae pluribus modis quo uberior promptiorque esset oratio« cet.) *Partitiones oratoriae*, *In Timaeum Platonis*, *De finib. bon. et m. libri V*, *Academicarum Qu. liber IV*; *Quinque Philippicae*; *Boëthius in Topica Cic. libris VI*, *Macrobii cap.* 17 *libri II in Somn. Scip.* — — A pluribus librariis totum opus exscriptum esse, nisi varius atramenti color et characteris aliqua differentia hoc indicaret, vel sola librorum e multitudine augurari liceret. Is, qui libros *de officiis* dedit, litterarum quidem ductus manu firma ac satis munde deformavit; sed hominis stupor crebris aberrationibus ac lacunis locum fecit: eadem tamen imperitia caussae fuit, quo minus ipse infaustis correctionum tentaminibus in Ciceronem grassaretur, sed ista potius, quae in transcribendo exemplari, quod imitabatur, assequi poterat, religiosa fide redderet. Haud igitur immerito *melioribus* eum pater adnumerat infra ad lib. III. cap. 31, 8, quibus addas ad lib. I. c. 30, 5. cap. 31, 12. cap. 38, 3. lib. II. c. 5, 8 extr. lib. III. c. 4, 1. Nec ulli profecto codicum de officiis nostrorum cedit, nisi quem nunc Lectoribus propositum imus. Nam et antiquitate et bonitate principem inter hos locum meretur

2. (*Gu. sec.*) is, quem pater Guelpherbytanum secundum appellavit, invertere veritus ordinem, credo, quo libri, in forulis quisque suis, dispositi stabant. Habitat enim codex, de quo agitur, cum priore inter Gudianos, ibique locum CL nactus est, et ipse in membrana scriptus. Folia LIX habet: mensurae secundae (quartanam vocant) longitudinem aequat, latitudine superatur. Vetustate, quantam ex litterarum ductibus colligere licet, *quingentos annos* nisi excedit, complet tamen. Saeculo XIII. natum esse coniicio. Orditur ab his versibus, minio pictis:

»Excellunt libri cunctorum phylosophorum
»Isti quos fecit tres tulius officiorum.«

Vid. Ernest. B. L. p. 190. Ciceronem *de officiis* excipiunt

e Valerio Maximo excerpta ab alia manu, quibus interpolantur *Glossae in canticum Mirjam.* His adiicitur ineptum *de cerevisia* epigramma; *Cic. paradoxa*; *Sallustii et Tullii invectivae*; *Partium noctis* nomina; *Senecae* aliorumque sententiae; *excerpta ex Suetonii Augusto.* — -- Patris de hoc codice iudicium leges, ut unum alterumve nominasse locum sufficiat, ad lib. I. c. 30, 15. cap. 31, 7. cap. 43, 5. lib. II. c. 22, 1. Cum doctissimo ERNESTO recte consentit solus ad lib. I. c. 22, 10 extr.

3. (*Gu. tert.*) Guelpherb. tertius cum reliquis duobus sedem in ea bibliothecae parte habet, quae scriptos manu libros servat, Ducis Augusti Magni nomine ornatos: Augustanos nominitant. Membranaceus est, numeris III. 3. notatus, staturae fere eiusdem cum antecedente; aetate nostrorum minimus. Ipse enim librarius in fine adscripsit: »finitus anno »1469. die 26 Augusti.« In primis post titulum M. T. C. DE OFFICIIS AD MARCUM FILIUM LIBRI TRES, pergit: PROOEMIUM: QUO FILIUM HORTATUR AD HOS DE OFFICIIS LIBROS STUDIOSE LEGENDOS. Insignem praefert scripturae munditiam litterasque in sectionum principiis auratas, ut solent fere iuniores. Ceterum antiqui sane exempli vestigia scriptorem secutum esse, apparet, ni fallor, lib. III. c. 25, 2. Vid. praeter hunc l. ad lib. I. c. 20, 11. cap. 22, 9. lib. II. c. 4, 1.

4. (*Gu. quart.*) Guelpherbyt. quartus, M. S. membranac. indicem in fronte habet numerorum VIII, 12. Forma a secundo ac tertio non recedit. Idem etiam, qui tertium decorabat, litterarum nitor, idem splendor auratarum. Nec multum falli videbitur, qui, sicut annum huius natalem ad *saeculi XV. initium* retulerit, ita incunabula tribuerit Italiae. Supra dixi, hodie librum in apparatu Augustano inveniri: olim Heinsianum fuisse, testatur primae paginae subscriptio ista: CL. V. NICOL. HEINS. CAROL. DATI. D. D. Integritatis laude, quintum licet longe antecellat, prioribus tamen duobus aliquanto inferior est; tertio fere par, quod videbis infr. ad lib. III. c. 3 extr. cap. 4, 2. ac saepius. Cum quinto facit atque impressis veteribus ad lib. III. c. 3, 2. cap. 4, 15.

5. (*Gu. quint.*) Guelpherb. quintus, octonariorum nostrorum mensuram sola excedit latitudine, additis fronti numeris

XIX, 43. notabilis; in membranis scriptus minus eleganti manu ac pallidiore atramento. Multa a correctore passus est liber, ipse nec antiquitatis nec integritatis nomine laudandus. Quantum ad annos, quarti ac tertii aetatibus medius interiectus videtur. A prisca autem intemeratae dictionis nota longius eum saepiusque recedere, vel inde patet, quod inter Guelpherbytanos omnes hic semper fere a partibus impressorum vett. stetit, quos ea de caussa pater *eius factionem* appellavit ad lib. I. c. 12, 6. Idem testantur loci lib. I. c. 12, 3. cap. 13, 9. cap. 15, 2. eod. 7. cap. 30, 2. lib. II. c. 4 extr.

6. His adnectere visum est Scholiasten Guelpherb. in membranis scriptum, quarum forma paullum differt ab ea, quae est quaterniorum nostrorum. Locatus in eorum M. SS. numero, quos extravagantes vocant, ordine inter hos ducentesimus vicesimus quintus est. Ut *saeculo XII.* scriptum esse credam, litterae minusculae et scribendi compendia suadent, quae totas plurium syllabarum voces brevi atque unica saepe nota comprehendunt. Sed praeter aetatem, qua commendabilis codex est, in multis etiam Tulliani instar fuit, quia praetexuit auctor interpretationibus suis, quibus Tullium usque ad verba l. III. c. 20. s. 11. »Quid est, quod afferre »tantum« secutus est, (in his enim desinit) unicuique igitur ipsius aliquot Ciceronis verba, quasi commentationis ordine pertractandae custodes, praeposuit, quae a glossematis suppicta lineola miniata distinguuntur. Exempla videbis ad lib. I. c. 3, 3. cap. 4, 4. lib. II. c. 13, 13. Scholia nostri, ut interpretum, quos media aetas tulit, plerorumque, multa vulgaria ac futilia obtrudunt, quae tamen variis bonae frugis observationibus, ut ad lib. I. c. 17, 2. pensari gaudeas. Sperabam fore, ut de auctoris horum glossematum aetate a Gasparino Barzizio docerer, quem veteres commentarios in officia Cic. commemorasse Ernestus B. Lat. p. 194. affirmabat. Sed Barzizius illa epistola, quam laudat Ernestus, nihil nisi Antonium Fantaxellum enixe rogat, ut sibi *illos veteres commentarios in officia Cic. mittat.* Hac spe destitutus, quoniam nihil dum reperio, ex quo satis manifeste scriptoris aevum cognosci queat; Lectores, in istiusmodi aestimationi-

bus me versatiores, ut habeant dictionis veluti gustum aliquem, prooemii exordium e membrana hic adscribere non gravabor. »GLOSE IN TULLIUM de officiis. Ut ait Tullius in »libro Tusculanorum, Socrates philosophiam primum [*cor-»rector* primus] de celo in terram evocavit. Qualiter hoc fe»cerit, videamus. Ante tempus Socratis quotquot philosophi »fuerunt, in his tribus scientiis studuerunt, in phisica i. e. »in naturali; in mathesi, quae dicitur doctrinalis; in theolo»gia i. e. de dei visione, seu speculatione. De divisione ma»thesis alias dicetur. In phisica autem inter se dissidebant »multum. Quidam enim horum asserebant, unum rerum »esse principium: quidam vero plura. Eorum vero, qui »plura, alii plura finita, alii plura infinita. Qui autem unum, »alii aquam tantum; alii terram tantum; alii aquam, ignem »et terram vel aërem; alii quatuor elementa, terram, aquam, »aërem, ignem. Qui autem plura infinita, athomos rerum »principia constituebant. Socrates autem cum plurimum va»leret in his tribus sententiis, [*f.* scientiis] considerans cele»stis ordinis concordiam, eamque in animos hominum con»stituere volens, ethicam invenit, et ob hoc dicitur philoso»phiam in terram evocasse. Sed de ea nullum librum scri»bere voluit. Cum autem ab eo, cur hoc faceret, quaerere»tur, dicebat: Malo scribere in hominum vivis cordibus, »quam in mortuorum animalium pellibus. Plato autem, et »Aristoteles, et Panaetius, quem Tullius in hoc opere imi»tatur, ac alii multi Socratem imitantes, complures de ethica »libros composuerunt. Tullius vero utilitatem, quam ex hac »facultate haberet, considerans, librum de ea filio suo Athe»nis vacanti composuit« etc.

Nunc in meam concionem prodeant patres minorum gentium, impressi veteres, quorum ope pater ad iuvandum Ciceronem usus fuit. Inter hos eminet, aetate et nomine, quam pretio, celebratior

7. (*Magont.*) Magontiacensis ille s. Moguntinus, anno 1465. satis splendide in membranis per Fustium ac Schefferum exaratus. Sed a Graevio (quem etiam Ernestus adlegavit B. L. p. 192.) praefationis pag. 2. testante, non esse ex meliore descriptum libro, faciunt etiam patris

mei notae, quas habes, plurimae, ad lib. I. c. 15, 2. ad lib. III. c. 7, 3. Ridiculum errorem vidi in eius autographis adnotatum ad lib. I. c. 31, 8. ubi Moguntinus dederat *mulieres oppetere mortem*, pro *millies*. Diligentius autem librum inspiciendi caussam habui eam, quod patri meo, cum videret, Ernestum saepe alias ex Moguntino scripturas attulisse, quam quas ipse suis oculis in Moguntino legeret, suspicio inde subnasci potuit, Ernestum aut negligentius librum suum inspexisse, aut, dum sola memoria fretus locos, quos dudum legerit, afferret, perverse adscripsisse. Id patrem suspicatum esse, videbam ad lib. I, 1, 1. [pag. 3.] eod. cap. nr. 6. cap. 12, 3 bis. lib. II. 14, 18. alibi. Locum errori praebuit, quod sicuti Ernestus B. Lat. p. 190. Maettario, ita pater Maettario atque Ernesto credebat, affirmantibus, Moguntinam editionem anni 1465. eamdem plane esse cum illa a. 1466. Rem aliter se habere, atque diversa exemplaria ab Ernesto ac patre meo inspecta esse, nisi ex pluribus istis, quos adduxi, locis coniicere liceret, probaturum me confido argumento, quod Maettarius, quamvis aliud agens, suggessit ipse. Cum enim in Annal. Typ. T. I. P. I. pag. 274. nota 1. testatus esset, nihil se invenisse, quo exemplar a. 65. ab illo a. 66. differat, praeter hanc notissimam subscriptionem; in qua Fustius anno 66. Petri sui nomen duabus vocibus (*de Gernsheim*) et anni notam additione diei (*IV. Februarii*) auxerat: sed haec cum professus esset, subiecit hexastichum, quod supra e codice Gothano dedi: »Tullius Hesperios cu»piens« cet. Horum versuum postremum ita, ut in EXEMPLARIBUS (65 et 66) expressa fuerint, se exhibere dicit; scilicet:

»Hic plus sole micat cruciatus propter *honorem*.«

At in iisdem Ann. Typ. pag. 276. nota 3. idem versus laudatur, ex anni 65 exemplari ita descriptus:

»Hic plus sole micat cruciatus propter *honestum*,«

plane, ut Fustius in eo libro, quem ante oculos habeo, expressit, utque in M. S. Gothano legitur. Nec istos, epilogi loco in fine positos, versus una cum subscriptione mutatos esse dicas, unico fortasse folio inserto. Nam pagina, quae epigramma habet, *officiis* atque *paradoxis* interiecta est, sed

quae subsignationem, post paradoxa demum versusque XII sapientum cum Apollonii epigrammate subiicitur. Hanc meam qualemcumque argumentationem confirmare possum testimonio LANGERI (quo bibliothecae Guelpherbytanae curam gerente plorare LESSINGIUM ereptum desinere queas) Viri ut egregie a doctrina instructi, ita veterum impressorum, quod Lessingium etiam testari mihi memini, notitia praediti prope singulari. Moguntinae autem editionis tria se, et eiusdem illa quidem anni, exemplaria Vir clarissimus vidisse et contulisse affirmat, quae singula, lectionis aliqua varietate, inter se dissiderent. Ne vero in excutiendo codice uno sim iusto longior, hoc solum addam, nostrum plane eadem continere, quae in Maettario p. 276. n. 3. a quodam curioso Cookiani libri inspectore significari vides, nisi quod in calce paradoxorum legitur: »Marci tulii Ciceronis paradoxa finit,« quibus iste adnotandis fortasse supersedit. Subscriptio illa: »Presens »Marci tulij clarissimū opus. Io=hannes fust« cet. etiam in minutissimis, punctis ac lineolis, quibus voces in cuiusque versus fine divisae nectuntur, congrua est.

8. (*Impr. inc.*) Impressus incertus formae secundae, sine typographi locive mentione; nec annus additus. De hoc libro facile, qui cuiusve sit, doctissimi Langeri, qua est ille Vir, sagacitate me comperturum fuisse credo, nisi forte ita tulisset casus, ut cum libris aliis, qui bibliothecae melius ordinandae caussa transponebantur, codex noster ex suo loco motus atque traiectus, in tanto numero inveniri huc usque nequiverit. Memini me in hoc libro videre litteras ductu Gothico expressas, patremque, de codicibus suis mecum disserentem, huius natales intra decennium ponere, quod ab anno 1470 ad 1480 effluxit; nec eum spernere libri fidem, probatam ad lib. II. c. 3, 13. lib. I. c. 14, 3. cap. 15, 1. cap. 22, 7.

9. 10. 11. 12. Ed. Veneta cum comment. P. Marsi, qua Offic. Lael. Cato et paradoxa impressa sunt ea typorum specie, quam antiquam vocant, *per Bartholameum de Zanis de Portesio* a. 1498. fol. — Lipsiensis prior. Soli libri de Offic. *a baccalaureo Martino Herbipolensi in Liptzk iam denuo impressi* a. 1507. fol. — Lipsiensis posterior Offic. sol. *vigili diligentia Iacobi Thannèrss Liptzen. civis* a. 1513.

fol. — Lugdunensis de Offic. Lael. Cato et paradoxa ex recens. Ben. Brugnoli, cum P. Marsi, Fr. Maturantii, I. Bad. Ascensii, Mart. Philertici commentariis, Nic. Cappusoti tabula et Erasmi Rot. adnotaminib. *excus. opera Iacobi Myt*, a. 1527. quatern.

13. Earum, quae minoribus deinde intervallis editiones secutae sunt tum opp. omnium, tum librorum de officiis, adhibuit pater exemplaria Hervagianae anni 1534; Victorianae 1537; Camerarianae 1540; Gryphianae eiusd. anni; Anemoecianae 1541. de qua plura dicentur, neque ita multo post, sed temporum servetur ordo; Aldinae 1561; Caroli Langii editum Antwerp. 1563. laudatissimum exemplar aliis, saepius etiam Aldo nepoti; Lambini 1566; Hier. Wolfii 1569; Franc. Fabricii, Colon. 1581; Henrici Saganensis, Viteb. 1582; Gothofredi 1596. Recentiores a me nominari, omnibus cognitas, nihil attinet, cum vel sine admonitione cuique credibile sit, criticum Ciceroniani operis editorem Gruteri, Graevii, Gronovii, Pearcii, Ernesti libris non caruisse.

Sed de Anemoeciano exemplo pauca dicenda sunt, quod Ernestus laudavit B. Lat. p. 192. quamvis non viderit ab aliis appellatum. Ob hanc libri raritatem, simul quod Anemoecius ad diiudicandum in Cicerone de officiis magnus esse videtur, editiones, quas vidi commemoratas, indicabo. GRUTERUS ad Offic. I. 36. advocat Wolfgangum Anemoecium, qui a. 1535. ediderit Officia, collata cum Ms. Coenobii ad D. Ulrici, quod est Augustae Vindel. *) ERNESTUS l. c. edit. Co-

*) Haec una est editio ab ipso Anemoecio curata, et unorum Officiorum. Nam Cato maior, Laelius, Paradoxa, qui libri in repetitis editionibus adiecti sunt, nihil ab Anemoecio habent. Principem eam editionem Orellius in onomastici Tulliani parte I. p. 345. sq. accurate descripsit, sed notat Bardilius numeris insignita folia in ea non esse nisi 107: ultimum sine numero esse et errata in adversa parte continere. Repetitionum prima est Coloniensis Io. Gymnici a. 1537. 8; altera quae ab Orellio non recte descripta est, inscriptionem hanc habet: *M. Tullii Ciceronis Officiorum libri III. opera Wolfgangi Anemoecii et aliorum doctorum industria, supra omnes omniũ hactenus editiones, quàm castigatiss.*

loniensem nominat anni 1537. 8. eamdem, credo, quam Hieron. Wolfius in epilogo ad libros de off. apud Io. Gymnicum factam esse testatur. LESSINGIUS nuper ex relictis a b. Rud. Ant. Fabricio, Helmstad. medico, libris emtum exemplar, quod Nic. Faber 1539. excuderat, Wolfenbuttelanae bibliothecae intulit. In publica academiae Helmstad. bibliotheca asservatur Basileense a. 1541. ex officina Baltasaris Lasii, quo *pater* usus est *). CONR. GESNERUS in biblioth. mentionem facit iunioris Basileensis, impressi a. 1544. per Brylingerum, de quo eodem v. Hendreich in Pandd. Brand. LIPPENIUS in bibl. philos. p. 1029. testatur, Officia prodiisse cum W. Anemoecii et I. Sturmii adnotatt. Coloniae 1558.

Huic Anemoecio magno opere confisus est pater; quo eius merito, docti iudicabunt. Sed in dialogo, quem libris de officiis subiunxit, p. 250. (edit. Basil. 1541.) affirmat Anemoecius, nihil in Cicerone se attentasse, quod non sui codicis auctoritate testari potuerit. Atque codex ille Augustanus, nisi omnium antiquissimus, certe admodum grandi erat aetate, teste Grutero ad offic. II, 9. Eius lectiones cum optimis fere

---

editi. Cum Indice. Quae praeterea habet liber, versa pagina monstrabit. Coloniae excudebat Ioan. Gymnicus. Anno MDXLI. 8. Fol. 1. b. legitur: *Haec insunt. Cato Maior, sive de Senectute. Laelius, sive de Amicitia. Paradoxa. Dialogus Anemoecii in quo reddit rationem cur plerosq; locos mutarit. In omnes hos libros adnotatiões D. Erasmi Rot. Philippi Melanthonis et Conradi Goclenii.* Pagg. 371 et 12 paginarum non numeratarum Index. Ante hunc p. 365 — 371 leguntur Bartholemaei Latomi Annotationes in Paradoxa Ciceronis, quarum in titulo averso nulla mentio facta. *Z.*

*) En libri inscriptionem e Basileensi prima enotatam: *M. T. C. officiorum libri tres, opera et diligentia* Wolfgangi Anemoecii, EX VETUSTISSIMO CODICE *plus quam in centum locis castigati atque restituti; adiectis etiam de amic. de senect. atque paradoxis, una cum* dialogo Anemoecii, in quo reddit rationem, *cur illos locos mutaverit. — Omnia vigilanti cura recognita, una cum annotationibus Des. Erasmi Rot. Philippi Melanchthonis et Bartholomaei Latomi, passim etiam Conradi Goclenii scholiis appositis. Basileae MDXLI.* et in calce: *Ex officina Baltasaris Lasii.*

consentire, videbis infra ad lib. I. c. 12 in. cap. 15 in. bis. lib. II. c. 15, 8. lib. III. c. 31, 7. cap. 32, 1. et in loco summi momenti lib. I. c. 13, 3. Suspecta autem ista *Secundo autem Punico bello* usque ad verba *cum scelere approbavit*, ex codice Augustano a se prolata esse, Anemoecius p. 242. in dialogo affirmat, nec inconsulte defendit Obstare videtur, quod prima Anemoecii editio, quam quidem novimus, facta est a. 1535. et Hervagium haec verba iam a. 1534. sine ulla *νοθείας* nota edidisse constat. Sed nisi credere malis, vetustius aliquod exstitisse, nobis incognitum, dialogi Anemoeciani exemplar, ex quo Hervagius ista descripserit; aut, ab Hervagio, quamvis annum 1534. praeposuerit operi, nihilominus postremum tomum, quo continebantur Officia, insequente demum anno absolutum esse, postquam ipsi iam contigerit Anemoeciani libri usus: haud absurde fortasse coniecerim, Anemoecium, quo anno tota eius libraria supellex, an et codex Augustanus *)? deflagravit, is est 1534, dialo-

*) Non improbaturos spero historiae litterariae candidos aestimatores, praesertim cum apud Ioecherum aliosque sit altum de Anemoecio silentium, me nonnulla de eius vita afferre ex eiusdem corrogata scriptis, quae Lessingius, cum reiecta ad viles chartas et abscondita iacuissent, ex angulo bibliothecae Wolfenb. protracta, mecum communicavit. *Lycobates Anemoecius* (Wolfgang Windheim? †) edidit *Scholia ex Graecis et Latinis auctoribus in. Bucolica Virgilii,* Aug. Vind. ap. Henr. Steyner, 1533. In his testatur ad ecl. VI, 42. *dialogos Lucianeos* a se Latinitate donatos esse. Epilogi loco (nam quae adfuit Anemoecii praefatio, intercidit) adiecta est Marci Tatii Alpini epistola elegiaca 200 prope versuum, missa Monachio prid. kal. sept. 1532. ad Anemoecium, Ulmae tum degentem. In ea Tatius Anemoecium narrat ludum olim litterarium *Monachii* aperuisse in coenobio D. Petri, secum ibi Simonem Lemnium, Hungerum, Lachamerum, multos alios Anemoecio humanarum artium usos praeceptore esse; sed hunc, cum discentium studiis, immemor corporis sui, nimium pertinaciter inservierit, ideoque adversa valetudine conflictaretur, a coenobii Decano, precibus exorato, impetrasse hanc veniam, ut animi relaxandi causa cum

†) Potius Windhaeuser, vide Veesenmeyeri commentationem de Ulmensium in litteras Graecas meritis, partic. I. pag. 6 - 9. Ulmae 1794, 4. Indicavit Bardilius. Z.

gum suum iam habuisse confectum. In eo igitur poterat sine ulla fraude scriptum esse, ab se primum Ciceroni locum hunc restitutum esse; dum autem ipse flammis domo expulsus et librorum afflictus iactura differre publicationem cogebatur, Hervagius interim ista in alio fortasse codice inventa, nisi ab ipso Anemoecio praecerpente commodata, publici iuris fecerat *).

---

iuvene divite, itineris in Italiam faciundi comes ac morum magister mitteretur. Enimvero — en Tatii verba —

Abfuerat sacris Anemoecius aede canendis,
  Quae factum a sero vespere nomen habent.
Hoc ita sacrificum movit, furibundus honesti
  Diceret ut coepti se piguisse sui.

Elusum virum mox *Ulma* ad se vocavit. Nec ibi diu commoratum fuisse, ex altero eius scripto apparet, quod inscribitur: *Libanii sophistae epistolarum characteres, Vuolfg. Anem. interprete.* Primum locum obtinuerunt in epistolarum Laconicarum Farraginibus, edd. Basileae a Rob. Winter MDXLV, sed in calce exhibetur numerus MDLXV. In praefatione, scripta *Aug. Vindel.* a. d. III. kal. Iun. 1534. maximas gratias agit Ulrico ac Raymundo Fuggeriis fratribus, quod rerum suarum ruinam, post tristissimum illud incendium, quo cum suis libris omnibus omnia sua deflagraverint, beneficientia sua ac liberalitate fulserint. Iisdem flammis absumtum esse praestantissimum codicem August. de off. tum ex eo auguror, quod tempus, quo librum Anemoecius edendis Officiis inservientem domi habebat, ad id ipsum congruit; edidit enim anno statim insequente 1535: [dedicationi ad Leonardum ab Eck subscriptum est Augustae Vindelicorum XI. Cal. Jan. a. 1535.] tum quod istae membranae nusquam ex eo tempore apparuerunt; nec inveniri Augustae, avorum memoria iam desideratas, I. I. Bruckerus patri meo, ut sibi conferret, roganti, diserte testatus est. Nec erit, quod fortasse miremur, ipsum Anemoecium de damno, quod in eximio libro D. Ulrici bibliotheca fecerat, ne verbo quidem in dialogo questum esse; quem Monachiensis Decani furor olim docuerat, quantae sint animis monasterialibus irae. — Scripta haec iam erant, cum a Cl. Langero audivi, eamdem de Augustani codicis interitu suspicionem esse a se prolatam in recensione S. R. P. Denis typogr. Vindob. inserta Berolinensis bibliothecae tomo, nescio cui.

*) Suspicionibus hisce non opus est. Nam litteratissimus Bardilius mihi indicavit, supplementum illud iam in Parisina Ascensii anni 1531 extare, ex eaque totum pendere Hervagium, etiam in aliis parti-

14. Praeterea cum ei, qui bene de priscis auctoribus mereri cupiat, sospitatorum etiam ulteriorum tentanda auxilia sint; quod a proximis interdum impetrari aut nulla potuerint, aut ita rara atque infirma, ut cogendi alia, ubicumque dispersa sint, locus relinquatur; quem ad modum patruus Grammaticos Putschii, Nonium et Vincentium Bellovacum adiit, ita *pater* meus, praeterquam quod eumdem *Nonium* iterum in campum deduxit, *Bedam* etiam *Venerabilem*, *Ioannem Sarisberiensem* atque *Eybum* sollicitavit, ex his decerpendo singula et conferendo quae Ciceronis erant, lectionis iuvaturus integritatem.

Nec Marcello Nonio omnis ex patrocinio Tullii suscepto fructus interiit. Quamvis enim ex vetustis sane Ciceronianorum operum exemplaribus sua collegerit, cum tamen nec ipse Nonius incorruptus ad nos pervenerit, eum igitur ipsum pater meus cum duobus M. SS. codicibus contendit. Horum

iunior, tametsi est, ubi suppetias ferat, parcius tamen opitulatur. Chartaceus est, scriptus saeculo XV; interque Augustanos numeris LXXXV. 4. 3. insignitus. In fine Festi de verbb. signific. qui Nonio praemittitur, leguntur haec: »Festus Pompeius de interpretationibus ΤΕΛΟΣ ΑΓΑΤΟΝ. »Explicit feliciter.« et statim: »INDEX earum rerum, que in »hoc codice continentur. Nonii Marcelli Tiburticensis peri»pathetici per litteras compendiosa doctrina ad filium de pro»prietate sermonum. Lege foeliciter.« In conclusione totius operis adscripsit librarius: »Explicit feliciter opus istud Nonii »Marcelli. Anno 1454. die 17 Maii, in Mediolano. Paullus »a Vitalibus,

»Qui scripsit hoc opus, a deo sit benedictus.
»Qui dedit expleri, laudetur mente fideli.«

Longe opportuniorem se praebuit Ciceroni ac Nonio vetustus ille codex Gudianus, septingentorum circiter annorum; inter ceteros numero XCVI. distinctus; cuius praeclare navatam operam pater testificatus est ad lib. I. c. 35, 11.

---

bus, sicut in orationibus Verrinis (quod ego olim ignorabam) impudentissime aliena pelle incedentem. Restat igitur ut indagetur ex quo codice ms. locus in Ascensianam venerit. Cf. Bandinium in catalogo codicum Lat. bibliothecae Laurentianae, Tom. III. p. 86 sq. *Z.*

lib. II. c. 4, 8. cap. 14, 15. lib. III. c. 23, 4 pluries. Scriptus in membranis quadratis titulum praefert, colore litterarum item quadratarum rubentem: INDEX EARUM RERUM QUAE HOC CODICE CONTINENTUR. NONII MARCELLI PERIPATHETICI TUBURTICENSIS DE COMPENDIOSA DOCTRINA PER LITTERAS AD FILIUM. Codicis integritas tanta est, ut refellat Mercerum, qui pag. 3. praefat. quotquot in Europa Nonii exemplaria habeantur, ex Parisiensi libro, qui est ad S. Victoris, descripta esse affirmat. Quamvis enim in nostro, plane ut in Victorino, desit Caecilii exemplum p. 3. l. 15. Merc. et inserantur ista ex capitis quarti littera T, inter voces *Tamen* et *Tristc* reponenda (v. adnott. Merc. p. 84.); ex locis tamen istis lib. II. c. 4, 8. cap. 14, 15. lib. III. c. 23, 4 aliisque colligere in proclivi est, nostrum haud ex Parisino, sed cum isto potius ex codice antiquitus luxato descriptum esse.

(*Exc. Bed.*) Bedae Venerabilis excerpta habes tomo II. opp. Bed. edit. Colon. Agripp. 1612. Inscribuntur ibi: *Sententiae ex Cicerone.* Saepissime a patre meo cum istis Eybi advocantur, nec immerito, quippe quia exemplaria, quae inspicere sanctissimo diacono licuit, quamvis Nonio fuerit fere quadringentis annis minor, longe fuerint tamen omnibus, quae ad nostra tempora pervenerunt, vetustiora.

Ioannis Sarisberiensis, quem Carnutes saec. XII. episcopum habuerunt, *Policraticus*, Lipsio testante, multis pannis purpurae et melioris aevi fragmentis intertextus, lecta e nostris etiam Tullii libris spolia praefert; quibus, monachi gestantis manu licet attritis, non ex toto tamen pristinus defluxit splendor. V. infra ad lib. I. c. 11, 11. cap. 12, 2. lib. II. c. 15, 6. lib. III. c. 10, 10.

(*Exc. Eyb.*) Sicuti Beda sententias ex Cicerone, quae sibi selectione dignae viderentur, ad verbum eas excerptas collegit, ita saec. XV. Albertus de Eyb in *Margarita poëtica* exempla ex eodem Tullio conquisita coacervavit*). Impressus est liber *Basileae per magistrum Ioannem de Amerbach a. D.*

*) Eadem prorsus esse cum Bedae excerptis indicavit Orellius in recensione praesidiorum criticorum, quam editis libris de Off. praemisit. *Z.*

1495. Messem ipsam ex Tulliana abundantia comportatam offendes in Partis II. Tractatu I., qui inscribitur: De intentione collectoris et auctoritatibus ac sententiis ex libris M. T. C. collectis.

III.

His, quae modo recensui, pater meus auxiliis instructus, si emendatum ab se *ad veterum exemplarium fidem* Ciceroniani sermonis contextum publicasset, id non malo se fecisse exemplo, iudicaturos esse VV. doctos sperabat, nec id reprehensuros, quod non ERNESTUM potissimum secutus sit, Virum magnum in primis, qui, sine assentatione dicam, litterarum et antiquitatis licet eximie peritus, operum tamen Ciceronianorum omnium magnitudine occupatus, (ut egregiae multorum tam Latinorum quam Graecorum, quas curavit, editiones, et praeclara tanti Viri in theologos merita sileantur) non omnia unus corrigere potuit, nec immanis molimenti rei eam adhibere curam, quae ab unius paucorumve librorum editore queat post impensos operi multorum annorum labores exspectari. Sed praeter ista, quae intacta ERNESTUS reliquisse videbatur, erant etiam, quae et in Officiis *) et in Cicerone passim mutata pater ab eo nollet, alia, quae haud satis esse modeste a Viro venerabili tractata crederet. His autem proponendis tantum abest, ut de laudibus Summi Viri detrahere cupiam, ut potius, qui magna nomina, mortuorum praesertim, ultro violatum iverit, eum impudentia contaminatum sempiternas turpitudinis notas subiturum esse persuasus sim. Nec aucupandae id me dedisse philologicae gloriolae profiteor; quae, etiamsi nostris temporibus non valeret apud paucissimos, tamen nulla mea esset, vix pauca de meo adiicientis, sed id concedentis in patrem pietati, ut ex eius adnotatis, quae eum melius, quam alium quem, vidisse crediderim, sine errantis quidem insectatione, libere tamen proferrem.

Primum autem in eo dolebat vicem humanam, quod fere summis viris haerere aliquid soleat istius confidentiae, qua, quae dubitari poterant, ea pro manifestis haberi, saepe aliam ob caussam

---

*) Ex gr. ad lib. I c. 1, 2. eod. 4. cap. 7, 5. cap. 30, 12. eod. 13. cap. 39, 10. cap. 43, 11. cap. 44, 10. lib. II. c. 22, 9. lib. III. c. 3, 2. cap. 11, 3. cap. 21 extr. cap. 23, 5.

nullam voluisse videantur, quam quod dictatorio quasi edicto a se prolata sint. Ita Ernestus ad

Philipp. III. 10. adn. 44. *in illo ipso die*] delevit praepositionem, unicum codicem et Faërnum secutus, adiecitque caussam: *Nec usque addidit Cicero.* Sed vide infra ad lib. III c. 25, 4.

Phil. IV. princ. adn. 1. *Frequentia vestrum*] Huius Graecismi exemplum, quod se reperire in Cicerone non meminerat, edidit postea ipse sine mutatione in ep. ad. div. II. 6. 13. *tui unius studio.* Iam antea mutaverat ex editis et Ms. Erf. pro Planc. 7. adn. 39. Nec ea ubique mutari debere, docebant Korttius ep. ad div. l. c. et Perizonius ad Sanct. II. 13. 3. Addit Ernestus: *Nemo hic haesit, aut exemplum simile attulit.* At fecit id Vossius de construct. c. 57. p. 550.

Orat. 46. adn. 23. in levioris momenti loco tollit antiquam lectionem *stlitibus,* hanc caussam interserens: *Non Ciceronis aetate dicebant* Stlitibus. Immo post Ciceronem adhuc, Augustorum aevo, ita exhibere solitos testatur Laurenberg. antiquar. in STLITEM ex decreto, quo sodalium Augustalium mentionem factam videmus.

De or. III. 58. adn. 93. *Sed mihi cum detulit coronam*] Improbat egregiam lectionem Cratandrianam *tetulit* (quam M. S. Guelph. prim. tuetur, in quo: *sed sibi cum te tulit coronam ab colligandas*) quia metro repugnet. At quod Ernestus legit, *detulit,* id omnino versus trochaici tetrametri catalecti legibus adversatur, quibus *tetulit* optime convenit. Nec adn. 94. carminis ratio constabit, nisi postposito pronomine legeris: *alteri sese dare.*

Ad divers. VII. 1. pr. negat, Ciceronis tempore *aliqui* pro *aliquis* dictum esse. Sed praeter exempla Ciceroniana a Gesnero in thes. v. *Aliquis* n. 4. commemorata plura, et a patre meo infra ad lib. I. c. 32, 1. lib. III. c. 7 in. vide Pareum lex. crit. voc. *Aliquis.*

Ibid. XV. 2. 2. adn. 7. *Parthos - - iter eos per C.*] *Eos* deleri vult, quia parenthesis post *Parthos* nimis brevis sit, quam ut Cicero *eos* dixerit. Ibi pater meus, qui ab Ernesto notissimum pronominis pleonasmum damnari crederet, ut eum convinceret, adduxit Manutium ad VII. ep., ad div. 26. p. 353. b. patruum ad Offic. I. 35. 3. de or. II. 28. extr. aliosque locos, ubi *is* l. *hic* post pronomen relativum abundat. Sed Ernestus, quod patet ex Oudendorpii adn. ad Suet. Aug. p. 276. n. 4. Latinis hanc abundantiam tum demum esse indignam contendebat, quando *is* non

responderet praecedenti pron. relat. sicut nostro loco. Refellit eum Oudendorp. l. c. Adde Sallust. Cat. 37. 4. *Sed urbana plebes, ea vero praeceps ierat.* De or. I. 55. pr. ubi ipse Ern. edidit: *Cuius artem cum indotatam - - videres, verborum eam dote locupletasti.* Recte tamen adscripserat pater Thucyd. IV. p. 151. Steph. extr. *Τῷ δὲ Ἱπποκράτει - - ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη - - πέμπει*, et Xenoph. Cyrop. 1. 3. 13. *πειράσομαι τῷ πάππῳ - - συμμαχεῖν αὐτῷ.*

Brut. 57. adn. 28. *Ut sibi ipse non conveniat*] Ern. vult: *ut tibi ipse non convenias.* Similiter de or. I. 8. adn. 22. *impellere, quo velit: unde autem velit, deducere* sine dubio utrobique legendum *velis* contendit, ut facile quisque admonitus sensurus sit. Sed in his tertia pers. sing. infinite ponitur propter ellipsin τοῦ *aliquis.* Ut enim Offic. I. 7. 10. in *aggrediuntur* latet *homines*, ita τὶς, *quidam*, *aliquis* subintellectum addas tertiae sing. et h. l. et Tusc. IV. 8. 17. extr. *Et est aemulatio aegritudo, si eo, quod concupierit* [aliquis], *alius potiatur*, ipse *careat.* Vid. patruum ad Offic. lib. I. c. 33, 11, ubi male Facciolatus n. 12. corrigit *Si* quis *igitur non poterit:* rectius subaudivisset. Eadem ellipsis imposuit Ernesto de or. III. 26. adn. 90. *ut in proximos - - incidat.* Explicabis: incidant homines, incidat spectator; nisi cum Ernesto Roscium se ipsum in scena admirantem ac sibi ipsum adstupentem facere velis.

Brut. 75. 262. Pater meus: Omnes aliorum, etiam uterque M. SS. Guelph. cum Bengelio ad ep. XV. 13. 4. tuentur: *Omni ornatu orationis, tamquam veste detracta.* Mutaverunt homines, qui Ciceronis stilum ex suo Latinitatis sensu iudicabant, et recepit Ernestus. Meliora docet patruus meus ad Nepot. II. 7. 5. et Oudendorp. ad Suet. Iul. 56. p. 93. in fine adnot. 2. — Ut nostro loco g e n u s, ita verbi n u m e r u s ex propinquis assumitur Ovid. Met. XV. 529. *unumque* erat *omnia vulnus*; et p e r s o n a Cic. de or. III. 20. n. 75. *non quid ego, sed quid orator possit.* Sed omnis, ita videtur, syllepsis Ernesto displicebat, ut de or. I. 11. 48. adn. 37. *Quam ei non* conceditis] Ex bonis libris ita ediderat Aldus, cui tres Mss. Guelph. suffragantur. Nec obest, quod praecedit verbum singulare *vis.* Inter plures qui disputat, licet unum allocutus sit, haud inconcinne pluralem sermoni miscet. Eodem libro c. 35. 160. *Tum Scaevola: Quid est*, Cotta, *inquit*, *quid* tacetis? *nihilne* vobis *in mentem venit* cet. De nat. d. I. 18. 47. *vos quidem, Lucili*, *soletis.* 19. 51. *Et quaerere a nobis, Balbe, soletis.* de

fin. II. 31. pr. *Huc et illuc, Torquate, vos versetis licet.* Nec male Ms. Gu. sec. de or. II. 4. 15 pr. *quaevis mallem fuisset, quam ista, quam* dicitis. Catulus enim n. 14. et suo et fratris nomine verba fecerat. Conf. Cerda ad Virg. IX. 525. *Vos, o Calliope*; et pater meus infr. ad lib. I. c. 12, 6. Etiam in Pis. c. 41. extr. p. 1343. sensus et numerus constabunt, si vulgatam lectionem ita interpretatus fueris: *Cum te semper sordidum* (videbo), *quam si paullisper sordidatum viderem.* Nollet pater, ibi commentum a tanto Viro esse illud de *minore et graviore malo*; quod, quae ibi proponitur, transpositio, Ciceronis sententiam omnino pervertat. Aliud eius ornatus genus habes or. 20. extr. adn. 48. *orator - - explicandus est.*

Brut. 72. adn. 66. *Ac, si cogitata - - elaboraverunt*] Addidit hic de suo iudicio *ut*, quod omnes, uti sperabat, agnituri sint necessario addendum fuisse, textum diligenter edituro. Mirandum esse, tam doctos et acutos Cic. tractatores non vidisse, non correxisse. Sed! — — En patris mei verba: Hic, ut saepe, Ernestus arrogantiae poenas dat. Dicta sunt haec, ut illa Caes. de b. Gall. I. 8. *Saepius noctu*, si *perrumpere possent*, *conati.* Plaut. Cist. I. 3. 37. *Operam usque assiduo servos dat*, si *possiet Meretricem illam invenire.* Plura si quis cupit, adeat quos laudat patruus meus ad Vechneri hellenol. p. 424.

Alia sunt eius modi, quae cum a patre meo in adversaria coniecta essent, publicari potuerant, nisi enotandis singulis doctissimi Interpretis erroribus immorari noluissem, verecundia tanti nominis prohibitus. Nec ob illa, minora fortasse, Ernestini exemplaris sententiam pater improbaverat, nisi multum ab eo de legibus istis dissensisset, quas Vir celeberrimus, cum praefationis loco de perfecto critico Ciceroniano disputans operibus eas praemisisset, toto passim Ciceroni corrigendo adhibuit. In his patri meo Vir doctus suo ipsius Latinitatis sensu confisus plus iusto esse, legibusque grammaticis nimium obtemperasse videbatur. Qui cum saepe spreto laudabili omnium librorum, saepius vetustissimorum consensu, refingere non dubitaverit quaecumque a se promulgatis vidisset obstare: in hoc eum, graviter ab ipso reprehensorum, incidisse grammaticorum vitium, erat suspicio, quo non ex Cicerone limare placita sua ac circumscribere volunt, sed ex his Tullium, veluti grammaticae maiestatis reum, in ordinem cogere sustinuerunt. Saepius

igitur, dum, ut uno tenore Cicero in dicendo defluat, curant et quasi calamistris dictionis aequalitatem inurunt, locupletissimam aureae Latinitatis testem, variandi sermonis elegantiam detraxerunt. Sed haec probanda sunt.

Ubicumque in Cic. *Sunt qui* sequente indicativo legebatur, Ernestus coniunctivum substituit, secutus legem suam, quam praef. p. VI. sub fin. proposuerat. Vide praeter locos, quos in indice damus, patrum ad lib. I. c. 24 extr. Exempla quidem poëtarum sola liquida esse, Ernestus ad de invent. I. 40. adn. 9. affirmat: sed haec nihil obesse: nam quod iis licuerit, non idem aliis in sermone. At cum in praefat. contendat, eum, qui his similia dixerit, non minus peccare, quam qui *poëtam magnam* aut *mentem bonum;* viderit, ne ornatissimos Latii poëtas Romanae plebeculae ac pueris risui fuisse, Ernesto testanti credamus. Melius ipse Cicero praecipit *). Sine libris Ernestum talia corrigere, praeter locos a patre meo advocatos, testatur ille pro Sext. 45. adn. 42. ubi satis habuit apponere: Rectius *studerent.*

Praef. p. V. et XI. statuit, Latinitatem veram postulare: non habeo, quod scribam, non: quid scribam. Vid. pater meus, qui hic, ut supra, distinctione utendum esse, adstruit ad lib. II. c. 2, 11. Rectissime Ernestus ad ep. VI. ad div. 2. 4. edidit: *Te aliquid habere, quod speres; nihil, quod - - timeas;* conf. patruum ad de Offic. III. 21. 10. Sed idem minus bene ad Att. XV. 5. adn. 49. *Non habeo,* quod *scribam:* praecedit enim *consilium meum magnopere exquirunt.* Nec melius ad Att. IX. 12. adn. 82. ad div. VII. ep. 3. adn. 24. Laudo ad Att. VII. 19. pr. *nihil habeo, quod;* sed, quod in eiusdem epistolae fine optime legitur, *de pueris* quid *agam, non habeo,* credo, imprudens reliquit.

Omnibus locis idem, quibus scriptum erat Si potuero, mutavit ac reposuit Si potero, quamvis reclamantibus omnibus et inter hos optimis libris. Etiam hanc rem cum delectu quodam ac discrimine tractandam pater meus putabat. Iure optimo dici Si potero, ubi de actione non statim praetereunte, sed continuanda sermo sit, ut: *odero, si potero; sequar, si potero* de leg. II. 7.

*) De or. III, 10, 39. Sed omnis loquendi elegantia - - augetur legendis oratoribus et *poëtis.* - - quorum *sermone* assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt *loqui; nisi Latine.*

(conf, infr. ad lib. I. c. 32, 6.) Aliam rationem esse in illis: *occidam, si potuero*; *extorquebitne stulto sapiens tabulam, si potuerit?* Vid. h. l. lib. III. c. 23, 3.

Ex Ciceronis deinde praecepto de or. III. 11. init. id sibi licere Viro docto persuasum fuit, ut fere omnem indicativum ex oratione subnexa, nec raro modorum ac temporum inaequalitatem ex Cicerone exterminaret. Sed diiudicare, quid sit perturbatum in his ac discrepans *), nisi librorum auctoritate interposita, sane arduum esse, patri meo persuasum erat. Quae si, posthabita membranarum concordia, ad nostrum sensum revocare solo praeiudicio fretis liceret, quid impediat, quo minus et alia mutentur, quibus quid magis praeposterum ac turbatum sit, nostrates non vident? Quin etiam hanc pronominis anastrophen reiicimus de or. II. 21. extr. *Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque praeclarum natura ipsa ducebat*; pro *Omnino eum* etc.? ib. 61. 250. extr. *quo non ex eodem*; pro *ex quo eodem non?* aut illam adverbii Brut. 10. 40. *neque ipse poëta hic tam idem ornatus*; pro *hic idem tam ornatus?* de or. I. 8. 32. *Quid tam porro regium*; pro *quid porro tam reg.?* Cur non haec etiam refingimus de or. II. 11. 45. *se pati vinci non posse*; pro *se vinci pati non posse?* Quae discrepantia nobis in Cicerone maior videri queat, quam verbi singularis usus, etsi cum pluribus nominibus plurale praegressum sit? Tamen ita est Part. or. 35. n. 121. *Ab reo autem querela - - et* - insidiae - *et periculum* proferetur. — Sed Tullium ista lege insulsam temporum, generum cet. ac pravam ἀκριβείας perturbationem damnare, nec vero improbare usitatissima priscae Latinitati in varianda oratione genera ornatus, nisi innumeris exemplis, quibus abundant veterum auctorum monumenta, vinci posset, vel ex iis pateret, quae saepissime ERNESTUS contra omnium librorum fidem in Cicerone sustulit. Ita

indicativum in oratione suspensa mutavit infra de off. lib. I. c. 7, 6. cap. 26, 5. (quibus locis patrem adeas velim) lib. II.

*) Verba sunt haec: Ut Latine loquamur, non solum videndum est, ut et verba efferamus ea, quae iure nemo reprehendat: et ea sic *et casibus, et temporibus, et genere, et numero* conservemus, *ut ne quid perturbatum, ac discrepans, aut praeposterum sit;* etc.

c. 14, 6. cap. 15, 8. cap. 16, 6. eod. 9. lib. III. 3, 6. cap. 7, 3. cap. 32, 10. pro Caec. 20. adn. 62. de or. III. 3. adn. 30. Ob nihil aliud lectissimam Victorii emendationem ad VIII. ep. ad div. 14. 8. quam egregie Korttius tuetur, vituperavit praef. p. XV. Sic Brut. 49. adn. 10. *Efficiatur autem ab oratore, nec n*°, *ut ii,* qui audiunt, *ita afficiantur, ut orator velit*, expulit Vir doctus indicativum *audiunt* propter sequens *velit*, quamvis in his ratio sit nexus omnino diversa. Audiri oratorem, certum est, nec ideo repudiandus indicativus; sed quia plura motuum genera esse possunt, et in incerto relinquitur, misericordiane orator, an ira odiove affici audientes velit, ob id coniunctivus subiicitur. — Erant tamen, quae Ciceronis elegantiam quasi invito correctore testatura, per infestas mutantis manus effugerent, ut de off. II. 21. 1. *de iis, quae ad universos* [spectant] *quaeque ad rem. p.* pertinent, *disputandum est.* De or. I. 5. extr. *Hortemur, ne - - sed aliis quibusdam, se id, quod* expetunt, *consequi posse confidant.* Ib. 29. 133. *Te iam exoremus necesse est, ut - - nobis explices, quidquid* est *istud.* 53. 229. *noluit ornatius dici, -- quam* ferebat *oratio*: ubi legas miram sane excusationem adn. 63. His addo: *Te meminisse decet, quae plurima voce* peregi, Tibull. I. 2. 13. *Sese illum amare, - - Athenis qui* fuit, Plaut. mil. II. I. 49. *Scio iam, quid* vis *dicere*, ib. I. 1. 36. — Similis fere ratio est illorum, ubi quicumque et quisquis indicativum habent. Or. 54. adn. 62. mutavit *quicumque sunt*; et ex lege reposuit *sint.* Ita cum Korttio I. ad div. ep. 5. 4. minus recte edidit *quoquo modo se res* habeat. Rectius dedisse Bengelius videtur *habet*, cui quatuor MSS. Guelph. assentiunt. Vid. Heumann. ad pro Ligar. 7. 10. quamvis hic, ad 1. 1. pro Mil. cum Ernesto sentiens, Graevium et Fabricium nullo iure incuset. Praeter Ciceronis ipsius exempla ad div. ep. XIII. 37. 2. et or. 29. 133. pater meus adnotaverat Virg. Geo. I. 36 *Quidquid eris*; et v. 406 *Quacumque secat - - ecce insequitur.* Hor. od. I. 9. 14 *Quem sors dierum cumque dabit, lucro Appone.* serm. II. 1. 60 *Quisquis erit vitae, scribam, color.* — Nec illi Ernestinae legi, qua ad div. VII. ep. 21. adn. 72. sponsionis formulam *Ni ita* semper coniunctivum postulare Vir doctus statuerat, parere pater voluit, sociis, credo, pervicaciae confisus Gronovio ac Plauto Casin. prol. 75. — Modi enallagen, in aliis dictionis generibus sollemnem, laudaverunt RUHNKENIUS, in his quidem quae-

stionibus iudicandis summa Vir auctoritate, ad Rutil. Lup. II. 7. p. 107. et pater infra ad lib. I. c. 1, 5.

Sed in ista temporum varietate, qua lingua vernacula immane quantum a prisco Romanorum sermone differt, multa cum sint, quorum nostra subtilitatem vix capiat; (e. gr. de or. II. 55. 224 Quod nisi puberem te iam *haberet*, quartum librum composuisset. — Ibi noster temporum sensus flagitat: *habuisset*, Latinorum ἀκρίβεια non ita. Tum enim, cum quartum librum Bruti pater componere potuisset, filium puberem non *habuerat* solum, nec *habuit*, sed *habebat:*) alia, pauciora sane, in quibus loqui distinctius, quam Latini, nostri videantur; (ut in illo de or. I. 20 pr. *hoc ingenio* POTUISSET, möchte gekonnt haben - - *studiosus audiendi* FUISSET, möchte gewesen seyn - - *non, quid ille* POTUISSET, gekonnt habe) iterum alia, ubi, si rem aestimatione nostratium metiamur, velut sponte Latinus sermo de domestica ἀκριβείᾳ deflexisse videri queat (enallagen temporum male vocant): in hac igitur periculosissima alea pater meus non illico damnanda putabat, quae tibi inconvenientia visa sint, nec contra Mstorum vetustiorum auctoritatem talia esse exterminanda. In eamdem sententiam Clarkius ad Hom. Il. A. 37. n. 4. temporum rationem constare affirmat, cum inter se respondeant tempora, *non quae iisdem forte nominibus sint a grammaticis definita*, sed quae apto connexu cohaereant. Proinde non miraberis, aureae dictionis ἀκρίβειαν, qua omnem Vir acutissimus egregie ait praef. ad Cic. p. VI. varietatem temporum distincte definiri, ob illud omnia ad regulam exaequandi studium ab ipso destructam esse in Vatin. 15. adn. 74. p. 1203. *Sperarasne* id, ut - - tollerentur? Ne hoc quidem senatui *relinquebas*] Ernestus: *sperabasne*. Sed quia *speraverat* Vatinius, propterea *non relinquebat:* cum *relinquebat*, non *sperabat*, sed *sperarat*. Brut. 50. 187. adn. 12. Bruto dicenti - - *dixerim* - - ut ii, qui *audient*] Ern. *audiant*. At cum optativo *dixerim*, praeter tempus perfectum etiam futuri aliquid (v. praeter Gell. noct. Att. 18. 2. sub fin. omnino Perizonium ad Sanct. p. 99. n. 6.) haereat, mutatione temporis *audient* opus non erat. — Adiicere collecta a patre meo exempla, quibus temporum enallagen (haud absurdam illam) non esse Cicerone indignam probaturus erat, quia rationum expositarum concordia postulare videbatur, non dubitavi.

Praesentis. De divin. II. 24. n. 52. extr. *possum equidem innumerabilia;* pro *possem.*

Pro perfecto infinitae significationis; de or. II. 4. 18 *quod — non vident, - - imposuerunt.*

Coniunct. pro imperf. Vid. infr. ad lib. I. c. 11, 11.

Imperfecti indic. De nat. deor. II. 47. extr. *habebant* pro *habituri fuissent.* Vid. patrem ad Mall. Theod. p. 55.

Coniunctivi pro plusquamperfecto. De eo videas ERNESTUM ac *patrem* meum dissentientes ad offic. lib. III. c. 19, 2. Meus, qui dixerat, interdum coniunct. imperf. uti Ciceronem pro plusquamperf. sententiam suam post firmavit adnotatis de or. I. 2. n. 6 *quid esset, cur exstitissent:* lib. II. ad. div. ep. 2. 2 *Pater tuus superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam e vita discederet.* Addo pro Caec. 18. n. 53 *Cum contra eum - Q. Mucius diceret, probavit.* Hor. Serm. I. 10. 70 *recideret omne, quod ultra Perfectum traheretur.* De subiungendo eodem hoc *coniunctivi imperfecto*, quando pendeat oratio ex *praeteritis* verborum, Viro docto pater contradixit infra ad lib. I. c. 30, 15. Nec fallitur Clark. ad Hom. Il. A. 37. p. 10. b. med. edit. Ernest.

Perfecti. De or. III. 3. n. 12 *aut subeunda fuit;* pro *fuisset.* Or. 53. n. 177 *ipsi sibi imitandi fuerunt;* pro *fuissent.* Liv. II. 38. 5 *ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit* i. *fuisset.* Haud mutare igitur Ernestus debuerat pro Mil. 11. n. 31. adn. 40 *Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit, dare iugulum* cet. Nec adversus plurium MSS. auctoritatem et consilium Gruteri ac Graevii illa IV. Catil. 8. adn. 37 *quid tandem incensis futurum fuit?* nec in Vatin. I. adn. 4. sollicitare τὸ *debuisti.*

Eiusdem coniunctivo. Phil. II. 16. n. 41 *albus aterne fueris, ignorans;* i. e. *esses.*

Plusquamperfecti indicat. Or. 29. n. 101 *dixeram* i. *dixi.* Respicit Cicero cap. 3. n. 9. sq. De or. III. 24. n. 93 *quos ego censor edicto meo sustuleram;* pro *sustuli*: altero enim Crassus post initam censuram anno decessit, eodem, quo haec disserebat. Hor. II. Serm. 6. v. 48. 49 *ludos spectaverat una, Luserat in campo;* pro *spectavit, lusit.* De or. I. 7. n. 24. adn. 16 *Venisse eodem, socer eius qui fuerat (erat) Q. Mucius dicebatur et*

M. Antonius] Adscripsit pater: Ms. Gu. pr. *socius eius qui fuerit.* Non reprehendo *fuerit:* nihil tamen muto. Aldum, bonos libros secutum, tuetur codex Erlang. Verba *socer eius qui fuerat* dicta sunt ex persona Ciceronis, cui cum Cotta rem istam narraret, Crassus iam vita functus erat. Male Ms. Gu. sec. ac tert. *socerum eius qui fuerat.* Hinc primi editores magis etiam corruperunt *socerum eius, qui fuisse Q. M. dicebatur,* quam scripturam plane insulsam Ernesto, viro doctissimo, fucum fecisse doleo. V. ad. lib. III. c. 21, 4.

Coniunctivi. Brut. 82. adn. 90 *Qui orator fuisset*; intellige *esset*, sed quale habes de offic. lib. III. cap. 14, 4. Lael. 11. n. 37. *quod tanti Ti. Gracchum fecisset*; pro *fecerit.* De or. I. 20. pr. *non quid ille potuisset* (*potuerit*). Hor. I. Serm. 5, 65 et 68 *iamne donasset, quaerebat* (*donaverit*), *Rogabat Denique, cur umquam fugisset* i. *fugerit.*

Futuri pro exacto. Ad div. XI. ep. 4. extr. *Quod cum facies* (*feceris*), *ex magna parte communi commodo inservieris.* Mutavit Ernestus, quod τῷ *inservieris* respondere debeat *feceris.* Sed v. pro Caec. 18. 52. init. *Sermo mehercule et familiaris et quotidianus non cohaerebit, si verba inter nos aucupabimur; denique imperium domesticum nullum erit, si servulis hoc nostris concesserimus.* Etiamsi Cicero isto loco scripsisset *feceris* a *fecero,* tamen *inservieris* esset ab *inservierim.* Quo animadverso videre licet, voci *inservieris* non solum haerere hanc vim: *erit* per te communi commodo *inservitum* (Perizon. ad Sanct. p. 99. n. 6.) sed per coniunctivum etiam significari a Bruto modestiam, suum commodum aequiparare communi subdubitantis. Hor. Serm. I. 4. 132 *Fortassis et istinc Largiter abstulerit longa aetas.* Eumdem subiunctivum pater inesse istis suspicabatur ad. div. XIII. ep. 65. adn. 99. propter *velis,* quod praecesserat; sed post *Ita* in periodi initio subintelligebat *si feceris.*

Exacti pro futuro simpl. Tusc. II. 22. n. 51 *si modo aliquando fuerit*; pro *futurus est.* Nec opus esse mutato ad div. XIV. ep. 7. adn. 31 *si annona carior fuerit* i. *futura est.*

Infinitivi. De or. II. 3. n. 14 *Scaevolam ita dicere aiebat* i. e. *dixisse*: nam paullo ante dixerat: *ex quo mira quaedam se audisse dicebat.*

Vice versa de or. I. 20. adn. 74 *Qui ista nec didicissent, nec omnino scisse curassent.* Ita MS. Guelph. primus; sed duo iu-

niores *scire.* Mutavit Ernestus, quod tuentur non poëtae solum Hor. art. 328 *poteras dixisse.* Ovid. am. I. 4. 38 *Oscula praecipue nulla dedisse velis*; sed etiam Livius III. 48. 3. et XLIV. 36. extr. *Quiesse erit melius.* II. 24. 6 *nec posse praevertisse quidquam.* Vide plura exempla, et in his M. Senecae ac Nepotis Cornelii apud Vechnerum hellenol. p. 245 sq.

Quo librariorum et correctorum a fraude fuerunt tutiora, quae a poëtis suggerebantur inaequalitatis temporum exempla, eo libentius pater advocabat; qui Tulliano ornatui iustis armis vindicando etiam h. l. deesse noluit. Adiecerat Virg. Aen. II. 665 sq. *Hoc erat - - quod me Eripis, ut - - cernam?* 671 sq. *Hinc ferro accingor rursus - - clipeoque sinistram Insertabam - meque ferebam.* 679 *replebat: Quum - - oritur.* 724 *Inplicuit sequiturque.* Poëta vetus Cic. de or. III. 58 *Impius hortatur, - - ut manderem.* Quod si quis in his, Mantuani vatis aliorumque sublimium poëtarum facundiae opus esse isto crediderit poëticae licentiae *) misello patrocinio, at Horatianas saltem satiras lege prosaica postulare verebitur; quibus ipse Flaccus, quod sermoni propiores essent, (I. 4. 42.) Sermonum nomen inscribere voluit. Atque huius *Musa pedestris* (II. 6. 17.) ab illa, quam diu loquimur, modorum ac temporum discrepantia adeo non refugit, ut hanc potius, verita, credo! ne ab sermone recederet, secuta esse videatur, loquaturque Latine, grammaticae licet, in subnectendis verborum modis ac temporibus, anxietatis secura. Audiamus Venusinum. L. I. Sat. 6. 46 *Quem rodunt omnes, - Nunc, quia - tibi sum convictor: at olim, Quod mihi pareret legio.* Sat. 2. v. 7. 11 de mortuo: *Hunc si perconteris, - Respondet.* v. 50 *qua ratio suaderet, quaque licet.* 55. *ut quondam Marsaeus - ille, qui donat.* 117 *si ancilla aut verna est praesto - malis.* 131 *Cruribus haec metuat - fugiendum est.* S. 3. v. 6 *si collibuisset, - citaret.* v. 15 *decies centena dedisses - - Nil erat in loculis.* 30 *Rideri possit, eo quod - calceus male haeret.* 70 *cum mea compenset, - inclinet: amari si volet - ponetur.* S. 5. v. 20 *Iamque dies aderat, cum - sentimus - donec prosilit.* 72 *Paene arsit, - dum versat.* S. 6. v. 56 *Ut veni coram - narro.*

*) Vulgare poëticae licentiae crimen, licet in alio genere obiectatum, impugnavit pater ad lib. I. c. 35, 11.

69 *si nec mala lustra Obiiciet mihi quisquam - - si vivo insons.* S. 8. v. 1 *Olim truncus eram, - cum faber maluit.* L. II. S. 1. v. 7 *peream male, si non Optimum erat.* Ohe iam satis est exemplorum ad ostendendum, veteres non, si non ubique verborum suorum constructionem ad grammaticorum amussim exaequaverint, idcirco contra analogiam linguae universae peccasse, nec continuo circumspiciendam istiusmodi locutionibus esse medicinam. Sed ne cui suspicio oriatur, patrem meum aut dissensionis in his necessariae suasorem fuisse, aut quidquid liberet, pro licito iudicasse, age vel unico adhibito id exemplo praevertamus. Partit. or. 12. 44 *Aut totum est negandum, quod adversarius — sumserit, - - aut redarguenda ea, quae pro verisimilibus sumta sunt.*] ERNESTUS: *sumta sint,* quia ante est *sumserit.* Pater meus: Indicativus retinendus est, quia praecedit futurum exactum *sumserit.* Hoc vero tempus est indicativi. Non eadem ratio de or. I. 15. 64. —

Intentiore cura peculiaria haec aureae antiquitatis quasi insignia eruenda videbantur, et, quantum in nobis erat, vindicanda, quo maior erat, ad ea delenda legibusque suis conformanda, in editoribus, qui Aldum praecesserunt, proclivitas. Quorum hominum corrigendi studio utrum plus iniuriarum priscis illatum sit, an librariorum veterum barbarie, difficillimum pater habebat aestimare. Cum enim, quantum istorum profectus ab Ernestina eruditione vincuntur, tantum fere vetustis librariis essent doctiores, vix renatarum ipsi quidem elementis litterarum imbuti; fieri non poterat, quin prisca Latinitas, quae barbarorum incendium semiusta effugerat, lentis quibusdam semidoctorum medicantium ignibus recoqueretur. Notabilem horum pruritum, sibi incognita mutandi, habes lib. II. c. 8, 8 et in ipsa glossa limationem lib. I. c. 15, 2 extr. Iisdem raro codex, Anemoeciani instar, in manus incidebat; quippe qui plerumque non optimos ac vetustos sectarentur, sed libros nuper scriptos, nuper interpolatos, utpote legentibus faciles et attritis vetustate membranis nitidiores. Haud infitiandum, qui inde fluxit, cum iunioribus codicibus consensum notavi supra in Guelph. quinti excussione; quibus addas, si tanti videbitur, lib. I. c. 14, 2. cap. 20, 2. cap. 37, 11. cap. 43, 5. lib. II. c. 8, 8. lib. III. c. 7, 3. Nec vero omnem primum impressis pater fidem negabat. Quin horum uno tenore conferendorum gravem sane molestiam toleranter tulit: nec iniuria Ernestum reprehendisse in

CONSPECTUS

TOTIUS OPERIS CICERONIANI DE OFFICIIS.

Lib. I.

Prooemium ad filium de coniungenda Graecae Latinaeque linguae facultate, legendisque ea de causa suis libris de philosophia scriptis: cap. 1.

Propositio rei, se de Officiis nunc quidem scripturum, et in eo argumento Stoicos secuturum: cap. 2. §. 1—10.

Definitio Officii, de quo his libris acturus sit: esse enim id, quod singulis in rebus spectetur, et quod *medium* sive *commune* dicatur, actionem cuius causa probabilis reddi possit: cap. 2. §. 11 — cap. 3. §. 5.

Divisio tractationis quincuplex: esse enim agendum I. de Honesto, II. de Honestorum comparatione, III. de Utili, IV. de Utilium comparatione, V. de Honesti et Utilis, quae videatur esse, contentione: cap. 3. §. 6 — fin. cap.

I. De Honesto agitur a cap 4 — cap. 42.
Generaliter de natura Honesti in universum: cap. 4.
Divisione facta quadruplici, unde virtutes ducuntur sapientiae, iustitiae, fortitudinis, temperantiae, cap. 5.
1) de Sapientia agitur cap. 6.
2) de Iustitia et Beneficentia cum illa coniuncta a cap. 7 — cap. 18. §. 5.
A. de Iustitia a cap. 7. §. 2 — cap. 13.
a) de ipsa virtute iustitiae: cap. 7. §. 2 — §. 6.
b) de iniustitiae duobus generibus, inferendae et non prohibendae iniuriae: cap. 7. §. 7 et 8.
α) de inferenda iniuria: a cap. 7. §. 9 — cap. 8.
β) de praetermittenda defensione iustitiae: cap. 9. §. 1 — §. 5
c) Praeceptum generale, si quando dubitetur faciendum sit aliquid necne: cap. 9. §. 6 — fin. cap.
d) de iustitia non ad speciem, sed ad consilium referenda.
α) de promissis aliquando non servandis: cap. 10. §. 1 — §. 7.

β) de malitiosa iuris interpretatione: cap. 10. §. 8 — fin. cap.
e) de iustitia adversus inimicos et hostes servanda: cap. 11 — cap. 13. §. 8.
f) de iustitia adversus servos adhibenda: cap. 13. §. 9 — fin. cap.
B. de Beneficentia a cap. 14 — cap. 18. §. 5.
Ea tres habet cautiones.
a) ne obsit benignitas: cap. 14. §. 3 — §. 6.
b) ne maior sit benignitas quam facultates: cap. 14. §. 7 — §. 9.
c) ut pro dignitate fiat: cap. 14. §. 10 — fin. cap.
Neminem omnino esse excludendum, praecipue vero gratiam referendam: cap. 15.
Coniunctionis gradus, et quae quisque officia benignitatis postulet, recensentur.
a) universi generis humani: cap. 16. §. 3 — fin. cap.
b) eiusdem nationis et civitatis: cap. 17. §. 1 et 2.
c) propinquorum: cap. 17. §. 3 — §. 6.
d) amicorum: cap. 17. §. 7 — §. 10.
e) rei publicae: cap. 17. §. 11 — fin. cap.
Exceptio: cap. 18. §. 1 et 2.
Conclusio: cap. 18. §. 3 — §. 5.
3) de Fortitudine a cap. 18. §. 6 — cap. 26.
Laus eius virtutis: cap. 18. §. 6 — fin. cap.
Exceptio de falsa fortitudine: cap. 19.
Verae fortitudinis ratio: cap. 20. §. 1 — §. 3.
a) interna: cap. 20. §. 4 — fin. cap.
b) externa, quae in negotiis publicis gerendis cernatur: cap. 21.
In urbanis aeque atque in bellicis: cap. 22 et 23
Cautio de crudelitate et temeritate depugnandique studio: cap. 24.
Praecepta de administranda re publica, de inimicitiis gerendis, ira prohibenda, arrogantia fugienda: cap. 25 — cap. 26. §. 7.
De animo magno etiam privatis in rebus probando: cap. 26. §. 8 — fin. cap.
4) De Temperantia et Decoro a cap. 27 — cap. 42.
Eius natura cum honesto coniuncta: cap. 27. §. 1 — §. 9.
Divisio et descriptio: cap. 27. §. 10 — cap. 28. §. 8.
Officium generale duplex, alterum naturam conservare, alterum appetitus regere: cap. 28. §. 9 — cap. 29. §. 5.
A. De ea parte Decori, quae ad naturae conservationem pertinet, a cap. 29. §. 5 — cap. 34.
a) de eo decoro, quod spectatur in natura humana conservanda, cap. 29. §. 5 — cap. 30. §. 6.
α) de ludo et ioco: cap. 29. §. 5 — fin. capitis.
β) de voluptatis contemptu: cap. 30. §. 1 — §. 6.
b) de eo decoro, quod spectatur in sua cuiusque natura tuenda: cap. 30. §. 7 — cap. 31.

A. De ea beneficentia, quae pecunia fiat a cap. 16 — cap. 18.
a) de profusis sumptibus et muneribus publicis: cap. 16 . et 17.
b) de liberalitate: cap. 18.
B. De ea beneficentia, quae opera fiat a cap. 19 — cap. 24. §. 7.
a) in singulos homines: cap. 19.
ubi de delectu hominum, quibus benefacias: cap. 20.
b) in universos, sive de largitionibus publicis: cap. 21. §. 1 — §. 13.
Cautio de abstinentia adhibenda: cap. 21. §. 14 — 22. §. 8.
Item de iustitia servanda, ne uni eripias, quod dones alteri: cap. 22. §. 9 — 24. §. 7.
De aliarum rerum utilitate, sive de valetudinis et pecuniae cura: cap. 24. §. 8 — fin. cap.
IV. Comparatio utilitatum: cap. 25.

LIB. III.

Prooemium de otii sui ratione, et adhortatio ad filium: cap. 1 — cap. 2. §. 7.
Propositio, restare V. locum de contentione Honesti et Utilis, quem *Panaetius* non tractarit, sed tractare voluerit: cap. 2. §. 8 — fin. cap.
Sed quaeri, num possit Utile cum Honesto certare, quod ex illius mente negatur
1) propter naturam et veri Honesti: cap. 3. §. 1 — §. 8.
2) et eius Honesti, quod communiter appellatur, quippe ex illo adumbrati: cap. 3. §. 9 — cap. 4. §. 9.
Causam illius, quae videatur, contentionis, esse dubitationem de eo, quod honestum sit: cap. 4. §. 10 — §. 13.
Regulam igitur esse: quicquid honestum est, idem utile, nec utile quicquam, quod non honestum: cap. 4. §. 14 — fin. cap.
Quae rationibus explicatur
1) quia, si contra agas, dirumpi generis humani coniunctionem necesse sit, quae maxime sit secundum naturam: cap. 5.
2) quia communis omnium utilitas sit: cap. 6.
Redit ad *Panaetium*, qui sic rem explicaturus fuerit, cetera sese dicit ad eandem rationem expleturum: cap. 7.
1) Generalis sententia de utilitate, quae esse non possit cum turpitudine, etiamsi ea ignota sit omnibus: cap. 8 et 9.
Sed dubitari nonnunquam et peccari propter speciem falsae utilitatis, in primis in amicitiis: cap. 10. Nec a privatis solum, sed etiam in rebus publicis: cap. 11.
2) De peculiari contentione utilitatis, quae *prudentia* videri velit
A. cum Iustitia a cap. 12 — cap. 15. §. 9.
a) in reticentia: cap. 12 et 13.
b) in orationis vanitate: cap. 14.
Itaque omnem et dissimulationem et simulationem tollendam esse: cap. 15.

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER PRIMUS.

Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratip- 1
pum, idque Athenis, abundare oportet praeceptis institutisque

DE OFFICIIS] Goth. et Vinar. cum pluribus aliis, *officiorum.* Sed ipse Cicero *de officiis* praescripsit, idque epist. XI. libri XVI. ad Atticum testatum reliquit. *Quod de inscriptione quaeris,* inquit, *non dubito, quin* καθῆκον *officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior* de officiis. *Προσφωνῶ autem Ciceroni filio: visum est non ἀνοικεῖον.* Nec aliter Plinius hist. nat. praef. Gell. lib. XIII. c. 27. Lactant. lib. VI. cap. 2, 15. Festus, Nonius ceterique grammatici. Unde et Ambrosius, Ciceronem imitatus, *de officiis* opus suum inscripsit, quod vulgus *officiorum* vocat, lib. I. c. 7 et 47 extr. *Officium* autem nominatur neque κατ' ἀντίφρασιν, quasi *minime officiat,* i. e. noceat; neque ab *efficiendo,* ut veteres putabant; neque ex *opificio* contrahitur: sed ab *obficere* est, quod significat apte, accommodate, decenter facere; ut *occasio,* quae opportune accidit, ut *obedio, oblecto, obsequor, obtempero,* aliaque, quae simplicium verborum actionem commodam, et ad aliquid attemperatam, exprimunt. Hinc fit, ut *officium* saepe pro beneficio dicatur.

* DE OFFICIIS] Hanc scripturam sistunt MSS. Guelpherbytani omnes, praeter quartum. Is vero dedit *officiorum,* quod primi editores, codicum recentissimorum asseclae, arripuerunt. Ciceroni probatam inscriptionem retinet etiam Sueton. Caes. c. 30 et Lamprid. Alex. Sev. c. 30.

AD MARCUM F.] Qui tum annum agebat XXI. natus L. Iulio Caesare, C. Marcello Figulo coss. ab U. C. anno 689, a. Chr. 64.

Cap. I, 1. *annum iam*] Scribere coepit Cicero C. Caesare quintum, M. Antonio coss. a. 44 a. Chr. nat. ineunte aestate, Caesare iam interfecto: perfecit vero extremis eiusdem anni mensibus. Vide lib. XV. Attic. ep. 13 extr. lib. XVI. ep. 11 et 14. Filium Athenas miserat circa calendas April. superioris anni, ut ex libro XV. Attic. ep. 15 et lib. XVI. ep. 1. cognoscitur: quod qui Caesare iam e medio sublato factum putant, multum errant.

Cratippum] Philosophum Peripateticum, suae aetatis principem, Mytilenis oriundum, ubi Pompeium ex acie Pharsalica fugientem consolatus est. Plutarch. Pompei. p. 659. Ciceroni in Ciliciam eunti primum visus est Ephesi, quo eius salutandi causa venerat. Cicer. de univers. c. 1. Postea ab eodem Cicerone adiutus civitatem Romanam a Caesare impetravit. Athenas veniens, adnitente Cicerone

philosophiae, propter summam et doctoris auctoritatem et urbis; quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis: tamen, ut ipse ad meam utilitatem semper cum Graecis Latina coniunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci; id tibi censeo faciundum,

ab Areopagitis rogatus est, ut, quoniam civitati ornamento futurus esset, instituendae iuventutis causa ibi maneret: quod et fecit. Plutarch. Cicer. p. 873. et in Brut. p. 994. Scripsit de divinatione somniorumque interpretatione. Cicer. de divinat. lib. I. c. 3. lib. II. c. 48 seqq. Tertullian. de anima c. 46. Adde Cicer. lib. II, offic. c. 2. lib. III. c. 2. Brut. c. 71. Ciceronis fil. epist. 21. libri XVI. Ceterum nomen huius philosophi analogiam non sequitur, qua scribendum esset *Crathippus* cum adspiratione: vel quod Aeolicum est; (Mytilenae enim Lesbi urbs, Lesbus vero ab Aeolibus habitata fuit) vel quod in compositis ex ἵππος spiritus asperi ratio non semper habita est. Nam et *Alcippus*, *Aristippus*, *Leucippus*, *Lycippus* tenuem litteram retinent.

abundare] Non solum abunde audire praecepta philosophiae, sed etiam frequenter et quotidie quasi exemplum aliquod vivendi in aliis intueri. *Abundare praeceptis* non est, eruditum esse, sed copia praeceptorum circumfluere.

* *abundare oportet*] Gu. sec. sed solus, et hoc loco parum commode, *abundare oporteat*. Coniunctivum facilius admitto c. 2, 7.

praeceptis institutisque philosophiae] *Praecepta* sunt, quae vera, recta et honesta monstrant: *instituta* animum moresque ad praecepta conformant. Haec quidem non auribus magis a magistro, quam oculis ingerebantur ab iis, qui tum Athenis recte vivendi exemplum praeibant. [Vel potius qui olim praeiverant.] Filium igitur non doctiorem modo esse vult; sed multo etiam meliorem, qui sciat non magis, quam probet ac sequatur optima.

auctoritatem] Quia et praeceptorem habes, et in ea urbe agis, cuius summa est auctoritas. Est vero *auctoritas* vis ad agendum vel sine ratione impellens. Hanc urbi quoque tribuit, quae viros ferebat [seu tulerat potius] unicuique adolescenti imitandos.

augere] Ad te doctrina et moribus ornandum plurimum conferre. Doctoris enim scientia, urbis exempla plurimum ad tuum profectum conferre possunt.

* *altera exemplis*] Gu. pr. *alter exemplis*: quod simile foret illi Virgil. ecl. III. 34. *alter et haedos*. [Nihil ego quidem simile video.]

* *ad meam utilitatem*] Ernestus V. C. haec verba, quae in libro quodam suo [Curiensi] omissa videbat, languere, eoque merito abesse iudicabat. Equidem crediderim, praepositionem *ad* h. l. eventum magis, quam scopum significare. Nec leve pondus accedebat adhortationi Ciceronis, quum adiiceret, quod filium suo exemplo facere iuberet, id se non sine fructu atque emolumento suo fecisse.

cum Graecis Latina coniunxi] Cum Graecis Latina, cum Latinis Graeca coniunxi. Non solum enim in philosophia Graece a magistris tradita Latine interpretatus sum, ut, quae Latine dici posse nemo antea putarat, nostro sermone explicarem: sed et in dicendi exercitatione, quae Latina lingua contenta esse poterat, Graecos magistros adhibui, apud eos Graece declamavi, Graecos oratores imitatus, eorumque virtutes exprimere conatus sum. Vide Sueton. de clar. rhetor. c. 1 et 2. Cicer. Brut. c. 90. lib. I. de orat. c. 34.

in dicendi exercitatione feci] Verbum *feci*, quod in suo codice non reperit Graevius, ideoque suspectum habuit, nuper eiectum video a celeberrimo viro, Iac. Facciolato. Non ausus sum eius exemplum sequi, quod id in ceteris codicibus omnibus, et in nostris quoque est, locumque suum tueri potest. Sic illud etiam

ut par sis in utriusque orationis facultate. Quam quidem 2
ad rem nos, ut videmur, magnum attulimus adiumentum

abundare videtur lib. V. Tusc. c. 32 *An Scythes Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere: nostrates philosophi facere non poterunt?* Infra lib. II. c. 1, 7 *Primum enim, ut stante republ. facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operae poneremus: deinde ipsis scriptis non ea, quae nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut saepe fecimus.* Cornel. Nep. Chabr. III, 3 *Neque vero solus ille aberat Athenis libenter: sed omnes fere principes fecerunt idem.*

sed etiam in dicendi exercitatione feci] Gu. quart. *etiam* omittit. Eleganter id atque ex more Ciceronis abesse posse, docet patruus meus ad cap. IV, 4. Hic tamen contra meliorum librorum auctoritatem nihil mutandum videtur. Verbum *feci* tuentur omnes et scripti libri et veteres impressi, quos mihi inspicere contigit. Memoria igitur vacillavit Ernestus V. C. quum scriberet, *feci* in impresso Magontino omissum esse.

idem tibi censeo faciendum] Cum Latinorum, quod sciam, nemo dicat, *ut feci, idem tibi censeo faciendum;* sed vel *quod, idem,* vel *ut, item, ut, itidem.* Etsi enim apud Graecos *τῷ ὥσπερ, ταὐτὸν* vel *αὐτὸ τοῦτο* respondet: id tamen alia plane ratione dictum est pro *κατὰ ταὐτόν.* Itaque et Guilielmius hic malebat *itidem,* idque in aliquot eius libris extabat: in [Bas.] Goth. Oxoniensib. aliisque est *identidem,* ex *itidem,* ac potius ex duplici lectione *idem* et *item* natum. Quam ob rem cum Lambino *item* restituo, quod a Cicerone frequentius usurpatum, eique infra etiam cap. 32, 11. redditum reperio. Lib. II. c. 14 *Nec tamen, ut hoc fugiendum, item habendum est religioni, nocentem aliquando defendere.* Lib. V. epist. XII, 6 *Ut multi Graeci fecerunt, tu quoque item civilem coniurationem ab hostilibus externisque bellis seiungeres.* Pro Cluent. c. 24 *Ut adhuc me attente audistis, item quae reliqua sunt audiatis.* Cum Guilielmio facit Plaut. III. Amph. IV. 9 *Ut filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.* Idem II. Capt. 2, 11 *Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.* Terent. III. Phorm. 1, 12 *Tum Phormio itidem in hac re, ut aliis, strenuum hominem praebuit.* Lucret. lib. III. v. 11

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

* *idem tibi censeo faciendum*] Gu. quart. mutato ordine *idem censeo tibi:* impr. Lips. 1513. *ita idem tibi.* Et elegans est, et magniloquentiae invidia Ciceronem levat, quod ex Ms. Vinar. uno Oxon. Cockmanni et impr. Magont. revocavi, *id tibi c. f.* [Alios quattuor mss. laudat Goerenz. ad Cic. de Legg. II. 6, 14; Bern. e Orellius.] Saepe veteres post *ut* particulam *ita* vel *sic* subintelligendam omittunt. Cicero de legib. II, 4 *Sed, ut vir doctissimus fecit Plato, atque idem gravissimus philosophorum omnium, qui princeps de re publica conscripsit, idemque separatim de legibus eius,* id *mihi credo esse faciendum, ut prius quam ipsam legem recitem, de eius legis laude dicam.* Infra cap. 42, 9 *Si satiata quaestu, vel contenta potius, ut saepe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit.* Vide Cortium ad illa Sallust. Iug. II, 3 *Postremo corporis et fortunae bonorum, ut initium, finis est.* Adde Duker. ad Suet. Domit. c. 12. [Verum hoc est, sed tamen *id,* quoniam refertur ad praecedentia, debet esse *idem,* aut corrigendum est *item.*] Pro *faciendum* rescripsi *faciundum,* obsecutus rationibus Iac. Gronovii Gruterum hoc loco graviter reprehendentis. Conf. patrui adnot. infra ad c. 6, 6. [Sed in eiusmodi formis ambiguis nihil nunc quidem tutius quam codicum mss. consensum sequi.]

in utriusque orationis facultate] Ambiguum, quo *utriusque orationis facultas* referenda sit; utrum ad Graecam et Latinam, an ad forensem et philosophicam. Huc quidem

hominibus nostris, ut non modo Graecarum litterarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitrentur adeptos et ad di-
3 cendum, et ad iudicandum. Quam ob rem disces tu quidem a principe huius aetatis philosophorum, et disces, quam diu voles: tam diu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit. Sed tamen nostra legens, non

illud me ducit, quod sequitur, *quam quidem ad rem nos magnum attulimus adiumentum hominibus nostris:* quod non de Graeca et Latina lingua, sed de utraque et in foro dicendi, et de philosophia disputandi facultate capiendum esse apparet. [Noli dubitare quin ad utramque *linguam* pertineat, sicut mox est *orationem Latinam legendis nostris efficies pleniorem.*]

2. *ut videmur*] Non nobis, sed aliis. * Gu. sec. [Erf.] et impr. Lips. 1507. *ut videtur.* Ernestus, modestiae Ciceronis consulturus, scribendum censet *ut videmur nobis.* At illud modestius, certe mori Ciceronis conveniens erat. [Nimirum ut dativus primae personae subintelligatur, nam modestiae quidem satis in ipso verbo *videri* inest. Vide exempla a Beiero collecta.] Ita de nat. deor. 1, 4 *Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Graecis ne verborum quidem copia vinceremur.* Nec est, quod putemus, Cicerone dignius fuisse, si scripsisset *nos videmur — — attulisse.* Similiter scripsit ad Atticum ep. 5, 18 *Stamus animis, et quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu.*

magnum attulimus adiumentum] Vide hoc ipsum plenius exponentem lib. II. de divinat. c. 1 et 2.

Graecarum litterarum rudes] Vide quae dixi ad Cornel. Nepot. praefat. 2.

docti] Repete *Graecarum litterarum:* nisi id per se ipsa haec vox significat Romanis, illo tempore Graecis tantum magistris utentibus. * Ita Acad. quaest. 1, 2 *doctos* appellat Ciceronem, quos paulo ante *Graecis doctrinis eruditos; indoctos* vero, quos *a Graecorum artibus et disciplinis abhorrentes* dixerat.

* *aliquantum*] Gu. pr. quart. quint. atque impr. Lips. 1513. [Bas. Bern. c.] *aliquantulum*, quod non probo. *Magnum adiumentum* videbatur civibus suis attulisse Cicero, eoque *aliquantum*, h. e. multum, se arbitrabantur adeptos. De hac significatione adverbii *aliquantum* consule eruditissimos Suetonii interpretes, Ernestum atque Oudendorpium, illum ad Caes. c. 86. hunc ad Neron. c. 48. Adde, quae dicentur ad Cic. Lael. 12, 3.

et ad dicendum] Goth. [Vin. Oxonienses et alii *discendum:* quam lectionem Maturantius amplexus est. Librariorum inconstantiae tribuendum, qui contra saepe *discere* mutant in *dicere.* [Sicut in Erf. h. l. *discendum*, mox *dices* pro *disces.*] Vide doctos viros ad Quintil. prooem. 6.

* *et ad dicendum*] Male etiam Gu. pr. quart. quint. et impr. incert. *discendum.* Gu. sec. *dissendum,* quod ex *disserendum* originem ducere videri queat. Praestat scriptura vulgata. [Erf. *quousque* pro *quoad te.*]

3. *non poenitebit*] Non parum videbitur, interprete Servio ad Virgil. eclog. II, 34. et lib. I. Aen. v. 552. Ita et Livium locutum lib. I. c. 8 extr. observatum est aliis.

Sed tamen nostra legens] Nihil hic mutandum est, nisi vulgata interpunctio. Lege igitur ita: *Sed tamen nostra legens non multum a Peripateticis dissidentia, quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus; (de rebus ipsis utere tuo iudicio, nihil enim impedio) orationem autem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem.* Orationem parenthesi interruptam suo more contexit particula *autem.* Sic infra cap. 43, 6 *Princepsque omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant; (prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam*

multum a Peripateticis dissidentia, quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus; (de rebus ipsis utere tuo

quamdam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia) illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum atque humanarum scientia. Eamdem significationem habet *sed* cap. 30, 3 et lib. II. c. 31, 6. Nec aliter *ergo, igitur, verum* usurpari observo ad Philipp II. 32, 6. et iam observatum est aliis. Vide lib. I. epist. 9, 74. ibique Bengelium: lib. XV. ep. 10. pr. lib. I. Attic. ep. 10. pr. Verrin. V. c. 2. pr. Plin. lib. V. epistol. III, 5. Lambin. ad Horat. lib. I. sat. I, 27. Gronov. ad Liv. lib. II. c. 12, 2. ad Senec. lib. I. de ira c. 3. Horat. Tursell. de particul. in *ergo, igitur, sed, verum.* Commune cum Graecis hoc habent Latini. Aelian. lib. VI. var. hist. c. 10. *Οἱ γὰρ δύο παῖδες, οἵπερ οὖν ἤστην αὐτῷ, Πάραλός τε καὶ Ξάνθιππος, ἀλλὰ οὗτοι μὲν κατὰ τὴν νόσον τὴν δημοσίαν τοῦ λοιμοῦ ἀπέθανον.* Iulian. epist. XXXX. p. 419. Lips. *Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος (ἵνα δὴ πάλιν ἐκ τοῦ θεοῦ πρὸς σὲ τὸν εἰκόνα λάβῃ ὁ λόγος) ὁ δ᾽ οὖν ἥλιος ὥσπερ ὅταν ἀκτῖσι καταρθεὶς ὅλος λάμπῃ κ.τ.λ.* Geminus eiusdem locus est in Caesar. extr. p. 31. ex mea edit. quem antea immerito suspectum habui. Suo itaque et communi politioris antiquitatis more Cicero post longam interpositionem priora verba, non ipsa quidem, sed, ut solet, paulum immutata, repetit, (ut Philipp. II. 31, 2.) nec in battologiam incidit, quod vir doctus [Facciol.] putavit, sed memoriae iuvandae causa ita sententiam concludit, ut, quomodo cum primis postrema cohaereant, facilius intelligatur. Quare invito Cicerone rescribunt, *sed tamen nostra leges*, vel, ut nuper in Italia factum, *sed tamen et nostra leges;* aut, servato participio *legens*, duo verba *legendis nostris* pro insiticiis eiiciunt. [Tolle signa parentheseos, quibus oratio impeditur potius quam adiuvatur. Unum dicere volebat Cic., *nostra legens Latinam orat. tuam efficies pleniorem*, sed de rebus ipsis cogitans addidit se de his quemadmodum iudicaret filio non praescribere, reditque in viam oppositione facta. Sed minor interpunctio facienda ante *sed tamen*, pertinet enim ad praegressum *disces tu quidem*].

a Peripateticis] Praepositionem Gu. pr. [et Bern. a] excludit. Scimus, verbo *dissidere* non alienum esse casum tertium: sed aliter solet Cicero.

utrique et Socratici et Platonici esse volumus] Goth. cum aliis nonnullis *utique et Socratici et Platonici*, quod nondum cuiquam probatum video. Gronovius et Graevius *utrique* in *utrumque* mutant, et ad eos, qui sequuntur referunt, quasi dicat, *volumus utrumque esse, et Socratici et Platonici.* De se solo eum loqui putant, non de se et Peripateticis. At ne sic quidem cetera quadrare videt Graevius, nisi *Socraticis* substituantur *Stoici.* Cui si obsequi velis, omnem veterum librorum fidem ex levi suspicione damnaveris. Cur autem *utrique* de Cicerone et Cratippo, vel, si mavis, de Academicis et Peripateticis, non capiatur, nulla sane ratio est. Cicero enim se a Cratippo, vel a Peripateticis, parum dissentire adfirmans recte hoc argumento uti potuit, quod *utrique* (ipse et Peripatetici) velint esse *et Socratici et Platonici.* A Socrate enim sua habuit Plato, a Platone Aristoteles et Xenocrates, Academicae sectae princeps. Peripatetici vero verbis tantum a Socraticis, quibus de summo bono Stoici adsentiebantur; a Platonicis minus etiam dissentire videbantur multis. Qui vero in aliquo tertio conveniunt, inter se conveniant necesse est. Itaque non pudet me eorum subscribere sententiae, quamvis irrisae a Graevio, qui nihil hic mutandum censent: (cui et Italorum doctissimum virum, Facciolatum, et Anglorum decus Pearcium accessisse video) cum Cicero et Cratippus, id est Peripatetici, utrique et Socratici et Platonici esse vellent, sive idem de summo bono sentirent, quod Socrates et Plato senserunt, qui in una virtute vitam beatam posuerunt, vel exclusis

iudicio, nihil enim impedio) orationem autem Latinam pro-
4 fecto legendis nostris efficies pleniorem. Nec vero arrogan-
ter hoc dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis, quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornate dicere, quoniam in eo studio aetatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo iure quodam
5 modo vindicare. Quam ob rem magno opere te hortor, mi Cicero, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui iam illis fere aequarunt, studiose

plane, vel adiunctis huic ceteris commodis, quibus omnia tribuit Epicurus. Vide lib. I. Tusc. quaest. c. 6. Nam Ciceronem in his officiorum, quae media vocantur, praeceptis Academicam et Peripateticam de summo bono sententiam non plane reiecisse, apparet ex lib. III. c. 4. extr. et ex eiusd. libri c. VII, 3. seq. Certe nec Stoicus, nec ita Academicus videri volebat, quin ex aliorum quorumcumque fontibus, quantum vellet, suo iudicio hauriret. Vide lib. II. cap. II, 14. lib. III. c. 3.

* *utrique et Socratici, et Platonici*] Nihil in his mutandum esse, agnoscit etiam Gesnerus in chrestomath. Cic. LXVII. 12. Prior particula *et* a Gu. pr. sec. tert. quint. impressis Magont. et incerto abest. [Item ab Erf. et Bas. et Bern. omnibus, et recte, quia non opponuntur.]

* *esse volumus*] Ita est in Gu. pr. tert. et quinto [et Erf.]. Reliqui cum Goth. et antiquis impr. omnibus transponunt *volumus esse*. Vide infra ad cap. 27, 12.

utere tuo iudicio] Uteris, ipse iudicabis, quid in re sit verissimum.

* *profecto legendis nostris efficies*] Quatuor Gu. quibus Goth. [Erf. Bas. Bernenses] omnesque antiqui impr. accedunt, *efficies profecto legendis nostris*. Gu quint. *profecto nostris legendis efficies*. Pro *pleniorem* male Gu. sec. dedit *planiorem*.

pleniorem] Cum mea scripta leges, id in primis consequeris, ut ea, quae a nemine antea Latine dicta sunt, explicare, et cum Graecis vocabulorum copia certare possis, intelligasque de Latinae linguae inopia nullam esse querendi causam.

4. *concedens multis*] Etsi multis id laudis concedo, ut me subtilius philosophari putentur. [Antea *hoc arrog*. Erf. Bas. Bern. a c d.]

* *apte*] Ernestus commendat *aperte*, quod in libro Curiensi repererat. Quamvis oratori necessarium sit *aperte dicere;* tamen id *proprium oratoris* munus dicere prohibent ea, quae in persona Crassi disputat Cic. de orat. III. 10.

ornate dicere] Ita Vinar. et Ven. pr. et sec. *et ornate* Goth. Vulgo *ornateque*. * Ern. *ornateque* reduxit. Cum optimis Graevii et Gronovii libris, copulam hinc tollentibus, consentiunt omnes, quibus uti nobis licuit, et scripti et impressi veteres.

* *videor id meo iure quodam modo vindicare*] Pronomen *mihi,* quod in hac formula adiicere solent, hic eleganter ex praegresso *meo* intelligitur. Similiter *sibi* ex *suo* repetitur, de orat. I. 10 *Ceterique suo iure physici vindicarent.* Ita ex antiquo libro emendavit Car. Langius ad Cic. Lael. c. 21. quum vulgo *in suo genere* legeretur. De syllepsi ista vide Cort. ad Cic. lib. IV. ep. 13 n. 18.

5. * *Quamobrem magnopere*] Ex Gu. pr. scripsi: *Quam ob rem magno opere.* [Cf. ad c. XI, 8.]

qui iam illos fere aequarunt] Haec lectio placuit Lambino, Graevio, Verburg. et aliis: *qui se iam illis fere aequarunt* Vinar. [Erf.] Oxonienses, quinque Pearc. Ven. quatuor, Argent. *qui se iam illis aequarunt* Goth. omisso *fere: qui iam illis fere aequarunt se,* vel *qui se*

legas. Vis enim dicendi maior est in illis, sed hoc quoque colendum est aequabile et temperatum orationis genus. Et 6 id quidem nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere elaboraret, sequereturque et illud

cum illis aequarunt, qui iam illis fere aequantur alii. Quoniam *se* incertum locum obtinet, suspectum id est Vossio lib. III. de analog. c. III. p. 9. quasi a grammatico aliquo adiectum, legendumque videtur, *qui iam illis fere aequarunt.* Livius quidem lib. XXXIII. c. 23. ad hunc fere modum: *Is triumphus ut loco et fama rerum gestarum inhonoratior fuit: ita signis carpentisque et spoliis ferme aequabat.* Vide Guntheri Latinit. restit. part. II. c. 188. Ciceronem vero ita locutum, nondum mihi fit credibile, [neque Livius locutus est, nam patet subintelligendum esse *illum,* et *signis* esse ablativum,] ideoque veterem et vulgatiorem lectionem, quam Pearc. et Facciolatus revocavit, retineo: cum praesertim in Graeviana insolentior generis enallage sit. Nam *illos,* quod ad *orationes* referendum erat, ad libros, quo non pertinet, transfertur. De numero autem librorum potius, quam de eorum praestantia, sermonem esse, recte a Graevio monitum est.

* *qui iam illos fere aequarunt*] Patruo placebat *qui se iam illis fere aequarunt,* cui scripturae omnes impr. vetusti calculos suos adiiciunt. Proxime accedunt Gu. sec. tert. quart. quint. [Bern. c. Bas.] in quibus lego *qui iam illis fere se aequarunt.* At pronomen *se,* quod incerta sedes iam suspectum facit, Gu. pr. cum quinque codicibus Aldi, in quibus est antiquissimus Alberti Tettii, uno Lambini, aliquot Langii, et Palatin. primo Gruteri, [Bern. a b d e] expellit. Hoc igitur probantibus Gifanio, Guilielmio, Vossio, Gronoviis, abiiciendum censeo. Usus verbi *aequare* absolute positi Cicerone indignus videri eo minus poterit, quod ille verbum *adaequare* simili ratione adhibuit lib. II. ad Q. fratr. ep. 6 *Senatorum enim urna copiose absolvit, equitum adaequavit, tribuni aerarii condemnarunt.* Conf. omnino Parei lex. crit. p. 52. seq. Alia verba a Cicerone et optimae Latinitatis auctoribus absolute usurpata congesserunt Vechnerus ac patruus meus in hellenolexia lib. I. part. I. cap. 6.

aequabile] Sibi per omnia simile, quod non variatur et interrumpitur adfectibus. [Nihil igitur Heus. de collocatione verborum. Orellius enim *Vis enim maior in illis dicendi:* ut oppositio fiat inter *dicendum et orat. genus.*]

6. * *nemini video Graecorum adhuc contigisse*] Vocula *adhuc* in Goth. extra versum adscripta, in Gu. quart. [Bern. d et Bas.] plane omissa et ab Ern. sublata est. Servant eam reliqua omnia et scripta et antiquitus impressa exemplaria nostra: etiam Magontinum, cuius fide vir venerabilis ad condemnandam particulam illam abuti non debuit. Praestantissimis vero scriptoribus *nemo adhuc, adhuc non,* et similia, admodum usitata erant. Cicero ad divers. I. II. ep. 8 *Πολιτικώτερον enim te adhuc vidi neminem.* Cat. mai. c. IX, 6 *Quod equidem adhuc non amisi.* Ibid. c. X, 6 *Itaque nemo adhuc convenire me voluit.* Parad. VI, 3 extr. *Nec eorum quisquam adhuc inventus est.* Cornel. Nep. in fragm. Guelph. *Unum hoc genus Latinarum litterarum adhuc non modo non respondere Graeciae.* Alia ibi adscripsi in vindiciis p. 144.

laboraret] Goth. *laborarit.* Lambinus malebat *elaboraret:* quod usu frequentius, hic vero in nullo, quod sciam, veteri exemplari repertum est. Et *laborare in aliqua re* Ciceronianum est. Lib. V. epist. XII, 24 *Nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse,* (sc. ab aliis) *quam qui in eo genere laborarunt.* Lib. III. de nat. deor. c. 24 *In enodandis nominibus, quod miserandum sit, laboratis.* Cat. mai. c. 7. extr. in plerisque etiam libris est, *sed iidem*

forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus: nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens; dulcis tamen, ut Theo-
7 phrasti discipulum possis agnoscere. Nos autem quantum

laborant in eis, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Ubi tamen Graevius *elaborant* edidit. Variant etiam libri ibid. c. 8. extr. ubi aliqui, *sed in litteris certe laboravi.* Quintil. lib. X. c. 1. pr. *Si quid ex his defuerit, frustra sit in ceteris laboratum.* Non prorsus tamen ab iis dissentio, qui *elaboraret* et hic reponunt. Priore enim verbo in eandem vocalem desinente, pronus in errorem lapsus est. Ita lib. III. c. 1. extr. in Goth. pro *brevi tempore eversa,* scriptum est *versa.*

* *laboraret*] *Laborare in aliqua re* legitur etiam apud Cic. de or. III, 33 *At utroque in genere et laboravit et praestitit:* lib. III. in Verr. c. 56 *Omnibus enim nervis mihi connitendum est, atque in hoc laborandum, ut* cet. pro leg. Manil. c. 8 *In quo maxime laborandum est, ne* cet. Nihilo minus *elaboraret* eo, qui est in manibus, loco reposui; quia diserte ita scriptum reperi in Gu. sec. qui nostrorum et antiquissimus est, et emendatissimus. Vide Iac. Gronov. ad I. 1. de fin. c. 4. et Oudendorp. ad Suet. Aug. c. 64. [Satisque nunc Latine docti consentiunt, *elaborare* scribendum esse, ubi de fructu sive effectu rei dicatur, *laborare,* ubi molestiae tantum laborisque significatio sit.]

sequereturque] Affectaret, operam illi daret. Sic n. 7 *utrumque certe secuti sumus.* Cap. XXXVIII, 4 *In voce autem duo sequamur.* Vide Buchner. ad Plin. lib. VIII. epist. XVIII, 8.

* *sequereturque*] Gu. quart. impr. Magont. et incert. *sequereturque et illud forense genus dicendi, et hoc quietum disputandi.*

Demetrius Phalereus] Omnes fere scripti *Phalerius,* sed vitiose. Graece enim *Δημήτριος ὁ Φαληρεύς* dicitur, Latine *Phaléreus,* tribus syllabis, male *Phaleréus,* peius *Phaleraeus.* Vide quae dixi de errorib. grammaticor. n. V. p. 129. [observationem antibarb. cap. II. p. 372.] et ad Phaedr. lib. V. fab. 2. De eo Cicer. in Bruto cap. 9 *Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palaestra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, et eam mollem teneramque reddidit: et suavis, sicut fuit, videri maluit, quam gravis; sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perfringeret, et tantum ut memoriam concinnitatis suae, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.* Vide eumdem in oratore c. 27. et lib. II. de orat. c. 23. lib. III. de legib. c. 6. Quintil. lib. X. cap. I. 80. p. 902. Vitam eius narrat Diog. Laërt. lib. V. 75. seqq. unde eum Athenis pulsum, in Aegyptum confugisse, ibique bibliothecae praefectum, tandem a serpente ictum periisse discimus.

* *Phalereus*] Recte ita scriptum est hoc nomen in Gu. tribus prioribus, in impr. Ven. 1498. ac Lugd. 1527. Reliqui et scripti, et veteres impr. corruperunt *Phalerius.* Conf. humanissimi Ruhnkenii adnot. ad Rutil. Lup. II. 16.

* *subtilis*] Gu. sec. antiquae orthographiae tenax dedit *suptilis.* Vide ad Mallium Theodorum de metris cap. III. 7. IV. 14 et 23. VI. 5.

Theophrasti] Qui Platonis et Aristotelis fuerat auditor, Eresi in Lesbo natus, unde Eresius dicitur. Multa eius scripta a Diogene Laërtio lib. V. 42. enumerata perierunt. Supersunt tamen *ἠθικοὶ χαρακτῆρες,* libri *περὶ φυτῶν* et alii. Ciceronis iudicio Brut. c. 31 *nemo Theophrasto dulcior*

in utroque profecerimus, aliorum sit iudicium: utrumque certe secuti sumus. Equidem et Platonem existimo, si ge- 8
nus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere; et Demosthenem, si illa, quae a Platone didicerat, tenuisset et pronuntiare voluisset, ornate splendideque facere potuisse. Eodemque modo de Aristotele et Isocrate iudico: quorum uterque suo studio delectatus contempsit alterum.

Sed cum statuissem scribere ad te aliquid hoc tempore, 2
multa posthac, ab eo ordiri volui maxime, quod et aetati

fuit. Vide eund. in orat. c. 19. lib. I. Acad. c. 9 et 10. Quintil. lib. X. c. I, 83.

8. *si genus forense*] Sic Goth. *genus id forense* Vinar. et tres Oxon., Venet. quatuor, Argent.

* *si genus forense*] Ita est in Gu. quatuor. Male quint. *si id genus forense:* hinc omnes impr. veteres *si genus id forense.*

a Platone didicerat] Eum enim aliquamdiu audiverat.

tenuisset] Si in philosophiae studio permanere, ac totum se ei tradere voluisset, nec vitae genus mutasset. Nam ad eloquentiam postea se contulit, Isocrate praeceptore usus. Cap. 31. pr. *Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed tamen propria.* Non igitur oblivionem Demostheni exprobrat, sed mutationem in vitae instituto factam significat.

pronuntiare] Dicendo explicare, ad oratorias exercitationes transferre, philosophiam cum eloquentia coniungere.

* *pronuntiare*] Non modo viva voce cum aliis communicare, sed scriptis etiam posteritati tradere. Hanc significationem verbi *pronuntiare* defendi, quum vindicarem fragmenta Cornelii Nepotis Guelph. p. 146. ubi Cicero dicitur fuisse *unus, qui potuerit, et etiam debuerit, historiam digna voce pronuntiare.*

facere potuisse] *Facere* verbi ex superioribus repetendi significationem obtinet, atque hic pro *dicere* ponitur. Lib. II. c. 13. extr. *Qua aetate qui exercentur, laude adfici solent: ea aetate L. Crassus ostendit, id se in foro optime iam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.* Goth. *facere* omittit: sed vide ad n. 1.

* *facere potuisse*] Scripti mei et impr. vet. omnes tuentur *facere,* quod Ern. quum a Goth. ac Duisb. abesse videret, in suspicionem vocavit. Elegantem verbi, quem patruus hic adnotavit, usum pluribus exemplis illustrat Bengel. ad lib. V. epist. 12. n. 6.

* *suo studio delectatus*] Gu. tert. *suo delectatus studio.*

contempsit alterum] Subintellige *studium,* quod uterque posthabuit, neglexit, non praeferendum suo studio putavit. Non despexit igitur et ineptum putavit, ut vulgus ea solet, quae non intelligit: sed sibi id minus convenire putavit. Vid. c. XXX, 7.

Cap. II, 1. * *aliquid hoc tempore ad te scribere*] Gu. pr. sec. tert. et Goth. [Erf. Bas. Bern. a. c.] *scribere ad te aliquid hoc tempore,* quem verborum ordinem alibi Tullio placuisse video. Ut lib. VI. ad divers. ep. 13 *Etsi tali tuo tempore me, aut consolandi aut iuvandi tui causa, scribere ad te aliquid pro nostra amicitia oportebat.* Reliqui duo Gu. *ad te scribere aliquid hoc tempore:* ed. Gryph. *scribere aliquid ad te hoc tempore.*

* *et multa posthac*] Omnibus Gu. et tribus Oxon. ita iubentibus copulam *et* delevi.

ordiri volui] Sic et Goth. [et Bern. a b c d Bas.] alii *exordiri,* ut Vinar. tres Oxon. omnes Venet. Argent. quod Facciolat. retinuit.

* *ab eo ordiri volui maxime*] Gu. pr. sec. quart. et Goth.: [Erf.] *ab eo*

2 tuae esset aptissimum, et auctoritati meae. Nam cum multa sint in philosophia et gravia et utilia accurate copioseque a philosophis disputata: latissime patere videntur ea, quae de
3 officiis tradita ab illis et praecepta sunt. Nulla enim vitae pars neque publicis, neque privatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus; neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest: in eoque et colendo sita vitae est honestas omnis, et in negligendo tur-
4 pitudo. Atque haec quidem quaestio communis est omnium philosophorum. Quis est enim, qui nullis officii praeceptis
5 tradendis philosophum se audeat dicere? Sed sunt nonnullae

ordiri maxime volui: tert. et quint. *ab eo maxime ordiri volui.* In horum posteriore corrector *ex* supra *ordiri* scripserat, ut esset *exordiri,* quod in priscis impr. sic positum legitur: *ab eo exordiri volui maxime.* [Vulg. ordinem verborum firmant Bernenses libri.]

et auctoritati meae] Cum Vinar. addunt vulgo *gravissimum,* quod vero Goth. meliorum membranarum hic non dissimilis, excludit.

* *et auctoritati meae*] *Gravissimum,* quod cum impr. antiquis etiam Gu. tert. hic subiunxit, reliqui quatuor repudiant.

2. *latissime patere*] Ad omne vitae genus, tempus ac munus pertinere.

et praecepta sunt] Victor. et Pearc. *tradita ab illis praecepta sunt,* sine *et.* Vid. n. 4 et 8. c. III, 3.

* *et praecepta sunt*] Copulam, quam MS. quidam Lambini editique nescio qui veteres apud Graevium omittunt, omnia prisca, quae quidem a me inspecta sunt, exemplaria retinent. An *tradita sunt* ad quaestiones philosophorum θεωρητικάς, *praecepta* vero ad genus παραινετικὸν respicere putandum est? Vid. infra c. III, 1. Quemadmodum hic *tradere* et *praecipere,* ita *tradere* et *docere* coniunxit Cic. de orat. II, 38. extr.

3. *tecum agas*] Si solus fueris, tibi agas, non aliis. Cap. XXXXI, 8 *Hique et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt.* Plaut. III. Most. I, 24 *Quid tute tecum?* id est tacite, nemine audiente. Virgil. lib. I. georg. 389

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Id. lib. III. georg. 465

Te, dulcis coniux, te solo in litore secum,
Te, veniente die, te, decedente, canebat.

* *cum altero contrahas*] Gu. tert. *cum alio contr.*

in eoque colendo] *Excolendo* cum Vinar. plerique libri, sine dubio ex duobus conflatum *et colendo,* quod cum Lamb. et Verburg. restituo. Tamen Goth. ut Graev. *in eoque colendo.*

* *in eoque colendo*] Ita est in Gu. pr. tert. et quinto. [Bern. c.] Reliqui scripti nostri et impr. veteres, etiam Rom. *in eoque excolendo.* Obsecutus patruo rescripsi *et colendo,* quod ab Anemoecio proditum, Iac. Gron. etiam retinuit [et est in Bern. a b d].

* *sita est vitae*] Ita scripsit Graevius auctoritate unius codicis, cui astipulantur Gu. pr. quart. excerptaque Bedae et Eybii. Ceteri Gu. et impr. veteres transponunt *sita vitae est,* quos sequor.

vitae honestas omnis] Pearcio *vitae* delendum videtur, quod praecessit *nulla enim vitae pars.* [Erf. *et negl.* sine *in,* male.]

4. *quaestio*] Argumentum, σκέμμα, materia de qua in utramque partem disputari potest.

tradendis] Si nulla a se tradantur. Habet enim hoc participium praesentis significationem. Cap. 8. extr. *Ac de inferenda quidem iniuria satis*

disciplinae, quae propositis bonorum et malorum finibus
officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic 6
instituit, ut nihil habeat cum virtute coniunctum, idque suis
commodis, non honestate metitur; hic si sibi ipse consentiat
et non interdum naturae bonitate vincatur, neque amicitiam
colere possit, nec iustitiam, nec liberalitatem. Fortis vero,

dictum est. Vide Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. I. c. XV, 8.

5. *disciplinae*] Sectae philosophorum, quarum princeps erat Epicurea, quae malum in dolore, bonum in voluptate ponebat: ceteras cognosce ex n. 9. et lib. III. c. 33. lib. III. de orat. c. 17. lib. II. de fin. c. 11. lib. V. Tusc. c. 30. Lactant. lib. III. c. 7.

Propositis bonorum et malorum finibus] Positis constitutisque iis, quae summi boni malive loco habeantur. Iis, qui *praeposteris* vel ex coniectura, vel ex uno M. S. Eliensi substituunt, nondum adsentior. De *finibus bonorum* vid. ad c. III, 1.

* *propositis bonorum et malorum finibus*] Gu. pr. *postpositis:* impr. Rom. *praeposteris.* Gu. pr. omnesque antiqui impr. perverso ordine *malorum et bonorum.*

pervertunt] Evertunt, tollunt. Vid. ad Cornel. Nepot. Lys. II, 2. Quidam libri *pervertant.*

* *pervertunt*] Gu. pr. [Erf. Bern. a b c] atque ed. Gryph. *pervertant,* quod Ern. ex aliis nonnullis recepit. Verior mihi videtur scriptura meliorum librorum Gruteri, quibus cum faciunt Gu. quatuor omnesque impr. veteres. Causam hanc dicam ad c. XXIV, 12. [Quia non nominat illas scholas, sed describit tantum universe, mihi quidem coniunct. praeferendus videtur.]

6. *qui summum bonum instituit*] Omnes ante Gruter. et Graev. *sic instituit:* nec aliter Goth. Vinar. et Oxonienses, qui decem sunt, et codd. Pearc. ut hoc *sic* ne consulto quidem a Grutero omissum existimem. Itaque illud nec Pearc. nec Facciolatus deesse passus est.

* *qui summum bonum sic instituit*] Grutero et Graevio *sic* omittentibus solus Gu. quint. accedit. Particulam istam a Iac. Gronovio iam revocatam esse video.

suis commodis] Qui omnia sui commodi causa facit, ut Epicurei.

hic si] Eleganter *hic* adhibetur post *qui,* pro *is.* Sic lib. II. ep. I, 6 *Ut, quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.* Lib. III. ep. VIII, 27 *Sin autem quem mea instituta in provincia non delectant, hunc ego amicum habere non curo.*

si sibi ipse consentiat] Si semper idem sentiat, in sententia sibi constare, et ad eam vitam suam praestare velit. Vid. n. 8. et lib. III. c. 33.

et non] Non respuit hoc Cicero pro *nec.* Lib. II, 22, 10 *Ut sit libera et non sollicita suae rei cuiusque custodia.* Vide quae observavi ad Cornel. Nepot. Thras. c. 4. pr.

* *naturae bonitate vincatur*] Nisi veri ac recti sensu, quem naturae beneficio fert acceptum, cogatur interdum ea defendere, quae principio iuris naturae ab ipso constituto repugnent. Dicit igitur Cicero, quae Epicurus praeclare de maximis virtutibus praeceperit, et quae praeceptis illis congruenter egerit; ea ingenii, quo praeditus a natura fuerit, praestantiae tribuenda, nec vero finibus bonorum et malorum ab ipso propositis consequentia esse. Ita contra eundem Epicurum disputat de fin. II, 9 *Deinde, ubi erubuit, (vis enim est permagna naturae) confugit illuc, ut neget, accedere quicquam posse ad voluptatem nihil dolentis.* Post redit. in sen. c. 10 *Quo tempore, quantam vim naturae bonitas habeat, aut vera nobilitas, intelligere potuistis.*

neque amicitiam colere possit] Non primus Ursinus et Aldus, sed et ante eos aliqui legerunt et scripserunt, *fit ut neque amicitiam colere possit.* Est hoc certe in duobus Oxon. codd. et in tribus Venet. Lips. Arg. etsi abesse debet. Male enim cohaeret

dolorem summum malum iudicans, aut temperans, volupta-
tem summum bonum statuens, esse certe nullo modo potest.
7 Quae quamquam ita sint in promptu, ut res disputatione
8 non egeat, tamen sunt a nobis alio loco disputata. Hae
disciplinae igitur si sibi consentaneae velint esse, de officio
nihil queant dicere. Neque ulla officii praecepta firma, sta-
bilia, coniuncta naturae tradi possunt, nisi aut ab iis, qui
solam, aut ab iis, qui maxime honestatem propter se dicant
9 expetendam. Ita propria est ea praeceptio Stoicorum, Aca-
demicorum, Peripateticorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis,
Herilli iam pridem explosa sententia est: qui tamen habe-

oratio. Goth. omisso insiticio verbo *fit*, ita, *et non interdum naturae bonitate vincatur, nec amicitiam colere potest.* Omittit etiam Vin. et Ven. pr. in quibus rectius *possit.*

nec iustitiam nec liberalitatem] Stultus enim videretur, qui suas utilitates aliis concesserit. Vide Lactant. lib. V. cap. 16. Cicero infra lib. III. c. 33. med.

7. * *quamquam ita sint in promptu*] Gu. pr. *sit impromtu.* Omnes reliqui MSS. nostri, et Goth. et alii apud Cockmannum, impr. Magont. Rom. incert. Lips. 1513. Lugd. 1527. et Gryph. pro *sunt* exhibent *sint.* [*Sint* Erf. et Bern a c e, contra Bern. b d et Bas.] Coniunctio *quamquam* non ferre solum potest, sed alicubi blande admittit coniunctivum. Lib. III. de fin. c. 15 *Sed quamquam negent, nec virtutes, nec vitia crescere: attamen* cet. Nepos XXV, 13, 6 *Quamquam nonnullis leve visum iri putem.* Sallust. Iug. III, 2 *Nam vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum est.* Post paulum impr. veteres mutato ordine *sunt tamen a nobis.*

alio loco] Libris de finibus bonorum et malorum, et libris postremis Tusc. quaest.

8. * *consentaneae esse velint*] Placet *consentaneae velint esse*, in quo omnes Gu. [et Erf. cum quattuor Bern.] atque ed. Gryph. consentiunt. Gu. pr. tamen *velint* in *videntur* depravavit.

coniuncta naturae] Naturae convenientia, rationi consentanea.

qui solam] Solam honestatem propter se expetendam esse, Stoici adfirmabant, in eoque Socratem auctorem sequi volebant videri: eamdem maxime expetendam, Academici et Peripatetici censebant. Vide supra ad c. I, 3. lib. III. c. 3 et 7. lib. V. Tusc. c. 7. 8 et 12.

* *qui maxime honestatem*] Gu. sec. *qui honestatem maxime.*

9. * *Itaque propria est ea*] Particulam *que* in Gu. quarto omissam corrector litteris rubris adscripserat. In quinto punctis ea notatur. Eamdem et tres meliores nostri, [Erf. Bas. Bern. b] et Goth. plane abigunt, quos sequor. Pronomen *ea* in Gu. pr. et Vinar. desideratur.

* *et Academicorum, et Peripateticorum*] Utramque copulam omnium Gu. auctoritate, et exemplo Iac. Gronovii expunxi.

Aristonis, Pyrrhonis, Herilli] Quorum error in tollendo omni veri ac falsi, boni malique discrimine conveniebat. Aristo Chius nihil bonum esse dicebat, nisi quod rectum esset et honestum, ac praeter virtutem ac vitia nihil in vita aut expetendum aut fugiendum. Quae inter virtutem ac vitia interiecta essent, indifferentia dicebat, nec eorum aliud alii anteponendum, sed prout quodque occurreret, amplectendum. Haec sapientem ne sentire quidem volebat Pyrrho, Eliensis, in ceteris ab Aristone nihil discrepans. Herillus, Carthaginiensis, in sola cognitione et sa-

rent ius suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset.
Sequimur igitur, hoc quidem tempore et hac in quaestione, 10
potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed, ut solemus, e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro, quantum quoque
modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quoniam omnis 11
disputatio de officio futura est, ante definire, quid sit offi-

pientia summum bonum ponebat. Vide praeter ea loca, quae ad n. 5. indicavi, lib. II. de fin. c. 13. lib. III. c. 3. lib. IV. c. 14. et 16. lib. I. de leg. c. 13. et 21. Diogen. Laërt. lib. VII, 160. et 165. lib. IX, 61.

* *Pyrrhonis, Herilli*] Gu. tert. quart. [Bas. Bern. d e] et primi impr. *Pyrrhonis et Herilli.* Scholiastes Horat. Cruqu. ad lib. I. sat. 8, 46. adducit *quoniam Aristonis, et Pyrrhonis et Herilli iam pridem explosa sententia est.* Gu. quart. atque impr. principes *explosa est sententia.* Deinde Gu. tert. *de officio disputandi.*

explosa sententia est] Reiecta, tamquam absurda. *Explodi* dicuntur histriones, cum a spectatoribus, quibus displicent, strepitu excipiuntur, et eiiciuntur. Paradox. III, 2 *Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatus est una syllaba brevior aut longior, exsibilatur et exploditur.* Vinar. et Ven. pr. et sec. *explosa est sententia.*

rerum aliquem dilectum] Sic et Goth. et Vinar. *delectum* Pearcio, Facciol. et aliis placuit. Vid. ad c. XIV, 10. Rerum nullum discrimen reliquerunt, dum paria omnia esse dixerunt

* *dilectum*] Gu. omnes *delectum* exhibent.

10. *Sequemur igitur*] Ita Graev. Pearc. Facciol. [Ern.] *Sequimur* Goth. Vin. septem Oxon. et Grut. codd. quod verum est.

* *Sequemur*] In scriptis et impr. veteribus omnibus, etiam apud Anemoec. et Gryph. *Sequimur* reperio. [Sic etiam Erf. Bas. et Bern. a b d, mox Erf. Bern. d e *et in hac.*]

potissimum Stoicos] Ita, ut aliquando a Peripateticis non dissentiat in iis, quae commode ab iis dicta putat.

interpretes] Interpres non tantum est, qui Graeca Latine convertit; sed et qui eadem lingua ab aliis dicta ita explicat, ut sententiae quidem nihil addat detrahatve, sed eam tamen aliis ac pluribus etiam verbis enarret. Vid. lib. II. c. 17. extr.

quantum quoque modo] Est hoc etiam in Goth. *quoquo modo.* Vin. et alii, quidam *quantocumque,* quod equidem Ciceronis esse non puto. *Quoquo modo* est, quocumque modo: *quoque modo,* et eo, qui videbitur. Facciolatus tamen mallet *quantum et quoquo modo.* E fontibus Stoicorum se aliqua, non omnia, hausturum, aliqua illorum praecepta admissurum, aliqua omissurum dicit, idque Academiae licentia, in qua versabatur. Vide lib. II. c. II, 14.

* *quantum quoque modo*] Unice placet haec scriptura, quam firmant Gu. sec. quart. quint. impr. incert. Lips. uterque. Librariorum nugae sunt, quod est in Gu. pr. *quantum quocumque modo,* in tert. *quantumcumque modo,* in impr. Magont. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *quantum quoquo modo,* apud Grut. et Gron. *quantocumque modo.* [Erf. *qq m.*

* *hauriemus*] Ern. mallet *haurientes.* Durum mihi videtur *Sequemur - - haurientes.*

11. *ante definire*] Immerito hic librariorum fides, aut vel ipsius Ciceronis negligentia accusatur, quasi promissi officiique sui immemor rei, quam tractet, definitionem praetermiserit. Neque enim definire poterat officium, quod unius generis non est, nisi, quam multiplex id esset, antea ostenderet. Id postquam satis declarasse sibi videtur, quae cuiusque ge-

12 cium: quod a Panaetio praetermissum esse miror. Omnis enim, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur.

3 Omnis de officio duplex est quaestio. Unum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum, quod positum est in praeceptis, quibus in omnes partes usus vitae

2 conformari possit. Superioris generis huius modi exempla

neris sit descriptio, quantum ad rem intelligendam satis est, docet.

* *ante definire*] Gu. pr. omittit *ante*. Quod vero noster officii definitionem a partitione orditur, non magis id mirum videri debet, quam quod de orat. III, 29 ad *definitionis disceptationes* refert, *cum res distribuitur in partes*.

a Panaetio] Philosopho Stoico, Graeco, de quo dicetur ad lib. III. c. II, 8. Vide et infra c. XXVI, 5.

12. *quae a ratione suscipitur*] Facciol. praepos. omissa *quae ratione*. Probat hoc et Heumannus.

* *a ratione suscipitur*] Impr. Lips. 1513. praepositionem ignorat. Agnoscunt eam alii omnes, agnoscit etiam scholiastes, qui hunc locum sic exponit: Omnis institutio de aliqua re, *id est omnis tractatus, qui* a ratione suscipitur, *vel qui rationaliter ad tractandum sumitur*. Saepe veteres hanc praepos. ibi addiderunt, ubi nostris abundare videtur. Lucret. I, 942

Id quoque enim non ab nulla ratione videtur.

Brutus ad Cic. lib. XI. ep. 10 *Tu enim a certo sensu et vero iudicas de nobis*. Ipse Cic. lib. XIII. ep. 10 *Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ipso more maiorum*. Seneca praef. controv. lib. 10. (al. 5.) *Horum nomina non me a nimio favore, sed a certo posuisse iudicio scietis*. Ita restituendum est Nepoti XXI, 3, 3 *In custodia socer generi periit a morbo*, ex libris a patruo meo laudatis, quibus nunc addo MS. Guelph. auctoritatem. Conf. Clarkii adn. ad Iliad. A. v. 528. et Cortii ad Sallust. Iug. XXXI, 2. [Hoc vero loco nulla causa est cur non ipsa ratio institutionem suscipere dicatur. De simplici ablat. *ratione*, i. e. cum ratione, s. adhibita ratione, vide nos ad Verr. I, 5 §. 13. Frequens imprimis est *ratione et via*.]

proficisci] Incipere, ordiri. Pro leg. Manil. c. 2 *Atque ut inde oratio mea proficiscatur, unde haec omnis causa ducitur*. Lib. IX. ep. 14 *Ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est*.

* *quid sit id, de quo disputetur*] Pronomen *id* (quod Goth. inter versus adscripsit, ac Vinar. ita transponit *id quid sit*.) Gu. quint. omittit. Deinde Gu. tert. quart. atque ed. Wolfii *de quo disputatur*.

Cap. III, 1. *ad finem bonorum*] *Finis bonorum*, ut iam dixi ad c. II, 5. est summum bonum, omnium bonorum extremum, quo nullum aliud maius est. Ad hoc igitur constituendum pertinet primum genus, cum quaeritur, quid sit id, cuius causa omnia agenda sint; quae quaestio est θεωρητική. Alterum, quod ad πρᾶξιν potius ducit, est, quod de officiis in quacumque vitae degendae ratione agit, et est παραινετικόν.

in omnes partes usus vitae conformari] Vulgo *confirmari*, quod et in Goth. Vinar. [Erf. Bas. Bern. a. d. e.] et quatuor regiis Angl. est, sed parum docte. Vitae usus non *in omnes partes confirmatur*, si vitiosus praesertim fuerit, sicuti est; sed *conformatur*, id est, instituitur, et praeceptis officii conformis redditur. Id fit, cum, quid in omni vita agenda deceat, praecipitur, talibusque praeceptis tota vivendi et agendi ratio formatur, dirigitur, et ad quaevis officia, in quacumque aetate, fortuna et muneris functione praestanda, instruitur. Stat tamen pro altera lectione Pearcius.

sunt; omniane officia perfecta sint; numquid officium aliud
alio maius sit, et quae sunt generis eiusdem. Quorum au- 3
tem officiorum praecepta traduntur, ea quamquam pertinent
ad finem bonorum, tamen id minus apparet, quia magis ad
institutionem vitae communis spectare videntur: de quibus
est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia divisio 4
est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur, et
perfectum. Perfectum officium rectum, opinor, vocemus,
quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune officium vo-

2. *perfecta*] Vide ad n. 4. [*sunt exempla* Erf. Bern. c Bas. Omittitur *sunt* in Bern. a. b.]

num quod officium] Qua auctoritate ita legant Graevius et alii, qui eum secuti sunt, nescio: hoc vero pro certo adfirmare possum, in Goth. et Vinar. vetustisque exemplaribus meis omnibus esse *numquid officium aliud alio maius sit,* quod Heumanni quoque iudicio minime mutandum erat. *Numquid* enim est *an, sitne,* quod Cicero voluit, non *num quod,* id est, *aliquod.* Quid enim est, *num quod officium aliud alio maius sit?*

° *num quod off.*] Hoc est in Gu. sec. Omnes alii et scripti et impr. veteres nostri cum patruo *numquid* reducunt. [Erf. tamen et Orelliani omnes praeter Bern. e *num quod.* Neque impedit *aliud.* Vide Gernh.]

° *et quae sunt generis eiusdem*] Gu. sec. et a manu pr. quart. *et quae sint generis eiusdem:* impr. Magont. Lugd. 1527. et Anemoec. *et quae sint eiusdem generis.* Hi perperam sibi persuaserant, *quae* ad *officia* respicere, quum pronomen illud ad *exempla* referendum esset. Gu. quint. *et quae generis eiusdem sunt.* Impr. incert. et uterque Lips. *et quae sunt eiusdem generis.* Paulo post duo primi Gu. *pertinent* mutant in *pertineant.*

3. ° *tamen id minus apparet*] Gu. sec. *tum minus apparent.* Pulchrius est, quod inveni in reliquis scriptis omnibus, quos sequitur etiam scholiastes *tamen minus id apparet.* [Sic igitur recte Orell. secundnm Bern. a. b. Bas. In Erf. est *eminus id.*] In proximo Gu. tert. *quoniam magis ad.*

4. *medium*] Ambros. lib. I. off. c. 11. *Haec sunt media officia, quibus aliquid deest.*

° *medium*] *Medium officium* ita vocari putabat Graevius, quia *medius* Latinis sit mediocris. Rectius Facciolatus ex ipso Cic. de fin. III, 17. colligit, *media officia* a Stoicis dicta esse, quae nec in bonis ponerent, nec in malis.

Perfectum officium rectum opinor vocemus] Rationem reddit, cur perfectum dixerit, quod Graecis est κατόρθωμα. Non inconveniens est, id officium *perfectum* a me vocari, quod alii *rectum*, Graeci κατόρθωμα (*recte factum*) appellant, eoque nomine mihi uti philosophi concedent. *Perfectum* primus Cicero dixisse videtur τὸ κατόρθωμα, quod *rectum* iam antea ab aliis quoque dictum fuerat. [Immo petit ut sibi liceat, quod perfectum officium est, id uno verbo *rectum* vocare.] Lib. III, 3, 11 *Illud autem, quod rectum iidem* (Stoici) *appellant, perfectum atque absolutum est.* Auct. ad Herenn. lib. III. c. 2 *Rectum est, quod cum virtute et officio fit:* quae descriptio est τοῦ κατορθώματος. Vinar. Ven. quatuor, Arg. *perfectum autem officium rectum opinor vocemus,* vel *quod vocemus* ut Vin. et Ven. pr. in ceteris *quod* rectius omissum. Non *rectum*, sed *recte* scribendum censent Heumannus et Pearcius, quamquam utrumque hic potius deletum it.

° *quod Graeci κατόρθωμα*] Gu. sec. atque ed. Anemoec. *quoniam Graeci κατόρθωμα.* Malim *quod*

cant. Atque ea sic definiunt, ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant; medium autem officium id

Graece κατόρθωμα, ut intelligatur *dicitur, a Stoicis appellatur.*

hoc autem commune καθῆκον *vocant*] Ita unius libri auctoritate legitur, quem Maturantius vidit et *probatae fidei* esse testatur: in ceteris omnibus, etiam in nostris et Oxoniensib. est, *hoc autem commune officium vocant.* Potest hoc quodam modo intelligi ita, *Hoc autem,* quod *medium* dixi, *commune vocant* homines nostri: vel, ut Guilielmus interpretari maluit, *hoc autem commune* plerique *officium vocant,* atque ita generis nomen speciei attribuunt, dum medium officium, quod in communi vita versatur, adeoque *commune* est, κατ' ἐξοχὴν *officium* vocant. Non longe hinc abit Ambros. lib. III. c. 2 *Hoc etenim* κατόρθωμα, *quod perfectum et absolutum officium est, a vero virtutis fonte proficiscitur: cui secundum est commune officium, quod ipso sermone significatur non esse arduae virtutis ac singularis, quod potest plurimis esse commune.* Pearcius edidit, *hoc autem commune officium* καθῆκον *vocant.* Facciolatus omnia haec, *perfectum officium* usque ad verbum *vocant* in suspectis habet. Si καθῆκον retinemus, omittendum est *officium*, quae Graeci interpretatio est: sed tum utique praestat *quod* καθῆκον *vocant*, vel *quod ii* καθῆκον *vocant*, ut a Lambino et Aldo, et ante eos in Venet. quart. editum. Nihil tamen muto, quia *quod* in MSS. omnibus deesse dicitur.

hoc autem commune] *Hoc* ad remotius spectat, pro quo dicendum fuisset *illud.* Sed ita et alibi Cicero. Vide Sanct. Minerv. lib. II. c. 9. p. 212. Cellar. et Cort. ad Plin. lib. I. epist. XX, 21. et ad Cicer. lib. VII. ep. II, 5.

* *hoc autem commune* καθῆκον *vocant*] Vocabulum καθῆκον haud scio, an in nullo codice repertum sit. Maturantium quidem Camerarius testari ait, se vocem Graecam in spectatae fidei libro invenisse. In eo tamen exemplo commentariorum Maturantii, quod ipse inspexi, nihil tale legitur. Sed ut largiamur, in vetere codice ita lectum fuisse, incommoda certe sententia sic legebatur. Non enim Stoici officium in κατόρθωμα et καθῆκον dividebant; sed ipsum καθῆκον duplex, alterum κατόρθωμα, alterum καθῆκον μέσον esse dicebant. In oppositione τοῦ κατορθώματος saepe μέσον, suppressa voce καθῆκον, nec vero καθῆκον, omisso μέσον, appellare solent. [Etiam hoc fit interdum, vid. Tennemann hist. philos. Vol. IV. p. 107, 39.] Cicero *recte facto* semper *officium medium,* nusquam *officium* simpliciter opponit, nec ea in definitionibus confundit. Vide de fin. III, 17. infra III, 3, 10. [Immo *recte factum* opponitur *officio* simpliciter lib. III. de fin. 1, 18 in.; quippe *officio,* quod vulgo vocatur, deest aliquid ut *rectum s. recte factum* fiat.] Hanc difficultatem vitans Hervagius (quem alii quidam imitati sunt) anno 1534 edidit: *Hoc autem commune officium* καθῆκον μέσον *vocant.* Locum vero totum ὡς ἐν παρενθέσει positum atque ita accipiendum esse crediderim: *Perfectum officium, puto, vocare mihi licebit illud, quod a Stoicis rectum, Graece* κατόρθωμα *dicitur: illud vero medii officii nomen communi officio ponunt.* Recte monuit patruus, *hoc* ad remotius *medii officii* nomen referri. Idque fieri solere, non in iis locis solum, ubi pronomen *ille* ad nomen propinquius referatur, sed etiam ubi *hic* solitarium ponatur, docuit Cortius ad Sallust. Iug. XVIII, 9. Praeterea *hoc vocant* explico *illo nomine appellunt.* Ita noster de fin. III, 6 *Primum est officium. Id enim appello* καθῆκον, i. e. eo nomine appello καθῆκον. Philipp. XIII, 10 *O Spartace! quem enim te potius appellem?* Ovid. Fast. II, 24 *Torrida cum mica farra vocantur idem.*

Adde Gronov. ad Senec. ep. 93. Philosophis usitatam *medii officii* appellationem *communis officii* appellatione interpretatur Tullius. Eadem usus est de fin. III, 18 *Quidquid ita fit, aut dicitur, communi officio continetur.* Adde infra III, 3, 10. [Illa

esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Triplex igitur est, ut Panaetio videtur, consilii capiundi deliberatio. Nam honestumne factu sit, an turpe, dubitant, id, quod in deliberationem cadit, in quo consi-

equidem observatione h. l. non utor, sed totum locum, servata Heusingeriana lectione, utpote consensu codd. firmata, sic explico: *perfectum officium liceat mihi* rectum *vocare, uno verbo, quod Graeci dicunt* κατόρθωμα, *alterum autem officii genus, hoc commune, quod quotidiano sermone usurpamus, illi dicunt* officium *simpliciter, nimirum Graece* καθῆκον.]

5. * *atque ea sic definiunt*] Gu. sec. atque ed. Gryph. pronomen *ea,* Gu. quart. adv. *sic* omittunt: impr. Magont. et incert. transponunt *Atque ea definiunt sic.* Facciol. *eaque sic definiunt.*

rectum quod sit] Quod *rectum* vulgo dicitur, id ita definiunt, ut *perfectum* officium esse dicant. Vid. lib. III. c. III, 11. Ambros. lib. I. de offic. c. 11 *Hoc est igitur perfectum officium, quod* κατόρθωμα *dixerunt Graeci, quo corriguntur omnia, quae aliquos potuerunt lapsus habere.* Goth. haud inscite, *ut rectum quod sit, perfectum esse definiant,* omisso substantivo, quod subintelligitur.

* *id perfectum officium*] MSS. Gu. solo quarto, in quo locus hic librarii negligentia omissus est, excepto, dederunt *id officium perfectum.* [Item Erf. et Bernenses, Basil.]

esse definiant] Facciol. *esse velint.* MS. Laud. verbum *definiant* omittit, quod recte fieri censet Pearc.

* *definiant*] Non audiendus videtur codex Laudianus, quem hoc verbum omittere testatur Cockmannus. Nec intolerabilis videri debet ταυτολογία *ita definiunt, ut — — definiant.* Talia in scriptoribus bonis observanda potius, quam interpolanda sunt. Cic. de or. III, 10 *Sed usitatis ita poterit uti, lectissimis ut utatur.* Sallust. Catil. LII, 23 *Eo fit, ut impetus fiat in vacuam rem publicam.* Adde patruum ad III, 4. extr.

* *id esse dicant*] Gu. pr. sec tert. quint. Vinar. [item Erf. Bern. Bas.] impr. Magont. Rom. Ven. 1498. uterque Lips. Gryph. Anemoec. Wolf. *id esse dicunt.* Mutaverunt, qui verbum ad praegressam coniunctionem *ut* revocandum putabant. Saepe vero Cicero in hunc modum variavit constructionem. De or. I, 3 *ut in ceteris id maxime excellat, — — in dicendo autem vitium vel maximum est* cet. Ibid. c. 35 *Sic evolavit oratio, ut — — aspexerim — — et — — perspexi.* [de off. III, 8 *deliberantium genus-qui deliberant.*] Conf. Ernestum V. C. de or. II, 72. adn. 46. et supra ad c. 2. adn. 18.

6. *Consilii capiendi deliberatio*] A pleonasmi suspicione hoc genus loquendi liberavit Gronovius, ostenditque, aliud esse *deliberare,* aliud *consilium capere.* Prius deliberatur, utrum e duobus eligendum sit, quam consilium capitur. Vulgus diceret, *tripliciter deliberatur,* vel *triplex est deliberatio, quod consilium capiendum sit.*

* *honestumne factu sit*] Gu. pr. quint et impr. Magont. *factum sit:* Gu. quart. *sit factum.* Ita Plaut. aulul. III, 6, 46 *Nunc hoc mihi factum est optumum, ut te auferam.* Sallust. Catil. XXXII, 1 *Optumum factum credens, exercitum augere.* Horat. serm. I, 4, 124 *An hoc inhonestum et inutile factum Nec ne ne sit.* Vide, quae adscripsit ad h. l. Baxterus, ad illum Cortius. Nihil tamen in Cicerone muto. Nec audiendus est Gu. tert. qui *factu* exulare iubet. [Sed *aut* additur post *Nam* in Bern. a. d. e. Bas. Ox. λψ ac miror nihil de Guelf. notari. Defendi enim potest variato altero *aut,* quod sequi debebat.]

Dubitant] Cogitant, ambigunt, deliberant. *Dubitare* enim nihil est aliud, quam ex utraque parte rationes expendere, et dispicere, utrum aliquid faciendum sit, nec ne. Id

derando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur.
7 Tum autem aut anquirunt, aut consultant, ad vitae commoditatem iucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint iuvare, et suos, conducat id nec ne, de quo deliberant: quae deliberatio omnis
8 in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, fit, ut distrahatur in deliberando ani-

ostendi in spicileg. ad Cornel. Nep. Thrasyb. c. 1.

id, quod in deliberationem cadit] Interpunctionem Pearcii et Heumanni exemplo mutavi.

animi in contrarias sententias distrahuntur] Ut idem honestum aliis, aliis turpe videatur.

7. *Tum autem aut anquirunt aut consultant*] Goth. *tum autem inquirunt aut consultant.* Vin. *aut inquirunt, aut consultant.* Priorem disiunctionem plures omittunt. *Anquirunt* e suis libris Langius et Fabricius attulerunt, et in uno quoque Aldus reperit, ceteri cum Oxoniensibus *inquirunt,* quod et Aldus et Facciolatus retinent. *Anquirere* est, ex utraque parte rationes colligere; *consultare*, eas inter se comparare, et utrae praeponderent, expendere.

* *Tum autem aut anquirunt, aut consultant*] Prius *aut,* quod meliores nostri tuentur, Gu. quint. Ven. 1498. et uterque Lips. omittunt. Verbum *anquirunt*, pro quo [*anxie quaerunt* ex interpretatione Erf.] *inquirunt* ceteri inculcant, et hic, et alibi, Gu. sec. sine ambiguitate expressit [item Bern. unus b.]

ad vitae commoditatem] An quid ad eam, quam cuique natura aut fortuna adsignavit, vitae conditionem sit accommodatum.

iucunditatemque] Ad vitam voluptatibus animi maxime adfluentem. Nam quid corporis voluptatibus tribuat, apparet ex lib. III. c. 33. fere extr.

facultates rerum] Ad rem quaerendam, ad necessaria vivendi et agendi praesidia. His maiores sunt *copiae*, quae detractis necessariis sumtibus superant; *opes*, quae ad amicos et clientes tuendos parantur; *potentia*, qua alii inviti opprimuntur. Lael. c. 6 *Ceterae res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus singulis: divitiae, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudere.* Vide ad lib. II, 19, 2.

in rationem utilitatis cadit] Omnis haec deliberatio versatur in subducendis utilitatis calculis, pertinet ad eam partem, quae utilitatum rationes excutit. Cap. 22, 9 *Quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit etiam bellicam.* Possis etiam *rationem* explicare *partem.* Cap. 7. pr. *De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur.*

8. * *videtur esse utile*] Verbum *esse* non comparet in Gu. tert. Rom. Ven. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. Vulgatam scripturam et libri meliores, et Ciceronis consuetudo satis defendunt.

distrahatur deliberando animus adferatque ancipitem curam cogitandi] Goth. *in deliberando,* ut Ven. pr. et Pearc. Gronovius coniicit, *adferatque ancipitem curam cogitatio.* Videtur enim deesse id, quod curam adfert. Fuit itaque, cum putarem Ciceronem scripsisse *adficiaturque ancipiti cura cogitandi.* Sed nunc, curatius loco considerato, vulgatam lectionem retineri et satis commode explicari posse, video. Quaeres, quis curam adferat? *Animum* esse illum dico. An sibi ipse adfert? Non sibi, sed ad rem deliberandam, dum in dubio est, utrum praeferendum

mus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Hac divisione, 9
cum praeterire aliquid maximum vitium in dividendo sit, duo praetermissa sunt. Nec enim solum, utrum honestum, an turpe sit, deliberari solet; sed etiam, duobus propositis honestis, utrum honestius; itemque, duobus propositis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit esse 10
rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto, sed dupliciter, tum pari ratione de utili, post de comparatione eorum disserendum.

sit, honestum an utile. Lib. XII. Attic. ep. 38 (al. 37) *Ut animum vacuum ad res scribendas adferam.* Pro Milon. c. 1 *Me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse.* Pearc. emendat *cogitanti*, vel *afferantque*, scil. utilitas et honestas. Sed satius est, veterem lectionem tueri, quam ita, ut ego, Wolfius etiam interpretatus est.

* *distrahaturque deliberando animus adferatque ancipitem curam cogitandi*] MSS. Gu. omnes, [Erf. Bern. c. e. Bas.] exc. Bedae atque Eybii, impr. Magont. incert. Rom. Gryph. *in deliberando*, quod merito restituit Pearcius. Ita paullo ante: *In quo considerando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur.* Plura dabo infra ad cap. IX, 3. Verbum *adferatque* iure tuetur patruus. Virtutes vel vitia, commoda vel incommoda, quae quis in se habet, ea *adferre* perquam eleganter ille dicitur. Cicero de or. II, 38 *Genus sermonis adfert non liquidum, non fusum ac profluens.* Lib. III, 12 *Sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis adferre videatur:* quem locum nollem Cel. Ernestus in suspicionem vocasset. Ibid. c. 33 *Effert se, si unum aliquid adfert, ut bellicam virtutem, aut usum aliquem militarem.* Brut. c. 82. pr. *Qui* (Calvus, quem c. 81. dixerat, *quod veri simile, dicturum fuisse*, i. e. satis bonum oratorem futurum fuisse, *si diutius vixisset*) *orator fuisset, cum litteris eruditior, quam Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi et exquisitius adferebat genus.*

9. ° *maximum vitium*] Gu. tert. *Magnum vitium.*

duo praetermissa sunt] Sed optimo Panaetii consilio, qui aliud alio esse honestius aut utilius, quod Stoici negant, non potuit concedere. Cicero vero sua praecepta, quae hominibus non perfectis scripsit, non ad Stoicam illam in disputando subtilitatem exigit, sed ad eorum captum, quibuscum agit, accommodat.

ûtrum honestius] Utrum de duobus honestis sit honestius.

10. ° *Ita, quam ille*] Gu. quint. Ox. ψ. *Itaque quam ille putavit triplicem.* Molesto hoc auctario particulam *ita* oneratam vidimus supra c. II, 9. Mox Gu. tert. transponit *debere distribui.*

triplicem putavit esse rationem] Triplicem consilii capiendi deliberationem.

° *in quinque partes*] Gu. pr. *in quinque partibus.* Postea quart. *reperiuntur.*

Primum igitur est] *Primum est igitur* Vin. Ven. tres et Lips. (vid. ad Cat. mai. c. 7, 11) non *primo*, quo tempus potius, quam ordo significatur. Coniunge autem, *primum est disserendum:* quod non vidit librarius Goth. [Bas.] qui *est* post *disserendum* iteravit.

° *Primum igitur est*] Hunc positum sistunt Gu. sec. et quint. In quart. [Bern e.] impr. Magont. Rom. Ven. 1498. utroque Lips. et Lugd. 1527. legitur *Primum est igitur.* Gu. pr. tert. atque impr. incert. verbum *est*, hinc sublatum, in fine capitis post *disserendum* collocant.

sed dupliciter] In Vin. *sed* deest.

° *post de comparatione*] Gu. pr. *postea de comp.*

4 Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quae nocitura videantur, omniaque, quae sint ad vivendum necessaria, anquirat et paret; ut pastum, ut latibula, ut alia

Cap. III, 1. *Principio*] Primum, ante omnia, quod primum constat. Sic cap. XXXV, 2. lib. III. c. 5. pr. Vid. Charis. lib. II. p. 191. Ad rem ipsam, quae hoc capite tractatur, pertinet lib. II. de finib. c. 14. lib. V. c. 9.

* *animantium*] Gu. pr. *animantum.*

a natura tributum] Tamquam proprium aliquod munus adsignatum. Lib. IV. de fin. c. 7 *Primique ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut ii, qui procreati essent, a procreatoribus amarentur.* Infra c. XXXI, 8 *Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura gravitatem.* Alii hic legunt *attributum,* ut pro S. Rosc. Amer. c. 4 *Summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit.* Phaedr. lib. IV. fab. XIX, 11 *Verum hoc a summo mihi Iove attributum est.*

* *Tributum*] Venet. 1498. Lips. 1513. ac Lugd. 1527. *attributum.*

tueatur] Vide ad n. 4.

* *declinetque ea, quae*] Particulam *que* Gu. pr. [Bern. a Erf.] pronomen *ea* Gu. tert. excludunt. [Bern. d. et declinet.] Impr. vet. omnes [et Bern. e] *declinetque ea, quae ei nocitura videantur.*

omniaque quaecumque] Goth. *omniaque quae ad vivendum,* ut fere tres Oxon. et Ald. unde Pearc. et Olivet. *omniaque, quae sint ad vivendum,* ex mss. Guil. trib. Oxon. et quatuor Londin. *Omniaque* cum uno Oxon. omittit Vinar. [Bern. e] in quo est, *quaeque sint ad vivendum necessaria:* nec aliter Ven. pr. sec. et tert. atque Argent. quibus prope accedit Facciolatus, legens *quaeque ad vivendum sint necessaria.* In vulgata iteratio syllabae *quae* et *que* ingrata et a Tulliana suavitate aliena videtur Graevio, qui ex veterum librorum vestigiis, ut ait, rescribit: *declinet ea, quae ei nocitura videantur, omnia, quaecumque ad vivendum sint necessaria, anquirat et paret.* Sed ita quoque a Tulliana suavitate alienum est *ea quae ei,* adiectis duobus pronominibus, *ea, ei,* quorum vel utrumque, vel alterutrum ex glossa est. Alii enim habent vel *declinetque quae nocitura;* alii *declinetque ea, quae nocitura,* ut Lips., pauci *declinetque ea, quae ei nocitura,* ut Vinar. et Venet. pr. et sec. Deinde Ciceronem non adeo sollicite hoc δύσφωνον evitasse video, ut hoc loco ferri nequeat. Dixit enim lib. IV. de fin. c. 21. pr. *omniaque quae secundum naturam sunt:* lib. II. de offic. c. 9 *alius quoque quidam aditus:* c. 17 *omniaque quae ad usum reipubl. pertinent:* Cat. mai. c. 12 *eaque simplex suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data.* Non improbabile tamen est, aliquid glossae nostris libris haerere, et *omnia* a Grammatico adscriptum fuisse, quod *quaeque* explicaret. Hinc *omniaque* et *quaecumque* fieri potuit, cum *omnia que que,* sine diphthongo, scriberetur. Unde Facciolati lectionem facilius admiserim, quam Graevianam.

* *omniaque, quaecumque ad vivendum sint*] Ob consensum Gu. omnium, quibuscum [Bern a b d. Erf.] exc. Bedae atque Eybii, impr. Lugd. 1527. et Gryph. faciunt, praetuli *omniaque, quae sint* (Gu. pr. Bern. c. *sunt*) *ad vivendum necessaria.* Ciceroni παρήχησιν istam δύσφωνον visam non esse, praeter exempla a patruo prolata multa alia docere possunt. De nat. deor. III, 7 *Omniaque, quae a te nudius tertius dicta sunt.* Infra c. XII, 4 *Belloque quaeritur gloria.* Similia dedit Schottus Ciceronem a calumniis vindicans cap. 10. Exemplaria typis olim exscripta, quae ipse inspexi et Rom. exturbato vocabulo *omnia,* libris patrui, *quaeque sint ad vivendum necessaria* exhibentibus adstipulantur. Hos Ern. sequitur.

anquirat] Goth. *acquirat,* quod

generis eiusdem. Commune autem animantium omnium est 2
coniunctionis appetitus procreandi causa, et cura quaedam
eorum, quae procreata sunt. Sed inter hominem et beluam 3
hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat, paullum admodum sentiens praeteritum aut futurum. Homo autem, quod rationis est particeps, per

aliorum quoque codd. auctoritate praetulit Facciolatus. Hic tamen *anquirat* minus moleste, quam aliis multis locis, inculcatur, cum *paret* sequatur.

° *anquirat*] Hoc servat Gu. sec. solus ex nostris. [Et de Bern. solus b.] Nam tert. [Bern. d. c. Bas. Erf.] *acquirat*, ceteri cum impr. antiquis *inquirat* dederunt.

generis eiusdem] Sic Goth. et Graev. Cap. III, 2 *Quae sunt generis eiusdem.* Cap. XVI, 6 *Quae sunt generis eius*, al. *eiusdem*. Lib. III, 5, 9 et 10, 9 *cetera generis eiusdem*. Plures tamen hic *eiusdem generis*, ut lib. II. c. 3 *Ut alia eiusdem generis*.

° *generis eiusdem*] Graevio hunc verborum ordinem restituenti adsentiuntur scripti Gu. solo quarto excepto, qui cum impr. vetustis, cum Grut. Gron. Ern. transponit *eiusdem generis*. Alterum positum etiam lib. II, 3, 8. meliores libri suadent. Legitur tamen de divin. II, 7 *eaque quae sunt eiusdem generis*. [Item Bernenses praeter e *gen. eiusd.*]

2. *Commune autem*] Pearc. Olivet. et Facciol. aliis quibusdam praeeuntibus, *commune item*, bene, si auctoritas accederet. *Autem* quidem et *item* permutatum observo ad lib. III. cap. III, 13 *Commune*, pro *communis*, dixit, more Graecorum. Simile est illud, *omnium rerum mors extremum* lib. VI. ep. 21. Vide Vechneri hellenolex. p. m. 249. Goth. *commune est autem animantium omnium.*

Commune autem animantium omnium est] Praeter viros doctos a patruo laudatos Aldus 1561. Wolfius et nuper celeb. Ernestus *item* edidit. Quia MSS. quod quidem constat, omnes *autem* tuentur, mutare nihil ausim. Particulas *autem, sed, vero* interdum pro *deinde*, *praeterea* usurpari, infra ad c. XXVIII, 9. ostendam. Gu. quint. *Commune autem omnium animantium est*, mutata sede vocabuli *omnium*, quod impr. Lips. 1507. plane omisit.

quae procreata sunt] Ita locutus videtur, quod quorumdam animantium, ut piscium et insectorum, cura in ovis nondum exclusis desinit. [*Sint* Bern. a b. Erf.]

3. ° *Sed inter hominem et beluam*] Gu. pr. *Sed inter belluam et hominem*.

° *tantum, quantum sensu movetur*] Non plus, quam quantum sensu movetur.

quod adest, quodque praesens est] *Adest*, quod in proximo et in conspectu est: *praesens* ad tempus refertur, et praeterito ac futuro opponitur.

se accommodat] Ad ea se applicat, se vitamque suam componit.

° *paullulum*] Hoc tenet Gu. quintus: quatuor omnesque impr. vet. *paulum*, sive, quod est in Gu. sec. *paullum*.

Homo autem, quod rationis] Goth. [Bern. e] Ven. omnes, Arg. quinque Oxon. *homo autem qui rationis est particeps*, ut Palat. pr. et Lang. *quoniam rationis* Vin. Pearc. et Facciol. Cum prioribus autem verbis, *homo autem*, cohaerent postrema: *facile totius vitae cursum videt*: quae interposita sunt, *quod* vel *qui rationis est particeps*, usque ad *futuras*, rationem reddunt, quam nonnulli parenthesi includunt. Eadem fere scribit lib. II. de fin. c. 14 *Homines enim etsi aliis multis, tamen hoc uno a bestiis plurimum differunt, quod rationem habent a natura datam, mentemque et acrem*

quam consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque praesentibus adiungit atque adnectit futuras; facile totius vitae cursum videt, ad eamque degen-
4 dam praeparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis, et ad vitae so-

et vigentem, celerrimeque multa simul agitantem, et, ut ita dicam, sagacem: quae et causas rerum, et consecutiones videat, et similitudines transferat, et disiuncta coniungat, et cum praesentibus futura copulet, omnemque complectatur vitae consequentis statum. Eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura et sermone et usu congruentem.

° *Homo autem, quod rationis*] Gu. pr. sec. et quint. [Bern. a b c d. Erf.] hanc scripturam firmant. Duo reliqui, Gryph. et Pearc. *quod* in *quoniam*, veteres impr. [et Bern. e] in *qui* mutaverunt. Proximum verbum *est* Gu. quint. traiicit sic, *particeps est.*

earumque progressus et quasi antecessiones] Quo modo res progressurae vel iturae sint, et quae antecedant. Ita *earum* non ad *causas*, sed cum Maturantio ad *res* referes. In aliis vero codicibus *praegressus* est, [sicut in Bern. a] idque in tribus Lamb. duobus Anglic. uno Gifan. Turneb. Pal. sec. repertum tuetur Pearcius: quod verborum ordo id postulet, qui, si *progressus* antiquitus fuisset, alius esset, *earumque quasi antecessiones et progressus non ignorat.* Ita vero *earum* non ad *rerum*, sed ad *causarum* refert, ac potius ad *causarum rerum;* probatque Maturantii hanc interpretationem: *Non solum ipsas rerum causas videt, quae plerumque manifestae sunt, ut nimia aëris intemperies causa est pestilentiae: sed, si quid est, quod ipsas causas antecedat, ut cum ex signis quibusdam et prognosticis futuram percipit aëris intemperiem, quae pestilentiae causa sit.* Nec mihi displicet Pearcii lectio: *praegressus* vero et *antecessiones* causarum idem esse, et ipsas causas antegressas vel antecedentes significare puto.

° *earumque progressus et quasi antecessiones non ignorat*] Mei libri nihil in his mutant, nec videtur mutatione opus esse. Causarum *progressus et quasi antecessiones non ignorat,* qui earum quasi γενεαλογίας quasdam perspectas habet, causasque rerum persequens non a prioribus solum ad posteriores progredi, sed a posterioribus etiam ad priores reverti potest.

similitudines comparat] Similes inter se res comparat.

et rebus praesentibus adiungit atque annectit futuras] Cum praesentibus futura copulat, ex praesentibus futura colligit. *Rebusque,* pro et *rebus,* scripsi e Goth. Vinar. et primum vulgatis.

° *et rebus praesentibus*] Hoc est in Gu. ultimo: quatuor, exc. Bedae atque Eyb. etiam ed. Gryph. cum patruo *rebusque* restituunt. [Sic etiam Bernenses omnes.]

ad eamque degendam] Facciol. *ad eumque regendum,* quod miror.

° *degendam*] Gu. sec. quart [Bas.] et aliquot Oxon. *regendam,* cui verbo tamen hic non est locus.

4. *Eademque natura*] Pearcius, probante Heumanno, *eadem natura.*

° *Eademque natura*] Gu. pr. *Eaque natura.* Scholiastes adnotationi ad h. l. praescripsit *Eadem natura,* quod firmare posset Pearcii emendationem, nisi sollemne esset interpreti isti in apospasmatiis, quae sibi explicanda sumit, connectendi particulas omittere. Deinde Gu. quint. [Bas.] transponit *rationis vi.*

° *hominem conciliat homini*] Gu. pr. et quint. *homini conciliat hominem.*

et ad orationis et ad vitae societatem] Natura duce ratione efficit,

cietatem: ingeneratque in primis praecipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt: impellitque, ut hominum coetus et celebrationes et esse, et a se obiri velit, ob easque causas studeat parare ea, quae suppeditent et ad cultum, et ad victum; nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisque, quos caros habeat tuerique debeat. Quae cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit. In pri-

ut alter alterius colloquium et convictum adpetat.

ingeneratque in primis praecipuum quemdam amorem in eos, qui procreati sunt] Haec omnia Facciolatus ad grammaticum aliquem auctorem refert. Pearc. coniicit *ingeneratque ei.*

ut hominum coetus et celebrationes] Goth. et Vin. *ut hominum coetus et celebrari inter se, et sibi obedire velint*, ut multi alii. Olivet. *ut hominum coetus celebrari inter se et a se obiri velit.* Meliorum vero codicum lectio est, quam post Turnebum doctis viris certatim probatam damus, altero tantum *et* ante *esse* e nostris, Lang. et Oxon. codd. auctam. Facciolatus, Hier. Wolfium secutus, *coetus ac celebritates* rescripsit, quod alterum nomen minus frequentatum sit. Tamen a Cicerone etiam pro *celebritate* usurpatur pro Sulla c. 26. et a Lactant. lib. VI. c. XX, 34. qui *ludorum celebrationes deorum festa* esse dicit. [Item apud Cic. epist. ad Att. XV, 29 *celebrationes ludorum* sunt: neque opus est h. l. pro *celebritate* putes dici.] Quae hic *celebrationes*, alio nomine *concilia et civitates* vocat Cicero lib. III. de fin. c. 19. ubi ait: *Itaque natura sumus apti ad coetus, concilia, civitates.* An Ciceroni *ac* ante *celebrationes* placuerit, dubito. *A se obiri velit* dicitur, pro *obire velit.* Catil. I, 2, 7 *Cupio, P. C. me esse clementem: cupio in tantis reip. periculis non dissolutum videri.* Vide plura apud S R. Heumannum ad orat. pro Arch. V, 6.

° *ut hominum coetus et celebrationes et esse*] Plane sic, ut patruus haec edi voluit, habentur ea in Gu. sec. [et Bern. a b c. Erf.] Verae scripturae vestigia supersunt etiam in Gu pr. in quo, etsi litterae hic admodum detritae sunt, illa tamen satis perspicue leguntur, *hominum cetus et celebrationes .... a se obi.* Alii scripti et impr. nostri *ut hominum coetus et celebrari inter se, et sibi obedire velit*, quidam *velint*, unus *et obediri velit.*

suppeditent] Sic omnes libri: tamen Facciolatus *suppetant.* At Lucretius, qui minus facile corrumpi potuit, lib. I, 547.

Materies ut suppeditet rebus reparandis.

Plautus II. Asin. IV, 17 *Itaque iam hercle clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.* [Item Terent. Eun. V, 8, 46. Vide Ruhnk. ad Rutilium II, 9. pag. 116.] Non primus ergo Cicero [Tusc. V, 37, 108.] *suppeditare* pro *suppetere* dixit. Vide Franc. Fabricium ad c. XLIV, 10. Bunemann. ad Lactant. IV, 22, 2. Marsus et Wolfius *suppetitent*, a *suppeto*, scribendum putant.

° *suppeditent et ad cultum*] Gu. pr. in scriptura evanescente satis manifeste sistit verbum *suppeditent*, quod tuentur libri nostri omnes, nisi quod in Venet. 1498. et Lugd. 1527. *suppetitent* auctoritate Marsi editum est. In eisdem membranis vetustate nondum deleta erat particula *et*, ad quam excludendam ceteri codices nostri et impr. veteres conspirant.

sed coniugi] Sed etiam coniugi. Vide, quae dixi ad Cornel. Nep. Cim. c. 4. pr. infra ad c. XXXIX, 3.

tuerique] Alere, sustentare. Vide Cellar. et Bunemann. ad Lactant. I, 4, 6. Columell. lib. VI, 3, 3 *Minus commode tuemur armentum paleis.* [Cic. Paradox. VI, 1.]

exsuscitat etiam animos] Quasi somno sopitos.

° *exsuscitat etiam animos*] Ab-

misque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire ac discere: cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad beate vivendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissi-
6 mum. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informatus velit, nisi praecipienti, aut docenti, aut

iecta particula *etiam*, in Gu. tert. legitur *exuscitat animos maioresque ad rem g. f.* In quarto pro *exsuscitat* est *suscitat*.

ad rem gerendam] Io. Frid. Gronovius, Graevio non repugnante, mallet *ad rem quaerendam:* quod *rem gerere* ad fortitudinem pertineat, de qua hic non sit sermo. Sed *rem gerere* latius patet, ad omnem, non bellicam tantum, sed et domesticam industriam accommodatur, et actum rerum honestarum et utilium, operam amicis et reip. praestandam significat. Hoc vero praecipuum iustitiae munus esse vult ipse Cicero cap. VI, 6. Quin et mercatores *rem gerere* dicuntur ab eodem lib. II. cap. 11. ubi iis, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, *iustitiam ad rem gerendam* necessariam esse scribit. Contra *male rem gerentibus* patribus bonis interdici ait Cat. mai. c. 7. Supervacanea igitur est Gronovii suspicio.

5. *veri inquisitio*] Lib. II. de fin. c. 14. *Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inveniendi; quod facillime apparet, cum vacui curis, etiam quid in caelo fiat, scire avemus: his initiis inducti omnia vera diligimus.*

addiscere] Venet. sec. tert. Arg. *audire, discere:* aliquot Oxon. Ald. Ven. quart. Wolf. *ac discere*, quod Ciceronis esse apparet. Cap. XLIV, 11 *Tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere.*

* *addiscere*] Quod reposuit patruus *ac discere*, legitur id etiam in Gu. sec. in impr. Lugd. 1527. atque Anemoec. Ita quoque legeretur in Gu. quinto, nisi corrector posteriorem litteram particulae *ac* scalpello erasisset. Gu. pr. tert. quart. impr. Magont. atque incert. *addiscere:* impr. Venet. 1498. ac Lips. uterque *audire, discere* dederunt. [Verissimum *addiscere* et propter codicum meliorum, etiam Bernensium apud Orellium, auctoritatem et propter insolentiam particulae.]

* *admirabilium*] Gu. sec. et quart. [Bern. e] *mirabilium*.

ad beate vivendum] In hoc melioribus accedit Goth. Vin. et Ven. pr. vulgo *ad bene beateque vivendum*.

* *ad beate vivendum*] Ita scriptum est in Gu. pr. sec. quart. quint. impr. Magont. et incerto. [Idem habent Bern. omnes Bas. Erf.] Reliquos contaminavit mangonis illud figmentum *ad bene beateque vivendum*.

6. * *Huic veri videndi*] Gu. pr. *veri* in *verum*, tert. in *vere* mutat.

appetitio quaedam principatus] Lib. II. de fin. c. 14 *Eadem ratio habet in se quiddam amplum atque magnificum, ad imperandum magis, quam ad parendum, accommodatum.*

animus bene a natura informatus] Non est *metaphora a discipulis petita*, ut philosophus quidam interpres hic adscripsit, fortasse *a praeceptoribus* dicturus, quos cum suis gregalibus *informatores* recte et Cicerone auctore appellari credidit; sed a fabris, statuariis et aliis artificibus translata, qui, cum operibus suis formam induere incipiunt, ea *informare* dicuntur. Nihil enim aliud est *informare*, quam *formare*, Columell. lib. II, 2, 10 *Sarmentis connexus velut funis informabitur in eam*

utilitatis causa iuste et legitime imperanti: ex quo magnitudo animi exsistit humanarumque rerum contemtio. Nec 7
vero illa parva vis naturae est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit, quod deceat, in factis dictisque qui modus. Itaque eorum ipsorum, quae aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit. Quam similitudi- 8
nem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo

crassitudinem, quam solum fossae possit angustae, quasi accommodatam coartatamque, capere. Idem lib. XI, 3, 13 *Humus refossa in areas dividitur: quae tamen sic informandae sunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant.* Plinius Lib. VII. ep. 9.

Ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur
Si doctos digitos, iussaque fiat opus;
Et nunc informet Martem castamque Minervam,
Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.

Adde Virgil. lib. VIII. Aen. v. 426. ibique Cerdam, Bunemann. ad Lactant. de opific. c. V, 9. Est ergo *animus bene a natura informatus* nihil aliud, quam bene formatus, a benigna natura ingeneratus, nobilis: homo, cui, ut Iuvenalis ait.,

— — — *Arte benigna*
De meliore luto finxit praecordia Titan.

° *animus bene a natura informatus*] Omnes Gu.. et impr. veteres nostri, etiam Goth. et Rom. transponunt *animus bene informatus a natura.* [Idque Orell. e suis libris recte reposuit.]

nisi praecipienti] Praecepta recte vivendi tradenti: *docenti* vero est, quae vera sint, monstranti. Pearc. mavult *nisi aut praecipienti et docenti.*

° *ex quo animi magnitudo*] Gu. pr. sec. tert. quint. [Bern. a c d Bas. Erf.] *ex quo magnitudo animi,* quod suavius est.

humanarum rerum contemtio] Quas hic *humanas res* dicit, externas vocat cap. XX, 1. ubi easdem paullo post n. 3. *humanas* appellat, docetque, primum esse ea, *quae eximia plerisque et praeclara videntur;* deinde, *quae acerba in hominum vita fortunaque versantur.* Sunt ergo, quaecumque in utramque partem homini accidunt. Earum *contemtio*, sive *despicientia* est animi aequitas in utraque fortuna. Vide cap. V, 5. XVIII, 6.

7. ° *quid sit ordo*] Gu. quint. *qui sit ordo rerum.* Corrector tamen vocabulum *rerum* compunxit.

quid sit quod deceat] Palat. sec. Ven. quart. *quid deceat,* quod Facciolat. alteri omnium exemplarium lectioni praetulit.

qui modus] Ita cod. Graev. et margo Ven. quartae: *quis sit modus* Goth. Ven. quart. *qui sit modus* Vin. [Bern. e] Ven. tres et Facciol. *quid sit* Arg. Interpunctio variat: alii, *quid sit quod deceat in factis dictisque, qui sit modus.* Non improbo.

° *qui modus*] Huic scripturae suffragatores adduco tres primos Gu. Reliqui duo interpolaverunt *quis modus,* impr. veteres *qui sit modus.*

Itaque eorum ipsorum] Ordo verborum est: *Itaque nullum aliud animal sentit pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium eorum ipsorum,* [in iis ipsis] *quae adspectu sentiuntur.*

° *adspectu*] In omnibus Gu. *aspectu* exscriptum est, orthographia et monumentorum et grammaticorum veterum testimoniis satis comprobata.

° *nullum aliud animal*] Turpe glossema *nisi homo* Gu. quart. his subiicit. Ordinem verborum retexit Gu. quint. [Bas.] *nullum animal aliud.*

8. *Quam similitudinem natura*

etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservanda putat, cavetque, ne quid indecore, effeminateve faciat; tum in omnibus et opinionibus et
9 factis, ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quaerimus honestum: quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit;

ratioque ab oculis ad animum transferens] *Similitudines transferre* est, similia inter se comparare, quod in una re consentaneum est, id ad similem alteram accommodare, eodemque modo de ea iudicare. Vide ad n. 3. ibique locum Ciceronis ex II. de fin. c. 14. Quod igitur natura oculis sentit, id ad res, quae mente tantum percipiuntur, transfert, et multo magis pulchritudinem, constantiam et ordinem in iis conservandum putat.

* *multo etiam magis*] Gu. pr. *multo magis etiam*, transposita particula *etiam*, quam Gu. tert. plane omittit. Frustra. Pro Mil. c. 34 *Atque haud scio, an multo etiam sit adiuvandus magis*. De oratore II, 47 *Sed multo etiam magis vi*.

conservandum putat] *Conservanda* Vin. duo Oxon. Ven. pr. Arg. quod Guilielmio verius visum. Alterum vero Ciceroni familiarius est, alterum librariis.

* *conservandum putat*] Ad stabiliendam hanc scripturam non satis magnum pondus accedit ex eo, quod Gu. tert. impr. Ven. 1498. Lips. 1507. ac Lugd. 1527. eam repraesentant. Numero testium praevalet *conservandam*, quod est in Gu. pr. quart. quint. Goth. tribus Oxon. pluribus apud Gruterum, et in impr. Lips. 1513. Ita femininum, quamvis substantivum masculini generis proxime praegrediatur, legimus apud Cic. lib. X. ad divers. ep. 25 *Istamque operam tuam, navitatem, animum in rem publicam celeritati praeturae anteponendam censeo*, [non quod genus femininum masculino praeferatur, sed quod de *opera* praecipue cogitavit.] Tamen Guilielmio probatum illud *conservanda* et frequens veterum usus, et non contemnendae auctoritatis libri, in his Gu. sec. impr. Magont. incert. Rom. atque Anemoec. mihi magnopere commendant. Vide Cort. ad lib. VII. ep. 20. n. 4. et ad Sallust. Iug. XXXVIII, 8. [Est etiam in Bern. c, exiguae auctoritatis libro, reliquorum Bern. a d cum Bas. et Erf. *conservandam*, Bern. b c *conservandum*, quod mihi quoque cum plerisque editoribus probatur.]

* *effeminateve*] Gu. tert. et a corr. quint. *effeminateque*.

tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinose aut faciat] Haec omnia ex interpretatione, in margine adscripta, Facciolatus inserta suspicatur, qui, iis omissis, Ciceronem coniunxisse credit, *ne quid indecore effeminateve aut faciat aut cogitet*. Non plane dissentio, sed uno tantum verbo excluso lego: *ne quid indecore effeminateve; tum in omnibus opinionibus, ne quid libidinose aut faciat aut cogitet*. Cur primum illud *faciat* adiectum fuerit, apparet: reliqua alliuendi nulla ratio fuit.

* *tum in omnibus et opinionibus et factis*] Glossemata in his verbis doctissimi viri sagaciter odorati sunt. Equidem crediderim, genuina Ciceronis esse illa: *cavetque, ne quid indecore effeminateve, ne quid libidinose aut faciat aut cogitet*.

libidinose] Ex libidine, quae est temeraria cupiditas non voluptatis tantum, sed et gloriae et pecuniae, vindictae. Vide Cort. ad Sallust. Cat. II, 2.

9. *quod quaerimus*] De quo agimus. Vid. ad. c. II, 4.

nobilitatum] Etiamsi *populari fama gloriosum* non sit, nec *multitudinis rumore laudetur*, ut ipse loquitur lib. II. de fin. c. 15. Infra II, 7, 16 *Testis est Phalaris, cuius praeter ceteros nobilitata crudelitas*. *Nobilitata*, id est, divulgata, nota. Plinius lib. I. epist. VIII, 14 *Sequi gloria, non adpeti debet: nec, si*

quodque vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, natura esse laudabile.

Formam quidem ipsam, Marce fili, et tamquam faciem honesti vides: quae, si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiae. Sed omne, quod est ho- 2
nestum, id quatuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum contractarum fide: aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore: aut in omnium, quae fiunt quaeque dicuntur, ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia. Quae quatuor quamquam inter se colligata atque implicata 3

casu aliquo non sequatur, idcirco, quod gloriam meruit, minus pulchrum est. Haec Epicuri sententiae opposita esse, disces ex eo loco de finibus, quem proxime indicavi.

* *tamen honestum sit*] Gu. pr. *sit:* sec. *est*, quod placet. [Item Bern. a d et receperunt Gernh. Beier. Orell.]

* *natura esse laudabile*] Gu. tert. quart. et impr. veteres *laudabile esse natura.*

Cap. V, 1. *faciem honesti vides*] Goth. *faciem vides honesti.*

Plato] In Phaedro [c. 65.], his verbis: *Ἡ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται. δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν.* Interpres est ipse Cicero lib. II. de fin. c. 16 *Oculorum est in nobis sensus acerrimus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur.* Faërnus hoc quoque loco legendum censet *sui,* pro *sapientiae:* Pearcius, quem Facciolatus sequitur, *mirabiles amores, ut ait Plato de sapientia, excitaret sui.* Sed vulgata non id incommodi habet, ut tam praecipiti remedio opus sit. *Sapientia* enim intelligi potest, quae sit honesti scientia. Huius amor accenderetur, ante oculos proposita externa honesti forma ac specie.

sapientiae] Ernestus, hoc nomine hinc exturbato, *sui,* quod Faërnus commentus erat, cupide recepit. At Plato puellae, cuius eximia species allicere procos multos possit, sapientiam comparat. Sublato igitur nomine femineae personae significandae idoneo, prope omnis dicti Platonici lepos tollitur. [Neque omittendum, quod *sui,* si verum esset, referretur ad *faciem* satis inepte.]

2. * *quod honestum est*] Ex Gu. pr. sec. quart. et quinto [item ceteris plerisque] edidi *quod est honestum.*

perspicientia veri] Goth. non habet *veri,* quod tamen abesse non potest.

* *perspicientia veri*] Gu. pr. *veri perspicientia.*

* *tribuendoque suum cuique*] Gu. quart. impr. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *tribuendo quod suum est cuique.* Deinde Gu. quart. *et rerum contractarum in fide.*

rerum contractarum fide] In servandis *contractibus:* quo vocabulo Cicero uti noluit. Itaque et c. 17. scribit: *multisque cum multis res rationesque contractae.* Lib. II. c. 11 *qui contrahendis negotiis implicantur.* Eod. lib. c. 18 *in omni re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando.* Lib. III. c. 15 *Tollendum igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.* Eadem sunt *dicta et conventa* hoc libro c. 7.

* *in animi excelsi*] Goth. *excelsi, fortis atque invicti,* sed ex glossa.

* *in quo inest*] Gu. tert. quart. et Goth. *in quo est.*

3. *implicita sunt*] *Implicata* Goth. et aliquot Oxon. itemque Ven. quart. quod Ciceroni familiarius est, et iam Parrhasio, Guilielmio, et nuper Pear-

sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur. Velut ex ea parte, quae prima descripta est, in qua sapientiam et prudentiam ponimus, inest indagatio atque in-
4 ventio veri; eiusque virtutis hoc munus est proprium. Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissi-

cio, Facciolato atque Oliveto placuit. *Implicita* tamen legas etiam pro leg. Manil. c. 7. extr. [Sed corrige ex Erf. in quo *implicata* legitur, quod Wund. annotare oblitus est.]

° *implicita sunt*] Praetuli *inplicata* ex Gu. pr. sec. tert. quint. utroque Lips. et Gryph. [item ceteris fere omnibus] Pro *sunt* legitur *sint* in Gu. tert. quart. impr. Magont. Rom. utroque Lips. [Bas. Erf.]

Velut ex ea parte] Hic παρόραμα Ciceronis deprehendisse sibi visus est interpres philosophus, sed hic quidem parum acutus. Male enim cohaerere ait, *ex ea parte inest*, pro *in ea parte*. Ipsius vero hoc est παρόραμα, qui non recordatus est, *ex hac, ea, aliqua, nulla, magna, dimidia parte* dici, ubi nostri sermonis consuetudo *in parte* postulat; vel ubi, *quod ad partem attinet*, intelligitur. Exemplorum magnam copiam habent omnia lexica, omnes indices, ut in his morari nihil opus sit. Prae ceteris vide Cortium ad Sallust. Iug. c. LXXXXVII, 3. et Schwarzium ad Tursellin. de particul. c. LXXVII. n. 12. p. 305. [Ista ex alio genere sunt, h. l. non dubium, quin auctor, cum *oritur* s. *nascitur* scribere voluerit, inceptae orationis oblitus, quod parum concordaret, posuerit *inest*. Codd. non mutant, nisi quod in uno Ox. μ legitur *est* pro *inest*.]

quae prima descripta est] Non deserit meliorum librorum scripturam hanc Goth. ubi Vinar. Ven. omnes, Arg. et Gruter. *primo*. Est autem *descripta*, posita, collocata, ordinata, ut iam Graevius explicavit. Cap. VII, 3 *Similisque est privatarum possessionum descriptio*. Cap. XXVII, 10 *Est autem eius descriptio duplex:* id est, divisio. Cap. XXXXIV, 9 *Servare leges, iura describere*. Catilin. I, 4 *Descripsisti urbis partes ad incendia*. Catil. II, 6 *Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta*.

° *quae prima descripta est*] Hoc servant Gu. omnes, impr. vet. vero dederunt *primo*.

° *in qua sapientiam et prudentiam ponimus*] Gu. tert. *in qua sapientiam ponimus et prudentiam*.

4. *Ut enim quisque maxime perspicit*] Admodum hac formula delectatus est Cicero, atque in his maxime libris. Cap. 15. pr. *Colendum autem esse ita quemque, ut quisque maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus*. Cap. 16. pr. *Optime autem societas hominum coniunctioque servabitur, si, ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur*. Cap. 19 *Ut quisque animi magnitudine maxime excellit; ita vult maxime princeps omnium, vel potius solus esse*. Lael. c. 9 *Ut enim quisque sibi plurimum confidit: et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat, suaque omnia in se ipso posita iudicet: ita in amicitiis expetendis colendisque maxime excellit*. Pro Caecin. c. 2. extr. *Ut quaeque res est turpissima; sic maxime et maturissime iudicanda est*. Vide Cort. ad Sallust. Iug. XXXI, 14. Vides autem, aliis loci dici, *ut quisque, ita* vel *sic:* hic vero alteram particulam omitti, eiusque locum pronomen *is* occupare. Id ideo factum, quod interveniente alio pronomine, *quique*, cui *is* aptius respondet, quam particula *ita*, constructionis genus mutatur. Sic fere lib. X. epist. XXII, 2 *Quod ad me scripseras, de re agraria, si consultus senatus esset, ut quisque honorificentissime de te sententiam dixisset, eam secutus essem*. Lib. V. de fin. c. 20 *Itaque, ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus possit pa-

mum sit, quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem; is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic, quasi materia, quam tractet 5
et in qua versetur, subiecta est veritas. Reliquis autem tribus virtutibus necessitates propositae sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitae continetur; ut et societas hominum coniunctioque servetur; et animi excellentia magnitudoque, cum in augendis opibus utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis, eluceat. Ordo autem, et constantia, et mode- 6
ratio, et ea, quae sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod est adhibenda actio quaedam, non solum mentis agitatio. His enim rebus, quae tractantur in vita, modum

ratissimis vesci voluptatibus. Vide ad cap. 15. pr.

quique acutissime] Vin. cum prius vulg. *quique et acutissime:* alii omisso altero *et* legunt, *potest videre.*

* *quique acutissime*] Ita cum scriptis nostris Anemoecius. In editis antiquis est *quique et acutissime et cel.* Ern. corrigit *utque acut.*

* *is prudentissimus*] Pronomen *is* in Gu. pr. deest.

5. *Reliquis autem tribus virtutibus*] *Virtutibus* abest a Vin. et uno Oxon. idque delevit Facciolatus. Itaque, cum nec in Venetis sit, hunc potius, quam Graevium, secutus sum.

* *Reliquis autem tribus virtutibus*] Vocabulum *virtutibus,* quod impr. veteres, excepto Lugd. 1527. omnes omittunt, MSS. Gu. omnes tuentur.

necessitates propositae sunt] *Inopia atque indigentia* humanae vitae, ut loquitur Lael. c. VIII, 3. et IX, 3. quam *necessitatem vitae* vocat infra hoc libro c. XXXXIV, 10. Ea ita proposita est his virtutibus, ut ei subveniant, easque res parent, sine quibus vita civilis commode agi non potest. Maturantius *actiones necessarias* interpretatur.

tuendasque] Conservandas.

societas hominum coniunctioque servetur] Quod iustitiae munus est.

animi excellentia] Fortitudinem significat.

in his ipsis] Vin. et Ven. pr. *in ipsis:* Ven. sec. tert. et Arg. *in his despiciendis.* Alterutrum adventicium esse suspicor.

* *in his ipsis*] Hoc tenent Gu. quatuor et impr. incert. At Gu. tert. *in iis,* omisso *ipsis,* quod pronomen etiam Ven. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. excludunt. Magont. *in ipsis,* abiecto *his.*

6. *Ordo autem*] Haec temperantiae sunt propria. Facciol. *ordo enim;* Pearcius *ordo item:* uterque ex ingenio.

in eo genere] In iis rebus.

actio quaedam] Vin. Ven. Lips. *quaedam actio.*

* *adhibenda est actio quaedam*] Poëticos numeros disiiciunt Gu. pr. sec. tert. et quint. ex quibus dedi *est adhibenda actio quaedam.* [Item Bern. a c d. Bas. Erf.] Gu. quart. omnesque olim vulgati *adhibenda est quaedam actio.*

mentis agitatio] Cogitatio, consilium, animi cura. Vid. c. 6. extr.

* *non solum mentis agitatio*] Gu. quart. *non sola,* nec tamen ista me movet auctoritas. Conf. ad c. VII, 5.

modum quemdam et ordinem adhibentes] Vin. Ven. utr. Lips. Facciol. *modum quemdam adhibentes et ordinem.*

* *modum quemdam et ordinem*] Gu. tert. pronomen *quemdam* suppressit: quart. omnesque impr. vet. transponunt *modum quemdam adh. et ord.* quod displicet propter accusativos sequentes.

quemdam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

6 Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit,
2 maxime naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua

* *honestatem et decus*] Gu. tert. *dignitatem et decus:* Goth. et uterque impr. Lips. *et honestatem et decus.*

Cap. VI, 1. *locis*] *Partibus.* Quam enim paullo ante *partem* dixit, saepe *locum* vocat, ut lib. III. cap. II, 10, 11 et 13. Infra hoc libro c. 43 *Nam cum omnis honestas manet a partibus quatuor.* Ibid. paullo ante: *Sed ab iis partibus, quae sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur.*

honesti naturam vimque] *Vis* capi potest pro οὐσία. Vid. Cort. ad Sallust. Cat. I, 2. Ita *natura et vis honesti* nihil aliud erit, quam ipsum honestum. Licet tamen et ita interpretari: in quibus ex nostra divisione honestas suam naturam et vim exserit, et quid sit valeatque ostendit. Vide ad cap. 28. extr.

* *vimque*] Gu. pr. *verique*, paulloque post *cognitione constitit.*

naturam attingit humanam] Naturae maxime est coniunctus, aptus, consentaneus. Cap. II, 8 *Officii praecepta firma, stabilia, coniuncta naturae.* Cap. 15 *Illae virtutes virum bonum videntur potius attingere.* Cap. 22 *Quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit etiam bellicam.* Cap. 44 *Nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, attingat cognitionem rerum.* Lib. II. c. 21 *Partim ad universos pertinent, partim singulos attingunt.* Vide Bunemann. ad Lactant. lib. II, 12, 9.

2. *Trahimur et ducimur*] Ambros. lib. I. de offic. c. 26 *Omnibus igitur hominibus inest secundum naturam humanam verum investigare, quod ad studium cognitionis et scientiae trahit, et inquirendi infundit cupiditatem.* Si Ambrosius Ciceronis locum hunc exprimere voluit, quod dubitari non potest: *trahimur* interpretandum erit de impetu naturae, quo inviti rapimur; *ducimur* de rationis ductu, quem, qui vero delectari coeperunt, sequuntur. In Goth. autem et Vinar. *et ducimur* non legitur, haud invito, ni fallor, Cicerone. Is enim, si utroque verbo uti voluisset, priori loco postremum potius posuisset. *Ducimur* enim volentes, *trahimur* inviti. Hinc lib. III. c. 28 pr. *Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur.* Sallust. Iug. XXXXI, 5 *Sibi quemque ducere, trahere, rapere.* Nec utique opus est altero, quod alibi etiam omittitur. Lib. X. epist. XXXI, 4 *Natura autem mea et studia trahunt me ad pacis et libertatis cupiditatem.* Virg. II. eclog. 65 *Trahit sua quemque voluptas.* Quam ob causam non improbabile est, verbum *ducimur* inter versus ab aliquo adscriptum fuisse, qui duriorem alterius significationem mitigare voluerit. Adiuvat coniecturam, quod in Ovidii lib. XI. metamorph. v. 92 pro *Ad regem traxere Midan*, in aliquot exemplaribus scriptum est *ad regem duxere.*

* *trahimur et ducimur*] Nizolius et in voc. *Scientia*, et in *Trahor*, nescio quos auctores sequutus, hunc locum sic adfert: *Omnes ducimur et trahimur.* Mei libri et exc. Bedae atque Eybi ab eo, quod vulgatum est, non recedunt. [Neque Orellii ut videtur.] Id si verum est, Cicero dicere videtur, cognitionis et scientiae cupiditatem naturaliter ita nobis insitam esse, ut non modo necessaria, sed iucunda etiam nobis sit ista ad cognoscendum propensio. Pro Arch. c. 11 *Trahimur omnes laudis studio, et optimus quisque maxime gloria ducitur.*

excellere pulchrum putamus: labi autem, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. In hoc genere, et 3
naturali et honesto, duo vitia vitanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus, quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium 4
multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias. Quibus vitiis declinatis, 5
quod in rebus honestis et cognitione dignis operae curaeque ponetur, id iure laudabitur: ut in astrologia C. Sulpicium

labi autem, errare, nescire, decipi] *Labitur*, iudicio scilicet (lib. XV. epist. XXI, 12.) qui de aliqua re minus recte iudicat: *errat*, qui falsa pro veris probat: *nescit*, qui totius rei ignarus est: *decipitur*, qui stultitia sua aliis quaestum praebet. [*Dicimus* Bern. a b d e Bas. Erf. Oxon. quinque, falso tamen.]

3. *assentiamus*] Lactant. lib. III. cap. XXIX, 7. legisse videtur *assentiamur*: nisi apud eum potius legendum est *assentire*. Diomedes certe lib. I. p. 377. Ciceroni utrumque *adsentio* et *adsentior* tribuit [legiturque activa forma Epist. V, 2, 9 et in codd. quidem mss. I, 1, 3. ad Att. IX, 9 init.] Hic quidem mea exemplaria, et plura alia, ad quae Fabricius provocat, habent *assentiamus*: alia (in quibus Erasm. et Ven. quart.) quae Pearcius et Facciolatus sequuntur, *assentiamur*. Vid. lib. III, 2, 11.

° *assentiamus*] Hoc sistunt ex meis Gu. quint. atque impr. Magont. [Bern. c d e] Omnes reliqui dederunt *assentiamur*, quod praetulisse video patruum in observationibus antibarb. cap. IV. p. 450. [Atque h. l. vel codd. auctoritatis causa est praeferendum.]

velle debent] Goth. *debemus*. [Bern. c *debebunt*.]

4. *multamque operam*] Intelligo *nimis multam operam*.

° *multamque operam*] Recte interpretatur patruus *nimis multam*. Posses adverbium ex praecedentibus repetere, nisi *multus* iam per se *nimii* significationem sustineret. Cornel. Nep. XXV, 13, 5 *Supellex modica, non multa.* Vide hunc Nepotis locum uberius explicatum a Io. Fr. Gronovio ad Liv. IV, 13, 3 Eamdem elegantiam Gu. pr. restituit Ciceroni de orat. II, 71. ubi nunc quidem editur, *Sed haec ipsa nimis mihi videor multa in genera descripsisse:* ibi vero membranae, quas dixi, particulam *nimis* haud infacete tollunt.

easdemque non necessarias] Id est, ac simul, pariter, praeter id, non necessarias. Lib. III. de nat. deor. c. 32 *Vir innocentissimus, idemque doctissimus.* Cornel. Nep. Con. c. 2 pr. *Contulit se ad Pharnabazum, satrapen Ioniae, eumdemque generum regis et propinquum.* Iustin. lib. XI, 9, 12 *Uxor eademque soror.* Vid. ad cap. XIX, 5. Cort. ad Sallust. Iug. c. XIV, 11.

5. *quod operae curaeque*] Quantumcunque operae. Rarius pronomen *quod* cum genitivo construitur, saepius *quid, hoc, id,* et alia, de quibus Vechner. lib. I. hellenolex. part. II. c. 9. p. 200. *Hoc boni* legas lib. II. c. 1. pr. Tamen et infra hoc libro c. 38 *Illud ipsum, quod acerbitatis habet obiurgatio.* Lib. III, 16. extr. *quod vitii venditor non dixisset sciens.* Lib. XIII. epist. 1 *Nam quod est molestiae, non sane multo levius est, cum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe, si vidissem te, plus fuisset.*

astrologia] *Astrologiam* vocat, quam *astronomiam* Seneca appellare maluit epist. XCV. p. 406. non divi-

audimus, in geometria Sex. Pompeium ipsi cognovimus,
6 multos in dialecticis, plures in iure civili. Quae omnes artes in veri investigatione versantur, cuius studio a rebus gerundis abduci contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit: a qua tamen saepe fit intermis-

natricem illam artem; sed quae siderum motus, ortus et occasus speculatur. Hanc a Sulpicio cultam fuisse, ex iis, quae de eo proxime dicam, apparet.

C. Sulpicium audivimus] Repete *operam curamque posuisse*. Cicero enim non ipsum audivit, sed astronomiae eum deditum fuisse, ex maioribus natu audivit. — Nam C. Sulpicius Gallus Ciceronis aetate superior fuit, qui bello Macedonico, quod cum Perse gestum est, tribunus mil. lunae defectionem, eodem die, quo pugnandum erat, futuram praedixit, et, ne ea ex improviso obiecta milites terrerentur, effecit. Vide Cicer. Cat. mai. c. 14. Brut. c. 20. Liv. lib. XXXXIV. c. 37. Plin. lib. II. c. 12. Plutarch. in L. Aemilio Paullo p. 264. Valer. Max. lib. VIII. c. 11. pr. Frontin. lib. I. strateg. c. 12. Vide de eodem ad Lael. c. 2. extr.

* *C. Sulpicium audivimus*] Verius est *audimus*, quod e Gu. pr. sec. ac duobus Oxon. reduxi. Ita rescribendum esse, ex suis codicibus Guilielmus viderat. Praesens verbi illius tempus saepe legimus apud veteres, ubi sermo est de re, quae non semel tantum audita sit, sed fama quoque ac plurium sermone scriptisve celebretur. Noster de or. I, 60 *Multique oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium, qui omnia sermone conficerent paullo intentiore.* Eamdem elegantiam reddit Tullio Gu. pr. de oratore lib. II. c. 22 *Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias; multa Lysiae scripta sunt; non nulla Critiae: de Theramene audimus.* Duo MSS. Gu. in Bruto c. 84. *ut de Pericle audimus.* Vitiatum est, quod utroque loco nunc editur, *audivimus*. Conf. viros doctos ad Liv. XLV, 22, 3. ibid. cap. 24. extr. Schwarziumque ad Plin. panegyr. LIX, 3. [Ex Orellii libris tantum Bas. *audimus* habet, neque illam observationem ad necessitatem transtulerim.]

in geometria] Utramque, et astronomiam et geometriam, Ciceroni quoque cognitam fuisse, ipsius scripta, in quibus Aratus est; argumento sunt. Vide lib. V. Tuscul. c. 39. et dial. de oratoribus (quem falso Quintiliano adscribunt) c. 30.

Sex. Pompeium] Cn. Pompeii Magni patruum, iureconsultum et geometram praestantem, oratorem vero mediocrem. Cicer. in Bruto c. 47.

in dialectica] Ita Grut Graev. Pearc. *dialecticis* vero Goth. Vin. Oxonienses omnes, editique Ven. Arg. quibus accedunt Verburg. et Facciolatus. Cicer. Brut. c. 31 *Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur.* [Ad Att. IV, 12 extr. *homo remotus a dialecticis*, nec reperitur usquam subst. *dialectica, ae.*] Sic *geometrica discere* probat Gron. obs. II, 2. p. 223.

* *in dialectica*] *In dialecticis* lac. Gronovius iam revocaverat ex libris bonis, quibus MSS. Gu et impr. vet. nostri omnes accedunt.

in iure civili] Vide lib. II. cap. 19. pr.

6. *in veri investigatione*] *Vestigatione* Goth. Vin. Magont. Ven. pr. Lang. Lamb. sed *investigatione* est in Ven. reliquis et Arg. idque Graev. Pearc. et Facciol. recte retinent. Praecedens vocalis tertia plerumque praepositionem *in* hausit.

* *investigatione*] Gu. sec. impr. Magont. et incert. [Bern. e] *vestigatione*.

a rebus gerundis] Omnes et mei et Oxon. codd. editique *gerendis*: sed illud antiquius est, et ubique restitui potest, si quis his delectatur. Sic *faciundum* c. 1. pr.

* *a rebus gerundis*] Verbum *gerendis*, quod MSS. Guelph. praestant, omnes impr. veteres in *agendis* mutant.

sio, multique dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quae nunquam adquiescit, potest nos in studiis cogita-

a qua tamen saepe fit intermissio] Hunc locum frustra sollicitat Guilielm. qui totidem verbis legitur etiam apud Vincent. Bellovac. lib. VI. specul. hist. c. 7.

* *saepe fit intermissio*] Gu. pr. sec. tert. quint. exc. Bedae multique codd. aliorum [ut Orellii Bern. a b c d et Bas. Erf.] *fit intermissio saepe.* Alibi quoque adverbium hoc a Cicerone postponitur. Lael. X, 3 *Ut non idem expediret utrique, incidere saepe.*

* *tum agitatio mentis*] *Tum* hoc loco significat *praeterea, praecipue vero.* Cic. ad divers. epist. V, 13, 5 *Casus enim gladiatorii similitudinesque hae, tum rationes in ea disputatione a te collectae; vetabant me rei p. penitus diffidere.* Coelius ad Cic. VIII, 14, 7 *Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; tum causam illam, non homines odi.*

quae nunquam acquiescit] Facciol. *quiescit,* ut margo Ven. quart.

* *acquiescit*] Gu. pr. [Bern. d] *requiescit:* impr. incert. [Bern. c] *quiescit.*

in studiis cogitationis] Ut antea vulgatum est, ita in Goth. etiam et Vin. scriptum reperio: etsi vix credibile videtur Lambino et Graevio, ita Ciceronem dixisse, *agitatio mentis potest nos in studiis cogitationis continere,* cum idem sit *agitatio mentis,* quod *cogitatio.* Itaque, posthabita librorum auctoritate, legunt *in studiis cognitionis,* ut saepe alibi Cicero loquitur: idque et Olivetus et Facciolatus vulgatae lectioni praetulit. Neque id temere fieri dicet, cui librariorum inconstantia perspecta est, qui in hoc uno libro Ciceronis saepius *cogitationem* pro *cognitione* substituerunt, Gothanus maxime, cui id fere perpetuum fuisse animadverti. Quia vero de universa cogitatione hic sermo est, quae paullo post *aut in consiliis capiendis, aut in studiis scientiae cognitionisque versari* dicitur: non inepta prorsus antiqua scriptura videtur Manutio, Guilielmio et Pearcio. Nam *mentis agitatio* potest esse mentis numquam quiescentis vigor, motus et anquisitio, ut cap. 5. extr. Mihi satis erit, utramque lectionem in medio posuisse: quarum alteram, quae doctis viris probatior est, veram esse malo, postquam et in duobus Oxoniensibus reperta est; alteram, quam plures libri adserunt, non damno.

* *in studiis cogitationis*] Gu. tert. [et Bas.] *cognitionis,* atque ita correctum est in quinto. Alteram tamen plurimorum atque optimorum codd. scripturam, quam praeclare etiam tuetur Ernestus, vir venerabilis, longe praefero. Nihil profecto ageret, qui in illis ipsis *studiis cognitionis,* quae Cicero paullo ante commemoravit, in geometria, in dialecticis, in iure civili, sine opera vel mediocres progressus se facturum speraret. [At perpetua non opus est opera: sola cogitatio interdum eius locum explet, et mentem certe continet in earum rerum tractatione.] *Mentis agitationem* igitur cum patruo interpretor animi vigorem ac perpetuam ἐνέργειαν, quam barbare *activitatem* dicunt. Ita Cicero de divin II, 62 *Naturam autem eam dico, qua numquam animus insistens, agitatione et motu esse vacuus potest.* Iam vero *studia cogitationis* esse existimo, quum sine colloquio alterius, sine lectione, sine scriptione, ipsi nobiscum aliquid commentamur. Ea vis huius nominis conspicitur in locis, ubi *cogitatio* opponitur *scriptioni.* De orat. I, 33 *Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit.* Infra III, 1, 11 *Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus.* Dicit autem Cicero, veri investigationi actionem haud posthabendam, sed utramque esse coniungendam. Idque fieri posse, duabus rationibus ostendit. Primum, quod ab actione saepe datur intermissio, ut otiosi ad studia redire atque aliquamdiu va-

7 tionis, etiam sine opera nostra, continere. Omnis autem cogitatio motusque animi aut in consiliis capiundis de rebus honestis et pertinentibus ad bene beateque vivendum, aut in studiis scientiae cognitionisque versabitur. Ac de primo quidem officii fonte diximus.

7 De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur: cuius partes duae; iustitia, in qua virtutis splen-

care his solis possimus. Deinde, quod ad veri investigationem non semper otium ac secessus requiritur, quodque animus noster, qui semper in motu atque actuosus est, quamvis rebus agendis occupati simus, vel inter ipsa negotia, quid honestum ac verum sit, deliberare multaque cogitando consequi possit. *Cogitatio* enim, ut est apud Fabium Inst. or. X, 6. pr. *quoties intermissus est somnus, ipsis noctis tenebris adiuvatur. Haec inter medios rerum actus aliquid invenit vacui, nec otium patitur.* [Vera haec sine dubio: at ista veri investigatio, quam etiam sine opera nostra, i. e. externa actione, continuari dicit, *cognitionis* studium est, non *cogitationis:* studemus aliquid cognoscere et addiscere, ad quam rem non semper apparatu librorum chartarumque opus est. Itaque unice probo *cognitionis.*]

sine opera nostra] Sine auditione, lectione et scriptione. Vid. lib. III. c. 1. extr.

° *sine opera nostra*] Data *opera* agimus id, cui agendo per aliquod tempus toti vacamus studiumque praecipuum impendimus. Ad Q. fratr. lib. III. ep. 4 *De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat.*

7. *versatur*] Cod. Goth Vin. Pith. et Oxon. fere omnes, itemque Ven. tres et Arg. *versabitur:* quod verum est. Est enim idem, quod *versari debet.* Infra c. 36. extr. *Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem praebeamus.*

° *versatur*] Omnes et MSS. Gu. et impr. mei veteres *versabitur.* Hanc scripturam commendat etiam Heinzius V. C. qui hos libros nuper Germanice vertit, in adnot. ad h. l.

° *Ac de primo quidem*] Impr. incert. *Haec de primo:* quod videri queat favere coniecturae Gruteri legere cupientis, *Haec de primo quidem officii fonte,* abiecto verbo *diximus.* In eodem impr. incert. in Venet. 1498. atque in utroque Lips. *quidem* corruptum est in *equidem.* Non magis plurali numero *equidem* aptari debet, quam secundae aut tertiae personae singularis. Vide patrui adn. ad cap XII, 1. et observationes antibarb. cap. III p. 403.

Cap. VII, 1. *ea ratio*] Pars, locus, res: quae omnia significat *ratio.* Vid. ad c. III, 7.

inter ipsos] Expunxit haec Facciolatus. Vide vero c. XVI, 5. lib. III, 17, 4 Lael. V, 11.

cuius partes duae sunt] Goth. *cuius sunt partes duae: iustitia, in qua virtutis est splendor maximus, ex qua viri boni nominantur: et huic coniuncta est beneficientia, quam eandem vel liberalitatem, vel benignitatem appellari licet.* Retineo *appellari,* pro quo vulgus *appellare* maluit, quod nec in aliis spectatae fidei membranis est. *Licet appellari* est, potest appellari: atque ita Cicero et eius non dissimiles solent. Lib III. de orat. c. 27 *In quibus de universo genere in utramque partem disseri copiose licet.* Lib. III. epist. X, 29 *Ne cooptari quidem sacerdotem licebat.* Epist. XI, 6 *Ne impune in quemvis declamari liceret.* Varro lib. I. de R. R. c. 6 pr. *Ut multis locis licet videri.* Vide infra ad c. XXVI, 11.

° *cuius partes duae sunt*] Hunc verborum ordinem cum Graevio et

dor est maximus, ex qua boni viri nominantur; et huic coniuncta beneficientia, quam eamdem vel benignitatem, vel liberalitatem appellari licet. Sed iustitiae primum munus est, 2
ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria: deinde ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. Sunt 3
autem privata nulla natura, sed aut vetere occupatione, ut

Gron. servant Gu. quint. et impr. veteres. Transponunt Gu. tert. et quart. *cuius partes sunt duae.* Patruus ex Goth. attulit *cuius sunt partes duae.* Recte vero duo primi Gu. [itemque Bern. a b et Erf.] illud *sunt,* cuius sedes incerta movere iam poterat suspicionem, proscribunt. Saepe librarii invito Ciceroni hoc verbum obtruserunt. Vide infra II, 9, 7. III, 31, 11.

° *splendor est maximus*] Gu. tert. cum Goth. [et Bern. a b] *est splendor maximus:* quart. *est maximus splendor.* [Bas. omitt. *est*] Deinde Gu. pr. sec. tert. quint. Goth. exc. Bedae atque Eyb. *ex qua viri boni.* [Item Bern. a b c Bas. Erf. facileque apparet rectum verborum ordinem restituendum esse, a quo Gerhardus docet non discedi, nisi ubi oppositionis causa sit.]

beneficientia] Sic cum Grut. Graev. Verburg. Pearc. itemque Vincentius Bellovac. VI, 7. etsi mei codices *beneficentia* praeferunt.

° *et huic coniuncta beneficientia*] Inepte Gu quint. omnesque impr. veteres *et huic est coniuncta.* Pro *beneficientia,* quod vocabulum Gu. pr. et sec. plerumque integrum conservarunt, hic tamen alter *beneficiaentia,* alter cum reliquis libris nostris et cum exc. Bedae et Eyb. *beneficentia* substituit. [Neque aliter analogiae causa videtur scribendum, cum sit ab adiectivo factum ut *magnificentia, munificentia,* non a participio in-*iens* ut *despicientia, efficientia.*]

° *appellari licet*] Gu. tert. et ed. Wolf. *appellare,* quod probatur etiam Ernesto: alii nostri [et Orellii] omnes et exc. Bedae atque Eyb. exhibent *appellari,* quod probe defendit patruus.

2. *ut ne cui quis*] Vin. *ut* omittit: Goth. *ut ne quis cui noceat.* Sic fere Livius XXXIX, 17 *Si quis quem ad se deduxisset.* Sed praestat alterum.

° *ut ne cui quis*] Etiam impr. Magont. ac. Rom. *ut* imperite excludunt.

pro communibus] Tamquam communibus, non ut suis. Communibus ita utatur, ne ea sibi vindicet soli, et eorumdem usu alios excludat. Vid. lib. III. de fin. c. 20. *Communia* vocat non ea tantum, quae omnium sunt, et proprie ita vocantur, ut aër, mare, litora: sed et publica, quae vel totius populi sunt, ut flumina, portus, viae; vel universitatis, ut fora, basilicae, porticus, theatra, pascua, quae plerumque a publicis distinguuntur.

° *deinde, ut communibus utatur pro communibus*] MSS. Gu. excepto tertio omnes, [item Bernenses praeter d] exc. Bedae atque Eyb. et impr. veteres mei omnes, ordine verborum mutato, *communibus pro communibus utatur,* [neque impedit quicquam quominus restituas.] Post adverbium *deinde* Gu. quint. inepte adiicit *autem,* eademque interpolandi libido fecit, ut in omnibus impr. vet. proxima sic legantur, *privatis autem ut suis.*

3. *privata nulla natura*] Vinar. cum prius vulgatis *natura nulla.* Nullae res natura, prima origine sua, lege naturae, sunt privatae possessionis.

° *privata nulla natura*] Gu. tert. *nulla privata natura:* omnes olim editi *privata natura nulla.* Videtur autem Tullius, vocabulo latius accepto, *privata* h. l. appellare propria, sive ea, quae possidentur a singulis, non hominibus solum ac familiis, sed civitatibus etiam ac populis. Ita *ager Arpinas Arpinatium, Tusculanus Tusculanorum privatus* dici queat. In hunc fere modum ab Hier. Wolfio ista explicari video. Similiter *com-*

qui quondam in vacua venerunt; aut victoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, pactione, conditione, sorte. Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatium dicatur, Tusculanus Tusculanorum: similisque est privatarum possessionum descriptio.
4 Ex quo quia suum cuiusque fit; eorum, quae natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. Eo si qui sibi plus appetet, violabit ius humanae societatis.

munia paullo ante dicebantur non ea solum, quae simpliciter, sed etiam quae comparate communia essent. Paullo post Cicero angustiore, sed magis usitata significatione *possessiones privatas* appellat, quae sunt singulorum hominum.

* *veteri occupatione*] Consensu omnium MSS. Gu. atque ed. Gryph. reposui *vetere*. [Etiam de quinque Bernn. tres a b d, et Erf. Bas.] Conf. infra ad c. XXXV, 11.

ut qui quondam] Ut sunt eorum praedia, qui quondam in vacua venerunt, vel ea occuparunt, quae communia fuerant. Male vulgo *aut qui*.

aut victoria] Lambinus transpositione opus esse putabat: *aut bello, ut qui victoria potiti sunt.* Sed *victoria* modum adquirendi ostendit, quo in *bello* aliqui hostium agris, oppidis, urbibus, cum ipsis hominibus, potiuntur.

* *conditione*] Donatus ad Terent. Andr. I, 1, 52. quem Franc. Fabricius iam huc advocavit, et cui Brissonius aliique adsensi sunt, *Conditio*, inquit, *est pactio certam* [i. e. peculiarem] *legem in se continens.*

ager Arpinas, Tusculanus] Campus omnis, quo Arpinum, Latii municipium, Ciceronis patria, et Tusculum, eiusdem Latii oppidum, cinctum est. His exemplis utitur, quod ipse Arpinas erat, et in Tusculano villam habebat haud ignobilem.

* *Arpinatum*] Recepi *Arpinatium* e Gu. sec. tert. omnibusque olim vulgatis. [Accedunt Erf. et Bernn. praeter e.] Hodieque lib. IV. ad Attic. ep. 7. sine varietate editur, *Arpinatium fremitus est incredibilis de Laberio*, et lib. I. de leg. principio, *haec Arpinatium quercus.* Apud Livium atque alios *Antemnatium, Capenatium, Fidenatium, Privernatium* et similia viris doctis sine controversia probantur. Conf. Vossius de analog. l. II. c. 14.

4. *suum cuiusque fit*] Ciceroni *suus* est, proprius. Cap. 31. pr. *Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vitiosa, sed tamen propria.* Paullo post: *Id enim maxime quemque decet, quod est cuiusque suum maxime.* Cap. XXXIII, 2 *Ad suam cuiusque naturam consilium est omne revocandum.* Lib. II. c. 22 *Ut sit libera et non sollicita suae rei cuiusque custodia.* Lib. III. c. 12. extr. *Ut nihil suum cuiusque sit.* Lib. III. de fin. c. 20 *Non adversatur ius, quo minus suum quidque cuiusque sit.* Quintil. lib. VII. c. 10. p. 653 *Vim sentiendi, pulsus venarum, caloris motus, spiritus meatum, coloris distantiam, quae sua cuiusque sunt, ingenium dabit.* Priscian. lib. I. p. 538. extr. *Quod est suum corporis.* Ibid. p. 540 *Suum est interiectionis voce abscondita proferri.* Lib. II. p. 575 *Quod est suum animantium.* Vide Gronov. lib. I. observat cap. 9.

Ex quo si quis sibi appetet] Goth. Vin. et Oxonienses, uno excepto, cum vulgatis pluribus, *ex quo si quis sibi plus appetet.* Sed *plus* in libris Langii, Lamb. et Palatinis non legitur. Malunt itaque subintelligere *aliquid.* Nam *appetere* per se est, vehementer cupere, per vim invadere, corripere. Crebra sunt *ferro, telis, scelere, veneno appetere.* Si tamen pro *ex quo* legas *eo* (quod est in cod. Vin. quatuor Anglic. Facciol. et in edd. Magont. Rom. Ven. omnibus, et Arg. atque a Victor. Manut. et Lambino probatur) *plus* retinendum est. Id enim sibi vult haec scriptura; si quis *plus eo*, eo non contentus,

Sed quoniam, ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici; atque ut placet Stoicis, quae in terris

plus appetet. Atque ita Pearc. et Facciolatus nuper edidit.

° *ex quo si quis sibi appetet.*] In Gu. pr. scriptum fuit *ex quo plus quisque sibi*, sed correctum est *ex quo plus si quis sibi*. Ita fere quint. *ex quo si quis plus sibi*. Grut. et Gron. ediderunt *e quo*, atque hic praeterea *si qui sibi*. Impr. Magont. et Rom. *eo si quis plus sibi*: [Bern. e] incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *eo si quis sibi plus*. Id, Pearcio ac Facciolato praeeuntibus, recepi: ita tamen, ut pro *si quis*, cum Car. Langio, Iac. Gronovio et Ernesto scriberem *si qui*. Gu. sec. tert. et quart. *eo plus si quis sibi*, ordine verborum haud fortasse contemnendo. Pro *appetet*, quod est in Gu. sec. atque in editis vetustis, pr. tert. et. quart. *appetit*, quintus vero *appetat* dederunt. [Erf. *ex quo si quis sibi appetet*, item Bern. b c nisi quod *e quo* habent. Hoc ego verum puto, neque enim iniustum si quis sibi plus eo quod habet appetat, sed si cui alteri detrahat. Bern. a *e quo si qui sibi plus app.* item Bern. d nisi quod *quis*. Bas. *ex quo plus si quis sibi app.* Utrum autem *quis* an *qui* legatur, h. l. perinde est. Nos tamen libros sequemur.]

5. *a Platone*] Cuius verba epist. IX. ad Archytam haec sunt: *Ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν, ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι.* Eumdem locum ante oculos sibi propositum habuit Cicero, cum lib. II. de fin. c. 14. scripsit: *Atque, ut ad Archytam scripsit Plato, non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis, ut perexigua pars ipsi relinquatur.*

° *non nobis solum*] Ernestus, omnibus libris reclamantibus, *non nobis solis* reposuit. Et, quia praevidebat vir acutissimus, fore, qui Platonem a Cicerone expressum esse dicerent, addidit, *Ita apud Platonem legendum οὐχ ἑαυτῷ μόνῳ, non μόνον*. Ergone etiam Demosthenem in ordinem cogemus, qui περὶ στεφ. p. 507. E. exempl. Wolf. scribit: *Ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος, οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ΜΟΝΟΝ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. Διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι ΜΟΝΟΝ γεγενῆσθαι νομίζων, κ. τ. λ.* Editur nunc quidem apud Cic. de fin. II, 14. *non sibi se soli natum meminerit*, nec reprehendo, si ex bonis codicibus est. Tamen ibi quoque in Gu. pr. *non sibi se solum* scriptum esse video. Lege Cortium ad Cic. ep. II, 6, 2.

ortusque nostri] Sed ortus nostri. Nam *et*, *que*, saepe adversativam vim habent. Vide quae scripsi ad Cornel. Nepot. Thrasyb. c. 1, 2. et infra c. XXVI, 9.

partem patria vindicat, partem parentes] Postrema verba in MSS. omitti constat: quo iure vero id fiat, apparet, cum ex Platone expressa sint. Librariis omnibus hoc commune est, ut, inter easdem voces iteratas quae intersita sunt, praetereant. Id Manutius etiam suspicatur, cui adsensus est Facciolatus.

° *partem patria vindicat*] Gu. tert. *partem vendicat patria*. Verba *partem parentes*, quae viri docti ex Platone hic adiicienda censent, ab omnibus et scriptis, et antiquis impressis, etiam ab exc. Bedae et Eyb. absunt; et, nisi fallor, abesse possunt. Ut ita credam, facit illud, quod video, eamdem Platonis sententiam a Cicerone de fin. II, 14. simili modo contractam esse. Nec incommode amicorum appellatione a Tullio comprehendi etiam *parentes* potuisse, apparebit considerantibus ista divini philosophi: τὸ δέ τι οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ ΟΙ ΛΟΙΠΟΙ φίλοι.

ut placet Stoicis] Vid. Cicer. lib. III. de fin. c. 20. lib. II. de nat. deor. c. 62. Particulam *ut* delendam censet A. Manutius, et delevit Facciolatus; quod infinitivi, qui sequuntur, a *placet* pendere aliter nequeant.

gignuntur, ad usum hominum omnia creari; homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se aliis alii prodesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiundo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus, devincire hominum inter homines societatem.
6 Fundamentum est autem iustitiae fides, id est dictorum

Lambinus coniicit, *atque ita placet Stoicis*, cui obsecutus est Olivetus. Heumann. *utque placet Stoicis:* Pearc. *constatque, ut placet Stoicis*, praeeunte Lactant. lib. VII, 4, 2. Reperio autem, Ciceronem aliquando, quasi constructionis oblitum, quae prioribus cohaerent, ita cum postremis connectere. Lib. I. ad Q. F. epist. I. c. 13 *Neque ego hoc nunc contendo, quod fortasse cum in omni natura, tum iam in nostra aetate difficile est, mutare animum, et, si quid est penitus insitum moribus, id subito evellere: sed te illud admoneo.* [Cf. supra c. 5, 3.] Si hoc loco subintelliges *ita est*, plana erunt omnia. Antiquam esse lectionem vulgatam, disco ex Vincent. Bellovac. lib. VI. specul. hist. c. 7. Ambrosius quoque lib. I. de offic. c. 28. aliqua hinc profert. Lactant. de ira dei c 13. pr. *Si considerat aliquis universam mundi administrationem, intelliget profecto, quam vera sit sententia Stoicorum, qui aiunt, nostri causa mundum esse constructum. Omnia enim, quibus constat, quaeque generat ex se mundus, ad utilitatem hominis accommodata sunt.*

* *ut placet Stoicis*] Et libri mei, et exc. Bedae atque Eybi coniunctionem servant.

* *quae in terris gignuntur*] Gu. pr. *in terra* [cum Oxon. ψ et Gernhardus unice probat, mihi *in terris* satis recte dici videtur pro in omnibus terrae partibus:] sec. [Erf. Bern. a b c] *gignantur*. Hoc Ern. vel sine libri alicuius auctoritate edendum sibi putavit. [Nec iniuria, ut nunc quidem patet.] Vide, quae paullo post dicentur ad n. 6. extr.

ad usum hominum] Goth. *hominis*, ut Lactantius scribi debuisse censet lib. VII, 4, 2. sed et Ambrosius et Vincentius, *hominum.*

* *ad usum hominum*] Gu. pr. *ad usum omnium omnia.* Deinde tert. et quart. *causa generatos fuisse:* exc. Bedae atque Eybi *causa esse procreatos.*

* *aliis alii prodesse possent*] Gu. sec. quint. [Bern. e] exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. vet. *alii aliis:* Gu. tert. [Bas.] atque ed. Gothofr. *alius alii*, quod probatur Oudendorpio ad Sueton. Caes. c. 89. Pro *possent* Gu. tert. quart. quint. [Bas.] et exc. Bedae dederunt *possint*

et communes utilitates] Copula abest a Goth. Vinar. et quibusdam aliis.

* *ducem sequi et communes*] Mutato ordine Gu. sec. *sequi ducem.* Copulam *et* MSS. nostri omnes itemque impr. Magont. et incert. omittunt, eamque Iac. Gron. merito resecuit, cuius exemplum Ern. etiam secutus est.

mutatione officiorum] Refer hoc ad *devincire. Mutant officia*, qui alia pro aliis officia reddunt, et mercatores imitantur, qui pro iis, quibus abundant, ea, quibus indigent, accipere solent. Quidam libri *mutuatione*, sed minus recte.

tum artibus] De quibus vid. cap. 42. Facciolatus, nescio qua auctoritate, *tum* semel tantum admittit scribitque: *tum artibus, opera, facultatibus.*

6. *Fundamentum est autem*] Goth. et Vin. *fundamentum autem iustitiae est fides.*

* *Fundamentum est autem*] Ita Gu. sec. [Bern. d] Reliqui variant. Cum patrui codicibus, in quibus erat *Fundamentum autem iust. est fides*, faciunt Gu. pr. [Bern. c e Bas.] im-

conventorumque constantia et veritas. Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuipiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta; credamusque, quia fit, quod dictum est, appellatam fidem. Sed iniustitiae genera duo sunt: unum eorum, qui 7
inferunt; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impe- 8
tum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione

pr. Magont. Rom. incert. Ven. 1498. ac Lugd. 1527. nisi quod Gu. pr. *autem* in *vero* mutat. Exc. Bed. atque Eyb. *fundam. autem omnis iust. est fides.* Gu. tert. quart. [Erf. Bern. a b] atque impr. Gryph. *Fundam. a. est iust. fid.*

dictorum] Promissorum. Vid. ad c. X, 6.

° *hoc videbitur*] Gu. tert. *id videbitur.*

Stoicos] Studiose hos in verborum origines inquirere solitos, ostendit Menagius ad Diog. Laërt. lib VII s. 147. et in amoenit. iur. c. 39 ubi et aliquas eorum ineptias notavit.

° *unde verba sint ducta*] Gu. sec. et quart. *unde verba sunt ducta.* Hic tamen coniunctivus elegantior mihi videtur. [Estque in quinque Bern.]

credamusque] Facciol. *que* redundare observat, quod haec cum superioribus *ex quo* contexta sint: nec tamen id delendum censet, quod Pearcius fecit.

quia fiat] Vin. et Ven. pr. *quia fit.* Sic etiam quatuor Angl. ed. Magont. et Rom. pr.

° *quia fiat*] Libris a patruo commemoratis, in quibus *quia fit* legitur, accedunt Gu. sec. atque impr. incert. Et valde mihi fit veri simile, hanc scripturam a sciolis esse mutatam, qui sibi persuaserant, in oratione indefinita coniunctivum semper requiri. Saepissime vero Latini, Graecorum fortasse exemplum secuti, indicativo in talibus utuntur, eaque re orationi mirificam suavitatem et vim conciliant. Ex ingenti exemplorum numero pauca hic attulisse suffecerit. Cic. de invent I, 54. pr. *Non vulgare neque factitatum esse — — id maleficium, de quo agitur.* De or. I, 5. extr. *Aliis quibusdam se id, quod expetunt, consequi posse confidant.* Ibid. c. 7. extr. *Omnes in iis sedibus, quae erant sub platano, consedisse dicebat.* Lib. II. c. 2 *Talem vero exsistere eloquentiam qualis fuerit* [cod. antiquiss. Erlang. *fuit*] *in Crasso et Antonio, — — tantamque dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse confirmo.* Post red. ad Quir. c. 1 *Ipsa autem patria, dii immortales, dici vix potest, quid caritatis, quid voluptatis habet.* Ad Attic. l. VII. ep. 12 *Sin discedit, quo, aut qua, aut quid nobis agendum est, nescio.* De nat. deor. II, 49 *Eademque haec avis scribitur — — eligere ex iis, quae sunt esculenta.* Cat. mai. IV, 9 *Nihil est admirabilius, quam quo modo ille mortem M. filii tulit.* Vide praeter eos, quos laudavi ad Ovid. heroid. XV, 4. Cortium ad Sallust. Cat. XXVII, 4. Iug. LXIII, 1. Ruhnkenium V. C. ad Rutil. Lup. II, 6. p. 98. et quae dicentur infra ad cap. XXVI, 4 et 5. [*Fit* etiam Bas. et unus e de quinque Bernensibus, sed longe et auctoritate et usu sermonis Cic. praestat *fiat.* Heusingerus autem in annot. diversa miscuit, de quibus singulatim vide Gramm.]

7. *si possint*] Goth. *si possunt.*

° *si possint*] Ut Gothanus, ita Gu. omnes et exc. Bedae, *si possunt,* quod verum est. Ita statim n. 8. *Qui autem non defendit nec obsistit, si potest, iniuriae.*

8. *aut aliqua perturbatione*] Pearcius interpretatur *alia qua,* vel *ulla alia.* [Cf. nos ad Verrin. V, 28, 72.]

incitatus, is quasi manus afferre videtur socio: qui autem
non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae, tam est in
vitio, quam si parentes, [aut amicos,] aut patriam deserat.
9 Atque illae quidem iniuriae, quae nocendi causa de indu-
stria inferuntur, saepe a metu proficiscuntur; cum is, qui
nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo
10 afficiatur incommodo. Maximam autem partem ad iniuriam

manus videtur afferre] Ordo verborum ex Goth. Vin. Venetis et aliis est, pro quo Graev. *afferre videtur:* quidam, *manus violenter videtur afferre,* quod non est a Cicerone. Nam *manus afferre* per se vim significat.

* *manus afferre videtur*] Ita cum vulgatis Gu. pr. et quint. [alii complures] eique verborum ordini favet scriptura Gu. sec. *manus inferre videtur.* Tert. *manus afferre socio videtur:* quart. et exc. Bedae *manus videtur inferre socio:* exc. Eyb. *manus violenter videtur inferre.* Omnes vero, quibus usus sum, impr. veteres, etiam Rom. *manus violenter videtur afferre,* quod viri docti merito condemnaverunt.

**tam est in vitio*] *In vitio esse* dicitur, quod vitiosum est; ut *in laude,* quod laudabile. Cap. 19. pr. *Eam animi elationem,* quae iustitia careat, *in vitio esse* ait. Lib. V. de fin. c. 11 *Etsi hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturae tam valde perhorrescere.* Sic *in eadem iniustitia esse* cap. XIV, 3. *in officio esse* cap. XV, 3. pro, officio conveniens. Hic aeque, vel in eodem genere peccare adfirmat eum, qui iniuriae non obsistat, ac si parentem, amicos, patriam deserat, etsi non aeque graviter: nisi fortasse ex Stoicorum sensu hoc dixit, qui peccata aequalia esse adfirmabant.

parentes, aut amicos, aut patriam] Sic etiam Goth. Vin. Venet. tres et Arg. alii cum Ven. quart. Lamb. [repet. a. 1584.] et Grut. *quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Facciol. mutato ordine, *quam si parentes, aut patriam, aut amicos deserat.*

* *parentes, aut amicos, aut patriam*] Hic verborum ordo Cicerone indignus est: altera vero scriptura, *parentes, aut patriam, aut socios,* sine librorum veterum auctoritate [praeter Bern. b] irrepsit. Verba *aut amicos,* quae Victorium in ed. Iunt. sustulisse testatur Iac. Gronovius, quum etiam ab ed. Gryph. abesse viderem, uncis inclusi. [Male quidem, nam irreverentiae adversus *patriam* postpositam facile scriptor absolvetur.]

10. *Maximam autem partem*] Male Vin. et vulgati quidam, in quibus Ven. omnes et Arg. *maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli.* Hoc non voluit Cicero, qui primum *saepe,* nunc *maximam partem* dicit, *plerosque* potius, quam *nonnullos* intelligens. Recte igitur in Goth. etiam inepta vox deest. *Maximam partem,* subaudi *homines,* nihil aliud est, quam plerique. Infra lib. II. c. 21. pr. *Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant.* Caes. lib. IV. Gall. c. 1 *Neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore vivunt.* Cornel. Nep. Attic. c. 7 *Nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim summa cum eius offensione domi remanserunt.* Gell. lib. X. c. 13. pr. Partim hominum venerunt, *plerumque dicitur, quod significat,* pars hominum venit, *id est, quidam homines.* Vide ad c. V, 3. Vechneri hellenolex. lib. I. part. II. c. 16. p. 256. [Ita res est, sed tamen *maximam partem* est pro plerumque, fere.]

* *Maximam autem partem*] Gu. sec. *Ex maxima autem parte,* quod

faciundam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quae concupiverunt: in quo vitio latissime patet avaritia.

Expetuntur autem divitiae cum ad usus vitae necessa- 8
rios, tum ad perfruendas voluptates. In quibus autem 2
maior est animus, in iis pecuniae cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facultatem: ut nuper M. Crassus negabat,

et ipsum Ciceronianum est. Lib. X. ad divers. ep. 5 *Tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur.* Statim cum Gu. quarto et quinto omnes impr. vet. *aggrediuntur* nonnulli. [Itemque deteriores libri complures alii, ut Bern. e Bas. sex e decem Oxon.]

concupiverunt] Vin. et Ven. *concupierunt.*

° *concupiverunt*] Gu. quart. [Bas. et Bern. c d e] atque editi antiqui *concupierunt.*

latissime patet] Avaritia in hoc inferendae iniuriae genere maximam vim habet, maxime eminet et plurimum sibi indulget.

Cap. VIII, 1. *Expetuntur autem*] Facciol. *expetuntur enim,* sine auctoritate quidem, sed non sine aliqua ratione. Saepius enim *autem* iteratur. Sed id et alibi fieri animadverto, ut c. 13. extr. ac frequentius etiam c. 32, 33 et 34. atque aliis pluribus locis, ut Cicero id evitare noluisse credi debeat. Nihil ergo vulgata lectio peccat.

cum ad usus vitae] Sic recte Graev. alii *tum.*

perfruendas] Vin. *fruendas,* quod etiam in uno Oxon. est.

2. *spectat*] Tendit ad opes, eas sibi propositas habet.

opes] Vide ad c. III, 7.

gratificandi facultatem] Ut ad benevolentiam aliorum animos allicere et beneficiis sibi devincire possint.

M. Crassus] Paullo aliter Plinius lib. XXXIII. cap. 10 *M. Crassus negabat locupletem esse, nisi qui reditu annuo legionem tueri posset. In agris suis sestertium* CIↃ CIↃ *possedit, Quiritium post Sullam ditissimus.* Legio antiquitus quatuor circiter millibus constabat, postea etiam sex. De exercitu cum Cicerone et hic et in paradox. VI. consentit Plutarchus in Crasso p. 544 *Ἐκεῖνο δὲ οὐκ εὖ, τὸ μηδένα νομίζειν μηδὲ φάσκειν εἶναι πλούσιον, ὃς οὐ δύναται τρέφειν ἀπὸ τῆς οὐσίας στρατόπεδον.* In exercitu vel quatuor legiones erant vel sex, si verus est numerus paradox. VI, 1. quibus tuendis Crassi bis mille HS. nulla ratione suffecisset. Sunt enim bis millies centena millia sestertiorum, centies centena millia florenorum, sive, ut nos loquimur, decem *milliones.* [Nostra ratione paulo plus undecim milliones thal.] Huius pecuniae semisses usurae annuae sunt sexcenta millia florenorum. Exercitus vero stipendium, etiamsi XXIV. millia peditum, MCC. equites ei tantum dederis, sexcenta millia longe superat. Nam singuli pedites iam ante Caesarem dictatorem denos denarios menstruos, tricenos equites accipiebant. Quid de centurionibus, tribunis, praefectis, legatis dicam? quid de imperatore, ex sua re familiari exercitum ac se alente? Vere itaque id, quod vulgo creditur, de se iactare Crassus non potuit. Mea itaque opinione his verbis ille non tam suas divitias ostentavit, quam tantas eas esse negavit, quantae populi Rom. principi sufficerent. [Auctores tamen sic videntur intellexisse, quasi Crasso suffecerint. Neque discrepat ratio. Ponamus enim in legione 6000 capitum gregariorum, efficitur stipendium menstruum 60000 denarium, quae sunt 13,200 thal. Boruss., annuum igitur 158,400 thal. Iam quattuor legiones numera, et efficietur sumptus stipendii annuus 633,600 thal., quantum fere Heusingeriana ratione Crassus e fructibus suis colligeret. At alia quoque pecunia opus erit ad exercitum praeter stipendium. Audio. Crassus tamen praeterquam in agris positam pecuniam habebat aliam.]

ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in re publica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non
3 posset. Delectant etiam magnifici apparatus, vitaeque cultus cum elegantia et copia. Quibus rebus effectum est, ut
4 infinita pecuniae cupiditas esset. Nec vero rei familiaris amplificatio, nemini nocens, vituperanda est: sed fugienda
5 semper iniuria est. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos iustitiae capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum,
6 gloriae cupiditatem inciderunt. Quod enim est apud Ennium,

Nulla sancta societas, nec fides regni est;

pecuniam] *Pecunia* facultates quascumque significat et fortunas, et, quidquid in praediis etiam collocatum est, comprehendit. Vide ad orat. pro Rosc. Am. c. 2.

° *ullam satis magnam pecuniam*] Gu. sec. ac tert. *ullam pecuniam satis magnam*, horumque posterior in proximis *vellet esse princeps.*

fructibus] *Fructus* est, quidquid ex quoque possessionum genere redit, omnis ex agro proventus, vectigalia, usurae.

3. *magnifici apparatus*] *Apparatus* id omne comprehendit quo ad aliquid instruimur, quoque maxime ad advertendos hominum oculos utimur: qualis est pretiosa supellex.

vitaeque cultus] Splendor in victu, vestitu, familia, ceteris.

4. *Nec vero*] Anteoccupatio. Non in ea tamen sum sententia, ut omnem rei familiaris amplificationem vituperem.

° *nemini nocens vituperanda*] Omnes MSS. Gu. [et Bern.] exc. Bed. atque Eyb. et impressi veteres *vituperanda est.* Expulit verbum *est* editor aliquis, cui displicuit eiusdem verbi in proximo commate iteratio. Ea vero Ciceroni eiusque aequalibus placuit. Pro Rosc. Am. c. 50 *Concedo: et quod animus aequus est, et quia necesse est.* Lib. V. Tusc. quaest. c. 1 *Famula fortunae est, nec tantarum virium est.* Ibid. c. 7 *Mathematicorum iste mos est, non est philosophorum.* Conf. Drakenb. ad Liv. XXXV, 2, 12. In sequentibus vero Gu. pr. adverbium *semper* verbumque *est*, tert. vero totam enuntiationem *sed fugienda semper iniuria est* omittit.

° 5. *cum in imperiorum*] Praepositionem *in* quatuor MSS. Gu. et principes impressorum omittunt. Eam vero Gu. pr. pulchre sequentibus inserit sic: *gloriae in cupiditatem.*

gloriae] Vin. Ven. tres, Lips. *gloriaeve.*

° *gloriae*] Etiam mei impr. vet. omnes *gloriaeve* exhibent, quibus tamen nullus e MSS. Gu. astipulatur.

inciderunt] Goth. Vinar. Ven. omnes, Arg. itemque Verburg. Pearc. et Facciol. *inciderint.*

° *inciderunt*] Hanc Graevii lectionem Gu. pr. sec. quart. a manu prima, [item Bern. a b d Erf.] et impr. incert. confirmant, pro qua sequiores, etiam exc. Bedae et Eybi *inciderint* suggesserunt.

6. *Ennium*] Incertum, qua eius tragoedia.

° *Nulla sancta societas*] Verba tragici codex Balduini ad iambicos numeros revocat ita:

Societas nulla sancta regni est,
nec fides.

Si recte habet vulgata scriptura, crediderim, esse pedes quinque cum dimidio versus trochaici tetrametri, quem Cicero Tusc. I, 44. *septenarium*, scilicet hypercatalectum vocat. [Versus sunt iambici, unius exitus, alterius initium.]

id latius patet. Nam quidquid eiusmodi est, in quo non
possint plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio,
ut difficillimum sit sanctam servare societatem. Declaravit 7
id modo temeritas C. Caesaris, qui omnia iura divina atque
humana pervertit propter eum, quem sibi ipse opinionis
errore finxerat, principatum. Est autem in hoc genere 8
molestum, quod in maximis animis splendidissimisque in-
geniis plerumque exsistunt honoris, imperii, potentiae, glo-
riae cupiditates. Quo magis cavendum est, ne quid in eo
genere peccetur. Sed in omni iniustitia permultum interest, 9
utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis
est et ad tempus, an consulto et cogitata fiat iniuria. Le- 10

id latius patet] Ad plures res accommodari potest, in aliis etiam rebus fit.

eiusmodi est] Goth. *huiusmodi est, in quo non plures possunt excellere.*

° *eiusmodi est*] Librarius Gu. pr. a glossatore deceptus scripsit *eiusmodi tale est.*

° *non possint*] Gu. tert. quart. quint. exc. Bed. atque Eyb. impr. Lugd. 1527. et Pearc. *non possunt.*

° *sanctam servare*] Gu. duo primi cum exc. Bedae et Eybi [itemque Bern. a b c d Erf.] *servare sanctam* [et restituendum videtur quamquam nihil fere interest] tert. Gu. *in eo sanctam servare.*

7. *modo temeritas C. Caesaris*] Qui paucis ante mensibus interierat. Vide ad cap 1. pr. Heumannus mallet *tempestas C. Caesaris,* ut Ald. et quidam alii.

° *C. Caesaris*] Gu. pr. quart. quint. et impr. Magont. *G.* vel *Gaii.* Gu. sec. praenomen plane omisit.

8. *in maximis animis splendidissimisque ingeniis*] In iis plerumque hominibus, qui magno animo et excellenti ingenio ceteros praestant, principatus et regni cupiditas exsistere, apparere ac se ostendere solet. Nam humiles animi et mediocria ingenia ne ad scelera quidem aliqua insignia valent, nedum ad virtutes. At κακίας μεγάλας, ὥσπερ ἀρετάς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσιν, ut ait Plato lib. VI. de republ. et apud Plutarch. in Demetr. pr. p. 889. Id in Alcibiade, Caesare, Augusto aliisque apparuit.

° *Quo magis cavendum est*] Gu. tert. transponit *est cavendum.*

9. *perturbatione aliqua*] Quod Graecis πάθος, id Ciceroni perturbatio animi dicitur. Lib. IV. Tusc. c. 5 *Quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet, quam morbos.* Hic *iram* maxime intelligit. Vide c. VII, 8.

consulto et cogitata] Est hoc etiam in Goth. vulgo *cogitato,* duo Oxon. *cogitatu,* duo *cogitate,* quod Heumannus probat, et Ciceroni alibi non displicuit.

° *consulto et cogitata*] Ita cum libris optimis quibusque Gu. pr. sec. quint. exc. Bedae, impr. Magont. atque incert. At Gu. tert. *cogitate:* reliqui, etiam exc. Eybi, *cogitato.* Hoc adverbium, quo veterum scriptorum, quod quidem constet, nemo usus est, Ern. recepit. Offendebantur correctores adiectivo post adverbium addito; quod tamen Cicero et aequales non refugerunt. Infra c. XXXVIII, 3 *Ad hoc genus castigandi raro invitique veniamus.* Lib. VII. ad divers. ep. 22 *Bene potus seroque redieram.* Conf. Drakenb. ad Liv. III, 50, 6 et XXXVI, 23, 4. [*Cogitata* etiam Bas. Erf. et Bernenses, praeter c, in quo est *cogitato.*]

viora enim sunt ea, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. Ac de inferenda quidem iniuria satis dictum est.

9 Praetermittendae autem defensionis, deserendique officii plures solent esse causae. Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt; aut etiam negligentia, pigritia, inertia; aut suis studiis quibusdam occupationibusve sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, desertos esse
2 patiantur. Itaque videndum est, ne non satis sit id, quod

10. * *Leviora enim sunt, quae*] Ita solus impr. incert. Reliqua et scripta et impr. nostra exemplaria, Beda quoque et Eybus, *ea* inserunt; quod, Pearcii exemplum sequutus, reduxi.

meditata] Passive, ut alibi. Vide Vechneri hellenolex. lib. I. part. II. cap. 9. p. 107. Praesenti quoque passivo usus est Minuc. Fel. cap. 25, 12 *Ubi magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra, conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur?*

* *quae meditata et praeparata*] Impr. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *quae meditata, quae praeparata.*

de inferenda iniuria] De iniuria, non quae inferenda est, sed quae infertur, de illatione iniuriae. Vid. ad c. II, 4.

satis dictum est] Vinar. *dictum est satis:* Ven. duae, Arg. *satis est dictum.* * Item impr. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527.

Cap. IX, 1. *laborem*] *Labores* Goth. [Bern. d]

nolunt] Subaudi *homines.* Vide Cat. mai. c. VI, 17. Vechner. hellenolex. lib. I. part. II, 3. p. 119.

aut etiam negligentia, pigritia, inertia] *Negligens* est, cui cura et diligentia deest, *piger* natura ad laborem tardus, *iners* in quo nihil artis et virtutis. Infra c. 38. pr. *pigritiam* et *ignaviam* coniungit. *Laborem suscipere* et ii aliquando nolunt, qui alioqui segnes et inertes non sunt: quod eum inutilem aut parum necessarium putant. Facciolato haec omnia verba suspecta sunt, quod non dicatur *impediri negligentia, inertia.* At saepe unum verbum pluribus nominibus aptatur, quorum uni tantum convenit: ut cum Cornel. Nepos Hannib. c. 8. dicit, *alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum scriptum reliquerunt.* Nec tamen video, cur *inertia* vel *negligentia impediri* suspectum esse debeat. Sunt enim vitia, vel *morbi animi,* quibus utique impedimur. Cicer. lib. I. de fin. c. 18 *Quodsi corporis gravioribus morbis vitae iucunditas impeditur: quanto magis animi morbis impediri necesse est?* Lib. III. in Verr. c. 25 *Lollius aetate et morbo impeditus ad testimonium dicendum venire non potuit.* Plin. lib. VI. epist. 29, 6 *Nec vero Isocrati, quo minus haberetur summus orator, offecit, quod infirmitate vocis, mollitie frontis, ne in publico diceret, impediebatur.*

suis studiis quibusdam] Vinar. et Ven. tres priores cum Arg. et Ald. *suis studiis quibusdamve occupationibus,* quod non deterius est.

* *quibusdam, occupationibusve*] Typis olim exscripti cum Gu. tert. [Bern. e] *quibusdamve occupationibus.* Lugd. 1527. *quibusdam vel occupationibus.*

quos tutari debeant] *Debebant* mallet celeberrimus Gesnerus: quod utique et aliis, ut mihi, probabitur. Vide ad lib. III, 1, 9.

2. *Itaque videndum est, ne non satis sit*] Facciol. scripsit, *Atqui videndum est;* sed mutandi causa nulla est. Concludit enim e prioribus: quia officium deseritur, non excusandi sunt, qui philosophiae studio a republ. capessenda abhorrent. *Videndum est*

apud Platonem est in philosophos dictum: quod in veri investigatione versentur, quodque ea, quae plerique vehementer expetunt, de quibus inter se digladiari solent, contemnant et pro nihilo putent, propterea iustos esse. Nam 3 alterum iustitiae genus assequuntur, in inferunda ne cui

recte interpretantur, verendum est. Cicero lib. V. epist. 4. extr. *Vide, ne, cum velis revocare tempus omnium reservandorum, cum, qui servetur, non erit, non possis.* Lib. XIV. epist. 14 *Reliquum est, quod ipsae optime considerabitis, vestri similes feminae sintne Romae. Si enim non sunt, videndum est, ut honeste vos esse possitis.* Lib. XVI. ep. 26. pr. *Non potes effugere huius culpae poenam te patrono; Marcus est adhibendus: isque diu et multis lucubrationibus commentata oratione, vide, ut probare possit, te non peccasse.* Vid. ad c. XIV, 2.

in philosophos dictum] Non contra philosophos, sed in defensionem et laudem eorum, de philosophis. Cicer. lib. I. de legib. c. 19 *Quod item ad contrariam laudem in virtutem dici potest.* Sueton Tiber. c. 20 *Hi quoque, qui tecum fuerunt, omnes confitentur, versum illum in te posse dici*:

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Platonis autem sententiam magis, quam verba, e libro VI. de republ. ut quidam putant, ac potius e libro VII. refert: ubi haud longe a principio eos, qui de principatu contendunt, civitatem perdere, ideoque magistratus hominibus imperii minime cupidis deferendos esse, philosophus docet. Tales cum soli sint illi, qui, relictis omnibus, in studio cognitionis versentur; eos, tamquam iustissimos, ad rempbl. regendam vocandos esse, adfirmat.

° *in philosophos dictum*] Gu. sec. *in philosophis*, quod Ciceroni usitatius est. Infra c. XXXIX, 7 *Quod quidem his temporibus in multis licet dicere.* Lib. VI. ad Att. ep. 1. med. *Sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus.* Etiam in loco, quem attulit patruus, de legib. I, 19. MS. Gu. pr. sine ambiguitate exhibet: *Quod item ad contrariam laudem in virtute dici potest.* [Negat Goerenzius, sed esse *virtute* cum lineola.] Nec tamen altera scriptura deterior est. Plaut. Most. I, 3, 82

Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit.

Cicer. Brut. c. 44 *Mihi quidem a pueritia quasi magistra fuit, inquam, illa in legem Caepionis oratio* [quam suasit L. Crassus, ut idem fere sit quod pro lege.]

° *investigatione*] Impr. Magont. incert. ac Lips. 1507. *vestigatione.* [Item Bern. e.]

° *vehementer expetunt*] Indicativum Gu. tert. ex nostris solus servat. Ceteri [et Bern. omnes et Erfurt] omnesque impr. vet. *expetant* (non nulli *expectant*) et in proximis *soleant* substituunt. Hoc Ernestus V. C. reposuit. [Neque iniuria.]

pro nihilo ducant] Balduin. Fabric. Graev. et Oxon. codices, *pro nihilo putent.*

° *pro nihilo ducant*] Gu. pr. [Bern. b d] *putant*: sec. tert. quint. Gu. multique et optimi codd. aliorum *putent*, quod Gulielmio Graevioque probantibus, et Pearcio praeeunte, recepi. Infra c. XXI, 5 *Quod gloriam contemnant et pro nihilo putent.* De fin. V, 24 *Nec pro nihilo putare ea, quae secundum naturam illi ipsi gloriosi esse fatebantur.* [*Ducant* unus Bern. e.]

° *propterea iustos esse*] Gu. tert. *propterea esse iustos*: impr. Magont. et incert. *et propterea iustos esse.*

3. *Nam alterum iustitiae genus assequuntur*] Goth. et quid. Oxon. *nam cum alterum iustitiae genus assequuntur*: Vin. et reliqui Oxon. *nam dum*: aliter alii, multi cum Vinar. *in inferenda*, vel *non inferenda.* In his omnibus vix quidquam veri est. Quid enim sibi vult, *alterum iustitiae genus adsequuntur*,

4 noceant iniuria; in alterum incidunt. Discendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Itaque eos ad rem

in alterum incidunt? an *incidunt in alterum iustitiae genus?* immo vero in alterum *iniustitiae* genus. Durum autem nimis est, ex *iustitia* contrarium, *iniustitiae* genus, subaudire: quod aliquando fieri, Cortius contendit ad Sallust. Iug. exc. II. Itaque res ipsa in eam me sententiam deducit, ut duo verba, *iustitiae genus,* eiicienda esse censeam, quae, quod ita fere paullo post scriptum est, ab aliquo grammatico importune adiici potuerunt. Nam n. 4. legitur recte: *dum altero iniustitiae genere vacant, in alterum incurrunt.* Ita igitur Cicero: *Nam alterum adsequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria; in alterum incidunt.* Latini *incidere in aliquid* eum dicunt, qui vel imprudens facit, quod noluit, vel casu aliquo malum subit, quod fugit. Lactant. lib. II. cap. XI, 3 *In id ipsum incidunt, quod maxime fugiunt.* Id. lib. VI. cap. XI, 20 *Dum perdere timent, perdunt; et in id, quod maxime cavent, incidunt.* Plin. lib. IX. epist. XXVI, 9 *In contrarium incidi.* Ibid. n. 13 *Intelligo enim me, dum veniam prioribus peto, in illa ipsa, quae adnotaveras, incidisse.* Doctissimo Facciolato, qui aliis plerisque locis secando medetur, hic diversa emendandi ratio placuit. Scripsit enim: *Nam dum alterum iustitiae genus assequuntur, inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt iniustitiae.* Si quis vocem *iniustitiae* non probet, eum ita legere iubet: *Nam dum alterum iniustitiae genus effugiunt, inferenda ne cui noceant iniuria, in alterum incidunt.* Aliorum sit iudicium, illius, an mea coniectura sit probabilior. Huius eo nunc minus me poenitet, postquam sero tandem reperio,* esse mihi eam communem cum acutissimo Pearcio; (cuius adnotationes antea non videram) et vocem *iustitiae* in Cant. MS. fuisse omissam. [Laudant itidem Lubecensem quendam librum, in quo sit supra lineam scripta, quasi omitti nihil incuria possit. Itaque Beier. et Orellius *iustitiae* tantum verbum a glossatore adiectum censent. Quodsi ea re locum sanatum putant, errare videntur. Nam eadem fere difficultas superest, quod alterum est quod expetas, alterum quod evites. Atqui si hoc feratur, ferri potest etiam illud, ut cum verbum sit *incidunt* de eo quod evitari debeat, intelligatur ex *iustitia* in altera parte *iniustitia.* Sed praestat, *alterum* substantive positum intelligere, quod quid sit statim explicatur.]

* *nam alterum iustitiae genus*] Scripti nonnulli cum antiquis impressis *Nam dum alterum,* quos Pearcius sequitur. Gu. pr. *Nam cum alterum.* Sed recte alii particulam *dum* proscribunt, quibus accedunt Gu. sec. et quart. In posteriore tamen corrector *cum* supra versum adscripsit. [Item Bern. libri coniunctionem non habent, praeter e, in quo est *dum.*] Verba *iustitiae genus,* quae a viris doctis in suspicionem vocantur, servanda puto, et in proximo verbum *incidunt* cum Ernesto in clave Ciceroniana explico *offendunt, violant.* Potuit metaphora duci ab iis, qui colliduntur, aut adversarium improvisum nanciscuntur. Pro Planc. c. 7 *Equidem, si quando, ut fit, iactor in turba, non illum accuso, qui est in summa sacra via, cum ego ad Fabium fornicem impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit atque incidit.* Pro Rosc. Am. c. 52 *Solent hoc boni imperatores facere, cum praelium committunt, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent; in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant.* Lib. IX. ad divers. ep 2 *Ego incidi in competitorem nobilem, et nobilem agentem.* [Nec tamen efficitur his exemplis quod voluit, ut *incidere* in aliquid idem sit quod *violare.*]

* *inferenda*] Ex optimis Langii libris rescripsi *in inferunda.* Praepositionem omnes MSS. Gu. [et Bern.] et impr. vetusti tuentur, neque est, cur eam aspernemur. Pro Ligar. c. 11 *In Q. Ligario conservando multis tu quidem gratum facies neces-*

publicam ne accessuros quidem putat, nisi coactos. Aequius autem erat, id voluntate fieri. Nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si est voluntarium. Sunt etiam, qui aut studio rei familiaris tuendae, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant, ne facere cuiquam videantur iniuriam: qui altero iniustitiae genere vacant, in

sariis tuis. Lib. II. ad div. ep. 5 *Nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare posset.* Caesar Gall. V, 19 *In agris vastandis incendiisque faciendis hostibus noceretur.* Liv. III, 21, 4 *Quia plebs senatus consultum in continuandis magistratibus solvit.* Eamdem particulam, ab editoribus neglectam, Ciceroni quinque MSS. Gu. auctoritate restituo lib. I. ad div. ep. 8. extr. *Nullam partem tuorum meritorum, non modo referenda, sed ne cogitanda quidem in gratia consequi possum.* Adde, quae dixi supra ad c. III, 8. et lib. III, 5, 14.

4. * *quos tueri debent*] Gu. sec. *quos tueri debeant.*

Itaque eos ad rempubl. ne accessuros quidem putant] Goth. *accessuros equidem putant,* Vin. Ven. pr. et tert. Arg. *nec quidem accessuros.* Ven. sec. *ne quidem accessuros:* Lamb. et Ald. *ne ad rempubl. quidem accessuros,* et sic etiam margo Goth. Librariorum dissensioni causa fortasse fuit, quod *ne quidem* a Cicerone coniungi non putarunt, et, dum alius aliud verbum interposuit, cetera varie collocarunt. Id vero Ciceroni non insolens esse, docuerunt Thomasius et Schwarz. ad Tursellin. de partic. cap. CXXXXII, 29. p. 549. et Heumann. ad Lactant. lib. I, 3, 9. [Insolens vero, isti enim loci aut iam sunt e melioribus libris correcti, aut coniectura recte sanantur, ut ad Att. II, 16 extr.] Facciolatus edidit *non accessuros quidam putant,* sed solus.

* *Itaque eos ad rem p. ne accessuros quidem putant*] Gu. pr. et sec. *itaque eos nec ad rem p. quidem accessuros putant*: tert. *itaque nec eos ad rem p. quidem acc. putant.* His astipulatur quartus, ita tamen, ut *nec* plane abiecerit. Impr. incert. *itaque eos ne ad rem p. quidem*: Magont. *ad rem p. nec quidem:* reliqui impr. veteres *ne quidem accessuros;* atque ita legeretur in Gu. quint. nisi corrector substituisset *non equidem.* [Restitue *ne ad r. p. quidem accessuros,* sicut Erf. et Bern. a b c d habent, quoniam omnis vis in reip. mentione est, contra si in accedendo esset, adiungi non posset *nisi coactos.*]

putant] *Putat* Ven. tres. Arg. Ald. Camer. recte. Plato enim intelligitur, quem id putasse utique legimus.

* *putant*] *Putat,* quod patruus restituit, in impr. Magont. incert. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. reperio [Significat igitur non esse in Guelff. nec in Orellii codd. est. Sed nihil impedit.] Respicere Tullius videtur ad ista Platonis lib. I. de re publ p. 378. ed. Hopper. *Δεῖ δὴ αὐτοῖς ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν, εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν. Ὅθεν κινδυνεύει τὸ ἑκόντα ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἰέναι, ἀλλὰ μὴ ἀνάγκῃ, αἰσχρὸν νενομίσθαι.*

Aequius autem erat] Nos diceremus *esset:* veteres vero indicativum malebant. Vide Cort. ad Sallust. Iug. XXVII, 2. et ad lib. III. histor. p. 967. et p. 970.

* *Aequius autem erat*] Gu. tert. *fuerat,* quod non spreverim. Conf. quae dicentur ad l. III, 21, 4.

voluntate] Sponte. Vide Heumann. ad orat. pro Ligar. III, 2.

5. *odio quodam hominum*] Vide Lael. c. 23. med.

qui altero iniustitiae genere vacant] Goth. *qui cum ab altero genere iustitiae vacant.* Alia manu superscriptum *iniustitiae:* sed prior librarius voluit *a iustitia vacare,* ut *vacare officio* cap. II, 3. quod est, non colere illud, negligere. Illum

alterum incurrunt. Deserunt enim vitae societatem, quia nihil conferunt in eam studii, nihil operae, nihil faculta-
6 tum. Quoniam igitur duobus generibus iniustitiae propositis, adiunximus causas utriusque generis, easque res ante constituimus, quibus iustitia contineretur: facile, quod cuiusque temporis officium sit, poterimus, nisi nosmetipsos valde
7 amabimus, iudicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum. Quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus

tamen errasse, docent proxima, *in alterum incurrunt.*

* *qui altero iniustitiae genere*] Hanc scripturam in solo Gu. quarto reperi, in cuius locum substituunt pr. et sec. Gu. [Erf. Bern. a b c d] *qui altero genere iniustitiae:* tert. *qui dum alt. gen. iniustitiae*: quint. *qui cum alt. ini. gen.* impr. vetusti *qui dum alt. ini. gen.*

6 *Quoniam igitur*] Gu. tert. etiam quint. sed hic a correctore, impr. incert. et Facciol. *Quando igitur.* [Sic etiam Erf. Bern. a b Bas. satisque defenditur.]

* *continetur*] E Gu. sec. ed. Anemoec. et Gryph. dedi *contineretur.* [Item sic Bern. a b c Bas. contra Bern. d e Erf. qui *continetur* habent.] Eamdem scripturam ante oculos habuit librarius, qui in Gu. quarto *contineret* exhibuit.

cuiusque temporis] *Tempus* est rerum status, conditio, fortuna, in quibus quisque versatur. Vide c. XVIII, 1.

* *facile, quod cuiusque*] Transponit Gu. pr. *facile, temporis officium quod cuiusque sit.*

nisi nosmetipsos valde amabimus] Quod iustitiae erga alios officium sit, quid aliis alio tempore praestare iubeat, facile per nos iudicare poterimus: nisi ex eorum numero erimus, qui omnia ad se referunt, suamque utilitatem, quietem et voluptatem aliorum saluti longe anteponunt. Hoc enim hominum genus nihil ad se pertinere putat, quae aliis incommoda et acerba accidunt. Difficillima illi est rerum alienarum cura, nihilque molestius, quam suo incommodo, labore et periculo opis indigentes iuvare.

7. *Est enim difficilis cura rerum alienarum*] Si quidem nos nimium amamus, nosque solos beatos esse volumus, quod plerique faciunt. Pearcius fuisse putat *est quidem.*

Quamquam Terentianus ille Chremes] Etsi Chremes ille apud Terentium minime se indignum putat, aliena curare negotia: qui Heautontim. act. I. sc. 1. quaerenti Menedemo,

Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi,
Aliena ut cures, eaque, nihil quae ad te attinent?

respondet hoc versu, quem Cicero in animo habuit:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Vulgus hoc versu utitur, ubi neminem ab erroribus, neminem a fortunae iniuriis immunem esse adfirmat: Terentius vero nihil ab homine alienum esse dicit, quod sit humanum, id est, quod boni malive aliis accidat. Ita certe et hic eum Cicero intellexit, et lib. I. de leg. c. 12. ubi ait: *Quod si, quomodo est natura, sic iudicio, homines* humani, *ut ait poëta,* nihil a se alienum putarent, *coleretur ius aeque ab hominibus.* Seneca quoque epist. 95. *Iste versus,* inquit, *et in pectore, et in ore sit*:

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Habemus in commune, quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est: quae casura, nisi in vicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

Sed tamen] Haec particula cum superiori periodo hanc connectit, ubi dixit, *difficilem esse curam rerum*

atque sentimus, quae nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quae ceteris, quae quasi longo intervallo interiecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, iudicamus. Quocirca bene praecipiunt, qui vetant quidquam 8
agere, quod dubites, aequum sit, an iniquum. Aequitas enim lucet ipsa per se, dubitatio cogitationem significat iniuriae.

Sed incidunt saepe tempora, cum ea, quae maxime 10
videntur digna esse iusto homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur fiuntque contraria. Ut, reddere depositum, promissum facere, quaeque pertinent ad verita-

alienarum. Itaque Pearcianam emendationem ibi non probo: *est quidem difficilis.*

° *quae quasi longo intervallo interiecto*] Gu. tert. *quae quasi quodam longo intervallo interiecto.* Plane ex more Ciceronis. Ita l. VIII. ad divers. ep. 8 *Sed ex tuis litteris cognovi praeposteram quandam festinationem tuam.* Lib. XII. ep. 25 *Fuit enim illud quoddam caecum tempus servitutis.* Adde patrui adn. ad Lael. XIII, 13. [At nihil simile est in illis exemplis: alia aptiora, ubi *quasi quidam* coniungitur, Beierus collegit, sed non opus est sic excusari quodammodo usum verbi *intervalli* non nimis abhorrentem.] Numero belle consulit Gu. pr. *intervallo videmus interiecto.*

aliter de illis] Illorum bonis invidemus, nostra virtuti ac meritis nostris deberi credimus: illis merito accidere mala, nos indigna ferre putamus. Hinc aliter nostris, aliter alienis adficimur.

8. *Quocirca*] Quia nos ipsos nimis amamus, et in alios facile nobis indulgemus, quae in nos aliis licita esse nolumus.

vetant quidquam agere, quod dubites] Plinius lib. I, epist. 18 *Si tutius putas illud cautissimi cuiusque praeceptum,* quod dubitas ne feceris, *id ipsum rescribe.*

° *lucet ipsa per se*] Gu. pr. *lucet per se ipsa:* exc. Bedae *per se lucet,* omisso *ipsa:* Eyb. *ipsa per se lucet:* Anemoec. *lucet ipsa per sese.* Pronomen *ipsa* hoc loco otiosum esse, ideoque a Beda merito exclusum videtur. Pro Sext. c. 28 *splendetque* [virtus] *per se semper, neque alienis unquam sordibus obsolescit.*

° *dubitatio cogitationem significat iniuriae*] Plane sic, ut editur, hic locus est in Gu. sec. Non multum recedit pr. *dubitatio significat iniuriae cogitationem.* Glossis inquinant ceteri: tert. *dubitatio vero sign. ini. cog.* quart. corrector quinti omnisque turba editorum priscorum *dubitatio autem cogit. sign. ini.*

cogitationem iniuriae] Id ipsum, quod incertus est, an aequum sit, quod facturus est, satis arguit, esse ei animum nocendi. Nam qui deliberat, id sibi licitum esse cupit, de quo deliberat; si cupit, iam animo peccavit. Vide lib. III. c. 8 extr.

Cap. X, 1. *commutantur*] Turpia fiunt, quae per se honesta erant, et contra.

reddere depositum] Goth. et Vin. cum ceteris scriptis et vulgatis addunt: *etiamne furioso:* quae verba ex glossa esse, hodie nemo negabit. In iisdem est, *non reddere depositum.* Hoc uno loco, nisi alia plura accederent, probari posset, et antiquissima horum librorum exemplaria corrupta et inquinata, ideoque in iis aliquando corrigenda esse, in quibus vel maxime consentiant.

° *Ut reddere depositum*] Gu. duo postremi cum antiquis impressis: *ut non reddere depositum.* Deinde molestum illud glossema, quod omnes codices occupavit, meis etiam libris

tem- et ad fidem, ea migrare interdum et non servare fit
2 iustum. Referri enim decet ad ea, quae posui principio, fundamenta iustitiae: primum, ut ne cui noceatur; deinde,
3 ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore commutantur, commutatur officium, et non semper est idem.

haeret: al. *etiam nec furioso:* al. *et non furioso:* al. *etiamne furioso:* al. *sed etiam ne furioso.* [Sic et Bern. et Erf. sed iidem *facere promissum,* de quo Heus. annotare omisit: videtur enim etiam in Gu. fuisse.]

quaeque pertinent] Heumann. rescribit *quae pertinent.*

ea migrare] Sic et in Goth. et Vin. est a prima manu; *negare* ab alia recentiore. *Migrare* est mutare. Lib. III. de fin. c. 20 *migrare ius* dixit: lib. III. de leg. c. 4. extr. *Quod quis earum rerum migrassit, noxiae poena par esto:* lib. I. de divin. c. 5 *Ne communia iura migrare videatur.* Dixi plura ad Vechneri hellenolex. p. 85.

* *migrare*] Ita Gu. sec. tert. quint. [ac plerique alii libri] et impr. Magont. Reliqui pro verbo, cuius vim ignorabant, male substituerunt: Gu. pr. et impr. incert. *mutare;* Gu. quart. [Bern. e] Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *negare.*

* *sit iustum*] Pearcius edidit *fit iustum:* atque ita in Gu. pr. ac sec. scriptum reperio. Hos sequor. [Et traditur esse *fit* in Bern. omnibus, *sit* est in Erf. Bas.] Exemplis illustrat Cicero praeceptum, quod posuerat, generalius. Conf. infra III, 25, 8. [Sed interpunctio mutanda est et sic scribendum: *fiuntque contraria, ut reddere depositum, facere promissum: quaeque pertinent — ea migrare interdum fit iustum.* Nam alioquin aut *non* addendum esset, sicut fit in nonnullis codd. deterioribus, aut statuendum, infinitivos mira quadam ratione regi ab altero infin. *migrare.* Recte Beierus.]

2. *Referri enim decet*] Goth. *referri etiam decet,* perperam. Facciol. legendum putat *debent.* Sed cum Cicero dicat. cap. 7. pr. *eamdem benignitatem appellari licet:* hic quoquo facile fero *ea referri decet.*

quae proposui] Quae constitui, antea esse dixi. Cap. 14. pr. *Deinceps, ut erat propositum, de beneficientia ac liberalitate dicatur.* Vide me ad Cornel. Nep. Pelop. c. 3. pr. supra c. IX, 6.

* *quae proposui*] E Gu. tribus prioribus, Gryph. et Pearcio praeeunte, [adstipulantibus Bern. a b c d Erf. contra Bern. e et Bas.] restituo *quae posui.* Lib. I. ad divers. ep. 9 *Quam ob rem, ut paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima; tamen in re p. non alius essem, atque nunc sum.* Tusc. quaest. III, 6 *Sed de omni animi, ut ego posui, perturbatione, morbo, ut Graeci volunt, explicabo.*

* *in principio*] Praepositionem, auctoribus Gu. pr. sec. [Bern. quatuor Erf.] atque ed. Gryph. exclusi. Una cum praepositione nomen *principio* Gu. tert. [et Bas.] eiecit.

3. *Ea cum tempora commutantur*] Hunc locum non emendant, sed corrumpunt, qui *tempora commutantur* legunt, et *ea* invitis libris expellunt. *Ea cum tempore commutantur* est in Vinar. et Goth. a prima manu, (cui falsatrix *tempora* superscripsit) itemque in Anglicanis Cockmanni et Pearcii omnibus ac primum vulgatis; servat id Pearcius, nec respuit Facciolatus. Ambros. lib. I. c. 50. extr. *Officium est igitur depositum servare ac reddere. Sed interdum commutatio fit aut tempore aut necessitate, ut non sit officium reddere, quod acceperis.*

* *Ea cum tempora commutantur*] *Tempore* omnes et scripti et impr. mei veteres retinent. Pronomen *ea* respicit ad proxime praecedentia *nemini nocere* et *communi utilitati servire.* Occurrit Graevius, haec nunquam mutari. Sunt ea quidem immutabilia, quatenus sunt fundamenta iustitiae: sed eadem respectu rerum, quas vir bonus praestandas

Potest enim accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei, cui promissum sit, vel ei, qui
promiserit. Nam si, ut in fabulis est, Neptunus, quod 4
Theseo promiserat, non fecisset, Theseus Hippolyto filio non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit;
quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa 5

recepit, utique sunt mutabilia, et saepe temporibus fiunt contraria.

commutatur officium] Goth. *commutatur et officium.*

* *et non semper est idem*] Gu. pr. [et Bern. d] *et non semper idem est.* At duo ultimi [et Bas.] quorum vestigiis insistit totus grex olim impressorum, *ut non semper sit idem.* Proxima corrupte scripta sunt in Gu. quint. *potest etiam accidere.*

Potest enim accidere promissum aliquod, ut] Facciolatus, alio translata coniunctione *ut*, emendat: *potest enim accidere, ut promissum aliquod et conventum effici sit inutile.* Neminem enim ita Latine loqui ait, *accidit lex aliqua, ut eam servari sit inutile.* Sed virum doctissimum non fugiet tamen, Ciceronem cap. 45. scripsisse: *Non potest accidere tempus, ut intersit reipubl. quidquam illorum facere sapientem.* Item lib. III. epist. VIII, 25 *Quod tamen ipsum non mehercule adhuc accidit me audiente, aut ut gravius diceretur, aut in plures* His locis *accidere* est, ita cadere, hunc casum habere. Vide et Muretum ad Terent. I. Andr. V, 29. Non celabo tamen lectores, in Goth. esse: *Potest enim accidere promissum aliquod et conventum ita, ut id effici sit inutile.* Non dubito, quin hoc in pluribus reperiatur, si quis paulo curatius, quam adhuc factum, eos tractare voluerit. Sed etiamsi hoc *ita* afuerit, nihil tamen mutandum duco. [Cic. volebat dicere *quod sit inutile effici*, sed posuit *ut* propter praegressum *accidere.*]

* *et conventum*] His adiiciunt [Bas.] Gu. tert. et quint. *esse tale:* quod, aeque ac Gothani codicis additamentum *ita,* glossatori debetur. Mox Gu. pr. *ut effici sit inutile*, provocabulo *id* temere abiecto.

* *vel ei, qui promiserit*] Gu. pr. *vel cui promiseris*: sec. *vel qui promiserit*, pronomine *ei* omisso: quart. *vel ei qui promisit.*

4. *in fabulis est*] In tragoediis, qualis est Euripidis Hippolytus. Hygin. fab. 47 *Phaedra, Minois filia, Thesei uxor, Hippolytum privignum suum adamavit. Quem cum non potuisset ad suam perducere voluntatem, tabellas scriptas* [litteras] *ad suum virum misit, se ab Hippolyto compressam esse, seque ipsa suspendio necavit. Theseus, re audita, filium suum moenibus excedere iussit, et optavit a Neptuno patre filio suo exitium. Itaque cum Hippolytus equis iunctis veheretur: repente e mari taurus* [phocas] *apparuit, cuius mugitu equi expavefacti Hippolytum distraxerunt vitaque privarunt.* Vide infra lib. III. c. 25. et Ovid. lib. XV. metamorph. v. 497.

* *filio Hippolyto*] Omnes Gu. si tamen quartum excipias, etiam editus a Gryphio, *Hippolyto filio*, quod placet. [Item sic quatuor Bern. Erf. Bas.] Mox Gu. tert. *quod de interitu Hippolyti.*

Ex tribus optatis] Euripid. Hippol. v. 1315. *πατρὸς ἀρὰς σαφεῖς ἔχων* Senec. Hippol. v. 940 *Genitor aequoreus dedit, Ut vota prono trina concipiam deo.* Schol. Euripidis ad Hippol. v. 1349. *Εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς· πρῶτον ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου, δεύτερον ἐκ λαβυρίνθου, τρίτον Ἱππολύτου θάνατος. Tria a Neptuno optavit Theseus: primum ut ab inferis rediret, deinde ut e Labyrintho exiret, denique ut Hippolytus interiret.*

in maximos luctus incidit] Nam

igitur servanda sunt ea, quae sunt iis, quibus promiseris, inutilia: nec si plus tibi noceant, quam illi prosint, cui
6 promiseris, contra officium est, maius anteponi minori. Ut, si constitueris, cuipiam te advocatum in rem praesentem esse venturum, atque interim graviter aegrotare filius coeperit, non sit contra officium, non facere, quod dixeris;

et filium, Hippolytum, et coniugem, Phaedram, amisit, quam vel superstite adhuc Hippolyto suspendio vitam finisse, vel, eo discerpto, fraudis et iniuriae poenitentia ferro incubuisse fingunt.

5. ° *servanda sunt ea, quae sint iis, quibus promiseris, inutilia*] Gu. quart. et exc. Bedae atque Eybi *servanda sunt ea, quae sunt iis.* Deinde Beda *quibus promissa sunt inutilia.* Impr. vet. omnes *servanda sunt iis* (al. *hiis,* plerique *his*) *quibus promiseris inutilia si sint.*

° *si plus tibi noceant*] Gu. pr. [Bas.] *si plus ea tibi noceant:* sec. tert. et quart. [et quatuor Bern.] *si plus tibi ea noceant:* quint. *si plus tibi illa noceant.*

° *quam illi prosint, cui promiseris*] Pronomen *illi* Gu. pr. [Bern. d] ignorant. Ante *promiseris* sec. [Gu. et Bern. c f] *quid,* quart. *quod* inferciunt. [Bern. b d per compendium *qd.*]

° *contra officium est*] Gu. pr. et quint. *Nec contra off. est:* in quinto tamen particula *nec* punctis suppositis condemnatur.

maius non anteponi minori] Oxonienses plerique, Vinar. Rom. tres Venet. et Arg. *maius damnum anteponi minori:* Goth. vero cum uno Oxon. et Ven. quart. *maius anteponi minori,* unus Oxon. et duo Lang. *maius anteponere minori.* Illud cum Pearcio et Facciolato restituo, et mutata interpunctione ita interpretor. Et si promissa tibi plus noceant, quam prosint illi, cui promiseris: non est contra officium, maius officium anteponi minori. Graevio et ceteris, quos ille secutus est, vitiata interpunctio imposuit. In vulgatis enim est: *nec si plus tibi noceant, quam illi prosint, cui promiseris.* Hinc quasi nova sententia incipit: *Contra officium est, maius damnum anteponi minori,* pro quo Graevius, *maius non anteponi minori.* Heumannus verba, *contra officium est maius anteponi minori* extrudit parergis crit. p. 134.

° *maius non anteponi minori*] Negans particula in nullo meorum librorum comparet. Neque ea opus est, postquam interpunctione a viris doctis mutata factum est, ut verba *contra officium est, maius anteponi minori* ad praecedentia, a quibus temere avulsa erant, revertantur. Gu. sec. quint. [Bern. e] exc. Bed. et Eyb. omnesque impr. vet. *maius damnum* [Bas. *damnum maius*] *anteponi minori.*

6. *si constitueris*] In certum scilicet diem, quo venturus sis. Cicer. pro Caecin. c. 7 *Placuit Caecinae de amicorum sententia constituere, quo die in rem praesentem veniret.* Vide Cort. ad Sallust. Iug. c. LXVI, 2.

° *te cuipiam*] Ex MSS. Gu. omnibus et [Bern. praeter e] rescripsi *cuipiam te.*

in rem praesentem] In locum, in rem, de qua controversia est, et de qua arbiter aliquis cognoscit. Senec. lib. IV. de benef. c. 35 *Promisi advocationem: postea apparuit, per illam causam praeiudicium in patrem meum quaeri. In rem praesentem venturus fui: sed aeger filius, sed puerpera uxor tenet.* Idem epist. VI. med. XXX. sub fin. Plin. lib. X. epist. XXIV, 3. et LXIX, 1.

° *graviter aegrotare filius coeperit*] Gu. tert. abiicit *graviter,* idemque [cum Bas.] *tuus* post *coeperit* inculcat.

quod dixeris] Quod promiseris. Supra c. VII, 6 *dictorum conventorumque constantia.* Vid. adnot. ad Cornel. Nep. Milt. c. 2. extr.

magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Iam illis promissis standum non esse, 7
quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit? Quae quidem pleraque iure praetorio liberantur, nonnulla legibus. Exsistunt etiam saepe iniuriae calumnia 8
quadam, et nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, *summum ius, summa iniuria,* factum est

7. *illis promissis*] Vide lib. III. c. 16. extr. Rom. *iamque illis promissis non standum esse.*

° *Iam illis promissis standum non esse*] Gu. sec. quart. [Bern. unus e. Magont. impr. incert.] et Lips. 1513. *Iam in illis.* Haud absurde. Ad Attic. l. II. ep. 4 *Si in eo, quod ostenderat, non stat.* Discant hinc tirones, *stare promissis* ac similia per ellipsin praepositionis dicta, neque in Cicerone aut eius aequalibus casu tertio accipienda esse. Conf. Drakenb. ad Liv. XXI, 19, 4. Gu. quart. [et Bern. e] quem impr. antiqui sectantur, transponit *non standum esse.*

quae deceptus dolo] Goth. Vin. [Bas.] et vulg. *aut deceptus,* ut et nuper Facciol.

° *quae deceptus dolo*] Gu. quart. *deceptusve dolo:* impr. veteres *aut deceptus dolo.*

iure praetorio liberantur] Rescinduntur, eorumque obligatio tollitur praetorum edicto: quod *ius honorarium* dicitur, et legibus opponitur, quae populi suffragiis latae erant. His non magis, quam praetorum edicto, dissolvebantur, quae quis metu coactus, vel dolo deceptus promiserat. Pearcius singulorum praetorum sententias in quaque causa latas, et in unum corpus collectas intelligit.

legibus] Legibus XII. tabularum, Plaetoria et Aquillia. Vid. lib. III. c. 14. extr. c. 15. pr. lib. III. de nat. deor. c. 30.

8. ° *Exsistunt etiam saepe iniuriae*] Gu. tert. *existunt saepe etiam iniuriae:* quart. [et Bern. e] et impr. veteres *existunt etiam iniuriae saepe.* Sedes incerta adverbium in suspicionem peregrinitatis adducit.

calumnia] Quae est malitiosa iuris interpretatio, legislatoris menti contraria, ut ipse Cicero interpretatur.

sed malitiosa] Exc. Pith. et ed. Magont. *seu malitiosa.* Ita Facciol. scripsit. Manut. Lamb. alii *et malitiosa,* quod praefert Pearc.

° *sed malitiosa*] In exemplaribus ab Io. Fust Magontiaci impressis, quae hic a vulgatis non recedunt, *seu* exscriptum esse, patruus meus Grutero et Graevio, temere id adfirmantibus, credidit. In Gu. pr. est quidem *et malitiosa:* nihil tamen mutandum videtur. Saepe apud Latinos coniunctio *sed,* quemadmodum apud Graecos ἀλλά, auget sententiam, et vicem particularum *immo vero, quin etiam, et quidem* sustinet. Plaut. Cas. III, 5, 50 *Etiamne habet — — gladium? Habet, sed duos.* Cic. l. XIII. ep. 31 *Id mihi sic gratum erit, ut gratius esse nihil possit. Sed praeterea tibi adfirmo,* cet. Ibid. ep. 64. extr. *Apud ipsum praeclarissime posueris, sed mihi etiam gratissimum feceris.* Lib. III. ad Attic. ep. 15 *Hic mihi primum meum consilium defuit, sed etiam obfuit.* Ovid. Met. XIV, 384.

Laesaque quid faciat, quid amans,
quid femina, disces
Rebus, ait: sed amans, et laesa,
et femina Circe.

Phaedrus IV, 17, 19.

Odore canibus anum, sed multo
replent.

Adde Gesneri adn. ad Columellam XII, 44, 7.

summum ius] Terent. IV. Heaut. V, 48 *Ius summum saepe summa est malitia.* Columell. lib. I. c. 7 *Summum ius antiqui summam putabant crucem.* Graeci illud ἀκριβοδίκαιον et ἄκρατον δικαιοσύνην vocant [Aptius Gottleberus Menandri sententiam ap. Stobaeum tit. 42 lau-

9 iam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam in re publica multa peccantur: ut ille, qui, cum triginta dierum essent cum hoste indutiae factae, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactae, non noctium indutiae.
10 Ne noster quidem probandus, si verum est, Q. Fabium Labeonem, seu quem alium (nihil enim praeter auditum habeo) arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ut ne cupide quid agerent, ne appetenter; atque

dat: ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.]

9. *in republ.*] In rebus ad rempubl. pertinentibus, in administranda republ.

ut ille] Graecus genere, Cleomenes, Lacedaemonius, cuius fraus narratur a Plutarcho in Lacon. apophth. p. 223. Non dissimile factum fuit Thracum, adversus Boeotios bellum gerentium, auctore Strabone lib. IX. unde proverbium, Θρᾳκία παρεύρεσις, *Thracium commentum*, de quo Erasmus in adag.

cum triginta dierum] Vin. Magont. et Ven. quatuor *cum centum triginta dierum*. Ex *cum* factum est *centum*.

cum hoste pactae] Goth. al. *factae*. Sed lib. III. c. 29 *pactum pro capite pretium*. Saepe et alibi passive.

* *cum hoste pactae indutiae*] Gu. tert. *induciae pactae*: quart. *factae induciae*: reliqui tres [et Bern. a c d] *induciae factae*. Hoc, ut Cicerone, qui variare solet orationem, dignius, consentientibus multis aliorum codicibus, recepi.

10. * *Nec noster quidem*] Ex duobus Gu. *ne noster quidem* rescripsi, quod iam fecerant alii, quos laudat ac sequitur Iac. Gronovius.

* *probandus*] Gu. quint. [Bas.] omnesque impr. veteres *probandus est*.

* *Q. Fabium Labeonem*] Gu. pr. et sec. *Labionem* appellant. At scripturam alteram certiora monumenta satis tuentur. Q. Fabius Q. F. Q. N. Labeo post duas repulsas cos. factus est cum M. Claudio Marcello anno V. C. DLXXI.

nihil enim praeter auditum habeo] Goth. *nil enim habeo praeter auditum*. Vide Valer. Max. lib. VII, c. 3. n. 4.

* *nihil enim praeter auditum habeo*] Cum Goth. omnes Gu. [et alii] *nihil enim habeo praeter auditum*. [Sic igitur scribendum.]

de finibus] Vin. et Ven. tres *de finibus agri a senatu*: sed in Goth. et aliis *agri* abest.

* *de finibus*] Impr. antiqui, quos equidem inspexi, omnes *de finibus agri*: sed nullo MS. Gu. suffragante.

* *ne cupide*] Iac. Gronovii ac Pearcii exemplaribus obsecutus edidi *ut ne cupide*. [Sine causa idonea, cum absit *ut* a codd Gu. itemque a Bern. omnibus, Bas. Erf.]

ne appetenter] Nostra et Oxon. exemplaria cum vulgatis, *ne appeterent*. Rom. et Ven. *ne quid appeterent*. Hoc cur non ferant hic, qui illud cap. VII, 4. facile admittunt, non video. Est enim, *ne quid appeterent*, ne quid cupide et improbe peterent. *Appetenter* quis ante Apuleium dixerit, non constat. Itaque Facciolatum imitatus, veterem lectionem restitui.

* *ne appetenter*] Libri mei *ne appeterent*: alii *nec appeterent*: aliquot impr. vet. *ne quid appeterent*. Tamen in Gu. sec. *nec appeterent* est a correctore, cuius fraudem et rasura et color atramenti coarguit. E vestigiis scripturae prioris intelligi potest, primam manum dedisse *ne appetēt*, id est *ne appetenter*. Hoc Turnebus restituit, et ex suis MSS. et Gruterus et Graevius firmat, [itemque ex Erf. et Bern. omnibus Orellius.] Ciceronem talia adverbia non refugisse, *furenter*, *profluenter* et

ut regredi, quam progredi mallent. Id cum utrique fecis- 11
sent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines sic, ut ipsi dixerant, terminavit; in medio re-
lictum quod erat, populo Romano adiudicavit. Decipere 12
hoc quidem est, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis sollertia.

Sunt autem quaedam officia etiam adversus eos ser- 11
vanda, a quibus iniuriam acceperis. Est enim ulciscendi et puniendi modus. Atque haud scio, an satis sit, eum,

alia declarant. [Cf. Goer. ad lib. V. de Fin. 9, 26.]

° *atque ut regredi*] Commode quidem abesse, sed etiam sine incommodo servari potest *atque*, quod Gu. pr. ac tert. [et Bern. d] tollunt.

regredi, quam progredi] Ut sui agri parte aliqua finitimis cedere, quam inde aliquid sibi appetere mallent.

11. *utrique*] Ven. quart. *utrinque*.

sicut ipsi dixerant] Graev. ex uno Pith. cod. adfert *discesserant*, idque interpretatur, quo utrique recesserant. Hoc durius. Probum est *dixerant*, pro constituerant, vel *demonstraverant, terminaverant*: quibus verbis in hac ipsa re usus est Valer. Max. lib. III, 3, 4. Nam dico est a δείκω, unde δεικνύω, *ostendo*. Terent. IV. Phorm. III, 31 *Nam sat scio, Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris, Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis Verba hodie inter vos*. Hic *partem dicere* est, indicere, praefinire. Sallust. lib. II. hist. p. 958 *Cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coegit*. *Dictas* est, indictàs. Vide Broukhus. ad Propert. lib. IV, 22, 15. P. Victor. ad Cicer. lib. XVI, ep. 10. pr.

12. ° *Decipere hoc quidem est, non iudicare*] Omnes impr. vet. *decipere hoc quidem, non iudicare est*.

° *in omni re fugienda est*] Placet ordo, quem praescribunt Gu. pr. ac sec. [Bern. a d] *in omni est re fugienda*. Vide supra ad c. II, 3. Gu. quint. *in omni re est fugienda*. [Erf. *talis soll. est*: omittunt *est* Bern. c et Bas.]

Cap. XI, 1. *adversus*] Erga. Cap. 13 *adversus infimos iustitiam esse servandam*. Cap. XXVIII, 4 *quemadmodum nos adversus homines geramus*. Ibid. n. 6 *adhibenda est reverentia adversus homines*.

Atque haud scio an satis sit] Aldus Manutius, quem plures sequuntur, Ciceronem ad adfirmandum proniorem esse iudicat, quasi dicat, non multum abest, quin satis esse existimem. Quia vero sequitur, *ut et ipse ne quid tale posthac, et celeri sint ad iniuriam tardiores*: non contentus esse poenitentia, sed poenam potius probare Cicero videtur Marso, Maturantio et celeberrimo viro, Iac. Facciolato. Scio quidem, eam esse huius formulae naturam, ut neque adfirmet, neque neget, sed dubie de re aliqua pronuntiet: Ciceroni tamen semper id fere est, quod *fortasse*, et modeste adfirmat potius, quam negat. Exemplis nihil opus est, quae plurima collegerunt Vorstius de Latinitate merito suspecta c. 28. Gunther. Latinit. restit. part. II, c. 118. aliique. Vide etiam ad lib. I, 21, 8. lib. III, 2, 3. Caecina quidem ad Cicer. lib. VI. epist. 7. scribit, *ac nescio an tibi gratius opportuniusque acciderit*, rem haud gratam, opportunamve fuisse adfirmans: sed simile aliquod Ciceronis exemplum adhuc desidero. [Ego vero non intelligo, quo pacto Caecinae ille locus reliquis Ciceronis dissimilis sit.] Itaque Manutianam interpretationem veriorem, sed *iniuriae suae poenitere* illud ipsum significare arbitror, quod vir doctissimus vult, sentire iniuriam non esse impunitam, ea poena adfectum dolere, cuius et memoria ipsum, qui peccavit, a peccando revocet, et exem-

qui lacessierit, iniuriae suae poenitere; ut et ipse ne quid
2 tale posthac, et ceteri sint ad iniuriam tardiores. Atque
in re publica maxime conservanda sunt iura belli. Nam
cum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem,
alterum per vim; cumque illud proprium sit hominis, hoc
beluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet
3 superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam
causam, ut sine iniuria in pace vivatur: parta autem victo-
ria, conservandi ii, qui non crudeles in bello, non imma-
4 nes fuerunt. Ut maiores nostri Tusculanos, Aequos, Vol-

plum alios deterreat. *Poenitentia* enim a Latinis nihil aliud dicitur, quam dolor ex temeritatis et improbitatis poena perceptus; non qualiscumque poenitentiae simulatio, et veniae postulatio.

* *lacessierit*] Gu. pr. *lacesserat:* tert. Venet. 1498. Lips. 1513. et Lugd. 1527. *lacesserit.* Paulo post Gu. sec. *poenitere ita ut et ipse.*

ut et ipse ne quid tale posthac] Vin. Rom. et Ven. omnes addunt *committat:* sed et hoc, et similibus aliis verbis, quae in aliis exemplaribus inculcantur, cum melioribus caret Goth. Sollemne est in his formulis verba omittere, quales sunt: *ne quid temere* c. 24. pr. *ne quid nimis* Terent. *si unquam posthac* Cicer. pro Ligar. c. 10. med. *posthac si quidquam* Terent. I. Phorm. II, 92.

* *ne quid tale posthac*] Ita Gu. quatuor. Glossatorum commenta sunt, *faciat,* quod Gu. quint. [Bern. c.] et *committat,* quod impr. vet. omnes hic adiiciunt. Deinde Gu. pr. *et ceteri sint in iniuriam tard.*

2. *iura belli*] Diversa haec sunt a iure militari, quod nos dicimus. Haec privati iuris, ad milites accommodati, species est: *iura belli* omnium gentium publica consuetudine servanda sunt.

per disceptationem] Goth addit, *quod verbis fit:* quod a grammatico aliquo accessit, qui *disceptationem* verborum esse contentionem monere voluit. Tamen et *armis* ac *bello* aliquando *disceptari* dicitur aliis, non Ciceroni [praeter unum locum Epist. IV, 14.] Vid. Cort. ad Sallust. Iug. c. 21. extr.

* *proprium sit hominis*] Pulchre Gu. sec. *proprie.* Alibi quoque adverbium hoc in adiectivi locum cedit. Lib. IX. ad. div. ep. 15. *Quod tu ipse tam amandus es — — — id est proprie tuum.* Idem codex in proximo dedit *haec beluarum,* pronomine ad nomen *vim* relato.

3. *Conservandi ii*] Goth. Vin. Rom. *conservandi sunt hii, qui.*

* *conservandi ii*] Hoc est in Gu. pr. et quart. [Bern. a b c] Reliqui cum exc. Bed. atque Eyb. omnibusque impr. vetustis *conservandi sunt ii,* (quidam *hii,* al. *hi*) quos Pearcius sequitur.

non immanes] Goth. Vin. *nec immanes.* Pith. et Palat. pr. haec duo verba omittunt. *Immane* est, quidquid iustum modum, natura, moribus, legibus praescriptum excedit; quidquid barbarum, belluinum, detestabile est. Veteres enim *manum* ac potius *mane* dicebant bonum: unde *mane, manes* et immanis, quod nimium quantum a bono distat. Vid. Sanctii Minerv. lib. IV. c. 16. n. I. ibique Perizon. Infra c. XXIII, 7. *Temere autem in acie versari, et manu cum hoste confligere, immane quiddam et belluarum simile est.*

* *non immanes*] Exc. Bedae et Eybi *neque immanes:* cum Gu. quinto impressisque vet. omnibus Pearcius *nec immanes.*

4. *Tusculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos*] *Tusculani* civitate donati sunt a. V. C. CCCLXXV, [374. a Chr. 380] Liv. lib. VI. c. 26. extr. Plutarch. in Camill. p. 149. Valer. lib. VII. c. 3. *Sabini,* Ro-

scos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at
Karthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. Nollem 5
Corinthum: sed credo aliquid secutos, opportunitatem loci
maxime, ne posset aliquando ad bellum faciundum locus
ipse adhortari. Mea quidem sententia paci, quae nihil ha- 6

manis iuncti, unam civitatem ex duabus fecerunt, et omnia sua Romam transtulerunt. Liv. lib. I. c. 33. Dionys. lib. II. c. 46. Plutarchus in Romulo p. 30. Florus lib. I. c. 1. [De ista quidem antiquissima aetate Cic. non cogitat: res ad annum urbis cond. CCCCLXIV pertinet, quo Sabinis a M' Curio victis civitas data est.] *Hernici* a Q. Marcio in deditionem accepti anno CCCCXLVIII. Livius lib. IX. c. 43. Haec fere Aldus Manutius: qui *Aequos*, (quos Goth. *Ecos*, i. e. *Aecos* dicit) Volscosque, quos Florus lib. I. c. 11. *pervicacissimos et quotidianos hostes* appellat, nusquam in civitatem receptos se legisse ait. Partem tamen eorum cum Latinis in sacrorum communionem admissam adfirmat Dionys. Halicarn. lib. IV. c. 49. [Hoc quidem ad rem non pertinet, sed de *Volscis* in civitatem receptis Marii et Ciceronis exempla, quippe Arpinatium, id est Volscorum, omnem dubitationem removere poterant, cf. Liv. X, 1. *Aequos* victos Livius quidem ad internecionem paene deletos tradidit, lib. IX. c. 45, sed Ciceroni credendum, quod tum superfuerit, in civitatem receptum esse.]

Carthaginem] Poenorum urbem in Africa a Scipione Africano Minore, aliis dissuadentibus, senatu vero tandem in Catonis sententiam concedente, eversam. Ea Ciceronis aetate nondum restituta erat: quippe quam Augustus demum deducta colonia frequentavit. Vid. Cellar. ad Eutrop. IV, 9.

Numantiam] Celtiberorum in Hispania munitissimum oppidum, ab eodem Scipione expugnatum, solo exaequatum, nec unquam postea renatum. De Celtiberis vid. infra c. XII, 5.

° *sustulerunt.*] Gu. pr. ac. Magont. *substulerunt.*

5. *Nollem Corinthum*] Non satis iustam Corinthi delendae causam Romanis fuisse significat, quae Achaiae urbs erat celeberrima atque opulentissima, in isthmo inter duo maria, Aegaeum et Ionium, vel inter sinum Corinthiacum et Saronicum, sita. Florus lib. II. c. 16. pr. *Corinthus (facinus indignum) ante oppressa est, quam in numerum certorum hostium referretur.* Vid. Liv. epit. 51 et 52. Hottom. ad orat. pro leg. Manil. c. 5. Excusat tamen maiores suos, et crudelitati eorum hanc eversionem tribuendam esse negat, quae demandata fuit L. Mummio. Vid. lib. II. c. 22. lib. III. c. 11. pr. orat. II. agrar. in Rull. c. 32.

aliquid secutos] Goth. aliquot Oxon. et Londin. *aliquos secutos*, quod A. Manutio praferendum, Pearcio in *aliqua eos* mutandum videtur. Vin. cum Venetis, *sed credo illos secutos.*

° *aliquid secutos*] Hoc est in [Bernensibus praeter e] Gu. tert. a quo non multum recedit quart. *aliquid secuturos.* Impr. Magont. et incert. *illos secutos.* Reliqui impr. veteres cum Gu. pr. sec. et quint. *aliquos secutos.* Nihil muto. *Aliquid secutos* est *aliud quid spectasse.* De orat. II, 40 *Simulasse te et aliquid quaesisse, perspicuum est.* Ita hic locus legitur in Gu. pr. Nunc enim *aliud quid quaesisse* ibi editur. Vide supra ad c. VII, 8. et quos laudavi ad Ovid. heroid. XII, 80.

opportunitatem loci] Quia inter duo maria interiecta in orientem et occidentem naves dimittere, commeatus et auxilia recipere, et a Graecia pariter et a Peloponneso adiri poterat: unde duabus classibus et duobus fortasse exercitibus terrestribus ad eam obsidendam opus erat. [Quidni potius, quia urbs illa in faucibus Graeciae sita aditu terrestri in Peloponnesum excludere poterat exercitus Romanos?]

bitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi esset obtemperatum, si non optimam, aliquam rem
7 publicam, quae nunc nulla est, haberemus. Et cum iis, quos vi deviceris, consulendum est; tum ii, qui, armis positis, ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum
8 aries percusserit, recipiendi. In quo tanto opere apud nostros iustitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more

6. *paci consulendum.*] Consilia referenda sunt ad pacem. Vid. Cort. ad Sallust. Cat. LI, 7.

si mihi esset obtemperatum] Si ortis inter Pompeium et Caesarem dissidiis meum consilium sequi voluisset Pompeius primum et pars senatus, quae cum eo consentiebat; tum etiam Caesar, et qui eius potentiae favebant. Utrisque enim Cicero pacis et concordiae auctor fuit. Vide lib. IV. epist. 1, 2 et 3. lib. VI. epist. 1, 6 et 21. lib. VII. epist. 3 lib. XVI. epist. 11 et 12. pro Marc. c. V, 4. Philipp. II. c. 10 et 15.

Etsi non] Pro *si non*, ut saepius solet. Sic tamen et lib. VI. epist. VI, 2. *His autem litteris animum tuum, quem minime imbecillum esse et audio et spero, etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis auctoritate confirmandum etiam atque etiam puto.* Livius praefat. *Quae scribentis animum etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere potest.*

° *etsi non optimam*] Ita quidem est in impr. vetustis: sed Gu. pr. sec. tert. quint. [quatuor Bern.] et Gryph. *etsi* mutant in *si*, quod cum Grut. et Gron. recepi. Gu. quart. *quamvis*, quod aeque atque illud *etsi* glossema particulae *si* esse videtur.

° *at aliquam*] Gu. quart. *saltem aliquam.* Haec varietas fidem facit Gu. sec. et impr. Venet. 1498. particulam *at* proscribentibus. Lib. XVI. ad divers. ep. 24. *A Flamma si non potes omne, partem aliquam velim extorqueas.* [contra adiectum legitur *at* Epist. IX, 6. § 3. Nec satis auctoritatis in uno Guelf. sec. contra reliquos omnes libros.]

quae nunc nulla est] Dum Caesaris tyrannidem, Caesare interfecto, Antonius instaurat. Lib. II. cap I, 10. *Cum autem respubl. nulla esset omnino.* Cap. VIII, 14. *Rempubl. penitus amisimus.*

7. *consulendum est*] Ab interitu conservandi sunt, parcendum est victis.

confugient] Goth. Vin. Venet. tres, Ald. *confugiunt.*

° *confugient*] Gu. tert. exc. Bed. atque Eyb. *confugerint*, quod Ernestus malebat: Gu. quart. [Bern. e] et totus exercitus impr. vet. *confugiunt.*

quamvis murum aries percusserit] Caes. lib. II. Gall. c. 32. *Caesar respondit,* [Aduaticis] *se magis consuetudine sua, quam merito eorum, civitatem conservaturum, si prius, quam aries murum attigisset, se dedidissent.* Hoc fieri solebat iure Romanorum fetiali, quo in fidem recipiebantur, qui se ante admotos muris arietes dedebant: sin minus, vitam aut libertatem amittebant. Cicero vero hanc legem humanitate temperandam censet.

° *aries percusserit*] Gu. tert. *percusserit aries.*

° *recipiendi sunt.*] Verbum *sunt* Gu. pr. sec. tert. quint. et exc. Bedae facessere iubent [item Bern. a b c Erf.]; quibus facile adsentior.

8. *Tantopere*] Goth. *tanto opere:* quod quia Fabricius etiam in suis reperit, recepi. Vide eum ad cap. 26. pr. Cort. ad Plin. lib. I. epist. VII, 3.

° *tantopere*] Gu. sec. *tanto opere.*

° *ut ii, qui civitates*] Gu. tert. *ii* omittit. Deinde omnes impr. vet. *in fidem cepissent.*

earum patroni essent] Itaque Afrorum patroni fuere Scipiones, Macedonum Aemilii Paulli, Plutarch. in Aemil. Paullo p. 276. Siculorum Marcelli, Cicer. divin. in Verr. c. 1. ibi-

maiorum. Ac belli quidem aequitas sanctissime fetiali po- 9
puli Romani iure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante sit et indictum. Popillius 10

que Asconius; Allobrogum Fabii, Sallust. Cat. 41. Cypriorum Cato, Cicer. lib. XV. epist. 4. sub fin.

9. *fetiali populi R. iure*] Fetiale ius Rom. bellicas caerimonias continebat, quo ritu bella indicenda, gerenda, et compositis foederibus finienda essent: quod ab Aequicolis, bellicosa gente, acceptum Ancus Marcius, Numae nepos, constituerat. Id fetiales, quod sacerdotum erat genus, habebant, et religiose observandum curabant: ex quibus unus, quem *patrem patratum* faciebant, tamquam populi Rom. legatus, res repetebat, bella rite indicebat, et foederum leges recitabat. Vide Liv. lib. I. c. 24 et 32. Dionys. Halicarnass. lib. II. c. 72.

* *populi Romani*] Posterius nomen a Gu. pr. abest: quod licet alibi temere inculcari sciam, hic tamen casu omissum esse arbitror. Mox Gu. quint. atque Anemoec. *praescripta est.*

* *nullum bellum esse iustum*] Gu. pr. *nullum esse bellum iustum,* tert. *nullum bellum iustum esse.*

aut rebus repetitis] Disiunctiva particula *aut* offendit, qua in copulativam mutata Facciolatus legit: *nisi quod et rebus repetitis geratur, et denuntiatum ante sit atque indictum.* Sed alterutrum fortasse satis fuit ad bellum iuste gerendum: certe constans est librorum scriptura. [cf. Liv. XXXVI, 3 ubi fetiales respondent rebus frustra repetitis non opus esse belli denuntiatione.]

rebus repetitis] Male quidam cum Vin. et Rom. *petitis rebus,* alii *petendis,* Goth. *rebus repetendis.* Sed *rebus repetendis* fetiales mittebantur, nequidquam *repetitis* bellum gerebatur. *Res repetere* est non tantum vindicare, quae per vim aut fraudem erepta sunt, homines, pecora, vestes et alia; sed et ius suum persequi, poenas a nocentibus exposcere, iique ut dedantur postulare, de *satisfactione,* ut vulgo loquuntur, agere. Vide Liv. lib. XXXVIII, 45. Plin. lib. XXII. c. 2. extr. Seneca lib. III. de benef. c. 6.

* *aut rebus repetitis*] Gu. pr. *aut rebus petendis:* tert. impr. Magont. et incert. *aut rebus petitis:* quart. *in rebus petitis:* quint. *aut in rebus petitis.*

denuntiatum et indictum.] Non quocumque modo denuntiatum, sed etiam sollemni ritu per fetiales indictum.

10. *Poppillius*] Nulla ratio erat, cur ita scriberet Graevius, et tamen eum multi sequuntur errantem etiam. *Popillius* est in vetustis lapidibus, quos Manutius exscripsit multos in sua orthographia, in Graecis *Ποπίλλιος*, vel *Ποπίλιος*: quod et ipsum Romani lapides aliqui confirmant, in quibus est *Popilius.* Vide Drakenborch. ad Liv. lib. VII. c. 12. pr. Cognomen ei erat *Laenas,* de quo Cicero in Bruto c. 14. Praenomen incertum est: multi tamen *Marcum* intelligi malunt, qui cos. fuit a. IↃLXXX. et in Liguribus rem prospere gessit. Eius frater, *Gaius Popillius,* proximo inde anno consulatum obtinuit: uterque paullo ante bellum Macedonicum, in quo Cato militasse hic dicitur, rempubl. tenuit. Id vero non Popillius gessit, sed Aemilius Paullus, in cuius exercitu Catonem filium fuisse, Plutarchus auctor est in Catone mai. p. 348. Hanc ob causam alii Ciceronem memoria lapsum, alii nomen hoc a librariis corruptum putant, et cum Manutiis rescribunt *Paullus Aemilius:* quod in libris non *Popilius,* sed *Pompilius* est. Gronovius suspicabatur *A. Hostilius,* qui *Mancini* cognomen habuit, et a. IↃLXXXIII. consul in Macedoniam missus est: cui Perizonius adsentitur in animadvers. histor. cap. 10. Pearcius vulgatam lectionem tuetur, totam vero huius capitis clausulam a verbis, *Marci quidem Catonis,* suspectam habet, quod *Persico bello* non dimissae fuerint legiones, sed novae quotannis scriptae. [Verissime: sed sufficit cum Gernhardo

imperator tenebat provinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Popillio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione
11 militabat, dimisit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popillium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiae sacramento: quia, priore amisso iure, cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat observatio in bello mo-

eiicere verba *cum in Macedonia Persico bello miles esset.*]

* *Popillius*] Gu. pr. *Pompillius:* sec. *Popilius:* reliqui cum impr. veteribus *Pompilius.* [sic Erf. et Bern. e, reliqui Bern. si fides silentio, *Popilius.*] Tutissima mihi videbatur Car. Langii ratio, qui Catonis filium in exercitu M. Popillii Laenatis, contra Ligures profecti, tironem fuisse, eumdemque biennio post sub Aemilio Paullo in Macedonia militasse, atque ab utroque imperatore missum factum esse existimabat. [Is sine dubio admirabilis casus fuisset.]

Catonis filius] Catonis maioris, Censorii filius, de cuius virtute, praeter Plutarchum, vide Iustin. lib. XXXIII, 2. Frontin. strateg. lib IV, 5, 17.

* *unam dimittere legionem*] Crediderim, Popillium hanc legionem dimisisse, quum post deditionem Ligurum, quam narrat Liv. XXII, 8. debellata videretur ea gens, quae tamen sequente anno rursus arma movit.

11. *si eum pateretur*] Goth. *si eum in exercitu manere pateretur.*

* *si eum pateretur*] Gu. sec [Bern. a b d] *si eum patitur:* quart. [et Bern. c] *si eum patiatur.* Ioannes Sarisberiensis policrat. l. VI. c. 7. ubi utramque de Catonis filio historiam e Cicerone excerpsit, hunc locum ita dedit: *ut si pateretur in exercitu remanere eum, secundo obliget sacramento.* Priore loco pronomen *eum* eleganter abiecit. De verbo *obliget* consentiunt Gu. pr. sec. quart. quint. [Bern. a c d e Erf.] impr. Magont. et incert. neque id invitis libris antiquioribus mutandum erat [in *obligaret,* quod est in Bern. b Bas. et Guelf. tertio], quamvis praecedat *pateretur.* Sallust. Catil. 34. *Respondit, si quid ab senatu petere vellent, ab armis discedant.* Vid. ibi Cortius. [Excidunt nimirum scriptores interdum, in primisque Sallustius, e narrationis forma transeuntque ad iubendi genus, ut pro imperativo ponatur praesens coniunctivi.] Vocabulum *militiae,* quod Sarisb. omittit, Gu. quint. ita transponit: *obliget sacramento militiae.* In hoc igitur, praesertim quia commode abesse potest, suspicio non nulla residet.

secundo] *Secundo sacramento obligari* dicitur miles, qui priori sacramento solutus novo adstringitur. Desierat enim miles esse, qui missus fuerat.

priore amisso] Quia cum tota legione dimissus priori sacramento solutus, idque sublatum erat.

* *quia priore amisso, iure*] Gu. quint. *quia, priore iure amisso.* Vocabulum *iure,* quod cum verbo *poterat* plerique coniunxerant, interpunctione mutata, ad *amisso* retraxi. Notum est, apud Ciceronem et aequales *posse* dici de eo, qui iure, honeste, salvave dignitate facere possit. Vid. Manut. ad lib. II. ad Attic. ep. 9. [Dicatur sane: hoc tamen loco *priore* nimis perspicue refertur ad sacramentum, nec debuit *pugnare poterat* sic nude poni.]

* *cum hostibus pugnare*] Gu. quart. [unus Bern. e] omnesque impr. vet. *pugnare cum hostibus.* Alii maluerunt dicere *in hostes pugnare.* Vide Gellium XVII, 2. et Drakenb. ad Liv. epitom. lib. VIII. p. 648. Sed *cum hoste pugnare* Cicero dixit etiam in fine huius capitis, et pro Corn. Balbo c. 9 *Qui cum hoste nostro comminus in acie saepe pugnarit.*

vendo. Marci quidem Catonis senis est epistola ad Mar- 12
cum filium, in qua scribit, se audisse, eum missum factum esse a consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset.

° *Adeo summa erat observatio in bello movendo*] Haec verba quia Io. Sarisber. policrat. I. VI. c. 7. locum Ciceronis adducens omisit, Bongarsius ad Iustin. XXXIII, 1, 7. ea glossatoris fraude inculcata esse existimat. Graevius quum libros de officiis ederet, Bongarsii observationem inter variorum adnotationes adiecit, ipse nihil alterutram in partem pronuntians. Nec vero omissio ista loco nostro quidquam suspicionis importare debet. Carnotensis episcopus in proferendis aliorum scriptorum verbis, ut assolet, ea praetermisit, quae ad scopum suum nihil faciebant. Praesens autem Ciceronis epiphonema, nisi plane ineptus esset, adiicere non potuit: quia historiam de Catonis filio commemorare his verbis orsus erat: *In libro officiorum M. Tullius refert, quod Pompilius imperator tenebat provinciam,* cet. Fecit igitur, quod res exigebat totamque narrationem epiphonemate disputationi suae convenientiore ipse conclusit.

° *summa observatio in bello movendo*] Dicit, bella apud maiores non temere ac pro cuiusque lubitu gesta, sed in bellis inferendis gerendisque certas leges sanctissime observatas esse. Similem vim nominis *observatio* videas in illis de clar. orator. c. 8. *Verum tamen natura magis tum, casuque non nunquam, quam aut ratione aliqua, aut observatione fiebat.* Vox *movendo,* quam sibi suspectam Lambinus deleri iubet, mihi magnopere placet. *Movere bellum* non solum est concitare, sed etiam inferre et gerere bellum. Liv. IV, 58, 6 *Veiens bellum motum, ob superbum responsum Veientis senatus.* Idem VIII, 6, 5 *Dii pium movere bellum.* Adde Virg. georg. I, 509. Horat. od. IV, 1, 2. Ovid. am. III, 12, 4. Athenis hanc elegantiam fortasse reportaverunt Romani. Thucydides VI, 34 *Δεόμενοι δεῦρο κατὰ τάχος βοηθεῖν, καὶ τὸν ἐκεῖ πόλεμον κινεῖν.*

12. *est epistola*] Exstat. Vide ad Cornel. Nepot. Cat. III, 3. dicta.

° *epistola est*] Hic positus est apud Sarisberiensem et in Gu. quinto. Praetuli tamen ex quatuor Gu. omnibusque impr. vet. *est epistola.* Catonis epistolam, nisi fallor, dicit eandem, cuius mentionem facit Plutarch. in Cat. mai. p. 348. D. *Καὶ Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν, ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τὴν περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ σπουδήν.* [Hoc minime fit verisimile.]

in qua scripsit] *Scribit* in suis legit Car. Langius et Fabric. atque ita Goth. et aliquot Oxon. et Londin.

° *in qua scripsit*] Omnibus MSS. Gu. consentientibus restitui *scribit,* quod etiam Sarisb. servat.

° *eum missum factum esse*] Gu. pr. *eum dimissum factum esse:* quint. *factum eum missum esse*: Sarisber. *eum factum missum* [al. *dimissum*] *esse.* An Paullus Aemilius missum fecerat Catonis filium propter infirmam, qua utebatur, valetudinem et propter vulnera, quae fortissime pugnans plurima acceperat? Vid. Plutarch. in vita Aemilii Paulli p. 266. C. in Cat. mai. p. 348. C. Iustin. XXXIII, 2, 4. et Frontin. strateg. IV, 17.

Persico bello] Goth. Vin. Rom. Ven. et Ald. *bello Persico.* Est hoc bellum Macedonicum secundum, quod cum Perse, Macedoniae ultimo rege gestum est. In fastis quoque Capitolinis ita illud adnotatum est: BELLUM PERSICUM [et Plin. nat. hist. XVIII, 11. sect. 28 *Pistores Romae non fuerunt ad Persicum usque bellum*] A *Perses, Πέρσης* vel *Περσεὺς* propius ad analogiam fit *Πέρσειος, Perseus,* non *Persaeus,* ut quidam volunt: sed tamen, ut a *βασιλεὺς* est *βασιλικὸς*, a *Φαληρεὺς Φαληρικὸς*, et alia: ita et *Persicus* non sine ratione formatur a *Περσεύς*.

° *Persico bello*] Ex scriptis et impr. vet. meis omnibus edidi *bello Persico,* quem ordinem etiam Sarisb. retinuit. Quid si Cicero *Persi bello* scripserat? Ita Priscianus l. XIV. p.

Monet igitur, ut caveat, ne proelium ineat. Negat enim, ius esse, qui miles non sit, cum hoste pugnare.

12 Equidem illud etiam animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi

986. ex Sallust histor. I, 1 *ad bellum Persi Macedonicum* laudat. Noster in Bruto c. 21 *In qua ipsa egregium Viriathi bello reperimus fuisse Laelium.* In Catone mai. VI, 5 *Pyrrhi bello.*

ius esse] Supple, non *ei*, sed *eum*, ante infinitivum *pugnare.*

* *ius esse*] Gu. tert. et corrector quinti post haec verba adiiciunt *eum.*

pugnare] Nos diceremus *pugnandi:* sed ita saepius Cicero et alibi. Nam *ius est* nihil aliud significat, quam licet, fas est. Lib. III, 10, 7 *Alteri deripere ius non est.* Lib. IX. ad Attic. ep. 9. post. med. *Nos autem in libris habemus: non modo consules a praetore, sed ne praetores quidem creari, ius esse; idque factum esse nunquam. Consules, eo non esse ius, quod maius imperium a minore rogari non sit ius.* Plaut. I. Pers. III, 25 *Pernam quidem ius est apponi frigidam postridie.*

* *pugnare cum hoste*] MSS. Gu. solo quarto excepto, *cum hoste pugnare:* quod, etiam Sarisberiensi atque ed. Gryph. astipulantibus recepi.

Cap. XII, 1. *Equidem animadverto*] Monui iam pridem in append. ad Cellarii curas poster. p. 414. [postea in observ. antibarb. cap. III. p. 403.] *equidem* a Cicerone primae tantum personae accommodari: ea vero loca, quae repugnent, (quae non multa, et iam dubia sunt) corrupta et ad regulam revocanda esse. Nam in iis *equidem* semper scriptum est pro *quidem* vel *et quidem.* Id multis exemplis in his quoque libris probare possem, ubi a librariis *equidem* substitutum video. Ita c. XIV, 4. in Goth. et Vinar. est: *Sunt autem multi equidem cupidi splendoris.* Sed non opus est pluribus exemplis, quorum copiam suppeditat novus et praeclarus Latinae linguae thesaurus, quem celeberrimi Gesneri industriae debemus: quem qui leget, iam tandem dissentire desinet.

* *Equidem illud etiam*] Gu. tres primi *Equidem etiam illud* [quod restituendum etiam ex Bern. libris].

animadverto quod] Hoc quoque loco abuti plerumque solent, qui Ciceronem barbare, quam Latine loqui malunt, eoque auctore se recte dicere putant, *audio, video, dico, credo, existimo, puto, quod aliquid sit.* Sed et hoc praesidium illis Gronovius eripuit, qui, praeeuntibus veteribus libris, post alios (quos Gesnerus commemorat in Fabriano thesauro tom. II. p. 423.) edidit: *lenitate verbi tristitiam rei mitigatam.* Nam ita *quod* causale fit, nec quidquam cum *animadverto* coniuncti habet. Etsi vero Goth. et Vin. cum pluribus vulgatiorem lectionem confirmant, eamque nec ipse damnare audeo: apparet tamen, non probandos esse, qui Ciceronem, ubi depravatus aut suspectus certe est, imitari malunt, quam ubi sui simillimus et incorruptus. Ille certe aliis pluribus locis huic ceterisque eius generis verbis infinitivum adiungit; aut, si quando illud *quod* admittit, cum indicativo id copulat, non cum coniunctivo. Lib. II. c. XX, 8 *Videndumque illud item, quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno aut forte in liberis eius manet gratia.* Graevius ad lib. II, 19, 12. pro *animadverto* maluit *animum adverto,* ut *animum attendo* dixit lib. III. c. 8. pr. hic vero in omnibus est *animadverto.*

* *animadverto, quod - - - mitigante*] Doctissimorum virorum suffragiis comprobatum illud *mitigatam,* quamvis in meis libris frustra quaesiverim, tamen eo alacrius recepi, quod etiam ab Anemoecio, procul dubio ex antiquissimo codice, ita editum videbam. [Recte quidem, et sic est in Bern. a b c d.] In Gu. pr. erat *animadverto, quod qui primo nomine.*

perduellis] *Perduellis* dicitur, qui pertinaci bello rempubl. turbat. Nam *duellum* olim nihil erat aliud, quam

rei tristitiam mitigatam. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant 2
duodecim, ut, STATUS DIES CUM HOSTE: itemque, ADVERSUS HOSTEM AETERNA AUCTORITAS. Quid ad hanc mansuetudi- 3
nem addi potest, eum, qui cum bella geras, tam molli nomine appellari? Quamquam id nomen durius iam effecit

bellum: ut *Duellona,* pro *Bellona, duonus* pro *bonus, duis* pro *bis.* Vide Varron. lib. VII. de L. L. p. 53. Gothofr.

lenitate verbi tristitiam rei mitigante] Goth. *lenitate verbi rei tristitiam mitigante,* positu verborum ἀντιστρόφῳ. Coelius lib. VIII. ad Ciceron. ep. 5 *Ut pro viribus copiarum tuarum belli quoque exsisteret magnitudo.* Vide ad. Cat. c. VIII, 4.

* *tristitiam rei.*] Gu. pr. sec. tert. et quint. *rei tristitiam,* quod patruo probatum restitui.

Hostis] Qui nunc *peregrinus,* olim *hostis* dicebatur. Varro lib. IV. de L. L. pr. *Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut* hostis. *Nam tum eo verbo dicebant* peregrinum, *qui suis legibus uteretur: nunc dicunt eum, quem tum dicebant* perduellem. Vide Bynkershoek obs. iur. R. lib. V. c. 22. Non recte igitur *hostis* quisque a nobis vocatur, qui inimicus et privati hominis adversarius est, civis praesertim et vel consanguineus.

* *apud maiores nostros is*] Gu. pr. pronomen *is,* quint. *nostros* omittit.

* *quem nunc peregrinum dicimus.*] Gu. sec. optimus liber, verbum *dicimus* eleganter excludit. Commode illud ex praegresso *dicebatur* intelligere possis.

2. *Indicant duodecim tabulae*] Goth. *indicant hoc duodecim: ut statutus dies cum hoste.* Non sine exemplo *tabulae* omittitur. Sic enim et alibi Cicero et saepe Festus. Vide Sanctii Minerv. lib. IV. c. 4. p. 644. Funccium ad leg. XII. tabb. diss. praelim. n. 11. p. 27.

aut status dies] Goth. Vin. et omnes Oxon. *statutus dies.* Rectius Goth. nisi fallor, *ut,* id est, exempli causa, quam vulgo *aut: statutus* vero vitiose. Festus p. 194. Status dies *vocatur, qui iudicii causa est constitutus cum* hoste, *id est, peregrino. Eius enim generis ab antiquis* hostes *appellabantur, quod erant pari iure cum populo Romano.* Scilicet Festo *hostis* dictus videtur, quasi *par:* unde *hostire,* par pari reddere, aequare, pensare. Vid. Gell. lib. XVI, 4, 4. Plaut. I. Curcul. 1, 5.

* *aut status dies*] Male omnes Gu. et impr. incert. *aut statutus dies.* Sine cunctatione recepi verissimam et patruo iam probatam scripturam Gothani codicis, *aut* in *ut* mutantis. [Item unius Bern. b. *Status* tamen duo Bern. a et b.] Suadent hanc emendationem ista Ioannis Sarisber. polic. l. VIII. c. 13. *Declarant hoc legum tabulae, et titulus iuris, qui est* Statutus dies cum hoste.

adversus hostem aeterna auctoritas.] *Auctoritas* est, dominii et vindicandae rei ius certum et perpetuum, quod civi Romano adversus peregrinum semper manet salvum, ita ut nulla temporis diuturnitate a peregrino aliquid usu capiatur, eiusque esse desinat, qui legitimus fuit possessor. In Goth. est. *adversus hostes.*

3. *eum qui cum bella geras*] Ad hanc mansuetudinem, ut is, cum quo bella geras, tam molli nomine appelletur. * Gu quart. *cum qui:* quint. [et Bern. e] omnesque impr. vet. mei *cum quo:* sec. ac tert. *qui cum bellum geras.* Hoc post Pearcium Ernestus recepit. Vulgata est elegantior, nec Ernestus impressorum principes alterius scripturae confirmatores adlegare debebat. In Magont. enim *cum quo bella geras* exscriptum esse, ipse video: ex Rom. Longolius, qui hunc librum patruo meo contulit, *quocum bella geras* adnotavit. [Bern. a b *quocum,* sed *bellum* omnes Bern. praeter e, quod praestat quia de uno aliquo homine sermo est.]

appellari] Goth. Vin. Rom. Ven.

vetustas. A peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui
4 arma contra ferret, remansit. Cum vero de imperio decertatur, belloque quaeritur gloria, caussas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paullo ante iustas caussas esse bellorum. Sed ea bella, quibus imperii gloria propo-
5 sita est, minus acerbe gerenda sunt. Ut enim cum civi aliter contendimus, si est inimicus, aliter, si competitor;

tres *appellare,* quasi intelligatur *mansuetudo appellandi.* [cf. III. de nat. deor. 24 *molestiam suscepit-reddere rationem.* Liv. III, 4 *consuli negotium dabatur videre* cet. ubi apponitur, quod dicimus, infinitivus, non pendet ex substantivo.]

* *appellari*] Ante Victorium edebatur *appellare,* idque omnes MSS. Gu. [et Bern. praeter d ab altera manu] servant.

iam effecit vetustas.] Goth. et Vin. *efficit.* Rom. *effecit iam.*

* *iam effecit vet.*] Gu. quint. impr. Lips. 1507. et Lugd. 1527. *effecit iam*: Gu. tert. *efficiat iam:* reliqua et scripta, et olim impressa exemplaria nostra cum Graevii [et Orellii plerisque] MS. *efficit iam vetustas.*

A peregrino enim iam recessit] Cur *iam* hic iteretur, nulla ratio est, idque a meis exemplaribus recte abest. Exclusit etiam Pearcius. * Recte etiam Gu. pr. sec. et quart. *iam* eiiciunt. In tert. est *a peregrino etiam recessit.* Quod vero Ernestus ab impr. Mag. Col. Rom. et aliis *iam* abesse testatur, ipse viderit: mei impressi veteres adverbium illud omnes retinent.

qui arma contra ferret] Goth. *qui arma contra fert:* Vinar. Rom. Ven. aliique, *qui contra ferret arma.* Cap. 25 *Qui arma contra ferant.* Auct. ad Herenn. lib. IV, 39 *Arma qui contra tulerunt.*

* *qui arma contra ferret*] Gu. tert. *ferat:* quart. *qui contra feret arma:* quint. cum impr. antiquis omnibus *qui contra ferret arma.*

4. * *belloque quaeritur gloria*] Gu. tert. *belloque gloria quaeritur.*

* *causas omnino subesse tamen oportet*] Impr. incert. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527 *omnino subesse tamen causas oportet.* Corradus in quaestura p. 351. ex suis libris adfert, *causas omnino subesse tum oportet.* Nihil muto. Eleganter adhibetur *tamen,* non praecedente *etsi.* Pro Rosc. Am. c. 53. *Illam priorem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit.* Pro P. Sulla, principio: *Sed quoniam ita tulit casus infestus, ut amplissimo in honore, cum communi ambitionis invidia, tum singulari Antonii odio, everteretur, et in his pristinae fortunae reliquiis miseris et afflictis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset.* Conf. Franc. Fabricium ad lib. I. de off. c. 43. Cortium ad lib. VII. ep. 31. extr. et Ernestum in clave Cic. voc. *Tamen.*

quas dixi] Cap. XI, 2.

* *gloria proposita est*] Gu. pr. ac. tert. *proposita gloria est:* sec. *proposita est gloria.* Mox quint. *causas bellorum esse.*

5. *Ut enim cum civi aliter contendimus, si est inimicus*] Fabricius et Lambinus ita ex coniectura ediderunt: ante eos vulgo etiam legebatur, ut est in omnibus scriptis, meis etiam, *ut enim, cum civiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor.* Hoc cum Pearcio restituo, et ad *aliter* verbum *contendimus* subaudio. [Restituo et ipse, nec tamen *contendimus* repeto cogitatione, sed constructionem continuo usque ad *certamen est.*] *Civiliter contendere* est, iure civili vel ad alterum impugnandum, vel ad se defendendum uti, et sine armis cum altero decertare. Coelius ad Cicer. lib. VIII. epist. XIV, 9 *Illud te non arbitror fugere, quin homines in dissensione domestica debeant, quam diu civiliter sine armis cer-*

cum altero certamen honoris et dignitatis est, cum altero capitis et famae: sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis, gerebatur, uter esset, non uter imperaret; cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Poenis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Poeni foedifragi, crudelis Hannibal, reliqui iustiores. Pyrrhi quidem de captivis reddendis illa 6 praeclara:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis;
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,

netur (aut *certetur*), *honestiorem sequi partem.*

° *ut enim cum civi aliter*] Etiam in meis libris legitur: *Ut enim cum civiliter contendimus, aliter*, quod Ern. quoque praetulit. Nec tamen spreverim, quod Anemoecius primus edidit, quodque in uno codice etiam reperit Aldus, *Ut enim cum cive*, sive quod Franc. Fabricius maluit, *cum civi aliter contendimus, si est inimicus.* [*civi aliter*, sed repetito tamen (post *contendimus*) *aliter*, Bern. d a pr. manu et e traduntur habere apud Orell.]

° *si competitor*] Gu. pr. *si est petitor*: tert. cui astipulatur Corradus, *si est competitor.*

cum altero certamen] Cum altero, qui est competitor, certamen honoris et dignitatis est: cum altero, qui inimice se gerit, capitis et famae certamen. Saepe ita *alter, alter* inverso ordine superioribus respondet. Lib. VI. epist. 11. pr. *Qua in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere, malim. Alterum* [posterius] *non desidero*: *alterum* [prius] *vere facere poteris.* Vide Bengel. ad lib. V. epist. XIX, 5.

cum Celtiberis] Quorum urbs fuerat Numantia, de qua cap. XI, 4. Vid. Flor. lib. II, 17, 9 et 13, cap. 18, 2.

ut cum inimicis] Goth. *et cum inimicis.*

° *gerebatur*] Corradus ex suis libris praescribit *gerebamus.*

uter esset] Viveret. Vid. Vechneri hellenolex. lib. II. c. 5. p. 491.

° *non uter imperaret*] Gu. pr. *uter non imperaret.* Idem in sequentibus *ut cum Latinis, Sannitibus*: omissis *Sabinis.*

Pyrrho] Vide lib. III. c. 22. pr. Lael. c. 8. extr.

foedifragi] Hoc pro *foederifragi* dici, observat Gellius lib. XIX, 7, 5. et rarioribus vocabulis adnumerat. [Ipse quidem Gellius *frigorificus* fecit, at veteres tamen ab *opere opificem* dixerunt.]

crudelis Hannibal] Vid. Lael. c. 8. extr.

6. *illa praeclara*] Goth. Vinar. Rom. *illa praeclara sententia est*, fortasse ex glossa. Sunt vero Ennii versus ex V. annali, et ex oratione quidem Pyrrhi ad Fabricium, cum magno auri pondere ad se missum, quo captivos redimeret. Ei Pyrrhus confirmat, se non mangonum more cum Romanis negotiari, sed de gloria atque imperio dimicare. Itaque sine ullo pretio captivos Fabricio reddidit.

° *illa praeclara*] Gu. quart. *praeclara illa sententia est:* quint. [cum Bas. et Bern. c e] totaque eius factio impr. veterum, *illa praeclara sententia est.* Meliores nostri commentum illud male seduli glossatoris ignorant.

dederitis] Penultima a priscis poëtis in huius temporis verbis producitur saepius.

cauponantes bellum] *caupones* sunt, qui vendendo vino quaestum faciunt. Hinc *cauponari* est, lucrum ex quacumque re captare; *bellum cauponari*, turpis quaestus causa bellum gerere, captivos vendere. Ita Aeschylus in fabula *septem ad Thebas* καπηλεύε ἐν μάχην dixit; Herodianus lib. VI, 7, 22 καπηλεύειν εἰρήνην

Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Vo ne velit, an me regnare hera, quidve ferat,
Fors,
Virtute experiamur. Et hoc simul accipite dictum:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorumdem me libertati parcere certum est.

χρυσίῳ, *auro pacem cauponari,* id est, vendere.

vitam cernamus] De vita decernamus, vitam in periculum et dimicationem coniiciamus. Idem Ennius in Medea, ex Euripide, apud Varronem lib. V. de L. L. [p. 60. v. 37. et apud Nonium voc. *Cernere*] *Ter sub armis malim vitam cernere, quam semel modo Parere.* Id Euripides dixerat in Med. v. 250 ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

hera] *Heros* vocabant deos. Catull. ad Manlium v. 74

— — *Nondum cum sanguine sacra*
Hostia caelestes pacificasset heros.

Ibid v. 77.

Quod temere invitis suscipiatur heris.

Hic Fortunae id nominis tribuit, quae in bello dominari maxime creditur. Plaut. III Merc. IV, 12 *Divum atque hominum quae spectatrix, atque hera eadem es hominibus.* Coniungo autem *hera Fors,* cum Maturantio, Gronovio, Pearcio et Facciolato, quae est *Fortuna domina.* Vide Spanhem. ad Iulian. Caesar. p. 231. ed. nostrae, Cort. ad Sallust. Cat. c. 8. pr. Ab aliis *hera* et *fors,* tamquam diversae res distinguuntur.

* *hera, quidve ferat Fors*] Supra vocabulum *hera* in Gu. sec. adscripta est explicatio *i. fors* Gu. pr. impr. Magont. atque incert. corrupte exhibent *ferat fors.*

accipe dictum] Rom. *accipere,* ex *accipite.* Cum tres legati Romanorum ad Pyrrhum venerint, eosque ille pariter adloquatur, Pearcius utique legendum putat *accipite,* sed ita ut *acpite* pronuntietur, ut *surpite* apud Horat. II. sat. III, 283, *porgite* apud Virg. VIII. Aen. 274.

* *accipe*] Quia tres legati ad Pyrrhum missi sint, Iortinus, teste Pearcio, *accipite* scribendum, idque *acpite* pronuntiandum esse, censet. Dubitabam aliquantisper, quia memineram, saepe legatis, etiam pluribus, ita responderi, ut, tamquam una persona, singulari numero compellentur. Liv. V, 16, 9 *Romane, aquam Albanum cave lacu contineri.* Nec sine insigni suavitate huic orationis generi pluralis admiscetur. Ita Latinus Aeneae legatis apud Virgil. Aen. VII, 260 respondet:

Dabitur, Troiane, *quod optas.*
Munera nec sperno. Non vobis *rege Latino*
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.

Ovidius etiam Metam. XV, 637 Apollinem legatis Romanorum ita respondentem facit:

Quod petis *hinc, propiore loco,* Romane, *petisses.*
Et pete *nunc propiore loco. Nec Apolline* vobis,
Qui minuat luctus, opus est.

Quia tamen *accipite* ab Anemoecio editum video, idque Ernestus in Gothano codice a se repertum recepit, non equidem refragabor.

Eorumdem] *Horumdem* Ven. sec. ut Columna edidit in fragmentis Ennii. Sed *eorumdem* apud veteres non minus est trisyllabum, idque vindicat Merula ad h. l. et Broukhus. ad Propert. IV, 7, 7.

certum est] Mihi constitutum, decretum est. Lib. II, 8, 19 *Certum igitur hoc sit, idque et primum et maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum.* Pro Rosc Am. c. 11 *Certum est deliberatumque, quae ad causam pertinere arbitror, omnia dicere.* Terent. II. Andr. I, 11 *omnia experiri certum est prius, quam pereo.* Vid. Parei lexic. crit. p. 191.

Dono, ducite, doque volentibus cum magnis dis.
Regalis sane, et digna Aeacidarum genere sententia. 7
Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti 13
promiserunt, est in eo ipso fides conservanda. Ut primo 2
Punico bello Regulus captus a Poenis, cum de captivis
commutandis Romam missus esset, iurassetque se rediturum,

Dono ducite] Distincte haec duo verba legenda censent eruditiores, ut *dono doque* cohaereant: alii *dono ducite* interpretantur, dono accipite, muneri datos abducite. Ab his non dissentit Facciolatus.

* *Dono, ducite*] Multi *dono ducite* coniungunt, quod probe defendit Guilielmius. Plaut. Pseud. IV, 6, 13 *Habeto mulierem dono tibi.*

volentibu' cum magnis diis.] Formula bene precandi et ominandi non tantum comicis familiaris. Cato c. 141 *Cum divis volentibus, quodque bene eveniat, mando tibi, Mani.* Vid. iterum Parei lexic. crit. p. 347. Cort. ad Sallust. Iug. c. XIV, 19.

* *cum magnis diis*] Gu. pr. et sec. *cum magnis dis:* tert. *cum diis magnis.*

7. *Aeacidarum genere*] Pyrrho et reliquis Aeaci posteris. Aeacus enim, unde genus ducebat Pyrrhus, animo magnus iustitiaque clarissimus fuisse dicebatur, Ἑλλήνων ὁσιώτατος Plutarcho in Theseo p. 5. Vide et Isocrat. Evagor. pr. Eum Iupiter, a se genitum, inferorum postea iudicem constituit. Lucian. de luctu p. 301. Graev. Vide infra c. XXVIII, 2. Pro *genere* Facciol. edidit *gente,* ut est etiam in Ven. quart.

* *Aeacidarum genere*] Cicero, nisi fallor, ipsum Pyrrhum *Aeacidarum genus* appellavit, quemadmodum Virgil. Aen. VI, 840 Persen *genus armipotentis Achilli,* et Horat. sat. II, 5, 63 Augustum *ab alto Demissum genus Aenea* dicit. Aldus adnotavit, veteres libros omnes pro *genere* exhibere *gente;* quod Gronovius, ne facta quidem eius rei mentione, in textum recepit. Haec scriptura si vera est, *Aeacidarum gens,* aeque ac *genus Aeacidarum,* de solo Pyrrho accipi queat. Ita Virg. Aen. X, 228 *Vigilasne, deum gens, Aenea?* Hanc nominum *genus* et *gens* significationem si quis putat poëta, quam Cicerone digniorem esse, is meminerit, nostrum, in narrandis poëtarum fabulis, hominum poëticis appellationibus uti solere. Ita Tusc. quaest. III, 12 Thyestes *Tantalo prognatus, Pelope natus* dicitur, atque ibidem Aeetam *filium Solis* vocat.

Cap. XIII, 1. * *si quid singuli*] Gu. pr. *si quis singulis temporibus addicti:* Beda *si quid singulis temporibus sacramento adacti*: Eyb. *si quid singuli temporibus adacti.* Omnes male. Etiam in [Bas. Bern. b] Magont est *singulis;* quod fortasse inde factum est, quia in aliis legebatur *Atque etiam singuli si quid,* quo ordine haec verba collocantur in Gu. tert.

temporibus adducti] Adversis rebus, periculis, necessitatibus. Vide Manut. ad lib. I. epist. 9, p. 89. Graev.

* *promiserint*] Ex omnibus MSS. Gu. impr. Magont. et incert. restituo *promiserunt.*

2. *Regulus captus a Poenis*] M. Attilius Regulus, primo bello Punico in Africam cum exercitu missus, multa ibi Poenorum castella expugnavit et vastavit, in iis Clupeam; Carthaginem ipsam oppugnavit. Hunc Xanthippus, Carthaginiensibus a Lacedaemoniis auxilio missus, proelio tandem superatum, vivum cepit. Vide lib. III. c. 27. Flor. lib. II. c. 2. Gell. lib. VI. c. 4. Valer. Max. lib. I. c. 1. n. 14.

de captivis commutandis] Goth. *permutandis.* Ita Liv. lib. XXII. c. 23 *In permutandis captivis.* Curt. lib. IV. c. XI, 12 *Et nunc magnopere censerem, ut unam anum et duas puellas triginta millibus talentum auri permutes.* Gell. lib. VI. c. 4 *Ne captivi cum Carthaginiensibus permutarentur.* Aurel. Victor. de vir. illustr. c. 40 *De permutan-*

primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit: deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere.
3 [Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam astrictos misit iure iurando se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent; eos omnes, censores, quoad quisque eorum vixit, qui peierassent, in aerariis reliquerunt. Nec minus
4 illum, qui iuris iurandi fraude culpam invenerat. Cum

dis captivis Romam missus. Tamen et vulgata lectio proba est. Liv. epit. XIX *Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de captivis commutandis ageret.* Flor. lib. II. c. 2 *Censuit, ne pax fieret, ne commutatione captivorum reciperetur.*

ut venit] Goth. *cum venit.* Illud vero melius.

in senatu] Guilielm. MSS. *in senatum:* unde Gruterus coniiciebat: *primum ut venit in senatum, captivos reddendos non censuit.* Sed in vulgato ordine constant sibi libri.

* *in senatu*] Gu. tert. [Bern. c. Bas.] *captivos non reddendos in senatu censuit.* Gruterus ex Palat. pr. commendabat, *captivos reddendos non esse in senatu censuit.* [Constructa est oratio quasi esset *negavit* aut *dissuasit.*]

censuit] Non quasi senator, quem amissa libertate se non esse putavit. Vid. lib. III. c. 27.

* *et ab amicis*] Copula abest a Gu. quarto. Praepositionem *ab* Gu. tert. quint. et Pearc. invito Cicerone omittunt.

3. *Secundo autem Punico bello*] Haec, quae uncis inclusa diversis litterarum formis exprimuntur, in paucissimis membranis leguntur, omittuntur etiam in Goth. Vinar. Rom. Venetis tribus, Arg. Ald. et aliis paulo vetustioribus, et a solo Pearcio Cicerone digna habentur. Translata in hunc locum sunt ex lib. III. c. 32. verbis tamen magnam partem commutatis. Verba *qui iuris iurandi fraude culpam invenerat* in Oxon. cod. ita leguntur, *qui iure iurando fraudis culpam invenerat.* Pro *invenerat* Facciol. adnotat ab aliis legi *inierat.*

* *Secundo autem Punico bello*] Haec et quae sequuntur, usque ad verba n. 8 *cum scelere approbavit,* a meis quoque libris absunt. [De quinque Bern. in uno c leguntur.] Protulit illa ex antiquissimo libro, et contra argumenta, quibus ea oppugnatum iri intelligebat, satis providenter in dialogo munivit Anemoecius. Eadem quum Hervagius anno 1534. sine nota edidisset, Camerarius in ed. 1540. uncis inclusit. Repraesentavit etiam Gryphius, praefatus tamen, ab exemplari Victoriano haec abesse. Postea a Car. Langio. Aldo, Hier. Wolfio, Franc. Fabricio, Thom. Cockmanno in bonis codicibus inventa sunt. Quoniam vero ad praesentem disputationem Ciceronis egregie faciunt, et reliquae orationi apte cohaerent, et eloquentia Tullii videntur dignissima: adsentior Pearcio, qui ea immerito Ciceroni abiudicari existimat. Nec debet esse crimini, quod Cicero lib. III. c. 22 et 32. eisdem exemplis utitur. Idem fecit in historia Reguli, in disturbatione Corinthi, in Theseo. Vide supra n. 2 et lib. III, 26, 7. lib. I, 11, 5 et III, 11, 1. lib. I, 10, 4 et III, 25, 3. Quod vero Franc. Fabricius haec negat in codice Anemoecii inventa esse, eaque totidem fere verbis libro III. iterari adfirmat Gruterus, uterque manifesto falsus est.

* *iure iurando, se redituros esse*] Dictum est, quemadmodum illud II, 6. extr. *aut spe, sibi id utile futurum.* Vide quae adnotabimus ad II, 24, 9.

* *qui iuris iurandi fraude cul-*

enim Hannibalis permissu exisset de castris, rediit paullo
post, quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus 5
e castris, iure iurando se solutum putabat. Et erat verbis,
re non erat. Semper autem in fide, quid senseris, non 6
quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est 7
iustitiae in hostem a maioribus nostris constitutum, cum a
Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi da-
turum, et eum necaturum. Senatus et C. Fabricius per-
fugam Pyrrho dedidit. Ita ne hostis quidem, et potentis, 8

pam invenerat.] Haec depravata esse, facile apparet: nec iuvat, quod Cockmannus e MS. Lincoln. adfert, *qui iure iurando fraudis culpam invenerat;* aut quod Anemoecius edidit: *qui iure iurando fraude culpam invenerat.* Puto, Ciceronem scripsisse *qui iuris iurandi fraudiculam invenerat.* Deminutiva saepe turpitudinem rei notare, tralaticium est. Quanto opere deminutivis Cicero delectatus sit, argumento sunt *aedificatiuncula*, *commotiuncula*, *conciliatricula*, *conclusiuncula*, *contractiuncula*, *interrogatiuncula*, *possessiuncula*, *sedecula*, *sessiuncula*, *stipulatiuncula*, *tonstricula*, et si qua sunt his similia, quae Latinitatis ius soli debent Ciceroni. Vocabulum rarius librariisque ignotum occasionem errandi praebuit. Ita apud Sueton. Caes. c. 72. ex *deversoriolo eo* procuderant *deversorio loco.* Plane similem errorem fraudi fuisse crediderim desperato Ciceronis loco lib IX. ad divers. ep. 10, quem Victorius in antiquissimo codice ita scriptum invenit: *et ingentium cularum cum Sophia Septimae.* Mihi quidem Cicero scripsisse videtur, *et iocatiuncularum cum Sopha Septimiae.* Iocis utique locus erat, si mulier ista Sempronia fuit, quam Glandorpius in adnot. ad h. l. suspicatur, et de qua Sallust. Catil XXV, 5 *Ingenium eius haud absurdum*; *posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci. prorsus multae faceliae multusque lepos inerat.* [*Culpam invenire* pro contrahere sibi non debet insolitum videri, sic enim ad Heren. IV, 36 *invenire vituperationem* dicitur. Sed *fraus iuris iurandi* ut *in fraudem legis* dicitur apud Plinium nat. hist. X, 50, et *fraudem facere legi* alibi.]

6. * *quid senseris, non quid dixeris, cogitandum.*] Hier. Wolfius ex suo libro adnotavit *senserit is.* Inde pronum esset refingere: *quid senserit is, cui quid dixeris, cogitandum.* Notum est, *dicere* optimis scriptoribus significare *promittere.* Vide Nonium in voc. *Dicere,* Anton. Hottomannum de rit. nuptiar. cap. 5. et patruum meum supra ad c. X, 6. Nihil tamen mutandum est. Quae Cicero hic de fide praecipit, plane consentiunt cum iis, quae infra III, 29, 15. seqq. de iure iurando disputat. *Quid senseris*, est, quid ex animi sententia promiseris, quid mens tua conceperit, praestari oportere. *Non quid dixeris,* interpretor, non quid lingua tua pronuntiaverit, quidque ex verbis tuis callida et malitiosa interpretatione elici queat. Hinc est illud in formula foederis apud Liv. I, 24, 7 *Sine dolo malo, utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt.* Conf. Ovid. heroid. XXI, 135 seqq.

7. * *et eum necaturum.*] Haec verba a glossatore adiecta esse, suspicor. [Debebat certe *eumque necaturum.*]

* *Senatus et C. Fabricius*] Anemoec *senatus eum et C. Fabricius consul Pyrrho dedit.* Pro *dedit* non dubitavi cum Lamb. et Pearcio *dedidit* reponere. Historiam ipsam paulo aliter a Cicerone infra lib. III. c. 22. narrari, non mirabitur, qui meminerit, quam diversa de eadem re tradiderint historici. Vid. Gell. noct. Att. III, 8.

et bellum ultro inferentis, interitum cum scelere approba-
9 vit.] Ac de bellicis quidem officiis satis dictum est. Meminerimus autem, etiam adversus infimos iustitiam esse servandam. Est autem infima conditio et fortuna servorum, quibus, non male praecipiunt, qui ita iubent uti, ut mer-
10 cenariis, operam exigendam, iusta praebenda. Cum autem duobus modis, id est aut vi, aut fraude fiat iniuria; fraus quasi vulpeculae, vis leonis videtur: utrumque homine alie-

9. *Meminerimus autem*] Goth. *meminerimus etiam adversus infimos:* Vin. Rom. alii *meminerimus autem et adversus* [*adversum* Rom.].

* *Meminerimus autem, etiam adversus*] Gu. pr. *Meminerim etiam aut adversus:* quart. cum Goth. *autem* omittit. Pro *etiam* impr. veteres *et,* pro *adversus* Magont. et incert. *adversum* dederunt.

servorum] Servi sunt vel natura, quibus ad se ipsos regendos deest animus; vel fortuna, qui bello capti, aut serva matre nati sunt. De his sermo est: quorum miserrima erat conditio, cum *instrumentorum animatorum* numero haberentur (Aristotel. lib I. politic. c. 4.) et eodem prope iure essent, quo iumenta. Vide Graev. ad Flor. lib III. c. 20. pr. Nec tamen eodem loco erant omnes. Multi enim locupletiorum et potentiorum hominum servi a liberis quoque hominibus colebantur et rebus haud contemnendis, quin et herilibus liberis praeficiebantur. Unde servitutis conditionem aliquando libertati praelatam reperimus. Vid. Sueton. ill. grammat. c. 21.

quibus non male praecipiunt] *Quibus* construe cum *uti*, non cum *praecipiunt.*

ut mercenariis] Tamquam hominibus liberis, sed mercede ad operam praestandam conductis. Vide lib. III. c. 6. pr.

operam exigendam] Refer ad *praecipiunt.* In Goth. verae lectioni, quam exhibemus, mala manus *ad* praeposuit, *ad operam exigendam,* quod et in Vinar. quatuor Oxon. et pluribus vulgatis est. Non utimur vero servis *ad operam exigendam,* sed ad eam *praestandam,* et praestandam *exigimus.* Facciolatus *opera exigenda,* primo casu singulari, legit et praescribit: cui Rom. lectionem praefero: *operam exigendo, et iusta praebendo.*

* *operam exigendam, iusta praebenda*] Gu. quint. *et operam exigendam:* quart. impr. Magont. incert. et Lugd. 1527 *ad operam exigendam:* Gu. pr. *iusta praebendo:* quart. et quint. *et iusta praebenda.* Hos sectantur impr. veterum plerique omnes.

iusta praebenda] Cibaria, corporis tegumenta, cubilia: quae lege, more et certo quodam modo debentur. Haec significatio in lexicis fere omnibus praetermissa est. Domini autem *praebent iusta,* servi *percipiunt.* Columell. lib. I, 8, 18 *Itaque diligens dominus cum et ab ipsis, tum et ab solutis, quibus maior est fides, quaerat, an ex sua constitutione iusta percipiant.* Aliud est, *iusta reddere,* id est, operas quas quisque debet, apud eumdem Columell. lib. I, 8, 11. Vide Gronov. observ. IV, 6. p. 80.

10. * *duobus modis, id est aut vi*] Gu. tert. et quart. *duobus modis: aut vi.* Facile exciderunt verba *id est,* quae hac nota *i* a librariis exprimebantur.

fraus quasi vulpeculae] Nam, ut Aelianus ait lib. VI. histor. animal. c. 64 ἡ ἀλώπηξ πονηρὸν ζῶόν ἐστιν, ἔνθεν τοι κερδαλέην οἱ ποιηταὶ καλεῖν φιλοῦσιν αὐτήν. Hesychius auctor est, vulpem κερδάλην, ἀπὸ τοῦ κέρδους, appellari. Si Aeliani verba incorrupta sunt, ut videntur, apud Hesychium κερδαλῆν potius, pro κερδαλέην, scribendum opinor.

* *fraus quasi vulpeculae*] Gu tert. *vulpeculae est:* quint. *quas*

nissimum, sed fraus odio digna maiore. Totius autem in- 11
iustitiae nulla capitalior est, quam eorum, qui, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur. De iustitia satis dictum est.

Deinceps, ut erat propositum, de beneficientia ac de 14

fraus vulpeculae. In sequentibus prim. verbum *videtur* abiecit.

utrumque homine alienissimum] Goth et plerique Oxon. [cum Bern. e et Bas.] *utrumque ab homine alienissimum, sed fraus:* Vin. Rom. Ven. omnes, Arg. Ald. *alienissimum ab homine est, sed fraus.* Non spernenda tamen lectio Gruteriana, quam expressimus. Lib. IX. epist. 14. pr. *Et tamen non alienum dignitate tua.* Lib. XI. epist. 27. med. *Quod esset alienum nostra amicitia.*

° *utrumque homine alienissimum*] Gu. quart. *utrumque alienissimum homine;* Gu. pr. exc. Eyb. omnesque impr. veteres *ab homine alienissimum est.* Gu. tert. Beda et Pearcius consentiunt de praepositione, quam etiam in Gu. sec. glossator adscripsit.

11. *nulla capitalior*] Dignior, quae capitis supplicio expietur. Vid lib. II, 21, 7. III, 21, 4. Genitivus *iniustitiae* non pendet a *capitalior*, sed a *nulla*. Vid. ad lib. II. c. 7. pr.

° *nulla capitalior est*] Verbum *est* omnes MSS. Gu. multique aliorum proscribunt.

qui cum maxime fallunt] Goth. *qui maxime fallunt, id agunt:* a recentiore manu, *qui tum cum maxime fallunt, id agunt*, ut Vinar. quatuor Oxon. Rom. et plerique vulgati. Coniiciebam aliquando, *qui dum cum maxime fallunt, id agunt.* Nam *dum cum maxime fallunt* est, ipso tempore, quo fallunt. Notus est hic particulae usus, quem in Cicerone etiam observare licet saepius. Pro Cluent. c. 5 *Quae multos iam annos, et nunc cum maxime filium interfectum cupit* De harusp. resp. c. 15 *Verum antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quae fiunt cum maxime?* Vid. Graev. ad lib. II. c. 7. ad Sueton Tib. c. 14. Domit c. 10. interpretes Petron. c. 54. Tennul. ad Frontini strateg. lib. II, 9, 6. Cort. ad. Plin. lib. VI. epist. XXXI, 15. Cellar. ad Curt. V, 7, 2. ad panegyr. vet. I, 2, 1. XI, 21, 4. Freinshem. ind. Curt. et Flor. Parei lexic. crit. p. 300. Nunc tamen praefero lectionem vel Graevianam, quam supra posui, vel vulgatam etiam, quam et Pearcius retinet: quod et Vincentius Bellovac. lib. VI. specul. hist. c. 7. ita hunc locum recitat, *qui cum maxime fallant* [pro *fallunt*], *id agunt;* et alibi quoque ita Cicero locutus est. Lib II. in Verr. c. 76 *Cum haec maxime cognosceremus, et iam in manibus tabulas haberemus; repente adspicimus lituras eius modi, quasi quaedam vulnera tabularum recentia.* Senec. de vit. beat. c. 25 *Me hominem esse tum maxime cogitabo, cum deus undique consalutabor.* Idem eod. lib. c. 7 *Voluptas tum, cum maxime delectat, exstinguitur.* Ubi itidem est *tum cum*, ut h. l.

° *qui cum maxime*] Antea legebatur *qui tum, cum maxime* Gu. sec. ac. tert. factum Graevii, expungentis particulam *tum*, suffragiis suis comprobant. Eadem particula nutat in quarto, ubi legitur *qui cum tum maxime.* [sed praestat tamen *tum cum*, quod legitur in Erf. et Bern. a b c.]

° *ut viri boni esse*] Impr. Magont. *ut viri esse boni.*

° *De iustitia*] Gu. quart. et quint. *de iniustitia.* In posteriore tamen corrector importunam syllabam *in* confodit.

Cap. XIV. 1. *Deinceps*] Porro, protinus, non interrupto aliis rebus sermone.

ut erat propositum] Antea dictum, positum, cap. 7. pr.

° *beneficientia*] Ita Gu. pr. hoc loco solus: tert. *beneficia:* reliqui *beneficentia.* Infra vero n. 10. pr. sec. et impr. Ven. 1498 *beneficientia* servant. [cf. ad c. 7. pr.]

liberalitate dicatur; qua quidem nihil est naturae hominis
2 accommodatius: sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum, ne obsit benignitas, et iis ipsis, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris: deinde, ne maior benignitas sit, quam facultates: tum, ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est iustitiae fundamentum, ad quam
3 haec referenda sunt omnia. Nam et qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse videantur, non benefici,

* *ac liberalitate*] Gu. pr. et sec. [Erf. Bern. a b c d] *ac de liberalitate.* Utique ex more Ciceronis et aequalium, qui praepositiones geminare solent. Lib. III, 4, 15 *A veteribus Academicis et a Peripateticis vestris.* Vide Iac. Gronov. ad lib. III. ad Herenn. c. 13. lib. II. in Verr. c. 25. de nat. deor. I, 4. Cort. ad Sallust. Catil. 49, 1. Drakenb. ad Liv. XXVIII, 8, 3. Cicero seiungit a *beneficientia liberalitatem,* quemadmodum paulo post n. 3 *non benefici, neque liberales* dicit. [Cf. nostram notam ad Cic. div. in Cae. 13.]

* *naturae hominis*] Posterius vocabulum in Gu. pr. omissum, in quinto a correctore est adiectum. A glossatore id accessisse, neque tam *natura hominis*, quam universae naturae ratio intelligenda videtur. Luculli c. 8 *Non percipitur, accommodatumne naturae sit, an alienum.* Adde infra III, 5, 1 et 7. seqq. [*Hom. nat.* Bern. e.]

habet multas cautiones] Multa in ea exercenda sunt cavenda, cavendi in ea ratio multiplex est. Numquam Cicero *cautelam* dixit, ut sequiores.

2. *Videndum est*] Cavendum. Infra c. XX, 7 *Quam ob rem et haec videnda, et pecuniae fugienda cupiditas.* Cornel. Nep. Epamin. c. 10. pr. *Vide, inquit, ne tu peius consulas.* Vid. ad n. 5. et supra ad c. 9. pr.

* *Videndum est enim*] Gu. pr. *enim,* tert. *est* abiicit. In quinto est *Videndum est autem.*

iis ipsis] Rom. *ipsis* non habet.

* *et iis ipsis*] Ita Gu. tert. Reliqui scripti nostri *et his ipsis* Pronomen *ipsis* ab omnibus impr. vetustis abest.

quam facultates] *Facultas* Vin. Rom. Ven. tres, Ald. Grut. et Vincent. Bellov. Sed pluralem praeferunt Goth Ven. quart. Graev. Facciol. Pearc.

* *facultates*] Gu. quart. omnisque factio impr. veterum *facultas* obtrudunt.

pro dignitate] Prout quisque dignus est, idque meretur. Nam iustitia suum cuique tribuit, non id, quod aliis debetur dignioribus.

* *Id enim est*] Exc. Bedae atque Eybi *id est enim.* Gu. tert. verbum *est* ignorat [Beier. de coniect. *id enim iust. est,* sed nihilo verius vulgata, omnis enim significatio in pron. *id* inest, nimirum illud *suum cuique.*]

iustitiae fundamentum] Sic cap. VII, 6. cap. X, 2.

referenda sunt omnia] Rom. *omnia sunt referenda.*

* *haec referenda sunt omnia*] Gu. tert. *haec omnia referenda sunt:* quart. omnesque impr. veteres *haec omnia sunt referenda.* Exc. Bedae atque Eybi pronomen *haec* tollunt.

3. *cuipiam*] Non dubitavi antea, quin legendum esset *quippiam* vel *quidpiam.* Nunc video idem coniecisse doctissimum Facciolatum: qui tamen *cuipiam* servari posse putat, si deinde legatur, *cum prodesse velle.* Sed mihi illud probabilius est. In vulgata lectione subaudiendum est *quid.*

prodesse velle] *Velle* deest in Vin.

* *prodesse velle*] Verbum *velle,* quod incommodo sensu hic legebatur, auctoribus Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. resecui. [Male factum, cum illa ipsa species *beneficae voluntatis* expetatur: nec alii codd. omittunt.]

neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt: et qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem aliena convertant. Sunt 4
autem multi, et quidem cupidi splendoris et gloriae, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Hique arbitrantur, se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacumque ratione. Id autem tantum abest officio, ut nihil

assentatores] Qui, ut verbis parasiti, ita simulatis beneficiis nocent, quibus prodesse videntur. Illorum ingenia moresque describit Terentius II. Eun. II, 17. Scripti quidam, in quibus tres Oxon. *et assentatores.*

* *assentatores*] Gu. quint. et exc. Bedae atque Eybi *et assentatores:* deinde quint. *esse iudicandi sunt.* In hoc tamen corrector et copulam, et verbum *esse* punctis notavit.

ut in alios liberales sint] Cod. Pith. *in aliis.* Vid. ad lib. II. c. XVIII, 3

* *ut in alios*] Gu. quart. *ut in aliis.* Mox pr. *ac si in suam rem.*

in eadem sunt iniustitia] Sic *in vitio esse* dixit supra c. VII, 8.

ut si] Pro *ac si.* Vid. Tursell. de partic. cap. C. p. 371.

aliena] Vin. et Oxon. quatuor, itemque quatuor Londin. et Mogunt. Rom. tres Venet. Victor. Pearc. *alienam.*

* *aliena*] Hanc scripturam, quae mihi maxime placet, tuentur Gu. sec. tert. quart. quint. et impr. incert. [Erf. Bern. b c.] In reliquis et in exc. Bedae atque Eybi est *alienam,* quod Pearc. et Ern. praetulerunt.

4. *et quidem*] Goth. Vin. Rom. *equidem,* ut alibi saepe solent librarii, quorum inscitia effectum, ut Cicero et tertiae personae hoc *equidem* adiecisse credatur. Vide ad c. 12. pr. Facciolatus malebat, *sunt autem, et quidem multi:* ei Vinar. prope suffragatur, in quo est, *sunt autem equidem multi,* eodem verborum positu.

* *Sunt autem multi, et quidem*] A Gu. pr. *autem,* a pr. tert. exc. Bedae atque Eybi, impr. incert. Ven. 1498. utroque Lips. *et,* a Gu. quart. *et quidem* abest. Mágont. ac Lugd. 1527. *multi equidem.*

eripiunt aliis] Vin. Rom. Ven. tres, Ald *eripiunt ab aliis,* vitiose. Neque enim dicimus *eripere ab aliquo.* [Hoc quidem non verum, vide notam nostram ad lib. I. in Verr. c. 10, sed tamen paulo rarius est quam *auferre ab aliquo.*] Eodem modo erratum videtur in orat. pro Marcell. c. X, 4. ubi leges quae S. R. Heumannus adnotavit. Vulgatam lectionem servat et Vincentius Bellovac.

* *qui eripiunt aliis, quod aliis*] Gu. quart. *qui eripiunt, ut aliis,* omisso priore *aliis*: quint. cum omnibus impr. vetustis *qui eripiunt ab aliis.*

* *Hique arbitrantur, se*] Gu. pr. sec. quart. impr. Magont. *hiique:* tert. *iique.* Exc. Bedae atque Eybi *hique se arbitrantur,* transposito pronomine *se,* quod Gu quart. omittit.

in suos amicos] Gruterus *amicos* abesse iubet, sed reclamantibus libris. Cicero eos reprehendit, qui, cum magistratus gerunt, ad suos amicos omnia transferunt.

* *visum iri*] Gu. pr. *videri*: quart. et quint. *fieri.*

* *Id autem tantum*] Gu. quint. *autem* excludit.

abest officio] Al. *ab officio,* quod et in Goth. est, sed a recentiore manu: nam prima dedit, qnod et in Vin. et Ven. pr. est, *abest officio.* Illud, quod usitatius est Ciceroni, Pearcius reposuit.

* *abest officio*] Ita Gu. pr. sec. impr. Magont. uterque Lips. cum optimis aliorum codicibus [Bernensibus quidem praeter d omnibus.] Ceteri nostri, etiam exc. Bedae atque Eybi cum Pearcio praepositionem *ab* inserunt.

ut nihil] Goth. *ut nil possit officio magis esse contrarium,* quod concinnius puto.

5 magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quae prosit amicis, noceat ne-
6 mini. Quare L. Sullae et C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil
7 est enim liberale, quod non idem iustum. Alter erat locus cautionis, ne benignitas maior esset, quam facultates Quod, qui benigniores volunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos; quas enim copias his et suppeditari aequius est, et relinqui, eas

5. *Videndum est igitur, ut*] Paulo ante ad n. 2. observatum est *videndum ne*, pro *cavendum*. Hic *curandum* interpretor, manente tamen verbi prima significatione. Nam *videre* est, et oculos et animum intendere in id, quod vel faciendum, vel fugiendum est. Vide Heins. ad Ovid. lib. I. art. am v 588. Parei lexic. crit. p. 1295.

° *Videndum est igitur*] Gu. tert. et quint. *Videndum igitur est.*

° *noceat nemini*] Gu. tert. quart. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *nemini noceat.* Gu. quint. *et nemini noceat.*

6. *L. Sullae*] Qui publicatis adversariorum bonis eos, quorum opera illos vicerat, locupletavit. Vid. lib. II, c. 8.

C. Caesaris] Iulii Caesaris immensae largitiones notae sunt ex Suetonio: quibus cum non sufficeret, bella primum hostilia cum Gallis, postea et civile excitavit, in quo Italiam omnesque provincias rapinis exhausit. [*et* omitt. Erf. Bern. a c d.]

° *Nihil est enim*] Verbum *est*, quod Gu. pr. quint. [Bern. c d e Bas.] impr. incert. Ven. 1498. uterque Lips. coniunctioni postponunt, Gu. tert. atque impr. Lugd. 1527. expellunt.

quod non idem iustum] Goth. et Oxon. plerique *quod non idem sit iustum.*

° 7. *Alter erat locus*] Gu. sec. tert. quart. impr. Magont. incert. Ven. 1498. uterque Lips. *alter locus erat*: Gu. quint. *alter locus est.* impr. Lugd. 1527. *alter locus erit.* [Omnes Bern. ut editur.]

Alter erat locus cautionis] Alterum, quod cavendum dixi, erat. Vid. n. 2. Rom. *alter locus erat cautionis.*

maior esset] Goth. *esset maior.*

° *quam facultates*] Duo postremi Gu. *quam facultas.*

° *volunt esse*] Gu. quart. *esse volunt.*

quam res patitur] Res familiaris, facultates.

° *quam res patitur*] Gu. tert. et quint. [Erf. Bern. e Bas.] *patiatur* [non male, cf. gramm. nostram §. 560, nec tamen auctoritas librorum sufficit].

primum in eo peccant] Ἀνανταπόδοτον videtur, cum non sequatur *deinde*, vel aliquid simile. Respondet tamen huic illud: *Inest autem huic.* Similia observat P. Manutius ad lib. II. ep. 3. pr. Cort. ad Sallust. Iug. LXXXV, 45. Vide infra c. XXVIII, 9. [Antea *quod qui* coniungendum, ut Phil. X, 4. extr.]

in proximos] Parentes, uxorem, liberos et ceteros, quibus cum maxime coniuncti sunt. Quidam codd. *in proximis*, ut supra n. 3 *in aliis liberales.* Sed hoc inconstantiae librariorum potius, quam Ciceroni tribuo.

suppeditari] A viventibus *suppeditari*, a morituris *relinqui.* Nam et hoc officii est, consulere iis, quos superstites habiturus sis. Rom. *quas enim copias iis suppeditare et relinquere.*

° *et suppeditari aequius est*] Impr. veteres omnes, abiecta copula, *suppeditare*, et mox *et relinquere* dederunt. De copula abiicienda consentit etiam Gu. quint. Pro *aequius est* uterque impr. Lips. habet *aequum*

transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cu- 8
piditas plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam, ut
ad largiendum suppetant copiae. Videre etiam licet, ple- 9
rosque non tam natura liberales, quam quadam gloria du-
ctos, ut benefici videantur, facere multa, quae proficisci ab
ostentatione magis, quam a voluntate videantur. Talis au-
tem simulatio vanitati est coniunctior, quam aut liberalitati,
aut honestati. Tertium est propositum, ut in beneficientia 10
delectus esset dignitatis: in quo et mores eius erunt spe-
ctandi, in quem beneficium conferetur, et animus erga nos,
et communitas ac societas vitae, et ad nostras utilitates of-
ficia ante collata. Quae ut concurrant omnia, optabile est; 11

est. Proxima impr. Magont. et incert. transponunt *transferunt eas ad alienos.*

8. *Inest autem*] Hic *autem* continuat orationem, nihilque aliud est, quam *et, etiam.*

°*suppetant*] Gu. tert. quint. et Beda *suppeditent*: corrector vero quinti proximam ultimae syllabam punctis notavit. Conf. patrui adnot. supra ad cap. IV, 4. et Ruhnkenii V. C. ad Rutil. de fig. sent. et eloc. II, 9. Hunc tamen Ciceronis locum non muto.

9. *plerosque*] Non *plurimos*, sed *multos*, qui saepe dicuntur *plerique.* [Negat Ernest. ad orat. p. Sext. 35. med. et recte: sunt h. l. plerique eorum, qui supra quam facultates ferre possint liberales sunt.] Cohaerent autem *plerosque facere.*

°*plerosque*] Gu. pr. et a manu prima quint. *plurimosque.*

°*gloria ductos*] Impr. Ven. 1498. et Lugd. 1527. *inductos.* Deinde Gu. quart. et quint. *et ut benefici.* Exc. Bedae atque Eybi transponunt *multa facere, ut benefici videantur.*

quae proficisci] Vin. cum Rom. et pluribus: *quae videntur magis proficisci ab ostentatione, quam a voluntate.* Idem verbum non semel iteratum parum gratum est, *videre, videantur, videantur.* Sed vide ad c. XXI, 3.

°*quae proficisci ab ostentatione*] Postremus Gu. et impr. veteres omnes *quae videntur magis proficisci ab ostentatione, quam a voluntate:* Gu. pr. *quam a voluntate videntur.* Gu. quart. verba *quam a voluntate* plane omittit. Facile in hoc commate resideret suspicio, si maioris auctoritatis testibus oneraretur. Interdum enim scriptores boni alteram comparationis partem omittunt. Cic. VI. epist. ad divers. 8, 2 *Huic meae rogationi potius non continuo responderunt.* Vide quae ad illum locum adnotavit Cortius, et ad Nepot. XXV, 11, 5 patruus.

a voluntate] A benigna voluntate, ab animo benefaciendi cupido.

vanitati est coniunctior] Magis convenit homini mendaci et fallaci, quam liberali et ei, quem virum bonum dicimus.

10. *Tertium est propositum*] Tertium quod in exercenda liberalitate cavendum antea diximus, posuimus. Pearcius *erat propositum* coniicit.

delectus dignitatis] Goth. [Bern. a b] *dilectus*, ut c. XXXIX, 1 *diligentia dignitatis* dicitur. Infra cap. 41. extr. *habere dilectum civis et peregrini.* [Cf. nos ad divin. in Caec. c. 4. extr.] Dignos deligere iubet eum, qui liberalitate uti velit.

°*in quo et mores eius*] Mutato verborum ordine Gu. tert. *in quo et mores erunt eius, in quem beneficium conferetur, spectandi.*

communitas] Gradus communitatis cognosce ex cap. 16 et 17.

11. *ut concurrant*] Vin. Rom. et quid. alii *si concurrant,* male.

° *Quae ut concurrant*] Gu. tert. *quae ut omnia concurrant.* Magont.

si minus, plures causae maioresque ponderis plus habebunt.

15 Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus planeque sapientibus, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sunt simulacra virtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua signifi-

et plerique impr. veteres pro *ut* oggerunt *si*.

°*sin minus*] Praetuli scripturam MSS. Guelpherbytanorum [Bernn.] impressorumque antiquorum omnium *Si minus*. Vide Cortium ad Plinii epist. I, 3, 2. [Laudat is Epist. XII, 16, ubi item *si* — *si minus*. Adde ad Att. III, 19 extr. *Si non* in Epist. VII, 3, 5 legitur.]

plures causae] *Causae* Ciceroni sunt necessitudinis tituli, nomina, vincula; ea omnia, quibus cum aliis iungimur. Lib. XIII, epist. 4 pr. *Cum quibus si mihi nulla causa intercederet: tamen, quod te vehementissime diligo, quodque me a te plurimi fieri sentio, et monerem te et hortarer, ut eorum fortunis consuleres.* Eodem libro epist. 71 *Cum omnibus non eadem mihi causa est*, id est, necessitudo. Pro Quint. c. 15 *Quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causae et necessitudines veteres intercedebant.* Vide ibi Hottomann. et Broukhus. ad Tibull. III, 2, 29. Optandum esse, ait Cicero, ut omnia illa, quae in tribuendis beneficiis spectanda esse dixit, in iis pariter adsint, qui liberalitate indigent: id cum raro fiat, et in multis multa desint, praeferendos esse eos, qui pluribus et maioribus nominibus sint coniuncti.

Cap. XV, 1. *vivitur non cum perfectis hominibus*] Lib. III. c. 3 *Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli umquam potest: in iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo, similitudines honesti esse possunt.* Perfectam autem sapientiam in nullo homine esse, ostendit ibi paulo post c. 4.

°*pleneque sapientibus*] Ex Gu. pr. recepi *planeque sapientibus*. Hoc in suis codicibus scriptum fuisse, Anemoecius et Graevius testantur, recteque sic ediderunt Facciolatus et Ernestus. Ita noster Tusc. quaest. V, 22 extr. *Doctorum hominum et plane sapientium.* [*Planeque* Erf. Bern. a d, Bas. cum reliquis Bern. *pleneque.*]

in quibus praeclare agitur] In quibus si sunt simulacra virtutis, praeclare agitur. Locum in plerisque libris corruptum corruptiorem etiam dedit librarius Goth. scribens, *a quibus non praeclare agitur.* Vin. et Ven. *in quibus non praeclare agitur.* C. Langius edidit, *quibus praeclare agitur.* Sed *praeclare agitur* absolute dici, observat Fr. Fabricius, ut lib. IV. epist. XIV, 2 *Agiturque praeclare, si nosmet ipsos regere possumus.* Vide de hac formula Cortium ad Porcii Latron. declam. c. 2. p. 1080. Lael. c. 3. pr. *Cum illo vero quis neget actum praeclare?*

°*in quibus praeclare agitur, si sunt*] Hic locus, quem iam Corradus in quaestura, et ex antiquissimo codice Anemoecius restituerant, plane sic, ut nunc editur, etiam a Gu. sec. tert. quint. et impr. incerto exhibetur. Verba *in quibus*, quae Corradus in *quibuscum* mutanda censet, Gu. pr. omittit. Gu. quart. corrector quinti, omnesque, si incertum exceperis, impr. veteres ante *praeclare* inserunt *non*, et pro *si sunt*, obtrudunt *sed sunt*. Nec placet *si sint*, quod Gryphium, et Aldum 1561. edidisse video. In proximo Gu. tert. pro *virtutis* dedit *virtutum*.

si sunt] *Si sint* rescribit Heumann.

etiam hoc intelligendum puto] Goth. *esse puto*, quae duo verba Graevio suspecta sunt, nec in cod. Pithoei fuerunt. Rom. *et hoc*.

significatio virtutis] Indicium, specimen. Lael. c. 14. pr. *Si qua significatio virtutis eluceat.* Ibid. c. 9

catio virtutis appareat; colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, hac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. Nam fortis animus et magnus, in ho- 2
mine non perfecto nec sapiente, ferventior plerumque est: illae virtutes virum bonum videntur potius attingere. Atque

A natura gigni sensum diligendi et benevolentiae caritatem, facta significatione probitatis.

colendum] Benevolentia et liberalitate complectendum. Goth. *colendum autem esse quemquam,* sine *ita:* quod non adeo necessarium est. Cap. 19 *Facillime autem ad res iniustas impellitur, ut quisque est altissimo animo.* Vid. ad c. V, 4.

° *ut quisque maxime*] Pronomen *quisque* Ernestus abesse mallet. Id vero omnes libri tuentur, nec sine suavitate repetitur. In Verrem I, 27 *Pro se quisque, ut in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur.* [Cf. supra c. 7, 4: infra 31, 9 *Id enim maxime quemque decet, quod est cuiusque maxime suum.* Laudavit Beierus.]

lenioribus] Sic et Vin. et Ven. Male Goth. et alii quidam *levioribus.* Intelliguntur enim virtutes, *quae pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem,* ut ipse interpretatur lib. II. c. 9.

° *maxime his virtutibus lenioribus*] Gu. quatuor *maxime virtutibus his lenioribus,* quod mihi suavius videtur. Gu. quint. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *maxime* omittunt. Idem MS. et impr. Magont. incert. ac Lugd. *levioribus.*

° *erit ornatus*] Gu. sec. *erat ornatus.*

hac ipsa] Sic Lamb. Grut. Graev. Facciol. *ac ipsa* Goth. Vin. Ven. Ald. Sed *ac* ante vocalem rarius legas in Cicerone et numquam fortasse sine librariorum vitio. Vide quae dixi ad Cornel. Nep. Alcib. IV, 4.

° *hac ipsa*] Hanc scripturam ex nostris solus conservavit Gu. sec. [et Bern. a b] Ceteri et scripti et impr. veteres depravaverunt *ac ipsa.*

° *de qua iam multa dicta sunt*] Gu. sec. *de qua multa dicta iam sunt:* quint. et Gryph. *de qua multa iam dicta sunt.* Utrumvis elegeris, elegantius erit, quam quod vulgatum est Equidem faveo scripturae Gu. secundi. Particulam, cuius sedes ambigua est, Gu. quart. plane excernit. [Bern. a b c Erf. *multa iam,* idque recepit Or. nec iniuria.]

2. *nec sapiente*] Adsutum hoc ex praecedentibus videtur C. Langio, Facciolato et Heumanno, et in uno cod. omissum fuit.

ferventior] Vehementior, iracundior, impotentior.

illae virtutes] Mea exemplaria omnia, *illae vero virtutes.*

° *illae virtutes*] His Gu. tert. [Bern. e Bas.] omnesque impr. veteres *vero,* Gu. quart. *autem* praepostera diligentia interponunt.

° *virum bonum*] A Gu. quart. adiecta vox temere abest. Quatuor reliqui, multi aliorum omnesque impr. vetusti, substantivo postposito, *bonum virum.* [Item Erf. et Bern. a c d e, ac facile defenditur, quia oppositio fit.]

potius attingere] In Graevii var. lect. nescio unde, est *propius attingere,* quod et Guilielm. maluit et Facciolatus unice probat, alterum vix ferendum dicit. De verbo *attingere* vid. ad c. 6. pr. ubi et *maxime attingere* dixit, et ad Cat. mai. c. 15. pr.

in moribus] Vinar. Rom. Ven. al. *in moribus considerantur:* sed in melioribus id verbum abest. *In* est, quod attinet ad. Sic *in reliquis officiis* lib. XI. epist. XXVII, 10. *in equo* de amicit. c. XIX, 5. Vide et ad lib. II, 16. extr. Males tamen fortasse, cum doctiss. Facciolato, *atque haec in moribus* subintelligere spectanda sunt, verbo ex capite superiori extremo huc revocato.

° *Atque haec in moribus*] Immunia haec a glossatorum fraude servant Gu. quatuor Quintus a librario *atque hoc in moribus est,* sed a cor-

3 haec in moribus. De benivolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur. Sed benivolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris,
4 sed stabilitate potius et constantia iudicemus. Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quaedam cura adhibenda est. Nullum enim officium refe-
5 renda gratia magis necessarium est. Quod si ea, quae utenda acceperis, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus; quidnam beneficio provocati facere debemus? An imitari agros fertiles, qui multo plus efferunt,

rectore *atque haec in moribus considerantur*. Hoc impr. Magont. incert. atque Lips. uterque arripuerunt, idque Ven. 1498. ac Lugd. 1527. in *considerentur* mutaverunt.

3. *De benivolentia*] Quod attinet ad benivolentiam, quam alii erga nos habeant. Hoc non videre potuit Rothius, cui Cicero sui hic oblitus videtur, multa fortasse commodius dicturus, si ei Rothii consilio uti licuisset. Quod quia non contigit, nihil huic aliisque frequentius, nihil iam in vulgus quoque notius est. Vide Cort. ad Sallust. Cat. LI, 19. Tursellin. de partic. c. LVII, 10. p. 215.

* *primum illud est*] Gu. tert. *illud primum est.* Deinde quart. *ut plurimum tribuamus,* omisso *ei.*

in officio] Vid. ad cap. VII, 8.

* *plurimum diligimur*] Gu. pr. tert. quart. *diligamur.* [Sic etiam Bern. a b c d Bas. et restituendum videtur, quippe universe dictum, quod ad singulos referatur.]

4. *Sin erunt merita*] Si quis de nobis bene meritus erit, ut non ineunda demum, sive conciliauda nobis sit eius gratia.

* *Sin erunt*] Ex ingenio grammatici alicuius Gu. quart. et quint. *Sin autem erunt.* Proxima Gu. pr. ita convertit *non ut ineunda.*

5. * *quae utenda acceperis*] Gu. quint. [Bern. e] impr. vetusti omnes, quos sequitur Facciolatus, *quae acceperis utenda.*

Hesiodus] Ἔργ. v. 346.

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι,
Ὡς ἄν χρηΐζων καὶ ἐς ὕστερον ἄρκιον εὕρῃς.

Cicero de clar. orat. c. 4 *Quamquam illud Hesiodeum laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet quae acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis.*

An imitari] Sic et Goth. atque hoc tenet Pearcius: *annon* Vinar. Oxon. unus, Ven. omnes, Arg. et Olivet.

* *An imitari*] Impr. vetusti, excepto Romano, omnes, *an non imitari* dederunt. Hos Facciolatus et Ernestus sequuntur. Lambini, Langii, Aldi, Balduini, Franc. Fabricii, Gruteri omnesque Guelpherbytani [etiam Bern. praeter unum e omnes] codices negationem proscribunt. Neque est contra Latinae linguae analogiam, interrogationem simplicem affirmandi sensum suscipere. Ita *suntne* pro *nonne sunt,* et similia sexcenta, apud Ciceronem et optimos occurrunt. Vide infra ad III, 17, 2. Praeterea *dubito an* et *nescio an,* pro eo, quod barbare dicunt *dubito an non, nescio an non,* notissima sunt. [Orellius simillimum locum lib. II. de divin. 57, 117 laudavit: *Quando autem ista vis evanuit? An postquam homines minus creduli esse coeperunt?* Non similem idem e Cat. mai. c. 7, 23, ubi praecedit *num.*]

plus efferunt] Goth. Vin. et vulg. pler. *afferunt,* corrupte. *Efferunt* e melioribus merito recepit Graevius. Sic Brut. c. 4 *Modo idem noster*

quam acceperunt? Etenim si in eos, quos speramus nobis 6
profuturos, non dubitamus officia conferre; quales in eos
esse debemus, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera 7
liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi:
demus, nec ne, in nostra potestate est; non reddere, viro
bono non licet, modo id facere possit sine iniuria. Ac- 8
ceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi. Nec
dubium, quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo
tamen in primis, quo quisque animo, studio, benivolentia
fecerit, ponderandum est. Multi enim faciunt multa teme- 9

animus efficere possit, quod ager: qui, cum multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. Caton. mai. c. 3. extr. *Quae* [virtutes] *in omni aetate cultae, cum multum diuque vixeris, mirificos efferunt fructus.* Plin. lib. VII. epist. XX, 5 *Quae fecundior palus, ipsaque illa extremitas litoris effert.* Plura alii suppeditant plures. Graecos imitati sunt Latini. Epist. ad Ebraeos c. VI, 8 *ἐκφέρουσα ἀκάνθας καὶ τριβόλους.* Chrysost. *περὶ προσευχῆς* orat. I, 29 *ἐκφέρειν τοὺς καρπούς.*

* *efferunt*] Huius verbi conservati laudem solus ex nostris sibi vindicat Gu. pr. [et Bern. b c]. In quarto [item Bern. d] est *offerunt,* in reliquis omnibusque impr. veteribus *afferunt,* quod Facciol. retinuit. Deinde Gu. tert. *quam receperunt.*

6. * *Etenim si in eos, quos*] Particulam *si* Gu. pr. omittit Tertius *si in eos ipsos, quos.* Idem codex paulo post *non dubitamus beneficia conferre.* Deinde idem *qui nobis iam profuerunt,* impr. Magont. [Bern. e] *qui iam profuerint.*

7. * *dandi beneficii*] Gu. tert. *beneficii* omittit. Impressi Magont. Ven. 1498. uterque Lips. praeeunte Gu. quarto, *dandi beneficium.*

demus nec ne] Utrum demus, nec ne. Sic *velit nolit* lib. III. ad Q. F. epist. 8.

* *non reddere viro bono*] Post *reddere* corrector Gu. quinti *vero* inculcat. Eiusdem codicis exemplo omnes olim editi expresserunt *bono viro.*

modo id facere possit] Goth. Vin. Rom. et vulg. *si modo,* ut supra n. 5 *si modo possis.* Sed hic coniunctio in aliis MSS. et Ven. quart. rectius abest, et *modo* est *dum modo,* ut saepe.

* *modo id facere possit*] Male Gu. sec. quart. corrector quinti omnesque impr. veteres *si* praemittunt [item sic Erf. et Bas. sed nullus Bernensium.]

sine iniuria] Virum bonum oportet reddere, dummodo sine aliorum iniuria id fieri possit, salva fide et pietate in proximos.

* *sine iniuria*] Haec sine causa probabili hinc sublata Gu. quart. prioribus ita inserit: *viro bono sine iniuria non licet, si modo id facere possit,* quamvis ita legere nos iubeat Corradus in quaestura p. 352.

8. *beneficiorum sunt delectus*] Distincte et gradatim beneficia sunt remuneranda, non omnia aequaliter. Maximo enim cuique beneficio plurimum debetur.

* *Nec dubium*] Gu. sec. *ne dubium.*

animo, studio] Goth. tres Lond. *animi studio,* quod respuo: *Quo animo, quo studio* diversa sunt, et distincte consideranda.

* *animo, studio*] Ordine praepostero Gu. pr. *studio animo.* Pearcio Ernestoque, qui *animi studio* ediderunt, nullus meorum librorum astipulatur.

* *benivolentia fecerit*] Gu. pr. *fecit,* impr. Ven. 1498. *fecerint.* Post *ponderandum* Gu. quart. verbum *est* neglexit.

ritate quadam, sine iudicio vel modo, in omnes, vel re-
pentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quae
beneficia aeque magna non sunt habenda, atque ea, quae
10 iudicio, considerate constanterque delata sunt. Sed in col-
locando beneficio, et in referenda gratia, si cetera paria
sunt, hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis in-
11 digeat, ita ei potissimum opitulari. Quod contra fit a ple-
risque. A quo enim plurimum sperant, etiamsi is non
eget, tamen ei potissimum inserviunt.

9. *vel morbo in omnes*] Ita scripti aliquot, quibus Gruterus, Gronovius et Graevius primas deferunt: cum pluribus vero nostri *vel modo*. Hoc mihi doctissimorum virorum, Victorii, Pearcii, Facciolati, Heumanni iussu, meoque iudicio praeferre liceat. *Multi,* inquit, *faciunt multa temeritate quadam,* (ut quisque fortuna et casu occurrit) *sine iudicio vel modo* (sine dilectu dignitatis, sine ullo largiendi modo) *in omnes:* (non proximos tantum, necessarios aut alienae opis maxime indigos) *vel* (si in hos quidem praecipue liberales esse velint) *repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati* (in paribus causis haud pariter adfecti, sed prout animi impetus tulerit, modo profusiores, modo restrictiores.) In eo tantum a Pearcio et Heumanno dissentio, ut coniunctionem *vel*, quae in omnibus exemplaribus est, retineam: qua sublata illi legunt, *in omnes repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati,* coniungentes *in omnes incitati.*

* *vel modo*] Hanc scripturam et libri a me inspecti, et exc. Bedae atque Eybi tuentur. Retinuit eamdem Ernestus, qui tamen Pearcii atque Heumanni exemplo particulam *vel* in proxime sequentibus delevit. [Sed refutatur ista scriptura *vel modo* iis, quae de significatione particulae *vel* simpliciter positae annotavi ad Ciceronis libr. IV. in Verr. c. 51. Apparet *vel-vel* coniungendum esse, *vel morbo* i. e. perpetua quadam animi imbecillitate *in omnes, vel repentino animi impetu* in hunc aut illum *incitati.* Ceterum *morbo* est in Bern. a b]

* *impetu animi incitati*] Gu. tert. *excitati.* Paulo post idem transponit *magna habenda non sunt.*

quae iudicio] *Iudicio* in Goth. in margine est, cuius vis iam est in *considerate.* Sed si alterutro carendum esset, mallem *considerate* delere. Vid. Heumann. ad orat. pro Ligar. c. III, 2. [Minime vero: illa duo adverbia coniuncta opponuntur *temeritati.*]

* *considerate constanterque.*] Exc. Bedae *con..iderato constantique*, Eyb. *considerato constanterque.*

10. * *et in referenda gratia*] Gu. quart. *referendaque gratia.*

paria sint] Goth. *sunt paria.*

* *paria sint*] Ex quatuor primis Gu. ex Beda et ex impr. Venet. 1498. reduxi *paria sunt.*

* *hoc maxime officii est*] Gu. sec. et quart. *hoc maxime officium est.* Mox tert. *ita ei plurimum opitulari.*

11. *Quod contra fit*] Vid. ad Cat. mai. c. XXIII, 13.

etiamsi ille his non eget] Ita adhuc fere lectum fuit, etsi Ald. Manutius iam vidit, rescribendum esse *etiamsi is non eget.* Hoc quia in Goth. membranis expressum reperi, non diutius in tenebris iacere passus sum: cum nihil sit, quo *his,* quod ex *is* corruptum, referatur. Rom. *ille iis,* Vinar. et Ven. tres *etiamsi ille is,* ut appareat, ex uno pronomine eiusdem casus duo diversorum casuum facta esse Postquam haec scripsi, celeberr. Facciolatum ita iam superiore anno emendasse cognòvi, qui et *egeat* rescripsit ex Venetis, quod equidem minus necessarium duco, etsi ita quoque in Goth. scriptum est. Infra c. XVII, 7 *etiamsi in alio cernimus.*

Optime autem societas hominum coniunctioque servabitur, si, ut quisque erit coniunctissimus, ita in eum be- 16
nignitatis plurimum conferetur. Sed, quae natura principia 2
sint communitatis et societatis humanae, repetendum videtur altius. Est enim primum, quod cernitur in universi 3
generis humani societate, eius autem vinculum est ratio et

° *etiam si ille his*] Ita est in Gu. sec. quint. [omnibus Bern.] in exc. Bedae atque Eybi, in impr. Ven. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. Gu. pr. *etiam si ille is:* tert. *et si ille iis:* quart. *etiam si ille hoc*: impr. Magont. *ille hiis:* incert. *ille iis*. Gothani codicis scripturam auctore patruo reduxi.

° *non eget*] Indicativum et scripti, et veteres impr. mei omnes [etiam Bernenses], consensu plane laudabili, tuentur.

° *potissimum inserviunt*] Gu. tert. *potissimum dant et inserviunt:* quart. *potissimum serviunt.* Alteri librario glossatoris interpretamentum, alteri praecedentis vocabuli extrema littera imposuit.

Cap. XVI. 1. *Conferetur*] Goth. a prima manu *confertur*, et paulo post *repetendum videbitur altius:* utrumque male.

* *conferetur*] Gu. pr. *confertur.*

2. *natura principia*] Recte ita Goth. sexto casu, non secundo *naturae,* ut Vinar. Oxonienses et multi alii Intelligit primas communitatis et societatis causas ab ipsa natura constitutas. ° *Natura* est in Gu. sec. Male ceteri et scripti et impr. veteres nostri *naturae principia.* [Nobis quidem nihil magnopere interesse videtur, utrum sint *natura principia* an *naturae principia,* hoc autem longe maiorem auctoritatem habet a libris mss. Bern. a b d e Erf.]

° *altius videtur*] Elegantiore positu quatuor primi Gu. [aliique multi] atque ed. Anemoec. *videtur altius.*

3. *Est enim primum*] Dixerat, *altius* esse repetendum, id est, a prima origine: sequitur ratio, *est enim primum.* Nihil, inquit, est prius: illud est antiquissimum, quod in universi generis humani societate cernitur; id est, prima est illa societas, quae inter omnes, qui sunt ubique homines, animadvertitur. Haec enim ab ipsa natura profecta, non hominum aliquo consilio et consensu constituta est. Huius autem naturalis societatis *vinculum est ratio et oratio,* qua utraque homines hominibus conciliantur. Cl. Facciolatus vulgatam scripturam, quasi parum Latinam, aspernatus, ex suo ita rescripsit ingenio: *Est autem primum, quod cernitur, in universi generis humani societate vinculum, ratio et oratio,* eiectis duobus verbis *eius autem,* quae in omnibus libris sunt. Haec emendandi ratio, ubi necessaria videtur, vix probari potest iis, qui religiose tractant vetustatis monumenta, nedum hic, ubi vix ulla mendi est suspicio. Quod si coniunctio *enim* doctas aures offendit, ex *vero* facilius ea fingi potuit, quam ex *autem*, cum *u* et *n,* quae illarum notae sunt, saepissime permutentur. In ceteris, quod mutandum sit, nihil equidem deprehendo, nec ante me quisquam, quod sciam, deprehendit.

* *Est enim primum*] Particulae *enim* et *nam,* quemadmodum apud Graecos *γάρ*, interdum pro *autem, vero, nimirum* adhibentur. Vide Parei lex. crit. p. 416. et quae adnotabimus ad Lael. XXIV, 3.

* *eius autem vinculum est*] Haec verba editores a praecedentibus maiore interpunctione secreverant. Ea sublata, tenebras omnes, quibus hic locus obscurus erat, discussas esse puto. Coniunctionem *autem* prope idem sonare, quod *atque*, pervulgatum est. [Quae de h. l. disputantur, falsa mihi videntur esse. *Primum* refer ad *principia naturae; enim* ipsam explicationem orditur, quod recte alter Heus. intellexit. Post *societate* interpunge. Hoc igitur principium est ipsa humana natura, quod homines nati sumus. Inde universi generis humani societas derivatur et

oratio; quae docendo, discendo, communicando, disceptando, iudicando conciliat inter se homines, coniungitque naturali
4 quadam societate. Neque ulla re longius absumus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem saepe dicimus, ut in equis, in leonibus: iustitiam, aequitatem, bonitatem non
5 dicimus. Sunt enim rationis et orationis expertes. Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas haec est; in qua omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas. Ut, quae descripta sunt legibus et iure civili, haec ita teneantur, ut sit constitutum, e quibus ipsis: cetera

constituitur. Eius autem societatis ait esse vinculum rationem et orationem.]

communicando] Non est *mutuo dando* et *accipiendo:* sed *consilia conferendo,* ut rectius Aldus interpretatur. [Ne hoc quidem, sed animi sensu proferendo.] Hic enim rationis et orationis effectus est.

disceptando] *Disceptare* est, ex utraque parte ad se tuendum causamque suam defendendam aliquid trahere, id est, accusare, defendere. [Potius rationes conferre et expendere, suas tueri, alienas elevare.] Id cum factum est utrimque, tum demum *iudicatur.*

5. *Ac latissime quidem patens*] Societas, quae latissime patet *hominibus inter ipsos* (quae pertinet ad universum genus humanum, omni generi hominum communis est.) *omnibus inter omnes* (et quae cuique cum quocumque homine, ignoto quamvis et peregrino, intercedit.) *haec est.* Vide supra c. 7. pr. lib. III, 17, 4.

hominum usum] Goth *omnium usum.* Rom. *communem usum hominum.*

* *hominum usum*] Gu. quart. omnes impr. veteres et Facciol transponunt *usum hominum.* Gu. quint. *usum omnium hominum.*

natura genuit] Qualia sunt lux, aër, ignis, aqua, et quae terra gignuntur.

Ut quae descripta sunt legibus] Quae legibus attributa et adsignata cuique sunt. Vide ad cap. V, 3. Fortasse leg *at quae legibus descripta sunt,* vel *ut tamen quae.* Facciolatus hanc exceptionem in margine ab aliquo adscriptam suspicatur. Interea, dum nihil certius habeo, *ut* explico, *ita ut.*

* *Ut quae descripta sunt legibus*] Recte, opinor, Heinzius v. c. qui libros de officiis Germanice vertit, particulam *ut* pro *etsi* accepit. Equidem periodum, quam ab his verbis novam ordiri puto, sic interpungendam duxi, ut sententia prodiret illa: *Esto, quae descripta sunt legibus et iure civili, haec ita serventur, ut sine ambiguitate constet, e quibus ipsis legibus et ex quo iure civili quaeque teneantur: cetera tamen sic observentur,* et reliqua. Etiam dubitare coepi, an Cicero scripserit *et sit constitutum.* [Mira haec. Tu sic intellige: *ut* esse pro ita quidem ut, eum ad finem ut; porro *e quibus ipsis* (deleta inepta post ea verba interpunctione) scil. *legibus et civili iure, cetera,* quae non descripta et alicui in proprietatem concessa sunt, *observentur ut communia.* Relativum adiunxit praegressis paulo durius, inde tot admirabiles interpretum opiniones natae sunt, quas persequi in hac mole voluminis non licet.]

* *haec ita teneantur*] Gu. quart. *haec* omittit.

e quibus ipsis] Non possunt copulari *e quibus cetera.* Nam si ad *descripta legibus* trahas, privata intelligentur, cum potius de iis loquatur, quae communia esse vult: si ad *omnium rerum, quas ad communem usum natura genuit,* non eius-

sic observentur, ut in Graecorum proverbio est, amicorum esse communia omnia. Omnia autem communia hominum 6
videntur ea, quae sunt generis eius, quod ab Ennio positum in una re, transferri in multas potest.

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,

dem generis sunt cetera, de quibus praecipit. Hac interpretandi difficultate motus Facciolatus haec tria verba obelo configit: Pearcius emendat, *ut constitutum est civibus ipsis:* Guilielm. et Heumann. *ut sit constitutum legibus ipsis.* Videant eruditi, an *e quibus* sit, secundum quae, ad quorum exemplum, quae scilicet vel natura communia, vel iure civili privata sunt: ut intelligatur, ad eumdem modum cetera observanda esse, quae nec communia proprie sunt, nec privata, ut ita his utamur, ne iisdem fruendis alios prohibeamus, sed alia cum iis communia, alia propria habeamus. Eadem fere significatione paulo post n. 7. dicit *una ex re satis praecipitur,* ubi plura. Sic etiam *ex quo* saepe usurpatur, pro *secundum quod,* ut n. 8. cap. VII, 3. et 6. cap. XVI, 8.

* *cetera sic observentur*] Gu. quart. *cetera sic serventur:* impr. incert. et uterque Lips. *cetera si serventur.*

Graecorum proverbio] Quod legitur apud Aristotelem lib. II. politicor. cap. 3 Δι' ἀρετὴν δ' ἔσται πρὸς τὸ χρῆσθαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Id Plutarchus ad Diogenem auctorem refert in libro *ne suaviter quidem vivi posse secundum Epicuri decreta* p. 1102. extr.

* *amicorum esse omnia communia*] Vocabulum *omnia* duo Gu. omiserunt: quod eo facilius accidere potuit, quia Cicero scripserat *amicorum esse communia omnia. Omnia autem* cet. Atque ita e Gu. sec. tert. quint. exc. Bedae atque Eybi reposui.

6. *communia hominum videntur*] Non displicet Heumanniana coniectura [quae scriptura est Bern. c.] *communia omnium.* Nec tamen spernenda est vulgata. [Mihi videtur corrigendum *Omnium autem com. hominum vid. ea.* Nam *hominum communia* nibil est, satis esset *communia* simpliciter, et *omnia* redundat.]

quae sunt generis eius] Goth. *quae generis sunt, quod ab Ennio positum.* Glossa adiecit *eiusdem generis,* ut in Vinar. et vulgo. Aldus in aliquo cod. reperit *huius generis:* unde suspicor, *eiusdem, eius* et *huius* quoque abesse debere, etsi *eius* in pluribus est.

* *quae sunt generis eius*] Perperam Gu. tert. *quae sint generis eiusdem.* Etiam in impr. Magont. Ven. 1498. utroque Lips. et Lugd. 1527. est *eiusdem,* quod repetierunt e cap. III, 2. ubi legerant, *et quae sunt generis eiusdem.*

in permultas] Grut. et quatuor Oxon. *in multas,* Vinar. Ven. omnes et quatuor Oxon. *per multas,* quod Facciol. reposuit. *In permultas* conflatum est ex diversa lectione *in* et *per.*

* *in permultas*] Hoc est in Gu. tribus [et Bern. d e Bas.]. At pr. et quint. [Bern. a b] dederunt *in multas,* quod merito placuit patruo. [Bern. c *in multas pot. transf.*] Impr. veteres omnes *transferri per multas.*

* *Homo qui*] Gu. tert. quint. impr. incert. ac Lugd. 1527. *Ut homo qui,* quod aeque ineptum est, atque illud, quod paulo post in omnibus meis lego, *comiti monstrat viam.* Versus huius testimonio utitur pro Balbo c. 16. ubi *comiter* interpretatur *benigne, et non gravate.*

qui erranti comiter monstrat viam] Vid. lib. III, 13, 4.

comiter] Goth. Rom. *comiti,* corrupte.

de suo lumine] In Goth. *suo* omissum, et aliena manu adscriptum reperio. Eo eiecto et metro et sententiae consuletur, ut non opus sit συνεκφωνήσει, ad quam vulgatae lectionis adsertores confugere coguntur.

Quasi de suo lumine lumen accendat, facit.
Nihilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit.

7 Una ex re satis praecipit, ut, quidquid sine detrimento
8 possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aqua profluente; pati ab igne

Rom. *quasi de suo lumine lumen accendat facit.*

* *quasi lumen de suo lumine*] Ennius et aequales *suo* una syllaba, quam duabus, efferre maluerunt. Ita *sui* habes de divin. I, 40. Elegantiore positu legimus in Gu. tert. quint. impr. Magont.' incert. Ven. 1498. et in utroque Lips. *Quasi de suo lumine lumen*. [Mihi displicet, proboque vulg. scripturam Bern. quattuor.]

Nihilo minus ipsi lucet] Goth. *nihilo minus ipsi ut luceat.* Vinar. *ut nihilo minus ipsi luceat.* Eadem inconstantia in Oxoniensibus est: e quibus tamen duo non habent *ut,* quod cum C. Langio, Fabricio, Graevio, Pearcio et Facciolato excludo, et *lucet* pro *luceat* retineo. Diversitas lectionis inde orta est, quod librarii verbum *facit* ad postremum versum adiecerunt, et *facit ut luceat*, vel *facit luceat* coniunxerunt. Sed vide hoc cap. extr.

* *Nihilo minus ipsi lucet*] Gu. sec. *luceat,* omissa tamen coniunctione *ut,* quam reliqui incommode asciscunt. Gu. tert. *facit enim ut nihilo minus sibi luceat.* Cetera et scripta et impr. exemplaria nostra *facit, ut nihilominus ipsi luceat.*

7. *Una ex re satis praecipit*] Goth. et Vin. cum Rom. Ven. pr. *qua ex re satis praecipitur,* Rom. et Ven. sec. *percipitur,* tert. *qua ex re satis praecipit;* commodius fortasse, quam vulgo, quod *una re* iam praecessit. Facciolatus *una enim ex re,* ex Ven. quarta dedit. Retinui *praecipitur*, quod et Olivetus fecit; et si Graevius, Pearcius et Facciolatus, Langium et Fabricium secuti, *praecipit* praetulerunt. Graevii vero coniecturam *ex una re satis percipitur,* etsi, et mea aliquot exemplaria comprobant, tamen ipse verborum textus refutat, cum sequatur, *ut,* huic verbo minime conveniens. Nihil autem aliud in his, *una ex re* vel *qua ex re,* praepositio *ex* significat, quam in vulgatis illis, *ex more, ex senatus consulto, ex consilii sententia, ex XII. tabulis* lib. III. c. 16. pr. ubi est κατά, secundum. Vide ad lib. III, 7, 2.

* *Una ex re satis praecipit*] *Una ex re* tuentur duo Gu. optimi et Anemoec. Tert. *Una enim ex re:* quart. *ex qua re:* quint. omnesque impr. veteres *qua ex rè.* Nec muto *praecipit,* quod, praeter optimos aliorum libros, Gu. sec. [Bern. a c Erf. Bas.] impr. Ven. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Anemoec. stabiliunt. Minus eleganter Gu. pr. ac tert. *praecepit:* quart. et quint. *praecipitur:* impr. Magont. et incert. *percipitur.*

* *sine detrimento*] Gu. tert. *sine nostro detrimento*, quod e glossa natum est.

commodari] Goth. *accommodari.*

* *possit commodari*] Quatuor primi Gu. *commodari possit* [item Bern. quattuor primi: sic igitur scribendum.]

vel ignoto] Rom. *cuique vel ignoto,* quod et margo Goth. habet.

* *id tribuatur vel ignoto*] Gu. pr. *vel ignoto id tribuatur:* quart. *id tribuatur ignoto,* omisso *vel:* tert. omnesque impr. vetusti, *id tribuatur cuique vel ignoto.* Pronomen *cuique* ex glossa accessisse, illud quoque arguit, quod in Gu. quinto adscriptum est manu recentiore. Aliud agebat Ernestus V. C. quum hic emendandum susciperet, quod in nullis exemplaribus corruptum erat.

8. *Ex quo*] Goth. *ex quibus.* Vid. adn. 5.

non prohibere aqua profluente] Vin. et Rom. *aquam profluentem,* quod in suis etiam reperit Pearcius et retinuit: Goth. *aquam fluentem.* Etsi vero *prohibere* cum quarto casu non damnandum esse docui ad Cornel. Nep. Hannib. III, 4. [cf. Ouden-

ignem capere, si qui velit; consilium fidele deliberanti dare: quae sunt iis utilia, qui accipiunt; danti non molesta. Quare et his utendum est, et semper aliquid ad communem utilitatem adferendum. Sed quoniam copiae parvae 9
singulorum sunt; eorum autem, qui his egeant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem,

Nihilo minus ipsi lucet;

ut facultas sit, qua in nostros simus liberales.

Gradus autem plures sunt societatis hominum. Ut 17

dorp. ad Caes. Bell. civ. II, 35.] hic tamen eos sequor, qui sextum praeferunt, quem et Aldus ex optimo cod. suo restituit. * Et Gu. MSS. et veteres impr. omnes praescribunt *aquam profluentem* [Bern. vero a b c ablativos.]

pati] Deest in Goth. secunda tamen manu suppletum.

* *si quis velit*] E Gu. sec. edidi *si qui velit,* quod iam a Gronovio factum esse video. [Est in Erf. et Bern. melioribus.]

deliberanti] Interpretantur *consulenti*: cur non potius *tecum deliberanti?* Ambrosius lib. II. de offic. c. 8. pr. *Quo possit utile consilium ac fidele desideranti dare.* Sed Ambrosius fortasse alio verbo uti maluit, quam Ciceroniano.

Quare et his utendum est] Quae modo memoravi, relinquere quisque debet in omnium hominum usu; et praeterea de suo aliquid in commune bonum, et ad aliorum utilitatem, conferre. FACCIOLAT.. [Mira explicatio, qui enim *uti* potest esse pati ut quis utatur? Beierus longe rectius dictum fere putavit pro licet tales res in usum nostrum convertere, ita ut simul ipsi aliquid cet. Mihi *haec,* quae dicit, videntur esse praecepta illa communia, quibus uti, i. e. quae exequi debemus.]

9. *copiae parvae singulorum sunt*] Goth. *copiae singulorum parvae sunt.*

qui his egeant] Scripti *hiis,* quod est etiam *iis:* Facciolatus hoc pronomen abstulit.

* *qui his egeant*] Gu. tert. *qui iis:* impr. Magont. *qui hiis.* Gu. quint. pronomen *his* excernit,

referenda est ad illum Ennii finem] Liberalitas illa, quae omnibus impertit, ad eum modum revocanda est, quem Ennius praescribit, nec longius progredi debet. *Finis* hic est terminus, quem Ennius liberalitati vulgari statuit, ne scilicet aut ipsi egeamus, aut nostris ad vivendum necessaria desint.

Nihilo minus ipsi lucet] Quemadmodum alio lumen de nostro accendente, nihilo minus nobis lucet: ita promiscue quidem omnibus, sed ita benigne faciendum est, ne alios saturantes ipsi esuriamus. Hic etiam Vinar. Rom. Ven. tres, Arg. Ald. *nihilo minus ut ipsi luceat,* Goth. *luceat* sine *ut.* Sed non recedo a Fabriciana et Graeviana lectione, quae et in Ven. quarta est.

* *ipsi lucet*] Ita Gu. pr. a quo non multum recedit, quod est in sec. *ipsi licet.* Corruptius quart. *ipsi luceant:* quint. *ipsi luceat:* tert. *ipsi ut luceat:* omnes impr. veteres *ut ipsi luceat.*

in nostros] Proximos, sanguine coniunctos et domesticos, quos tueri debemus.

Cap. XVII. 1. *Gradus autem plures sunt*] Vin. *sunt* omittit, Goth. *gradus autem sunt plures,* ex ipso Ciceronis more. Cap. XV, 8 *Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi.* Lib. II, 21, 14 *Caput autem est in omni procuratione negotii.*

enim ab infinita illa discedatur, propior est eiusdem gentis,
2 nationis, linguae, qua maxime homines coniunguntur. Interius etiam est, eiusdem esse civitatis. Multa enim sunt civibus inter se communia: forum, fana, porticus, viae, leges, iura, iudicia, suffragia, consuetudines praeterea et familiaritates, multisque cum multis res rationesque contractae.

ab infinita illa] *Ab infinitate* Vin. tres Oxon. Rom. Ven. omnes, Arg. Ald. qui tamen *infinita* in adnot. probat ex aliis codd. quod et in Goth. et aliis pluribus est. Vide Lael. c. 5. extr.

* *Ut enim ab infinita illa discedatur*] Gu. quatuor transponunt *ab illa infinita*: quint. *Ut enim ab illa discedatur infinita*. Hinc omnes impr. veteres *Ut enim ab illa discedatur infinitate*. [*illa infin.* quattuor Bern. alii]

* *propior est eiusdem*] Verbum *est* Gu. pr. omittit.

eiusdem gentis] Non familiae, sed eiusdem populi. Ita Graeci, Latini, Galli, Germani erant eiusdem gentis. Pro hoc lib. III. c. 17. vulgo legitur *eiusdem generis*.

* *eiusdem gentis*] Gu. pr. *eiusdem generis*, de quo vide infra ad III, 17, 4. Gu. tert. *eiusdem esse gentis*.

Interius etiam est] Goth. *interior est autem etiam eiusdem*. Unus etiam Oxon. duo Aldi et Guilielm. codd. *interior*, quod cum Grutero ita probo, ut cum Rom. et Oxon. cod. uno *est* omittatur, legaturque, *interior etiam eiusdem civitatis*. Sic lib. III. c. 17 *Societas enim est, latissime quidem quae pateat, omnium inter ipsos; interior eorum, qui eiusdem gentis sunt; propior eorum, qui eiusdem civitatis*. Ita aequalia sunt omnia, *propior, interior, arctior*. Est autem *interior*, ab extremitate remotior, restrictior. Vid. lib. V. de fin. c. 23.

* *Interius etiam est*] Duo primi Gu. *interius est etiam*: quart. *interior etiam est*. Tertius coniunctionem *etiam*, et quintus verbum *est* excludit. Proxima Gu. pr. transponit sic: *esse eiusdem civitatis*.

2. *Multa sunt enim civitatibus inter se communia*] Nescio cur ita Gruter. et Graev. ediderint: in meis omnibus *civibus* lego, quod solum verum est. Non *civitatibus* multa sunt communia, sed *civibus*. Atque ita etiam Pearc. Olivet. et Facciolatus.

* *Multa enim sunt civibus*] Coniunctio *enim* abest a Gu. pr.

iura iudicia] Haec non sunt in Goth.

* *leges, iura, iudicia*] Scholiastes Gu. *Leges, quantum ad scripta: iura, quantum ad non scripta*. Hinc nata est lectio ista Gu. quart. *leges, scripturae, iura, iudicia*. In tert. vocabulum *iura*, in impr. Magont. *iudicia* deest.

* *et familiaritates*] Copulam Gu. pr. et tert. ignorant; impr. Lips. 1513. in *ac* mutat.

multisque cum multis res] Goth. Vin. aliquot Oxon. Rom. *multaeque cum multis*, ut Facciol. et ante eum Grut. et plures: sed Lang. Fabric. Lamb. Graev. et Olivet. ut edidi. *De rebus contractis* vid. ad c. V, 2.

* *multisque cum multis*] Ita diserte legitur in Gu. sec. et quart. atque ita esset in quinto, nisi corrector, scriptura priore erasa, fecisset *multaeque*, quam lectionem etiam in tertio [et Bern. e Bas.] et antiquis impr. omnibus reperio In Gu. pr. erat *amulque cum multis*, ut dubitari queat, an librarius ille in suo exemplari invenerit *simulque*.

res rationesque contractae] Cicero pro Deiot. c. 9 *Cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res rationesque iungebat*. Id. pro Sull. c. 20 *Magna ratione cum Mauretaniae rege contracta*. Sunt ergo *rationes contractae*, quales intercedunt cum debitore creditori, et contra.

* *res rationesque contractae*] Ad hunc locum scholiastes Gu. sic commentatur: *Contractus quandoque fit*

Artior vero colligatio est societatis propinquorum. Ab illa 3
enim immensa societate humani generis in exiguum angu-
stumque concluditur. Nam cum sit hoc natura commune 4
animantium, ut habeant lubidinem procreandi, prima socie-
tas in ipso coniugio est: proxima in liberis: deinde una
domus, communia omnia. Id autem est principium urbis,
et quasi seminarium rei publicae. Sequuntur fratrum con- 5
iunctiones: post consobrinorum sobrinorumque: qui cum

rei, quandoque rationis. Rei, cum fit venditio: rationis, cum hoc modo, ut si hoc feceris, dabo tibi centum solidos. Contractus est ultro citroque obligationem pariens Alibi etiam Cicero *res rationesque* coniungit Pro Quinct. c. 5 *Nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset.* Pro Cluent. c. 14 *Cum illo iam nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat.*

3. * *Arctior*] Scripsi *Artior* e Gu. pr. sec. quint. et impr. Magont. [etiam Erf. et Bern. plerique, et sic ubique scribendum.] Mutato verborum ordine Gu. tert. *arctior vero est colligatio,* quart. *arctior est vero colligatio.* In Gu. pr. pro *colligatio* est *obligatio.*

societatis] Sic et Vin. et Ven. omnes, non *societas,* ut Goth. et Ald.

4. *commune animantium*] Goth. et cum plurib. vulg. Facciol. *commune omnium animantium,* non male: *omnium* tamen abest etiam a Vin. Venetis tribus et Arg.

* *Nam cum sit hoc natura commune animantium*] Gu. pr. *Nam cum haec sit natura animantium,* omisso *commune:* tert. *Nam cum sit hoc naturae commune animantium:* quart. *commune naturae*: impr. Lips. 1513 *animantum.*

lubidinem procreandi] *Lubido* an *libido* scribatur, parum intererit, cum utrumque cupiditatem cum voluptate coniunctam significet, quae et bona et mala esse potest. Vide Cort. ad Sallust. Cat. VII, 4.

* *lubidinem*] In nostris omnibus est *libidinem.*

deinde una domus, communia omnia] *Una domus* est prima societas: id est, prima societas est inter eos, quibus una domus. Nostra lectio est etiam in Goth. leviter mutata in Vinar Ven. utr. Lips. *omnia communia*: unus Oxon. *cui communia omnia,* alius Oxon. ed. Rom. pr. Ven. quart. *cui sunt communia omnia,* et sic Facciol. omisso tamen verbo *sunt.*

* *communia omnia*] Gu. quint. *omnia communia,* quem ordinem impr. veteres referunt omnes.

Id autem est principium urbis et quasi seminarium reipubl.] Haec ad rem non facere, et Ciceroni supposita esse videntur Facciolato.

5. *consobrinorum sobrinorumque*] *Consobrini* dicuntur nati ex duobus fratribus vel duabus sororibus, *sobrini* filii consobrinorum. Ita P. Marsus et Maturantius, auctorem secuti Donatum ad Terent. III. Andr. V, 6. ubi ille: *Sobrini sunt consobrinorum filii. Verum ut alii putant, de sororibus nati, ut sint* sobrini *quasi* sororini. Aliter idem ad III. Hec. V, 9 *Sobrini sunt ex duabus sororibus*: *consobrini ex fratre et sorore.* Prior significatio huic loco paulo aptior est, eamque et Festus comprobat p. 182. extr.

* *consobrinorum sobrinorumque*] *Consobrini* et *consobrinae* proprie sunt, qui quaeve ex sororibus nati nataeve sunt, quasi *consororini;* et *sobrini* consobrinorum dicuntur liberi. Ita Cicero de or. II, 1 *consobrinos* vocat materterae suae filios. At in eo, quem nunc explicamus, loco, significatione latiore (de qua vide Paullum I. C. digestor. lib. XXXVIII. tit. 9. l. 10.) *consobrini* appellantur non sororum tantum liberi, sed fratres etiam et sorores patrueles amitini et amitinae. Ita noster pro Ligar. c. 4. T. Brocchum, qui erat

una domo iam capi non possint, in alias domos, tamquam
6 in colonias, exeunt. Sequuntur connubia et affinitates: ex
quibus etiam plures propinqui. Quae propagatio, et suboles, origo est rerum publicarum. Sanguinis autem coniunctio, benivolentia devincit homines et caritate. Magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdem uti
7 sacris, sepulcra habere communia. Sed omnium societa-

avunculi Ligarii filius, Ligarii *consobrinum* vocat.

non possint] Goth. *non possunt*, recte. [At non fit ut una domo illi contineantur. Itaque *possint* praeferendum.]

° *qui cum una domo iam capi non possint*] Gu tert. *qui cum una iam domo*, transposita particula *iam*; quam impr. incert. et uterque Lips. excludunt. Pro *possint* in Gu. pr. tert. et quint. est *possunt*, in quarto *possent*.

° *tamquam in colonias*] Gu. quint. [et Bern. e] cum toto grege impr. veterum *quasi in colonias*.

propinqui] Ergo et *affines* dicuntur *propinqui*: quod iam probavi ad Cornel. Nep. Eum. XIII, 4.

6. *Quae propagatio et soboles origo est rerum publicarum*] Hoc quoque membrum adscitum esse, Facciolatus pronuntiat. Ego tantum mihi non arrogo, ut omnium librorum fidem damnem, ubi fraus teneri manibus non potest. *Suboles* autem scribo cum Festo, optimis membranis, Lambino et Fabricio. Est enim a *subolescere*, nec ullo exemplo probari potest, *sub* in *sob* mutari. Quid hic auribus dandum sit, non video, quibus *suboles* non potest esse ingratius, quam *soboles*.

° *suboles*] Libri mei omnes tenent *soboles*: quo tamen haud magis moveor, quam eo, quod iidem *iocundus* pro *iucundus* obtrudere solent.

et benivolentia devincit homines caritate] Recte Perizonius in Graevianis addendis emendat, *et benivolentia* (sexto casu) *devincit homines et caritate*: rectius prius *et* omittunt Gronovius, Pearc. Olivet. et Facciolatus. Vinar. Rom. Ven. omnes, Arg. Ald. et plures *devincit caritate homines*, pro *devincit et caritate homines*, quod praefero. Copula ab ultima praecedentis verbi syllaba absorpta est. *Benivolentia* et *caritas* saepius a Cicerone coniunguntur. Pro Sext. c. 3 *Sed caritatem illius necessitudinis et benivolentiam non ademit*. Lael. c. 5 *Quis non cum caritate aliqua et benivolentia M. Curii memoriam usurpet*. Cap. 9 *Natura gigni sensum diligendi et benivolentiae caritatem*. Cap. 22 *Homines benivolentia coniuncti*. Pearcius ita quoque legi posse censet: *sanguinis autem coniunctio et* (etiam) *benevolentiae devincit homines caritate*.

° *benivolentia devincit homines et caritate*] Ita ex Iac. Gronovii coniectura, viris doctissimis probata edidi, licet in MSS. Gu. quoque *et benivolentia devincit homines caritate* legatur. Horum tamen quintus copulam *et* ante vocem *benivolentia* omittit. Omnes impr. veteres exhibent *et benivolentia devincit caritate homines*. [Nullus igitur liber ms. ut editur, ne recens quidem collatorum. Praestat autem *et benivol — et car.* legi, a quo cum semel abitum esset, alius alio modo erravit.]

monumenta maiorum] Eorum imagines, insignia, statuas, tropaea, commentarios, quae posteris avitam virtutem in memoriam revocant eosque domestico exemplo monent. Cicer. Brut. c. 16 *Ipsae enim familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant, et ad usum, si qui eiusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum, et ad illustrandam nobilitatem suam*.

iisdem uti sacris] Privata et gentilicia sacra intelligit, quae cuiusque gentis et familiae erant propria, quaeque ad heredes transibant. Vide R.

tum nulla praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti. Illud enim honestum (quod saepe dicimus) etiamsi in alio cernimus, tamen nos movet atque illi, in quo id inesse videtur, amicos facit.
Et quamquam omnis virtus nos ad se 8
allicit facitque, ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur: tamen iustitia et liberalitas id maxime efficit. Nihil 9
autem est amabilius, nec copulatius, quam morum simili-

Strein. de famil. Rom. praefat. Goth. haec transponit: *sepulcra habere communia, eisdem sacris uti.* Vide an *sepulcra habere communia* glossa sit.

° *iisdem uti sacris*] Ita solus Lugd. 1527. Nam in Venet. 1498. est *isdem,* in Gu. quint. *et eisdem.* Reliqui et scripti et impr. veteres mei [item Bern. plerique et Erf.] *eisdem* exhibent. Hoc praeferendum est, si quidem Cicero scripsit in oratore c. 47 *At* eisdem *erat verius: nec tamen* eisdem *opimius, male sonabat* iisdem. Nec tamen Cicero dicit, *iisdem* sive *isdem* per se male sonare, sed in illis Ennii *In templis isdem,* propter concursum earumdem syllabarum.

sepulcra] Peculiaria quaeque familia habebat sepulcra, in quae omnium, qui inde orti erant, ossa inferebantur, quaeque ne heredem quidem semper sequebantur. Vid. Gunther. de iure manium lib. III. c. 9.

7. ° *nulla praestantior est*] Verbum *est* non comparet in Gu. pr. et impr. Lips. 1513.

° *quod saepe dicimus*] Minus eleganter Gu. duo postremi cum antiquis impr. omnibus *quod saepe diximus.*

° *in quo id inesse videtur*] Gu. quart. *in quo adesse vid.* In quinto *id* a correctore erat, quod pronomen impr. incert. Lugd. 1527. et Gryph. omittunt. Statim Gu tert. *nos amicos facit.*

8. *ad se alliciat faciatque*] Goth Ven. sec. et quart. Ald. *allicit et facit,* vel *facitque,* quod et in aliquot Oxon. reperit Cockman. Hoc Ciceroni familiarius est, quam alterum, quod tamen suos quoque auctores habet, et Ciceroni aliquando placuit. Gronov. suspicatur *allicefacit.*

° *ad se alliciat faciatque*] Ex Gu. pr. sec. impr. Venet. 1498. utroque Lips. Lugd. 1527. et Gryph. reduxi *allicit facitque,* quod etiam manus prima dederat in Gu. quinto. Idem ex suis libris iam fecit Ernestus [aliique boni auctores fiunt].

° *ipsa inesse videatur*] Gu. quint. pronomine postposito, *inesse ipsa.* Pro *videatur* in Gu. pr. quart atque etiam a manu prima in quinto est *videtur.*

9. ° *est amabilius*] Gu. quint. *amabilius est,* ad finem reiecto verbo *est,* quod exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres plane tollunt.

copulatius] Ita scripti vulgatique nostri, Vincent. Bellovac. pluresque alii: Ursinus tamen, Aldus et Pearcius *copulantius,* a se in uno alterove libro repertum, commendant, quod activa significatio hic obtinet. Goth. *et copulatius.*

° *nec copulatius*] Gu. pr. *neque copulatius.* De participio *copulatius* libri mei nil mutant, nec mutatione opus est. Quum scripsisset Cicero *Nihil est amabilius,* non potuit subiicere *nec copulabilius,* ne insolens vox offenderet. Scripsit igitur, quod idem posset, *copulatius.* Saepe enim et apud Graecos, et apud Latinos, participia verborum passivorum facultatis significationem habent, et vim sustinent adiectivorum Latinorum in *bilis* exeuntium. *Τετελεσμένον,* verba sunt lexicographi, *οὐ τὸ ἤδη τελεσθὲν φησιν Ὅμηρος* (Iliad. XIV, 196. XVIII, 427. Odyss. V, 90.) *ἀλλὰ τὸ τελεσθῆναι πεφυκὸς καὶ δυνάμενον.* Cic. de senect. IX, 2 *Quae enim vox potest esse contemtior, quam Milonis Crotoniatae?* Liv. II, 55, 3 *Nihil contemtius, neque infirmius, si sint, qui contemnant.* Cic. ad divers. II.

tudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eaedem voluntates, in his fit, ut aeque quisque altero delectetur, ac se ipso: efficiturque id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quae conficitur ex beneficiis ultro citro datis acceptis:

ep. 9. pr. *Primum tibi, ut debeo, gratulor laetorque cum praesenti, tum etiam sperata* (i. e. speranda s. sperabili) *tua dignitate.* Sallust. Iug. c. 91. extr. *Genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coercitum.* Tali significatione *accessus, conspectus, infectus, invictus,* et similia, ab optimis crebro usurpantur. Si quis fortasse, verbum *copulari* activa significatione dici posse, Nonio crediderit, eoque *copulatius* pro *copulantius* accipere malit: ille meminerit, locos, qui activae significationi confirmandae allegantur, ad rem istam probandam non satis idoneos esse. Nam apud Plautum Aulul. I, 2, 38 *copulantur dexteras* non est *coniungunt dexteras,* sed *copulantur* per, s. quod attinet ad *dexteras.* Alter locus Plauti, qui in eamdem sententiam in thesauro Latinit. adducitur ex Epid. III, 3, 20. is in melioribus libris aliter scribitur.

eaedemque voluntates] Copulam expungunt Goth. Vinar. Venetae, itemque Vincent. Bellov.

* *eaedemque voluntates*] Gu. pr. *et eaedem,* quint. *et eaedemque voluntates,* ubi tamen prior copula correctoris stilo confoditur. Reliqua vero mea et scripta, et olim typis excusa exemplaria, etiam Beda atque Eybus [item Bern. omnes] copulam omnino proscribunt, quos sequor. Nec spreverim positum, qui est in Gu. tert. *In quibus enim eadem studia, eaedem sunt voluntates.*

* *in his fit*] Gu. tert. *in iis,* impr. Magont. *in hiis fit.* Paulo post in Gu. sec. pro *quisque* scriptum est *quique.*

ultimum] Nonius cap. IV. p. 719 *Ultimum, primum.* Virgil. Aeneid. libr. VII. *Tu sanguinis ultimus auctor. M. Tullius de offic. lib. I. Efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat e pluribus.* Verius C. Langius interpretatur: *ultimum,* quod longissime a nobis abest. Sic Graeci τὸ τελετὸν dicunt, quod est *extremum,* quod *summum,* quod omnibus numeris *absolutum.* Lael. c. XXV, 3 *Cum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat e pluribus.*

* *quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit*] Ita post Car. Langium plerique ex Nonio voc. *Ultimum* ediderunt, quum Ciceronis exemplaria *quod Pythagoras vult in amicitia* constantissime praeferant Hoc merito tuetur Iac. Gronovius. Nisi enim magnopere fallor, exemplar Ciceronis, quo usus est Nonius, hac parte corruptum fuit. Non dixit Pythagoras, hoc *ultimum in amicitia,* sed omnino hanc *amicitiae vim* (Conf. Cic. de leg. I, 12. Lael. XXV, 3.) atque naturam esse, ut unus fiat ex pluribus. Idem philosophus, quum interrogaretur, quid sit amicus, respondit, ἄλλος ἐγώ, quod tradit auctor de poës. Homer. p. 226. exempl. Ern. Adde Menag. ad Diog. Laërt. lib. VIII. s. 10. Verbum *velle* definitionibus aptissimum est. Sic infra c. XXVII, 12 *Definiunt, ut id decorum velint esse, quod* cet. Tusc. quaest. IV, 7 *Opinationem - - - volunt esse imbecillam assensionem.*

* *ut unus fiat*] Cum Palatino pr. Gu. pr. *ut unum fiat.*

10. * *quae conficitur*] Gu. pr. *quae efficitur.*

ex beneficiis ultro citro datis acceptis] Ita voluerat C. Langius, itaque in suo libro postea scriptum reperit Guil. nostri vero *ultro et citro datis acceptisque,* Goth. *quae efficitur ex beneficiis ultro et citro datis acceptisque.* Alii, quos Facciolatus duces habet, *ultro citroque datis acceptisque,* vel *et acceptis,* ut ipsa exemplarium varietate utraque copula reddatur suspecta. Nec certior lectio aliis locis est. Vid. Cicer. pro Rosc. Am. c. XXII, 4. Copulam

quae et mutua, et grata dum sunt, inter quos ea sunt,
firma devinciuntur societate. Sed cum omnia ratione ani- 11
moque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla
carior, quam ea, quae cum re publica est unicuique no-
strum. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familia- 12
res: sed omnes omnium caritates patria una complexa est:
pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit pro-
futurus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lace- 13
rarunt omni scelere patriam, et in ea funditus delenda oc-

abesse posse, probat Cortius ad Sallust. Cat. c. XI, 2. Iug. XVII, 5. LX, 4. Legas tamen *ultro et citro* Lael. c. 22. extr. Caes. lib. 1. Gall. c. 42 *Interim cum saepe ultro citroque legati inter eos mitterentur.* Id lib. I. civil. c. 20 *Internuntiis ultro citroque missis.* Hirt. Hisp. c. 22 *Quorum responsis ultro citroque acceptis et redditis.* Lucret. lib. IV. v. 33 *Dereptae volitant ultro citroque per auras.* Simile huic est *huc et* vel *atque illuc* cap. XXVIII, 11.

° *ultro citro datis acceptis*] Gu. tert. impr. incert. et Gryph. *ultro citroque datis acceptisque.* Omnes vero reliqui et scripti et impr. veteres, quos equidem inspexi, *ultro et citro datis acceptisque.* [Sic Erf. Bern. a c d e, et Bern. b saltem *ultro et citro*, neque causa est, cur ab eorum auctoritate discedamus.]

mutua] Vicissim data et accepta. Rom. *quae mutua et grata.*

° *quae et mutua, et grata dum sunt*] Pronomen *quae* in Gu. pr. sec. et quart. a proxime praegressa particula *que* absorptum est. In verbis *et mutua et grata* prius illud *et* Gu. tert. quint. impr. Magont. incert. Ven. 1498. Lugd. 1527. et Gryph. utramque vero copulam uterque impr. Lips. expellunt.

firma devinciuntur societate] Foedam hic labem omnes libros contaminasse, queritur Graevius in addendis: quam primus ei deprehendisse videtur Perizonius, pro *devinciuntur* rescribens *devinciunt*, omisso per ἔλλειψιν pronomine *eos*. Ego nihil foedi in vulgata omnium librorum lectione deprehendo, quam cum doctissimis viris, Oliveto et Facciolato, servo, elegantemque non minus puto, etiamsi *illi* subaudiatur: illi *inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate*, ut in Goth. scriptum est; vel *firma* illi *devinciuntur societate*, ut Olivetus, sed invito fortasse Cicerone. Exempla repete ex meis adnot. ad Cornel. Nep. Chabr. c. 4. pr.

11. *lustraris*] Goth. *animo rationeque lustraveris.* Rom. etiam *lustraveris.*

° *lustraris*] Nonius in voc. *Lustrare*, Gu. tert. a correctore quint. impr. vetusti omnes *lustraveris.*

nulla est gravior] Omnes libri mei et quinque Oxon. *gratior*, quod a Facciolato praelatum esse non miror.

° *nulla est gravior*] Hanc scripturam firmant duo principes libri Gu. [itemque Bern. a b c Erf.] Tres posteriores cum antiquis impr. substituunt *gratior*, quod tamen est deterius. Mox impr. Magont. verbum *est* repetit, nulla *est* carior.

est unicuique nostrum] Goth. *unicuique est nostrum.*

12. ° *Cari sunt parentes, cari liberi*] Gu. quint. *Cari sunt parentes, cari sunt liberi.*

13. *Quo est detestabilior*] Goth. *ex quo*; sed hic non probandus.

° *Quo est detestabilior*] Male Gu. pr. *Ex quo est detest.* At quint. *quo detestabilior est*, transposito verbo, quod plane abiecit Nonius voc. *Immane.* Idem Nonius pro *istorum immanitas* dedit *illorum immanitas.*

° *qui lacerarunt*] Et scripta, et impressa Nonii exemplaria loco, quem indicavi, reponunt *qui et lacerave-*

14 cupati et sunt et fuerunt. Sed si contentio quaedam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus: proximi liberi, totaque domus, quae spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum communis
15 etiam fortuna plerumque est. Quam ob rem necessaria praesidia vitae debentur iis maxime, quos ante dixi: vita autem victusque communis, consilia, sermones, cohortatio-

runt. Gu. pr. *qui lacerant,* tert. et quart. *qui laceraverunt.*

occupati sunt] Antonium intelligit et ceteros Caesareanae necis ultores, quorum consilia ad rempubl. denuo opprimendam spectare existimat.

fuerunt] Ut Caesar, Catilina, et ante eos alii.

* *occupati et sunt et fuerunt*] Priorem copulam tollunt Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. quibus astipulatur Nonius voc. *Occupatus.*

14. * *Sed si contentio quaedam et comparatio*] A Gu. sec. abest *et comparatio.* Conf. ad c XLIII, 2.

tribuendum officii] Goth. et quatuor Oxon. cum Rom. *tribuendum sit officii,* ut Pearc. et Facciol. Vin. *sit tribuendum.*

* *tribuendum officii*] Omnes scripti mei ac veteres impr. *tribuendum sit,* quod verbum temere excidisse, iam vidit Iac. Gronovius.

principes sint] Goth. etiam et Vin. *sint,* ut Graevii codices; vulgo *sunt.*

* *principes sint*] Coniunctivum mei etiam libri tuentur omnes [item Bern. omnes praeter d], praeter Gu. tert. impr. incert. et Lips. 1513. qui *principes sunt* invexerunt. Hos sequitur Ernestus.

beneficiis maximis] Vin. Rom. et vulg. *maxime;* sed cum antiquissimis Goth *maximis.* [Sic restituendum ex Erf. et Bern. plerisque.]

spectat in nos solos] Spem omnem in nobis repositam habet, a nobis solis omnia exspectat.

perfugium] Goth. *refugium,* Vin et plures Oxon. cum Venetis et aliis *profugium,* quod pro *perfugium* scripserunt librarii.

* *perfugium*] Ita solus ex meis Gu sec. Reliqui scripti et impr. veteres corruperunt *profugium.*

bene convenientes propinqui] Nobiscum consentientes, coniuncti.

quibuscum etiam communis] Vinar. Rom. Ven. tres, Arg. et Ald. *quibus communis etiam fortuna plerumque est;* Ven. quart. *quibuscum communis etiam fortuna.* Goth. *in quibus communis fortuna plerumque est,* omisso *etiam,* quod facile abesse potest, et ex *cum* corruptum videtur.

* *quibuscum etiam communis plerumque fortuna est*] Gu. pr. *quibuscum communis et fortuna plerumque est:* sec. quart. et Gryph. *quibuscum communis etiam fortuna plerumque est.* Hoc placet, atque ita solet Cicero. Supra c. XV, 2 *Nam fortis animus et magnus, in homine non perfecto nec sapiente, ferventior plerumque est.* Gu. tert. *quibuscum etiam comm. fort. pl. est:* quint. *quibuscum comm. pler. etiam fort. est:* impr. incert. *quibuscum comm. etiam pler. fort. est:* ceteri impr. veteres *quibus communis etiam plerumque fortuna est.*

15. * *quos ante dixi*] Gu. quint. *diximus.*

vita autem victusque communis] Cum amicis maxime intercedit vitae communitas, convictus: cum iis communicamus consilia et sermones; eos cohortamur et interdum quoque obiurgamus.

* *vita autem*] Particulam *autem,* quam Ciceroni glossatores saepe obtruserunt, Gu. sec. proscribit. Mox quart. *etiam interdum obiurgationes.*

sermones] Goth. *communes sermones.*

nes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitiis vigent maxime: estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugavit.

Sed in his omnibus officiis tribuendis videndum erit, 18
quid cuique maxime necesse sit, et quid quisque vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. Ita non iidem 2
erunt necessitudinum gradus, qui temporum; suntque officia,

cohortationes consolationes] Desunt haec in Goth. *cohortationes* in Vin. *consolationes* Facciolatus omisit, et ante eum Vincent. Bellov. In marg. Goth. adscriptum est *cohortationes, conciliationes.*

in amicitiis] Sic et Goth. et Vincent. Bellov. *in amicis* tres Oxon. Ven. omnes et Ald. Vid. Lael. c. 24 et 25.

° *in amicitiis*] Typis olim exscripta exemplaria parum scite *in amicis* dederunt. De impresso incerto tamen id magis suspicari, quam confirmare licet, quia exemplar, quo usus sum, uno folio hic truncatum erat.

estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugavit] Hoc supervacaneum esse videtur Facciolato, cum idem bis dicatur, nec ad hunc locum faciat, ubi agitur non de iucunditate amicitiae, sed de officiis amico tribuendis. Habet tamen Vincentius Bellovac. his verbis: *estque illa iucundissima amicitia, quam similitudo coniugavit.* In Vin. est: *est eaque iocundissima:* in Hittorp. *maximeque est ea iucundissima amicitia,* quod Guilielmio placere potuisse miror.

Cap. XVIII, 1. ° *videndum erit*] Gu. sec. *videndum est.*

quid quisque vel sine nobis] Vulgo, *nobiscum vel sine nobis:* sed cum optimis et Goth. *nobiscum* excludit. Pearcius legit, *quid quisque sine nobis aut possit consequi*: illud vero *vel,* quod in Graev. pr. deerat, diversae lectionis esse notam existimat, cum aliis fuerit *nobiscum*, in aliis superscriptum *vel sine nobis. Sine nobis* est, sine ope nostra, etiam si a nobis non adiuvetur.

° *quid quisque vel sine nobis*] Haec est verissima huius loci scriptura, quam stabiliunt etiam Gu. duo primi, Cum vetustis impr. Gu. tert. et quart. [Bas. et Bern. e] *quid quisque nobiscum vel sine nobis.* Gu. quint. *quid quisque sine nobis,* abiecta particula *vel,* quam tamen, ut elegantem, servandam existimo.

2. ° *Ita non iidem*] Impr. Ven. et Lugd. 1527. *ita* male mutant in *itaque.* Particulam *ita* scholiastes Gu. haud imperite explicat *id est, si ista consideraverimus et fecerimus.*

qui temporum] Goth. *et ita non erunt iidem necessitudinum gradus, qui sunt temporum.* Vin. Rom. et al. *qui et temporum.* Cicero tempora incidere docet, quibus, qui vel nulla necessitudine nobiscum coniunctus sit, citius iuvari debeat, quam propinquus et familiaris: non, quo gradu cognationis vel amicitiae nos aliquis contingat, sed quo gradu periculi sit, aliquando respiciendum esse. Ambros. lib. I. de offic. c. 34 *Non omnibus eadem semper officia debentur; nec personarum semper, sed plerumque causarum et temporum praelationes sunt, ut vicinum quis interdum magis, quam fratrem, adiuverit.*

° *qui temporum*] Gu. tert. et impr. vetusti omnes inquinaverunt *qui et temporum*: quart. *qui sunt temporum*: quint. a manu prima *et temporum,* a correctore *qui et temporum.*

suntque officia] Goth. *sunt quaedamque officia,* al. *sunt namque officia* vel *sunt quaedam officia.* Fort. *suntque quaedam officia.*

° *suntque officia*] Grut. Iac. Gron. et Ern. ediderunt *sunt quaedam officia,* quod in solo Gu. pr. [et Bern. d] reperio. Pronomen mihi quidem redundare videtur, idque Beda etiam et Eybus repudiant [Bern. c *sunt autem off.* reliqui ut editur.]

quae aliis magis, quam aliis debeantur: ut, vicinum citius adiuveris in fructibus percipiundis, quam aut fratrem, aut familiarem. at, si lis in iudicio sit, propinquum potius et
3 amicum, quam vicinum defenderis. Haec igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio, et consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et addendo deducendoque videre, quae reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas.
4 Sed ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis praecepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt: sic officii conservandi praecepta traduntur illa quidem, ut facimus ipsi;

* *quae aliis magis, quam aliis debeantur*] Duo primi Gu. *quae magis aliis,* sed corrector prioris vulgatum ordinem signis adpositis revocavit. Exc. Bedae atque Eybi *debentur.*

ut vicinum] Qui plurimum et prodesse et obesse potest in agro colendo versantibus. Unde Themistocles, praedium vendens, praeconem pronuntiare iussit, *esse ei commodum vicinum.* Plutarch. apophthegm. c. 38. p. 185. Vid. Caton. R. R. c. 4.

* *ut vicinum citius adiuveris*] Post *ut* incidi, quo facilius intelligatur, non iungenda esse *ut adiuveris*, quum Ciceroni hic, ut saepe, *ut* significat exempli causa. Gu. pr. *ut vicinum aliquem citius adiuveris.* Pro *adiuveris* quart. dedit *iuveris.*

in fructibus percipiendis] Sic etiam Goth. *in frugibus* Venet. quatuor Ald. Sed latius patent *fructus,* quam *fruges.* Sic Lael. XIX, 17 *Reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt.*

* *in fructibus percipiendis*] Ita est in MSS. et principibus impressorum. Ven. 1498 uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in frugibus perc.* Ex ed. Gron. *percipiundis* retinui [sine causa].

* *at si lis in iudicio sit*] Gu. pr. *aut simul in iud. sit*: sec. *at si is in iud. sit*: quart. *et si lis in iudicio,* omisso verbo *sit*: quint. *sed si lis in iud. sit.* Tanta varietas suspicionem mihi movet, an particula *at* a mala manu accesserit.

* *defenderis*] Gu. quint. *defendas.*

3. * *et talia*] Impr. Lips. 1507. ac Lugd. 1527. *et alia.*

* *et consuetudo exercitatioque capienda*] An ita Latine dicatur, a non nullis dubitatum est. Sed vide Ern. clavem Cic. in voc. *Capere.* Facciolato, causa parum probabili, verba illa in margine adscripta fuisse videbantur.

ratiocinatores] Ita proprie dicuntur homines arithmetices periti, in rationibus subducendis versati.

addendo deducendoque] Tres Oxon. et quid. alii *ducendoque*: sed Goth. Vin. Ven. quatuor, Arg. Ald. *deducendoque,* quod in pluribus et probatissimis, ipsique rei convenientissimum est. *Deducere* est, quod arithmetici nostri dicunt *subtrahere. Addendo* quidem reliqui summa non fit: sed tamen *addendo deducendoque,* (cum accepta et expensa adduntur, factae eorum summae conferuntur, a maioribus minores deducuntur) facile colligitur, quid reliqui sit.

* *deducendoque*] Gu. pr. *discendoque,* sec. *utendoque.* [*Ducendoque* Erf. Bern. a b d *demendoque* Bern. c.]

4. *Sed ut nec medici*] Medicos praeponit, quia a minoribus ad maiora transit, artemque oratoriam omnium difficillimam iudicat.

* *ut facimus ipsi*] Ita diserte legitur in Gu. pr. quum ceteri scripti nostri et impr. veteres inepte exhibeant *faciamus.*

sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. Atque ab iis rebus, quae sunt in iure societatis hu- 5
manae, quem ad modum ducatur honestum, ex quo aptum est officium, satis fere diximus. Intelligendum est autem, 6
cum proposita sint genera quatuor, ex quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod animo magno humanasque res despiciente factum sit. Itaque in 7
probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim iuvenes, animum geritis muliebrem,

° *usum quoque*] Particula *quoque* abest a Gu. quinto.

5. *quae sunt in iure societatis humanae*] Ut dicitur *in laude, vitio, vero esse,* pro laudabile, vitiosum, verum esse, de quo ad c. VII, 8. ita *in iure societatis esse* interpretor, in societate iustum esse.

ex quo aptum est officium] Ab *apiscor* fit *aptus,* quod est *connexus, colligatus*, vel *compositus*, *paratus,* interprete Nonio cap. IV, 3. Sic *fides* dicitur *apta pinnis* lib. III. c. 29 *totus aptus ex sese* paradox. II. *Aptum* autem, non *ortum,* ut olim editum et nuper a Facciolato, est etiam in Goth. levique mutatione in Vinar. et uno Oxon. *actum.*

° *aptum*] Gu. quart et impr. Magont. *actum,* Ven. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *ortum.*

6. *proposita*] Ab initio posita. Vid. cap. 5. Goth. *proposita sint quatuor genera.*

e quibus] Goth. *ex quibus,* ut paulo ante et alibi fere semper *ex quo, ex quibus.* Vid. cap. XVI, 5.

° *ex quibus*] Ita cum Grut. et Iac. Gron. Gu. pr. quart. quint. Reliqui et veteres impr. cum Graevio maluerunt *e quibus.*

honestas] Goth. *honestum*: sed vid. c. 43. pr. lib. III, 1. pr. c. 3. pr.

° *manaret*] Gu. quint. *emanaret.*

animo magno elatoque] Goth. *elato magnoque*: contra MS. Balduini *animo magno humanasque res despiciente* An Cicero scripsit ita? *animo elato humanasque res despiciente*: cui a grammatico adscribi potuit *magno,* atque inde duplex lectio oriri. Sic. n. 8. Vinar. *magno animo elatoque,* ubi nos *magno* tantum legimus.

* *animo magno elatoque, humanasque res*] Particulam *que* non ita solet iterare Cicero. Sustuli igitur vocabulum *elatoque,* quod in MS. Goth. locum mutabat, a libro Balduini vero aberat. Conf. quae paulo post dicentur ad n. 8. Gu. sec. quart. quint. uterque impr. Lips. *humanas res,* abiecta copula, quam tamen in quinto corrector adscripsit Mox Gu. pr. verbum *sit* omittit. [De codd. *que* omittentibus liceat paululum dubitare, cum videam Orellianos omnes habere: neque causa est ulla, cur non possit *que* repeti. Retineo igitur vulgatam *animo magno elatoque humanasque* cet. contra quod recentiores editores censuerunt.]

7. *in probris*] Goth. *improbis.*

in promptu est] Facile, cum aliquem reprehendere volumus, talia nobis succurrunt, quale illud est Ennii. Plutarch. de liber. educat. cap. II, 2. p. 4. ex editione doctissimi Heusingeri mei. *Τοῖς γὰρ μητρόθεν ἢ πατρόθεν οὐκ εὖ γεγονόσιν ἀνεξάλειπτα παρακολουθεῖ τὰ τῆς δυσγενείας ὀνείδη παρὰ πάντα τὸν βίον, καὶ πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις.*

Vos etenim iuvenes] Versus esse Ennii, plerorumque est opinio; incertum vero, ex quo libro, et de qua virgine dicti, de Cloelia, an alia. De illa vid. Senec. ad Marc. c. 16. ex quo qui cum Aldo Manutio eius statuae hos versus subscriptos fuisse colligunt, multum utique falluntur. [Mihi cogitare libet de Camilla illa Virgiliana, vid. Heynii excurs. II. ad Aen. XI.] Vin. Rom. et Ven. omnes *ani-*

Illa virago viri.
Et si quid eiusmodi:
Salmaci, da spolia, sine sudore et sanguine.
8 Contraque in laudibus, quae magno animo et elato, fortiter excellenterque gesta sunt, ea nescio quo modo quasi ple-
9 niore ore laudamus. Hinc rhetorum campus de Marathone,

mos geritis muliebres: sed, ut edidi. Goth. et Ald. etiam. Nec tamen alterum deterius est.

° *Vos etenim*] Scripti mei, excepto tertio, *Vos enim.*

° *animum geritis muliebrem*] Gu. tert. quint. [Bern. d] et impr. vetusti omnes *animos geritis muliebres.* Satis commode *animus* singulari numero de pluribus dicitur. Cic. Philipp. II, 12 *Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit.* Philipp. VII, 2 *Animo illos abborruisse semper ab optimo civitatis statu.* Liv. XXIV, 31, 1 *Bonum ut animum haberent.* Curt. V, 5, 8 *Bonum habere animum iubet, visuros urbes suas coniugesque.*

Illa virago] Goth. omnes Oxon. Rom. *illa virgo viri*: unde factum *illaque virgo,* quod in Venetis Ald. et in fragmentis Ennii ab Hieron. Columna collectis reperitur. Merula vero nostram lectionem expressit.

° *Illa virago*] MSS. Gu. et impr. Magont. *Illa virgo,* ex quo Ven. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. procuderunt *Illaque virgo.*

Salmaci da spolia] Goth. Rom. et Ven. tert. et quarta, *Salmacida spolia, sine sudore et sanguine*: Vinar. Ven. et alii plures: *Salmacidas* (ac potius *Salmaci das*) *spolia sine sanguine et sudore.* Est versus senarius Ennii, ut constat Festi testimonio in *Salmacis.* Erat autem *Salmacis* nomen primum fontis, cuius aqua homines effeminare credebatur; tum etiam nymphae mollissimae. Id multa cum irrisione hic homini tribuitur imbelli et ignavo, qui superatus ab hoste spolia, id est, arma et vestes, ἀνιδρωτὶ καὶ ἀναιμωτί, nihil repugnans, tradere iubetur: q. d. ultro armis vestibusque spoliandum te praebe, homo omnium ignavissime, atque ita tuo sudori et sanguini parce. *Salmaci* quintum casum esse, tironum causa monendum est. Ab interpretatione nostra paulum abit Festus p. 202. quem sequitur Maturantius, cuius verba sunt. *O Salmaci,* tu das spolia sine labore, (*qui fortes et bene institutos solet nutrire animos*) *et sanguine, quem fortes viri libenter effundunt.* Idem tamen postea: *Salmaci, spolia da, hoc est, quando imbellis es, sinito te penitus effeminari et a Salmacide vinci atque in fontem deduci, cuius aquis perfusus non virili tantum sexu, sed etiam muliebri sis.*

° *Salmaci, da*] Impr. Ven. 1498. et uterque Lips. *Salmaci das,* quod erat etiam pro varia lectione in margine Gu. quinti. Deinde Gu. quint. impr. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. mutato ordine, *sine sanguine et sudore.*

8. *in laudibus*] Cum laudamus.

magno animo et fortiter] Vin. *magno animo elatoque fortiter.* Rom. Ven. Arg. *magno animo et elato, fortiter excellenterque.*

° *magno animo et fortiter excellenterque*] Haec connectendi ratio parum Ciceroniana videtur. Gu. sec. *magno animo elatoque,* sed corrector postremam vocem expunxit. Impr. vetusti omnes *magno animo et elato fortiter excellenterque,* quod revocavi. Ita vox *elato,* quae paulo ante ex aliena, quam importune occupaverat, sede expellenda fuit, faustis avibus, nisi me augurium fallit, in locum suum restituta est. Gu. tert. *et fortiter et excellenter.* Et sic erat in quinto, nisi quod posterius *et* a correctore accesserat. Anemoecius, sublata priore copula *magno animo fortiter excellenterque.* [Sic recte Bern. a b d et editt. recentt.]

pleniore ore] Goth. *pleniori:* Ven. tres *pleno ore,* omissis syllabis eiusdem soni, ut fit, cum dictata excipiuntur. *Pleniore ore* est grandiore

Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris, hinc noster Cocles, hinc Decii, hinc Cnaeus et Publius Scipiones, hinc

et sonantiore voce. *Os* enim vocem et pronuntiationem significat.

° *quasi pleniore ore laudamus*] Particula *quasi* in Gu. quinto est a correctore. Gu. tert. et quart. *quasi pleniore laudamus ore*: impr. veteres *quasi pleno ore laudamus.*

9. *rhetorum campus*] Materia dicendi amplissima, rhetoribus dicendi copiam praebens.

Marathone] Campo Attico, in quo Persae ab Atheniensibus duce Miltiade victi sunt. Vide Cornel. Nep. Milt. c. 5.

Salamine] Insula Athenis obiecta, ad quam navali praelio a Themistocle iidem Persae profligati sunt. Idem Them. c. 1. Arist. c. 2. Infra c. XXII, 7.

Plataeis] Plataeae Boeotiae oppidum, Pausaniae et Aristidis victoria de Persis nobile, qui amisso duce Mardonio ibi caesi sunt. Idem Pausan. c. 1. Aristid. c. 2. infra c. XXII, 7.

Thermopylis] Fauces angustae, per quas ex superiore Graeciae parte transitus est in inferiorem. Vide Liv. lib. XXXVI, 15. Ibi Leonidas, dux Lacedaemoniorum, cum paucis suorum adversus Persas fortissime pugnans, occubuit. Cornel. Nep. Them. c. 3.

Leuctris] Leuctra sita sunt in Boeotia, Lacedaemoniorum clade illustrata, quorum opes ibi Epaminondas adeo adflixit, ut nunquam postea convaluerint. Eiusdem nominis vicus alius Laconicae fuit.

hinc noster Cocles, hinc Decii] Haec lectio Balduini ingenio debetur: scripti ac prius editi, *Leuctris, Stratocle* (Vinar. *Sterocle*, al. *Stercocle*) *hinc Decii.* Goth. *Leuctris, Stenchorides, hinc Decii.* Parrhasius emendat *hinc sunt Cocles, hinc Decii.* Vin. quart *Leuctris. Hinc noster Cocles, hinc Cneus et Publius Scipiones.*

° *hinc noster Cocles*] Horum verborum loco, ut plerique alii, etiam nostri libri corrupte exhibent Gu. pr. et quart. *stertodes*, sec. *stercodes*, tert. et quint. *stertocle*, impr. Magont. *stertode*, Ven. 1498. ac Lipsienses *Stratocle*. Lugd. 1527. coniungit *Stratocle*: *hinc noster Cocles.*

Cocles] Horatius Cocles, ab amisso oculo cognominatus, qui pugnanti excussus est, cum solus se in ponte sublicio instantibus Porsenae copiis obiecisset. Vide paradox. I. c. 2. Flor. lib. I. c. 14. Liv. lib. II. c. 10.

Decii] Pater et filius, qui pro exercitu Rom. diis manibus se devoverunt. Cicer. ibid. et Cat. mai. c. 13. et 20. paradox. I, 3. lib. I. de divin. c. 24. lib. III. offic. c. 4. pr. Liv. lib. VIII, 9. X, 28. Valer. Max. lib. V, 16. Flor. lib. I. c. 14 et 17. Tres Decios facit lib. I. Tusc. c. 37. lib. II. de fin. c. 19.

Scipiones] Fratres, Romanorum fortissimi, quos saepe laudat. Vide lib. III. c. 4. pr. Cat. mai. c. 20. Lael. c. 6. paradox. I, 2. Eorum alter, *Cneius*, P. Cornelii Scipionis Nasicae, alter, *Publius*, Africani maioris et L. Scipionis Asiatici pater fuit. Ab his captus est Mago, victus Hasdrubal, et Hispania subacta. Uterque bello periit. Flor. lib. II. c. 6. Liv. lib. XXV. c. 34 et 36. Etsi vero Cicero *Cneium* praeposuit, natu tamen is minor fuit Publio. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. lib. XIII. v. 628. Multum falluntur, qui duos Africanos hic significari putant

° *Cnaeus et Publius Scipiones*] Gu. pr. *Cn. et P. Scipiones*: sec. *Gn. et P. Scipiones*: quint. *Gneii et Publius Scipiones.* Corradus quaestur. p. 352. mavult *Hinc Decii, hinc Scipio, hinc Cn. et Pub. Scipiones*, vel ex alio libro *Hinc Decii, hinc Cn. et Publii* Scipiones, ut adnumeretur Africanus, quem vulgata excludit. Equidem existimo, Ciceroni, exempla fortitudinis in ultimo periculo et in ipsa morte oppetenda spectatae commemoranti, non magis opus fuisse Africani mentionem facere, quam lib. I. Tusc. quaest. cap. 37. quam infra III, 4, 2. et Caton. XX, 12. Et si omnino Africani exemplo voluisset uti, hunc diserte appellasset, ut fecit pro Plancio c. 25. princ. *Quis nostrum se dicit M'. Curio, quis C.*

M. Marcellus, innumerabiles alii: maximeque ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicae gloriae, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari.

19 Sed ea animi elatio, quae cernitur in periculis et laboribus, si iustitia vacat pugnatque non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. Non enim modo id virtutis non est, sed est potius immanitatis, omnem
2 humanitatem repellentis. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro

Fabricio, quis P. Duilio parem? quis Cn. et P. Scipionibus, quis Africano, Marcello, Maximo?

M. Marcellus] M. Claudius Marcellus, qui primus Hannibalem ad Nolam fugere coëgit, Syracusas obsedit et expugnavit, Viridomarum, Insubriae regem, singulari pugna victum, obtruncavit, atque ita tertia spolia opima reportavit. Periit ex insidiis anno XI. belli Punici secundi, sexagenario maior. Vitam eius scripsit Plutarchus, et brevius Aurel. Vict. c. 45. Virgil. lib. VI Aen. v. 855.

° *hinc M. Marcellus*] Gu. pr. praenomen tollit.

innumerabilesque alii] Subaudi *excellunt* ex iis, quae sequuntur. In Goth. et Vin itemque in tribus Ven. et Arg. copula deest, quam a librariis adiectam credo, qui non viderunt, haec cum postremis verbis copulata esse, *animi magnitudine excellit.* Cicero enim pluribus conveniens verbum ei potissimum, quod proximum est, aptare solet.

° *innumerabilesque alii*] Ita Gu. tert. solus ex nostris [ex Orellianis unus Basil.] In reliquis scriptis et in impr. vetustis omnibus frustra quaesiveris copulam, quam proscribendam esse adsentior patruo. Nec tamen facile adduci possum, ut credam, ad *innumerabiles alii* ex iis, quae sequuntur, intelligendum esse *excellunt* Mihi persuasum est, absolutam sententiam esse in his verbis, quae ita accipienda sint, quemadmodum paulo ante *Hinc rhetorum campus,* et quemadmodum illa de nat. deor. II, 24. princ. *Hinc Hercules, hinc Castor et Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber etiam.* Conf. de or. III, 15. princ. [Non sic, sed intell. *celebrantur omnium commemoratione.*]

ipse populus Rom.] Qui bellicas artes laudesque omnibus aliis praeferebat, in pace agros colebat, ceteros cuiuscumque generis quaestus tantum non sordidos ducebat. Vide infra cap. 42. lib. II. c. 13.

° *Declaratur*] Gu. quart. *declarat*: quint. a manu prima *declaravit.*

ornatu militari] Armatas, non togatas, quae antiquissimis temporibus rarae erant. Solius enim tum virtutis bellicae praemia erant

Cap. XIX. 1. *animi elatio*] Animi magnitudo, fortitudo, n. 6. Ita *animus elatus* cap. XVIII, 6.

in vitio est] Vitiosa. vid. ad c. VII, 8.

° *Non enim modo id virtutis non est*] Quatuor primi codices Gu. *Non modo enim.* Pronomen *id* Gu. pr. omittit.

immanitatis] Belluinae feritatis. Repete quae dicta sunt ad c. XI, 3.

° *sed potius immanitatis*] Gu. pr. *sed etiam potius*: sec. et quart. *sed est potius,* quod probo. Vide supra ad c. VIII, 4. Pro *immanitatis* Gu. pr. corrupte dedit *inhumanitatis.*

2. *dicunt*] Stoici, qui nominativus e sexto casu subaudiendus est: quod exemplis aliis comprobavi ad Cornel. Nep. Datam. c. II, 3. Vide et ad lib. II, 1, 3.

propugnantem] Goth. Rom. *pugnantem*: sed Cicero composito verbo ita et alibi usus est. Lib. XI. epist. 16 *Cum equestris ordinis princeps*

aequitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitia, laudem est adeptus. Nihil honestum esse potest, quod iustitia vacat. Praeclarum igitur illud Platonis. Non solum, inquit, scientia, quae est remota ab iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda: verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciae potius nomen habeat, quam fortitudinis. Itaque viros fortes et magnanimos, eosdem bonos et simplices, veritatis amicos

(margin: line 1 "3", line 3 "4", line 8 "5")

esset, proque mea salute acerrime propugnaret. In lexicis *propugnare aliquid* Ciceroni etiam tribuitur ex lib. I. de invent. c. 1. sed perperam: nam id potius Suetonii est Caes. c. 23.

° *esse dicunt propugnantem*] Gu. pr. *dicunt esse prop.* quart. *esse dicant prop.* sec. tert. omnesque impr. vetusti *esse dicunt pugnantem.*

3. ° *qui fortitudinis gloriam consecutus est*] Gu. quint. *qui gloriam fortitudinis*: tert. *qui fort. gl. adeptus est,* idemque postea, pro *laudem est adeptus,* exhibet *laudem est consecutus.*

insidiis et malitia] Haec iis, quae praecedunt, adnectit Pearcius; ceteri cum sequentibus copulant.

° *insidiis et malitia*] Haec verba, quae plerique ad *laudem est adeptus* referebant, Gryphii, Pearcii Ernestique exempla sequutus, cum *consecutus est* coniunxi. Gu. sec. omittit *et malitia.*

° *Nihil enim honestum*] Coniunctionem sustuli, Gu. pr. sec. atque ed. Gryphii praeeuntibus.

vacat] Goth. *vacet.*

° *vacat*] Ernestus ex MS. Goth. recepit *vacet,* quod equidem imitari non ausim. Verba enim *Nihil quod iustitia vacat* sunt ea enuntiationis pars, quam *subiectum* logici vocant.

4. *Platonis illud*] Goth. *Praeclarum est igitur illud Platonis.* Platonis verba sunt in epitaphio, circa fin. *Πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία, φαίνεται.*

° *Platonis illud*] Quatuor MSS. Gu. *illud Platonis*: quintus *illud dictum Platonis.* Solet Cicero pronomen praeponere: ut Tusc. quaest. IV, 8 *Ex quo illud Ennii.* De nat. deor. II, 23 *Ex quo illud Terentii.*

° *Non solum, inquit*] Gu. sec. et quart. *non inquit solum.*

° *quae est remota a iustitia*] Gu. pr. *quae remota est*: sec. *ab iustitia.* Ita de invent. I, 9 *Et ab iustitiali genere plurimum dissideant.* Lib. XV. ad div. ep. 1 *Ab Iamblicho.* [Diversa miscet, sed *ab* etiam Bern. a b d Erf., quae soni durities non evitatur, immo expetitur aliquando ut ante *s* consonam.]

verum etiam animus] Haec eodem loco Platonis non leguntur. P. Marsus ex libris de republ. adferri dicit, in quibus Socrates inducatur docens, sicut versuta interpretatio legum non sit iustitia, sed potius calliditas quaedam; sic, qui pericula subeat non pro utilitate communi, sed suae utilitatis cupiditate, fortem non esse habendum, sed audacem. Mihi nondum contigit illum Platonis locum reperire: non nimis dissimilem autem lego in Lachete fere extr. ubi ait: *Ἐγὼ δὲ ἀνδρίας μὲν καὶ προμηθείας πάνυ τισὶν ὀλίγοις οἶμαι μετεῖναι· θρασύτητος δὲ, καὶ τόλμης, καὶ τοῦ ἀφόβου μετὰ ἀπρομηθείας πάνυ πολλοῖς καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ θηρίων. Ταῦτα οὖν, ἃ σὺ καλεῖς ἀνδρεῖα, καὶ οἱ πολλοὶ, ἐγὼ θρασέα καλῶ.*

° *si sua cupiditate*] Gu. tert. *si sua sponte.*

5. *Itaque viros fortes magnanimos eosdem bonos*] Ita Graevius edidit, nec in primis verbis discrepant Goth. Vin. Venet. tres, Arg. in postremis vero Goth. cum quibusdam aliis, auctior est copula, *eosdemque bonos.* Graeviana lectio non optima

minimeque fallaces esse volumus: quae sunt ex media laude
6 iustitiae. Sed illud odiosum est, quod in hac elatione et
magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas
7 principatus innascitur. Ut enim apud Platonem est, omnem
morem Lacedaemoniorum inflammatum esse cupiditate vin-

visa est Pearcio, Oliveto et Facciolato, qui rescripserunt *fortes et magnanimos,* (ut n. 11. et lib. III, 5, 8.) atque ita Ven. quart. et Ald. Si postremum *que* delendum est, non commode prius illud *et* omittitur: si hoc carere malumus, illud retinendum videtur. Mihi enim aut hoc dicere videtur Cicero, *viros fortes et magnanimos volumus esse eosdem bonos;* aut, quod non deterius [immo non ferendum, nam *fortem* esse *magnanimum* necesse est], *viros fortes volumus esse magnanimos, eosdemque bonos.* Non solum *magnanimos* eos esse iubet, qui pericula contemnant, sed etiam *bonos et simplices,* qui a malitia et fraude abhorreant. Vide supra ad cap. VI, 4. Pro vulg. *simplices* Goth. etiam *simplicis veritatis.*

* *viros fortes, magnanimos*] Copula post vocabulum *fortes,* quam, ut plerisque vetustis exemplaribus ignotam, Guilielmius repudiaverat, ad orationis concinnitatem necessaria mihi videbatur. Hanc igitur ex Gu. quarto, atque ex editis Gryph. Ald. Pearc. et Facciol. revocavi. Gu. quint. non copulam solum, sed adiectam etiam vocem *fortes* abiecit. [Recens collatorum codd. nullus *et* habet: itaque fort. *magnanimos* in suspicionem vocaveris, tamquam in margine adscriptum ex alio loco infra nr. 11. Neque enim est usus vulgaris, sed philosophorum potius.]

* *eosdem bonos et simplices*] Gu. tert. *eosdemque.* Pro *simplices,* quod solus Gu. pr. exhibet, reliqui scripti et impr. vetusti nostri dederunt *simplicis.* Multi hac antiqua terminatione accusativi pluralis decepti, Cicerone invito, coniunxerunt *simplicis veritatis.* Infra cap. XXX, 13 *Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.*

ex media laude iustitiae] Facciolatus interpretatur *ex ipso iustitiae fundo;* alii *sunt partes principales iustitiae.* Sed *medium* est, ad quod cuique accessus patet, quod commune est cum aliis. Hinc *media officia* vocat cap. III, 4. et lib. III. c. 4. pr. quae *perfectis* opponuntur, quod et ingenii bonitate et discendi progressione ea multi adsequuntur. Eadem significatione *mediam laudem* accipio, ut sit ea, quae in medio sita est, ad quam pluribus aditus patet. Ex ea sunt bonitas, simplicitas, veritatis amor, fraudis odium: haec in homines etiam nondum perfectos cadunt. [Falsum hoc.]

* *quae sunt ex media laude iustitiae*] Hoc est, quae sunt maximae ac principes virtutes, quibus laudatur vir iustus: sive, quemadmodum scholiastes Gu. explicat, *quae sunt ex intima laude iustitiae.* Haec vis est vocabuli *medius* apud nostrum in Bruto c. 97 *Adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem.* Lib. IX. ad divers. ep. 8 *Nosti profecto os eius adolescentioris Academiae. Ex ea igitur media excitatos misi.* Lege, quae adnotavit Graevius ad illud pro Rabir. Post. c. 9 *In maximis periculis insidiisque mediis esse versatum.* Alio modo dicitur *officium medium,* cuius appellatio inde est nata, quia Stoici hoc ἐν τοῖς ἀδιαφόροις versari, propter eaque *medium* quiddam esse dicebant, quod neque in bonis ponerent, neque in contrariis. Cic. de fin. III, 17 *Officium medium quoddam esse,* (i. e. *inveniri,* barbare *dari* diceres) *quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis.* Conf. Gell. noct. Att. II, 7.

6. *illud odiosum est*] Vid. cap. VIII, 8.

7. *omnem morem Lacedaemoniorum*] Lacedaemonios omni more, et instituto, et ratione sua inflammatos

cendi: sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellet, ita maxime vult princeps omnium, vel potius solus esse.
Difficile autem est, cum praestare omnibus concupieris, ser- 8
vare aequitatem, quae est iustitiae maxime propria. Ex 9
quo fit, ut neque disceptatione vinci se, nec ullo publico

esse vincendi cupiditate, ut Io. Fr. Gronovius interpretatur: qui locum ex orationis pro Ligar. cap. 4. cum hoc contendit. *Externi isti mores usque ad sanguinem incitare solent odium aut levitatem Graecorum, aut immanium barbarorum*: hoc est, leves Graeci, aut immanes barbari, more huius modi suo, nobis externo et peregrino, solent incitare odium usque ad sanguinem, fervere odio usque ad caedem. Mens Platonis ex ipsius verbis satis intelligitur, quae leguntur Lachet. haud longe a princ. Ὅτι οἶμαι ἐγὼ τοῦτο, εἴ τι ἦν, οὐκ ἂν λεληθέναι Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. Gronovius alia Platonis verba excitat ex lib. VIII. de republ. princ. τὸν φιλόνεικον καὶ φιλότιμον κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἑστῶτα πολιτείαν, ad quae resp^xisse putat Ciceronem: sed priora magis conveniunt.

* *maxime excellit*] Cum antiquis Balduini codicibus Gu. sec. *excellet*, quod Ciceroni placuisse satis constat. Vide patruum ad Lael. XX, 7. [Sic etiam Bern. b c d, sed vitium tamen.]

vel potius solus esse] Pompeium notat et Caesarem: de quibus Flori est iudicium lib. IV, 2, 14 *Nec hic* (Pompeius) *ferebat parem, nec ille superiorem.* Vide ibi Freinshem. Hinc Iulianus in Caesar. p. 4. Caesarem inducit ὑπὸ φιλοτιμίας αὐτῷ βουλόμενον ἐρίσαι τῷ Διῒ περὶ τῆς μοναρχίας, eumdemque, cum interrogaretur, quid tota vita spectarit, respondentem, p. 27. τὸ πρωτεύειν τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ μηδενὸς εἶναι μηδὲ νομίζεσθαι δεύτερον. Vellei. Pat. lib. II. c. 33 *Nam neque Pompeius, ut primum ad rempubl. adgressus est, quemquam animo parem tulit; et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat.*

8. * *Difficile autem est*] In. Gu. quarto verbum *est* a correctore accessit. Tert. *Difficile est enim*: quint. *Difficile est autem.*

* *cum praestare omnibus concupieris*] Abest a Gu. pr. *omnibus*, quod ita transponit tert. *cum omnibus praestare.* Pro *concupieris* in quarto est *cupieris,* in tert. quint. et in veteribus impr. *concupiveris.*

9. *nec ullo publico*] Sic etiam Goth. Suspicatus aliquando sum, totum hunc locum ita esse refingendum. *Ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se, aut ullo publico ac legitimo iure patiantur; exsistantque in republ. plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint* (Goth. *et ut vi potius sint*) *vi potius superiores, quam iustitia pares. Exsistuntque,* pro *exsistant*, ideo scriptum credidi, quod *neque* dici non posse vulgo persuasum fuit, nisi aliud *neque* sequeretur, atque ita *aut* in *neque* mutato, verbum *exsistunt* novam sententiam inchoare visum. Saepe autem Cicero non minus, quam alii *neque* cum *que* vel *et* copulant. Cap. XXI, 8 *Si quidem nec anxii futuri sunt, et cum gravitate constantiaque victuri.* Lib. III. c. 1. pr. *Ut neque cessaret umquam, et interdum colloquio alterius non indigeret.* Eod. lib. c. XIV, 2 *Eques Rom. nec infacetus, et satis litteratus.* Lael. c. 27 *Sed nec illa exstincta sunt, aluntur que potius et augentur cogitatione et memoria.* Cato de re rust. c. 129 *Ita ligna neque fumosa erunt, et bene ardebunt.* Celsus lib. II. c. 8. sub fin. *Quacumque vero parte corporis membrum aliquod resolutum est, si neque monetur, et emacrescit, in pristinum habitum non revertitur.* Senec. lib. III. de ira c. 8 *Qui iram tuam nec evocent, et ferant.* Lactant. lib. I. c. I, 5 *Sed neque*

ac legitimo iure patiantur: exsistuntque in re publica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam iustitia pares.
10 Sed quo difficilius, hoc praeclarius. Nullum est enim tem-
11 pus, quod iustitia vacare debeat. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam. Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum illud, quod maxime natura sequitur, in factis positum, non in gloria iudicat: principemque se esse mavult,
12 quam videri. Etenim qui ex errore imperitae multitudinis
13 pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res iniustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriae cupiditate. Qui locus est sane lubricus, quod

adepti sunt, quod volebant, et operam simul atque industriam perdiderunt. Ita et Vellei. Paterc. loco proxime ante adscripto. Nunc ita plane Facciolatum, V. C. edidisse video, nisi quod illi *nec ullo publico ac legitimo iure* servare placuit. Vulgatam tamen lectionem haud quaquam aspernor, quam, dum certius aliquid in scriptis libris reperiatur, tueor.

° *ac legitimo*] Gu tert. *aut legitimo.* Mox quart. omissa copula, *largitores, factiosi.*

10. *Sed quo difficilius*] Quanto difficilius est, tanto est praeclarius.

° *Sed quo difficilius*] Gryph. *Sed quo id est difficilius, hoc est praeclarius.*

Nullum est enim tempus] Vinar. Rom. et Facciol. *nullum enim est tempus.* Vide ad Cat. mai. c. VII, 11.

° *Nullum est enim tempus*] Gu. pr. ignorat particulam *enim*, quam ita ordinant tert. quint. exc. Bedae et Eybi *Nullum enim tempus est*: sec. impr. vetusti omnes et Gryph. *Nullum enim est tempus.* [Sic etiam Bern. omnes, nec causa est ulla, cur eorum auctoritatem deseramus.]

11. ° *quod maxime natura sequitur*] Quod ab eo, qui naturae legibus ac rationi paret, maxime expetitur. Gu. quart. duo Cockmanni, impr. uterque Lips. et Gryph. *naturam sequitur*; quod Hier. Wolfio et Pearcio placebat.

° *principemque se esse*] Expulit Gu. sec. copulam, quam nec quintus habet, nisi a correctore.

12. *qui ex errore imperitae multitudinis pendet*] Qui ea tantum praeclara et expetenda ducit, quae vulgus admiratur et laudat.

° *Etenim qui ex errore*] Praepositio deest in Gu. quinto, cui astipulantur impr. veteres omnes.

13. *ut quisque*] Vide ad c. XV, 1. *altissimo animo*] Heumann. conicit *elatissimo.*

et gloriae cupiditate] Goth. [et Bern. a] *ut quisque altissimo animo et gloriae cupidus est.* Vin. unus Oxon. Ven. omnes et alii *cupido,* quod retinent Olivet. et Facciol. unde Lambinus et Fabricius *cupidissimo* effingunt, S. R. Heumannus noster *cupidiore.* Graevius *cupiditate* tuetur, subintelligitque *maxima* vel *summa.* Ita vero malim *cupidus*: quod est in Goth. et Balduinus, Aldus, et Fr. Fabricius in suis, in aliquot Oxoniensibus Cockmannus reperit. Eadem enim ellipsi *maxime* subaudias ad *cupidus*, ac paulo commodius id cum *quisque* copules. Facit cum hac lectione Senecae locus de constant. sap. c. 11. quem Graevius adfert: *Ut quisque contemtissimus et ludibrio est, ita solutissimae linguae.* Vide quae adnotavi ad Cornel. Nep. Attic. c. VIII, 2. Gronov. ad Liv. I, 25. Non dissimile est illud c. XXVI, 8 *maximas geri res*

vix invenitur, qui, laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime 20
cernitur: quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere: nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunae succumbere. Altera est res, ut, cum 2
ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem et maxime utiles, sed ut vehementer arduas

et maximi animi. Sed Pearcius, cuius ingenio multum tribuo, damnata omni lectionum nostrarum varietate, ita legendum putat: *Facillime autem ad res iniustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriae cupiditate.* Coniungit ille *impellitur gloriae cupiditate.* Iudices erunt alii, qui volent ac poterunt.

* *et gloriae cupiditate*] Felicem Pearcii coniecturam plane confirmat suffragio suo Gu. pr. ex quo nunc edidi *ut quisque altissimo animo est, gloriae cupiditate.* Variant reliqui. Gu. sec. *ut quisque alt. an. et gloriae cupiditate est*: tert. *quisque ut est alt. an. et gl cupiditate*: quart. *ut quisque in alt. an. et gl. cupiditate*: quint. [Bern. b d] *ut quisque alt. an. et gl. cupiditate.* Codex Anemoec. *ut quisque alt. animo, et gloria, et cupiditate.* Vocem *cupiditate* impr. Ven. 1498. ac Lugd. 1527. in *cupido*, Lipsienses vero in *cupidus* mutaverunt.

Qui locus est sane lubricus] Qui in hunc locum deveniunt, ut res gerant praeclaras, in lubrico stant: quod nec contemnere gloriam, nec sine fraude et iniuria eam adsequi facile est. Goth. *est sane cupidus lubricus, quia.* [Lubricus h. l. est difficilis ad tractandum, cum *locus* non sit gradus, sed argumentum, de quo agitur.]

* *non quasi mercedem*] Gu. pr. *non sibi mercedem.* Saepe dativus ille apud bonos πλεονάζει. Terent. Andr. IV, 2, 13 *Hanc mihi expetivi, contigit.* Cic. pro Rosc. Am. c. 13 *Audaciae partes Roscii sibi poposcerunt.* In Verrem IV, 37 *Non alienam mihi laudem appeto.* Contra Rullum II, 23 *Nihil sibi appetit praecipue Pompeius.* Supra cap. VII, 4 *Eo plus si quis sibi appetit.*

Cap. XX, 1. *duabus rebus*] Goth. *ex duabus rebus.*

rerum externarum] Idem *terrenarum*, quod hoc verbum monachis fuit notius. *Externae res* sunt, quae non in nostra, sed in aliorum et fortunae potestate sunt.

nullique neque homini] Duae negationes haud quaquam adfirmantes: quarum plura exempla adnotavit Vechnerus hellenolex. p. 381. Infra c. XXVI, 10 *Nullo neque turpi quaestu neque odioso.* [Cf. gramm. nostram. §. 754. not.]

* *nullique neque homini*] Gu. tert. *nullique nec homini nec perturbationi*: quint. *neque fortunae*: impr. veteres *nulli neque homini*, abiecta copula.

perturbationi animi] Vide ad c. VIII, 9.

succumbere] Repete *oportere. Succumbit homini*, qui vincitur metu, minis, precibus, gratia, hisque a recte agendi proposito deducitur.

2. *Altera est res*] Goth. *altera res est.*

* *sed et vehementer arduas*] Dudum *sed et*, pro *sed etiam*, in Cicerone suspectum fuit. Gu. tert. quart. atque ed. Gryph. molestum istud *et* abiiciunt, quos sequerer, nisi elegantiorem et unice veram scripturam sisterent Gu. pr. sec. quint. omnes impr. vetusti, pluresque Gruteri et Cockmanni codices, ex quibus *sed ut vehementer arduas* nunc

plenasque laborum, et periculorum tum vitae, tum multa-
3 rum rerum, quae ad vitam pertinent. Harum rerum dua-
rum splendor omnis et amplitudo, addo etiam utilitatem,
in posteriore est: caussa autem et ratio efficiens magnos vi-
ros est in priore. In eo est enim illud, quod excellentes
4 animos et humana contemnentes facit. Id autem ipsum
cernitur in duobus, si et solum id, quod honestum sit,

edidi. Repetitio coniunctionis *ut* bonis usitatissima fuit. Noster de or. II, 61. extr. *Salsum hunc possum dicere, atque ita, non ut eiusmodi oratorem esse velim, sed ut mimum.* Vide Io. Fr. Gronov. ad Plaut. Bacch. IV, 6, 18. Iac Gron. ad Cic. de nat. deor. III, 8. Duker. ad Flor. II, 6, 19. et viros doctos ad Livium pluribus locis.

* *cum vitae*] Sic edidit Graevius, et sic est in Gu. sec. [Bern. a b Erf.] Reliqui pro *cum* dederunt *tum*, quod Grut. Gron. et alii retinuerunt. Gu. quart. *tum vitae causa:* quint. *tum usu vitae:* impr. incert. *tum pro usu vitae:* ceteri impr. veteres *tum causa vitae.*

tum multarum aliarum rerum] Goth. Vin. cum pluribus vulgatis, *tum multarum causa rerum*, ex inepta glossa. Connexa sunt *pericula vitae* et *aliarum rerum.*

* *tum multarum aliarum rerum*] Gu. quart. transponit *tum aliarum multarum rerum.* In reliquis scriptis meis [et Erf. Bern. b c] impressisque veteribus nusquam comparet vocabulum *aliarum*, quod sine cunctatione expunxi. [Bern. a *mult. al. rer.* d *multarum* omittit.] A Gu. pr. abest etiam vox *rerum,* quod inde factum esse suspicor, quia olim nihil aliud scriptum fuit, quam *tum rerum, quae ad vitam pertinent*, et glossator aliquis supra nomen *rerum* adscripserat *multarum.* Hanc glossam, quam correctionem esse credebat, librarius noster, extruso vocabulo *rerum,* in orationis Tullianae contextum admisit. Quam foede grassati sint in hunc locum glossatores, indicio est etiam hoc, quod legitur in Gu. quint. [Bern. e] omnibusque impr. vetustis *tum multarum causa rerum.*

3. *splendor omnis et amplitudo*] Hae duae res differunt ut caussa et effectus. Ut enim fortitudo in oculos incurrat, aliis admirabilis, nobis utilis sit, posterior illa praestat: ut ipsa sit, suumque nomen tueri possit, prior efficit. Goth. *splendor omnis amplitudo est animi, addo etiam utilitatem, quae in posteriore est, causa autem et ratio.*

* *splendor omnis et amplitudo*] Copulam delent Gu. pr. sec. quint. [omnesque Orelliani et Erf.] atque impr. Magont. Non male. Lib. III. ad divers ep. 7 *Homo - - - summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem.*

in posteriore est] Rom. *est* omittit.

* *in posteriore est*] Gu. sec. impr. Magont. incert. et Gryph. omittunt verbum *est.* Ita, eodem verbo omisso, paulo post MSS. Gu. praeter quintum omnes dederunt *magnos viros in priore:* Gryph. *in priore est.*

In eo enim est] Goth. *in eo est enim.*

* *In eo enim est*] E tribus Gu. prioribus [aliisque bonis] restitui positum, qui Ciceroni est usitatior, *In eo est enim.*

* *illud, quod excellentes*] Antiqua terminatione accusativi servata Gu. pr. *excellentis:* quint. *id, quod excellentes animos, humana contemnentes*, mutato pronomine omissaque copula.

humana contemnentes] Vid. ad cap. IV, 6.

4. * *Id autem ipsum*] Posterius pronomen excludit Gu. tert. Mox impr. veteres omnes *et si solum id.* Deinde Gu. tert. *quod honestum est.* Hunc indicativum haud spreverim, dum suffragia maiora accedant.

bonum iudices, et ab omni animi perturbatione liber sis.
Nam et ea, quae eximia plerisque et praeclara videntur, 5
parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere,
fortis animi magnique ducendum est: et ea, quae videntur
acerba, quae multa et varia in hominum vita fortunaque
versantur, ita ferre, ut nihil a statu naturae discedas, nihil
a dignitate sapientis, robusti animi est magnaeque constan-
tiae. Non est autem consentaneum, qui metu non franga- 6
tur, eum frangi cupiditate: nec, qui invictum se a labore
praestiterit, vinci a voluptate. Quam ob rem et haec vi- 7
denda, et pecuniae fugienda cupiditas. Nihil enim est tam
angusti animi tamque parvi, quam amare divitias: nihil
honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si
non habeas; si habeas, ad beneficientiam liberalitatemque

omni animi perturbatione] Goth. Vinar. Oxonienses et vulgatorum optimi *ab omni perturbatione animi,* nec aliter Pearc. Olivet. et Facciol. Quidam *omni* omittunt, haud male: ex *animi* fieri solet *omni.* Vid. n. 9. et cap. XXIX, 2.

* *et omni animi perturbatione*] Impr. Ven. 1498. et uterque Lips. omittunt *omni.* In reliquis impr. vetustis omnibusque MSS. Gu. est *et ab omni,* quod revocandum esse iam vidit Iac. Gronovius. Pro *perturbatione* Gu quint. dedit *turpitudine,* tert. *perturbatione sis liber.*

5. * *Nam et ea, quae eximia*] Copula abest a Gu. sec. Ordinem verborum mutant quart. *eximia quae,* tert. *videntur et praeclara.*

ducendum est] Vin. aliquot Oxon. Aldique codd. Rom. *dicendum est.*

* *ducendum est*] Gu. quart. et impr., veteres, si incertum exceperis, omnes *dicendum est.* Paulo post cuncti impr. vetusti *quorum multa et varia.*

* *robusti animi est*] Facciolatus, nescio unde acceptum, [sed Bern. a comprobatum] edidit *hoc robusti animi est.*

6. *Non est autem consentaneum*] Vincent. Bellov. addit *rationi,* sed de suo, ut videtur.

* *qui metu non frangatur*] Gu. pr. *qui metu non frangitur,* et mox *neque qui invictum se a labore praestitit, eum vinci cupiditate.* Impr. Lugd. 1527. *invictum se labore,* abiecta praepositione, quam etiam e sequentibus tollunt omnes impr. veteres, qui dederunt *vinci voluptate.*

a labore] *Labori* opponit *voluptatem.* Ergo idem est *labor,* quod *aegritudo.* n. 10.

7. *et haec videnda*] Goth. *vitanda,* sed non a prima manu, quam *videnda* scripsisse apparet. Vinar. tamen et nonnulli alii illam lectionem solam habent, eamque et Facciolatus revocavit, Heumannus probat. *Videnda,* quod in melioribus est, *cavenda* interpretaberis. Vid. ad c. XIV, 2.

* *et haec videnda, et*] Prius *et* excidit e Gu. pr. Pro *videnda* tert. et quint. *vitanda*: quart. *videnda est*: impr. vetusti omnes *vitanda sunt:* Pearcius *videnda sunt.* Deinde impr. Lips. uterque *fugienda cupiditas est.*

* *Nihil enim est tam*] Gu. quart. et quint. omiserunt verbum *est,* quod tamen corrector posterioris adposuit sic: *Nihil est enim.* Mox impr. Magont. et incert. *tamque pravi,* et paullo post Gu. sec. *munificentiusque.*

pecuniam contemnere] In rebus expetendis non ponere, non adpetere. Vid. ad cap. 1. extr.

* *beneficientiam*] Ita Gu. pr. et sec. Ceteri cum vulgo *beneficen-*

8 conferre. Cavenda etiam est gloriae cupiditas, ut supra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris
9 omnis debet esse contentio. Nec vero imperia expetenda, ac potius aut non accipienda interdum, aut deponenda non
10 nunquam. Vacandum autem omni est animi perturbatione, tum cupiditate et metu, tum etiam aegritudine et voluptate animi, et iracundia; ut tranquillitas animi et securitas adsit,
11 quae affert cum constantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem et sunt, et fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se removerunt, ad

tiam. [Cf. ad c. VII, 1. Et h. l. plerique et meliores Bern. sine i.]

8. * *Cavenda est etiam*] Gu pr. *Cavendum etiam est:* sec. [et Bern. a b d Erf.] *Cavenda etiam est,* quod recepi. Verbum *est* quart. ignorat.

gloriae cupiditas] Honoris et laudis.

ut supra dixi] Cap. XIX, 12.

* *Eripit*] Uterque impr. Lips. *excipit,* Ancmoec. *eruit.*

10. *Vacandum autem est*] Goth. *vacandum est autem.*

* *Vacandum autem est omni*] Gu. tert. *Vacandum est autem omni*: sed elegantius pr. sec. qnint. [aliique] *Vacandum autem omni est;* quem positum tuetur etiam quart. exhibens *Vacandum autem ab omni est.*

omni animi perturbatione] *Omni* deest in Goth. in margine tamen adscriptum. [Mox *cum* pro *tum* Bern. a b Erf.]

voluptate animi] Nimia animi laetitia.

* *et voluptate animi*] Ultima vox deest in Gu. tert. [in alio libro nullo. Itaque neque eos qui omittunt nec qui corrigunt probare possim. *Volupt. nimia* edidit Orellius: at quicquid nimium est fugiendum esse sponte patet.]

et iracundia] Goth. in margine addit *et invidia.*

tranquillitas et securitas] Deest in Goth. *et securitas,* pro quo in marg. *et severitas.* Pearcius ex undecim codd. Anglic. et ed. Victorii legit *tranquillitas animi et securitas,* quod in Ven. tert. etiam reperio, nec tamen protinus recipio.

* *ut tranquillitas*] Omnes MSS. Gu. *ut tranquillitas animi,* quod Pearcius ex suis libris revocavit, quem sequor. Ita infra c. XXI, 8 *tranquillitas animi atque securitas* iunguntur. Fastidierunt editores plerique ter eadem periodo repetitum vocabulum *animi.* Sed ita noster de divin. II, 44. princ. vocem *caeli* ter, et infra lib. III. c. 4. n. 15. et c. 30. n. 9 et 10. vocabula *utile* et *honestum* quinquies repetit. Exempla similia magno numero adferri possent, nisi nobis sufficeret, quod Quinctilianus lib. VIII. c. 3. testatur, in hoc ταυτολογίας vitium, quod summi auctores non magnopere vitaverint, saepe ipsum Ciceronem incidisse. Adde patruum ad cap. XIV, 9. et XXI, 3. Drakenb. ad Liv. I, 3, 9. et quae disputavi in vindiciis fragmentorum Cornelii Nep. Guelph. p. 142. seq. Proxima verba sic ordinant Gu. quint. omnesque impr. veteres *adsit et securitas.*

quae affert] Manut. et Lamb. *afferat,* idque est in Vinar.

* *quae affert cum constantiam*] Gu. tert. quart omnesque impr. veteres *quae afferat.* Pro *cum,* quod [Bern. e et Erf.] impr. Magont. ac Lipsienses omittunt, Gu. sec. tert. quint. impr. incert Ven. 1498. ac Lugd. 1527. *tum* dederunt. [Sed *cum* est in Bern. a b d.]

11. * *Multi autem et sunt, et fuerunt*] Prius *et* tollunt Gu. pr. et quart. atque hic simul particulam *autem* eiecit

se removerint] Goth. Vin. Rom. omnes Venet. Argent. et Facciol. *removerunt,* et paulo post *perfugerunt.*

otiumque perfugerunt. In his et nobilissimi philosophi longeque principes, et quidam homines severi et graves, qui nec populi nec principum mores ferre potuerunt: vixeruntque non nulli in agris, delectati re sua familiari. His 12
idem propositum fuit, quod regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur: cuius proprium est, sic vivere, ut velis.

21 Quare, cum hoc commune sit potentiae cupidorum cum iis, quos dixi, otiosis: alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant: alteri, si contenti sint

* *se removerint*] Gu. tert. quart. quint. omnesque impr. veteres *se removerunt.* Mox pro *perfugerint,* quod solus Gu. pr. tenet, alii *perfugerunt*, alii *profugerunt* exhibent. Praetuli *removerunt* et *perfugerunt,* quam scripturam in suis etiam libris fuisse Cockmannus et patruus testantur. Indicativus post *sunt qui* saepe Latinitati convenientior est, quam coniunctivus. Vide quae dicentur ad c. XXIV, 12. [Sed cum Bern a b c d consentiant in coniunctivis, causa non videtur esse, cur ab eorum auctoritate recedamus.]

* *In his et*] Gu. pr. *in his etiam,* quint. *et in his.* Deinde quart. *longevique principes:* Nonius in voc. *Longum,* omissa copula, *longe principes.* Postea impr. Lipsienses *et quidem homines.*

nobilissimi philosophi] Ex quorum numero fuerunt Socrates, Plato, Aristoteles, Zeno, Epicurus et eorum successores.

* *nobilissimi philosophi*] Vide lib. IX. ad divers. ep. 6. Tusc. quaest. V, 37. Plutarch. in libro, qui inscribitur λάθε βιώσας, item de exsilio p 605.

et quidam hom'nes severi] Goth. *et quidem homines,* sed invito Cicerone, qui hos distinguit a philosophis. Nec dubium est, quin Pomponium Atticum eiusque similes alios significet.

nec populi nec principum mores] Vide Cicer. lib. I. epist. IX, 53. Brut. c. 67. Cornel. Nep. Attic. c. 6. Pearcius doctum quemdam virum coniecisse ait, *qui nec populi.*

* *nec populi*] Coniecturam viri docti, quem laudavit Pearcius, confirmat Gu. tert. ex quo *qui nec populi* repono [Sed cum reliqui codd. omnes omittant *qui,* praestare videtur novam sententiam et incipere et absolvere.] Paulo post dedit Gu. quint. *vixerunt non nulli,* particula *que* omissa.

delectati re sua familiari] Suis rebus administrandis contenti.

12. *ut ne qua re*] *Ut* in Goth. temere omissum.

libertate uterentur] Repete ad hoc non *ne,* sed *ut.* Vid. ad Cornel. Nep. Hannib. c. XI, 2. [Cf. nostram gramm. §. 784.]

Cap. XXI, 1. * *commune sit*] Gu. pr. *sit commune.*

cum iis, quos dixi, otiosis] Potuisset dicere *cum dictis* vel *praedictis otiosis,* si hoc umquam sibi indulsisset, quod nunc solum plerisque familiare est. Ita n. 8 *Ea quam saepe dico, tranquillitas animi atque securitas.* c. 17 *Illud honestum, quod saepe dicimus.* Lib. II. c. 9 *Ac primum de illis tribus, quae ante dixi, benevolentiae praecepta videamus.*

otiosis] Cicero *otiosos* non vocat homines inertes, pigros, laboris impatientes; sed qui nihil publici negotii agunt privatamque vitam sequuntur. Male quidam *otiosos.*

* *otiosis*] Ita Gu. pr. [Bern. d ab alt. manu] impr. incert. et Lipsienses: ceteri *otiosos* dederunt.

* *si opes magnas*] Gu. tert. *si opes maximas*: quart. postremum vocabulum omittit. Paulo post tert. *si sint contenti,* quart. impr. Magont. et incert. *si contenti sunt.*

2 et suo, et parvo. In quo neutrorum omnino contemnenda sententia est: sed et facilior, et tutior, et minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, qui se ad rem publicam et ad magnas res gerendas accommo-
3 daverunt. Quapropter et iis forsitan concedendum sit rem publicam non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinae sese dediderunt: et iis, qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua graviore caussa impediti, a re publica recesserunt, cum eius administrandae potestatem aliis laudemque conce-

2. * *in quo neutrorum contemnenda est sententia*] Impr. Lugd. 1527. *in quo quidem neutr.* A Gu. tert. abest verbum *est*, quod eleganter ad finem reiiciunt pr. sec. quart. [aliique meliores] hoc modo: *contemnenda sententia est.*

sed et facilior] Goth. *sed facilior.*

* *sed et facilior*] Gu. pr. *sed favorabilior*, omisso *et*, quod etiam tert. excludit.

aut molesta] Goth. *haud molesta,* haud absurde.

* *ad res magnas*] Excepto impr. Lugd. 1527. omnes et scripti, et impr. veteres mei transponunt *ad magnas res*, quibuscum facit Nonius voc. *Accommodatum.* Pro *accommodaverunt* Gu. quart. substituit *contulerunt.*

accommodaverunt] Goth. *accommodaverint.*

3. * *Quapropter et iis forsitan*] Adverbium *forsitan* in Gu. sec. a correctore accessit, a quarto abest.

concedendum sit] Facciolato hoc mutandum videtur in *parcendum,* quod paulo post sequatur *concederent,* Ciceroque verborum inopia minime laboret. Sed in his quidem libris quidquid hoc est vitii non evitavit Cicero. Cap. XXXVII, 9 *Sale vero et facetiis Caesar, Catuli patris frater, vicit omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vinceret.* Vid. ad c. XIV, 9. Lib. III, 33, 9. Nihil opus est pluribus, quae cuique obvia sunt. *Concedendum* autem est, *ignoscendum, vitio non vertendum.* Vid. adnot. ad orat. pro Rosc. Am. c I, 7.

doctrinae sese dediderunt] Goth. et Vin. *dederunt,* quod et in Lactantio, Ciceronis imitatore, probabat Cellarius lib. I. princip. Sed alterum praestat, idque in Lactantio etiam retinuit v. c. Bunemannus. Cicer. lib. I. epist. VII, 33 *litteris omnibus a pueritia deditus.* Infra quoque cap. XLIV, 5 *doctrinae, studiis et sapientiae dediti.* Plin. lib. V. epist. XVI, 8 *Ut qui se ab ineunte aetate altioribus studiis artibusque dediderunt.* Horat. lib. II. sat. III, 105.

Nec studio citharae, nec musae deditus ulli.

* *sese dediderunt*] Gu. pr. *se dederunt:* quint. impr. Magont. Lips. 1507. et Lugd. 1527 *sese dederunt.*

valetudinis imbecillitate] Ut superioris Africani filius, de quo cap. XXXIII, 11.

* *valitudinis*] In impr. incert. Lugd. 1527. Gryph. Ald. et Facciol. *valetudinis* per E exscriptum est; mihique persuasi, alteram scripturam, per I, tum demum invectam esse, quum ab antiqua pronuntiandi lege aberrantes secundam huius vocabuli syllabam corriperent, quae olim producebatur. Sequentia verba transponit Gu. tert. *graviore impediti causa.*

aliqua graviore causa impediti] Ut ipse Cicero extremis temporibus a republ. recessit: ut Spurinna, Pomponius Bassus et alii a Plinio laudantur, qui extrema vitae tempora sibi impertierunt. Vide Cicer. infra lib. III. c. 1. Plin. lib. III. ep. 1. lib. IV. ep. 23.

derent. Quibus autem talis nulla sit caussa, si despicere 4
se dicant ea, quae plerique mirentur, imperia et magistratus; iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto. Quorum iudicium in eo, quod gloriam contemnant, 5
et pro nihilo putent, difficile factu est non probare: sed videntur labores et molestias, tum offensionum et repulsarum quasi quamdam ignominiam timere et infamiam. Sunt 6

4. *nulla sit causa*] Sic etiam Goth. et Vin. *est* Grut.

quae plerique mirentur] Goth. *quae plurimi admirentur*, a manu vero aliena *plerique mirentur.* Vinar. etiam *admirentur*, ut est in Ven. Arg. Ald. et Facciol.

* *mirentur*] Gu. quint. impr. Magont. incert. et Lipsienses *admirentur:* Lugd. 1527 *admirantur:* Ven. 1498 *admittant.*

non modo non laudi] Goth. *His non modo laudi*, Vin. *hiis modo non laudi.* Sed retineo utramque negationem, etsi ea aliquando iterari non solet. *His* est etiam in Ven. tribus Arg. et Ald. *iis* Ven. quart.

* *non modo non*] Posterius *non* e Gu. quinto excidit.

5. *difficile factu est*] Sic lib. III. de nat. deor. c. 1 *difficile factu est, me id sentire, quod tu velis.* [In Tim. c. 11 *difficile factu est, a diis ortis fidem non habere.*]

* *difficile factu*] Plerique codices Gu. et impr. Magont. *factum.* Ita supinum illud depravari solet a librariis. Horum aberratio vereor, ne in locis similibus interdum etiam doctissimis editoribus imposuerit.

sed videntur labores et molestias tum offensionum tum repulsarum] Haec vulgo coniungunt, cum Cicero distinguere videatur *labores, offensionum molestias, et repulsarum ignominiam.* In Goth. lego *sed videntur labores et molestias tum offensionum et* (huic particulae puncta subducta sunt) *tum repulsarum.* In exc. Pith. edit. Ven. quart. et Gryph. est *tum labores et molestias:* in Oxon. pluribus *offensionum et repulsarum,* quod Facciolatus maluit, qui edidit, *tum offensionum et repulsarum quasi quamdam ignominiam.* Sed *offensionum ignominia* non placet. *Offensiones* enim sunt inimicitiae. Lib. X. epist. 11. extr. *Non me impedient privatae offensiones, quo minus pro reipubl. salute etiam cum inimicissimo consentiam.* Dispiciant alii, an fuerit: *Sed videntur tum* (vel *cum,* ut Langius) *labores et molestias offensionum, tum repulsarum quasi quamdam ignominiam timere et infamiam.*

* *tum offensionum, tum repulsarum*] Ex optimo Gu. sec. et melioribus Gruteri [Orellianis item] recepi Guilielmio et Facciolato probatam scripturam *tum offensionum et repulsarum,* quam etiam in tribus Anglicanis reperit Cockmannus. Manus prima in Gu. quinto eamdem dederat, sed corrector in hoc particulam *tum* adiecit, ut esset *et tum repulsarum.* Gu. pr. *tam offensionum et repulsarum quamdam,* omissa particula *quasi:* quart. *tam offensionum, quam repulsarum et quasi.* Eleganter vero dicitur *offensionum quasi ignominia.* Saepe enim *offendere* Ciceroni, quemadmodum Graecis προσκροῦσαι, significat *eventu destitui, male rem gerere,* metaphora ab iis desumta, qui per asperam ac praecipitem viam incedunt. Pro Cluent. c. 23 *Potius illum, qui bis apud eos iudices offendisset, quam eum, qui bis causam iis probavisset.* Ad divers. lib. I. ep. 7 *Si cecidisset, ut volumus, ut optamus, omnes te et sapienter et fortiter; si aliquid esset offensum, eosdem illos, et cupide et temere fecisse, dicturos.* Ergo *offensio* est ἀπότευγμα, dimicationis infelix successus, qui saepe magnam famae atque existimationis iacturam adfert. Pro leg. Manil. c. 9 *Hic in ipso illo malo gravissimaque belli offensione.*

enim, qui in rebus contrariis parum sibi constent: voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea quidem non
7 satis constanter. Sed iis, qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, et gerenda res publica est. Nec enim aliter
8 aut regi civitas, aut declarari animi magnitudo potest. Capessentibus autem rem publicam nihilo minus, quam philosophis, haud scio an magis etiam, et magnificentia, et de-

Ibid. c. 10 *Non offensionibus belli, sed victoriis.* Lib. I. ad divers ep. 7 *Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore ut - - - collaudere: offensionem esse periculosam.* Hinc etiam pro Cluent. c. 25 *offensionem,* et pro Planc. c. 21 *offensiunculam,* de repulsa usurpavit. Particulae *tum* non semper *cum* praemittendum, aut aliud *tum* esse sociandum, crebra Ciceronis exempla ostendunt. Ut ad divers. lib. V. ep. 13 *Casus enim gladiatorii similitudinesque eae, tum rationes in ea disputatione a te collectae vetabant me rei p. penitus diffidere.* Lib. XIII. ep. 43 *Qui consuetudine quotidiana, tum officiis plurimis maximisque mihi coniunctus est.*

6. *parum*] Non eamdem in diversis rebus virtutem praestent, sibi dissimiles sint.

* *voluptatem severissime*] Gu. quart. *et voluptatem.* Mox pr. *sunt molliores:* deinde tert. *negligunt,* quart. *neglegant.* Idem postea *satis constant*, impr. incert. *satis constanter fiunt.*

molliores] Impatientiores, delicatiores, minus fortes, [ut de Fin. II, 20 *dolorem molliter ferre.*]

non satis constanter] Supple *faciant.*

7. * *Sed iis, qui habent*] Gu. pr. *Sed his qui habeant,* quint. *Sed ab his qui habent.* Statim pr. tert. quart. quint. *adiumentum rerum.* Post quint. impr. incert. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527 *adipiscendi magistratus sunt.*

adiumenta rerum gerendarum] Goth. *adiumentum.* Qui ab ipsa natura ad res gerendas instructi sunt corporis viribus animique bonis necessariis.

cunctatione] Rom. *contatione.*

adipiscendi magistratus] *Adipiscitur,* qui petivit antea et ambiit. Itaque consequens dicitur pro antecedente. Lucret. lib. V, 631. de luna:

Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
Inferior quam sol; tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur, circum praeterque feruntur.

Hoc est, tanto magis cetera signa eam adsequuntur, praetereunt, superant. Plaut. I. Epid. I, 12 *Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occoepi sequi: Vix adipiscendi potestas modo fuit.* Vide et Sueton. Domit. c. 14. extr.

* *Nec enim*] Gu. quint. *Neque enim.* Idem postea *magnitudo animi potest.*

aut regi civitas] Quam si ii, quos ad eam regendam ipsa natura iustruxit, gubernacula capessant.

8. * *nihilo minus*] Non aspernor *nihil minus,* quod in Gu. pr. sec. quint. [Erf. Bas. Bern. a b c d] in omnibus impr. vetustis, etiam in edd. Anemoec. Ald. Wolf. reperio. Infra III, 9, 4 *Nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet.* De orat. III. c. 24 *Non multum est maius.* [Hoc igitur loco iustius quam infra III, 9 recipere *nihil* poterat.]

haud scio an magis etiam] Id est, fortasse etiam magis. Vide quae dicta sunt ad c. XI, 1.

magnificentia] In Fabriano thesauro in *Magnificentia* hic locus ita exponitur, ut *magnificentia rerum humanarum* coniungatur, et *admi-*

spicientia adhibenda sit rerum humanarum, quam saepe
dico, et tranquillitas animi atque securitas: si quidem nec
anxii futuri sunt, et cum gravitate, constantiaque victuri.
Quae faciliora sunt philosophis, quo minus multa patent in 9
eorum vita, quae fortuna feriat, et quo minus multis rebus
egent: et quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere
non possunt. Quocirca non sine caussa maiores motus ani- 10
morum concitantur, maioraque efficienda rem publicam ge-
rentibus, quam quietis; quo magis his et magnitudo est

ratio esse dicatur, cui *despicientia* op-ponatur. Alia Ciceronis mens est, qui *magnificentiam* per se intelligi vult, eamque non multo post *magnitudinem animi* interpretatur. Est enim *magnificentia*, ipso interprete lib. II. de invent. c. 54 *rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque administratio.* [Sic est orat. II. de leg. agr. c. 8. extr.]

adhibenda sit] Recte Facciolatus rescribit *adhibenda est:* nec enim pendet ab *haud scio an*, quod librarii putarunt. Atque ita Manutius ediderat et Fr. Fabricius. [At coniunctivus etiam absolute poni potest sententiae leniendae causa.]

quam saepe dico] In aliquo C. Langii libro fuit, *et, quam saepe dico, tranquillitas animi:* unde Pearcius, *et ea quam saepe dico.* Sed de hac non saepe dixit, saepius de despicientia rerum humanarum. Nostram lectionem ipse Lambinus probavit in addendis apud Fabric. [Recte Heus. mirorque cur recentiores editores eius auctoritati non paruerint, neque enim nimis longe abest relativum a *despicientia* sua.]

nec anxii futuri sunt, et] Vid. ad c. XIX, 9.

9. *Quae eo faciliora sunt*] Despicere res humanas, animi tranquillitatem servare. Goth. *quae omnia eo faciliora.*

* *Quae eo faciliora*] Particula *eo* in Gu. quinto post rasuram scripta, in tert. in *ea* mutata, in pr. sec. et quarto, etiam in ed. Gryph. [item in Bern b c Bas. Erf.] plane omissa est. Quam eleganter absit, docet Ruhnkenius v. c. ad Rutil. Lup. I, 4. p. 17.

quo minus multa patent] Quo minus multis fortunae telis eorum vita obiecta est, quo minus multa habent, quae illa feriat.

* *multa patent*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *patent multa.*

tam graviter cadere non possunt.] Quia non ex altissimo fastigio decidunt. Ovid. lib. III. trist. III, 17

Qui cadit in plano, (vix hoc tamen evenit ipsum,)
Sic cadit, ut tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor, tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi debilis umbra suo.

10. * *maiores motus animorum*] Gu. pr. *maiore motu animi:* quart. *maiores motus animo et concitantur:* quint. *maiores animorum motus.*

maioraque efficienda] Vinar. novem Ald. et Ven. duae *efficiendi:* plenius Ven. quart. *maioraque efficiendi cura:* duo Ox. unus Aldi, Fabricii et duo Guil. *maiorque cura efficiendi*, haud male. [Sic etiam Bern a, recte. *Cura efficiendi* est ingenii virium intentio coniuncta cum sollicita cogitatione.]

quietis] Otiosis, privatam vitam agentibus, de quibus ad n. 1. Vide Cort. ad Plin. lib. X. epist. 7 *Sic vita privata et quieta.* Cat. mai. c. VII, 6.

magnitudo animi] Goth. *magnitudo est animi adhibenda.*

* *animi est adhibenda*] Gu. quint. *animi adhibenda est.* Sed suavius

11 animi adhibenda, et vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit: sed etiam, ut habeat efficiendi
12 facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet, propter ignaviam: aut nimis confidat, propter cu-
13 piditatem. In omnibus autem negotiis, priusquam adgrediare, adhibenda est praeparatio diligens.

22 Sed cum plerique arbitrentur, res bellicas maiores
2 esse, quam urbanas, minuenda est haec opinio. Multi enim bella saepe quaesierunt propter gloriae cupiditatem. Atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit: eoque magis, si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum

est, quod quatuor priores suggerunt, *est animi adhibenda.*

11. * *Ad rem gerendam autem*] Gu. tert. *ad rem autem gerendam.*

ne id modo consideret] Vin. *modo* deest. Vide Cort. ad Sallust. p. 484.

* *ne id modo*] Gu. pr. *nec id modo.* Postea quint. *res sit honesta.*

ut habeat] Hoc *ut* pendet a *consideret,* et est ὡς, *quomodo, quatenus, qualiter.* Plaut. prol. Amphitr. 104 *Nam ego vos novisse credo iam, ut sit pater meus,* id est, qualis sit.

12. * *In quo ipso considerandum est*] Impr. Magont. Ven. 1498. ac Lips. 1507. *In quo cons. est ipso:* Lips. 1513. et Lugd. 1527 *In quo cons. est ipsi.*

Cap. XXII. 1. *minuenda est haec opinio*] Goth. *haec est opinio.* Non tamquam plane falsam reiicit istam opinionem, cuius ipse aliquando confirmator fuit pro Mur. cap. 9. et seqq. sed minuendam tantum censet, id est, restringendam. [Ipse quidem non dubitat, quin falsa sit, sed opinionem istam non dicit se sublaturum, quippe in animis hominum praevalentem, sed detracturum tamen aliquid de ea.]

* *minuenda est haec opinio*] Cum Gothano Gu. tert. et quart. *minuenda haec est opinio.*

2. *Multi enim*] Causam reddit, cur rebus bellicis praeferat urbanas [nequaquam, sed cur minuenda sit ea opinio]: ne gloriae cupidi homines bella non necessaria quaerant; sed paci potius inserviant, et servandis civibus, quam delendis hostibus, gloriam sibi parare malint.

bella saepe quaesierunt] *Saepe* abest a Rom. et Arg.

* *bella saepe quaesierunt*] Gu. pr. impr. Ven. 1498. ac Lips. uterque *bella quaesiverunt,* omisso adverbio, quod quint. ita collocat: *quaesiverunt saepe.* Etiam in impr. Magont. incert. ac Lugd. 1527. exscriptum est *quaesiverunt.*

in magnis animis] Cum animi magni et ingenia hominum excellentiora sunt. Cicer. lib. XV. epist. 15, 9 *Nos tamen, in consilio pari, casu dissimili usi sumus,* id est, cum par esset utriusque consilium. Vide Cort. ad Sallust. Iug. XIV, 11. XLI, 6. me in emendat. lib. I. ad Lactant. lib. V, 19, 11. [Mihi tamen constructione ad synesim, quam dicunt, usus videtur auctor, *animisque magnis* et *ingeniis* ipsos significare homines, quod in *ingeniis* quidem non raro fit.] Goth. Vin. Rom. *Atque in magnis animis ingeniisque id plerumque contingit.*

* *Atque id in magnis animis ingeniisque*] Omnes impr. vetusti *Atque in magnis animisque id.* Pro *ingeniisque* Gu. pr. *ingenuis,* quart. *ingeniosisque* dedit.

si sunt] Vin. Rom. *sint,* Goth. vero *eo magis, si sunt.*

* *si sunt*] Impr. Magont. et Lips. 1507 *si sint.*

* *cupidi bellorum gerendorum.*] Ex quo Ruhnkenius, vir humanissi-

gerendorum. Vere autem si volumus iudicare, multae res 3
exstiterunt urbanae maiores clarioresque, quam bellicae.
Quamvis enim Themistocles iure laudetur, et sit eius no- 4
men, quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimae testis victoriae, quae anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas: non minus praeclarum

mus, indicavit mihi, in *cupidi* latere vocabulum, quod *peritos* significet, dubitare coepi, an Cicero scripserit *callidi bellorum gerendorum*. Noster parad. VI, 3, 7 *rerum aestimatores callidos* vocat eos, qui sunt periti. Tacit. hist. II, 31 *Nemo illa tempestate militaris rei callidior habebatur.*

3. * *Vere autem*] Gu. quart. *Verum autem.*

4. *Themistocles*] Qui Xerxen, Persarum regem, apud Salamina insulam vicit, suaque virtute Graeciam liberavit, Athenas restituit. In Goth. lego *quamvis Themistocles*, sine *enim*.

* *et sit eius nomen*] Gu. tert. *sitque eius nomen illustrius, quam Solonis.*

Solonis] Qui rempubl. Atheniensium eamdem, quam Themistocles servavit, aequissimis legibus constituit. Hunc in septem sapientibus numeratum, omnes norunt.

citeturque Salamis clarissimae testis victoriae] Licet Salamis, apud quam pugna illa navalis facta est, qua Xerxes magnam suarum navium partem amisit, quasi testis illius victoriae citetur: hoc est, licet ea insula navali illa pugna et victoria de Persis nobilitata fuerit. *Salamis* Graecis usitatius esse dicitur a Prisciano lib. VI. p. 689. Latinis *Salamin*: sed, ut hic Cicero, Ovidius quoque lib. XIV. metamorph. v. 760. Vide mea ad Cornel. Nep. Them. III, 4. Arist. II, 1. [Neque rectus casus *Salamin* usquam ostenditur in nostris scriptoribus.]

* *clarissimae testis victoriae*] Nonius in voc. *Citare*, ubi hunc locum adducit, vocabulum *testis* omittit.

quae anteponatur] Goth. *anteponitur.*

quo primum constituit Areopagitas] *Areus pagus*; vel *Areopagus*, *Ἄρειος πάγος*, Athenis erat locus in arce [potius locus editus], iudiciis de rebus capitalibus habendis consecratus, a *πάγος*, *rupes*, dictus, ut plures putant, non a *pago* vici significatione. Penultimam certe doctissimi corripiunt, quae producenda esset, si ab altero ductum esset. *Ἄρειος* dictus esse creditur a Marte, qui primus ibi capitis causam dixerit, quod Neptuni filium, Halirrhotium, occidisset, Alcippae, Martis filiae, stuprum inferentem. Quo iudicio, duodecim diis cognoscentibus, sex tantum sententiis absolutus est. Areopagus autem primum a Cecrope, Athenarum conditore, constitutus, a Solone multo post restitutus est: neque aliud quidquam Ciceronem voluisse nonnulli existimant. *Constituere* enim aliquando is etiam dicitur, qui ea revocat, quae ad tempus fuerunt intermissa. Cum vero Plutarchus etiam in vita Solonis p. 88. aliquos fuisse adfirmet, qui Areopagum a Solone constitutum crediderint, et Cicero hic adverbium *primum* adiiciat: non improbabile est, Ciceronem eorum opinionem secutum esse, quibus in Areopago a Cecrope forum quidem, a Solone vero iudicium constitutum videretur. In Vin. *Ariopagus* et *Ariopagitae* scriptum est.

* *Areopagitas*] Hanc orthographiam e bonis libris Langius restituit. Omnes tamen Gu. cum impr. Magont. incert. et utroque Lips. *Ariopagitas* per I exhibent: et alibi quoque Ciceronis codices *Alexandriam, Aristotelios, Thucydidios* et similia pari constantia praeferre vidi. *Pedem spondium, metrum Asclepiadium* et alia reperi in antiquissimo codice Mallii de metris, ad cuius commentarioli cap. IV, 9. quaedam adnotavi. [Ex Orell. libris traditur in uno Bas. *i* esse, praetereaque est in Erf.]

non minus] Omissum est *tamen*,

5 hoc, quam illud iudicandum est. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit civitati. Hoc consilio leges Athenien-
6 sium, hoc maiorum instituta servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adiuverit: at
7 ille vere, ab se adiutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus eius, qui a Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania Lysandroque dicere, quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedaemonis putatur, ta-

quod subaudiendum. Vide Schwarzii Tursellinum de partic. c. 206.

5. * *hoc semper proderit*] Non sine veri aliqua specie, temere tamen, haec verba Gu. pr. omittit.

servantur] Nondum enim Ciceronis tempore priscae illae Solonis leges mutatae aut abrogatae erant. Pro Rosc. Am. c. 25 *Eius porro civitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit.* Vide adnot. ad Cornel. Nep. praef. n. 4.

6. * *nihil dixerit*] Male Gu. duo postremi omnesque impr. veteres *nihil dixit.*

at ille] Vel *Areopagus,* ut Pearcio placet, vel *Solon,* quod mihi verius videtur. [Non mihi, neque enim fieri potest, ut *ille* a praegresso nomine separetur. Ceterum Areopagum in Solonis republ. posteaque restituta ex anarchia rep., magisque sub Rom. potestate plus quam iudicium, vere summum reip. consilium fuisse verisimile fit. Qua in re Themistoclem hic senatus, non ille CCCC aut D, adiuverit, vide apud Plutarch. in Them. c. 10 *Οὐκ ὄντων δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις-τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις.* Locum laudavit Beierus. Ceterum cf. ad eandem rem de potestate Areopagi Hermann. antiq. Graec. §. 109.]

at ille vere, ab se adiutum Themistoclem] Supple *dixerit,* quod a quibusdam librariis inculcatum est. Haec autem lectio fuit in aliquot libris Langii, Lambini et Fabricii: plures, quos Gruterus et Graevius viderunt, aliquot Oxon. Vinar. Rom. Venet. Arg. Ald. *at ille adiuvit Themistoclem,* Goth. *at ille vere se adiuvit et Themistoclem,* cui superscriptum est *vero,* et pronomen *se* deletum: quod ferrem, si *at* omitteretur. Sed vulgatam praefero.

* *at ille vere, ab se adiutum*] Gu. tert. *at ille dixerit vere.* Praepositionem *ab* Gu. pr. [Bern. b d Erf.] omittit, sec. tert. Gryph. Iac. Gron. et Ern. in *a* mutant. In quart. quint. [Bas. Bern. e] omnibusque impr. vetustis est *at ille adiuvit Themistoclem.* In maxima varietate cum nostrorum, tum aliorum librorum, mihi quidem verum, certe proximum vero, videtur, quod Aldus in uno se libro reperisse testatur, *at ille, se adiutum Themistoclem.* [Bern. a *at illo verum est esse adiutum,* Bern. c. *at ille vere adiutum.* Mihi quidem satis adhuc vulg. placet, Gernhardi coniectura *at ille reapse adiuvit,* quam Beierus recepit, nulla re magnopere probatur.]

7. *Pausania*] Duce Spartanorum, qui Mardonium cum ducentis millibus Persarum profligavit Vid. c. XVIII, 9.

Lysandroque] Qui Atheniensium classem cremavit, Athenas cepit, earumque muros diruit. Laudat eum Cicero Cat. mai. c 17. reprehendit lib. II, 23. pr.

* *quamquam imperium*] Gu. quart. *quondam imperium.*

imperium Lacedaemoniis dilatatum] Goth. et ex Oxon. unus *quamquam Lacedaemoniis dilatatum putant imperium.* Aliquot Oxon. *dilatatum* ita, ut Gruterus fecit, omittunt; cui *partum* substituit Lambin. et Facciol. *delatum* Gronov. pater, *datum* Gronov. fil. Offendit scilicet hos viros participium *dilatatum,* quod hic sit vel *propagatum* vel *amplificatum.* Cur vero *dilatari imperium*

men ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi sunt. Quin etiam ob has ipsas caussas et

non dicatur, cum id verbum amplificandi significatione saepe usurparit Cicero? Pausanias certe ac Lysander Lacedaemoniorum imperium tantis accessionibus auxerunt, ut ex eo tempore magnam Europae, et aliquam Asiae quoque partem complexum fuerit. Servo itaque illud, quod in pluribus libris est, quamvis in paucis librariorum vel errore vel inscitia omissum. Fecit idem Pearcius et Olivetus. Pro *Lacedaemoniis* in Pith. excerptis et in uno Londin. fuit *Lacedaemonis*, quod Pearcius merito praefert.

° *Lacedaemoniis dilatatum putatur*] Gu. sec. *dilatatum Lacedaemonis putatur*, eoque confidentius genitivum *Lacedaemonis*, quod Pearcius, patruus meus atque Ernestus iam fecerant, amplector. Gu. pr. et quint. *Lacedaemoniis putatur dilatatum:* impr. incert. *Lacedaemoniis dilatum putatur*. Participium, quod in meis libris fixam sedem non habet, quodque a tribus optimis Langii, multis Guilielmii, Gruteri unoque Cockmanni [itemque Erf. Bern. a b] aberat, Guilielmius et Gruterus merito proscripserunt. Verbum *putare* aestimandi significationem habet. In Verr. IV, 7 *Si denariis quadringentis Cupidinem illum putasset.* Tacit. hist. III, 2 *Si numerus militum potius, quam legionum putetur.* Nec vero *imperium* accipiendum est de finibus, quos Pausanias ac Lysander dilataverint: sed illud *imperium* est Lacedaemoniorum, sub quo Athenae et cuncta Graecia fuit. Vide Cornel. Nep. Con. IX, 4, 4 ibique Lambinum ac Bosium. [Videtur in antiquissimo libro excidisse unum verbum *imperium Lacedaemoniis* ° *putatur*, velut constitutum, paratum, idque deinde male esse expletum. Nam in vulg. scriptura multa displicent, et *imp. Lacedaemonis*, et *imp. dilatatum.* Minus vero etiam Heus. coniectura placet, neque enim *putatur* idem est quod *censetur* in tali genere dicendi.]

Lycurgi legibus et disciplinae conferendi sunt.] Id est, tamen eorum *res gestae* Lycurgi legibus et disciplinae non *conferendae sunt,* ut Pearcii amicus, me non adsentiente, legi voluit. Sic fere pro Flacco c. 26 *Cuius ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponam.* Phaedrus lib. IV. fab. XXIII, 3 *Conferre nostris tu potes te laudibus?* Neque enim me Phaedri auctoritate uti pudet, etsi sunt, qui eum cum Perotto natum credunt. Vide Vorstium ad Iustin. lib. I, 7, 14. qui hoc loquendi genus pluribus placuisse docebit.

° *legibus et disciplinae conferendi sunt*] Gu. pr. *et disciplina:* sec. et tert. *et disciplinis:* uterque impr. Lips. *conferendae sunt,* quod merito refellit patruus. Perquam eleganter *Pausanias et Lysander Lycurgi legibus et disciplinae* conferuntur. Hoc praestantissimis utriusque linguae scriptoribus usitatissimum comparandi genus ut viris doctis offensioni esse desinat, pluribus exemplis id illustrare nunc visum est. Socrates apud Platonem, in Phaedro circa finem, de Isocrate, *Δοκεῖ μοι ἀμείνων*, inquit, *ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους*. Hoc Cicero in oratore c. 13. expressit sic: *Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur.* Non igitur in suspicionem vocari debuit locus de invent. II, 2 *Fortasse magis hoc suo in genere opus nostrum, quam ille in sua pictura nobilis eniteret.* Neque erat, quod invitis libris omnibus corrigerentur illa de or. I, 4. extr. *Ingenia vero - - nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt.* Similia habes ibid. c. 6 extr. *Ut eorum, quibus summa dicendi laus a nostris hominibus concessa est, auctoritatem Graecis anteponam:* cap. 44 *Si cum illorum Lycurgo, et Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis:* et statim, *Hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus, et maxime Graecis, antepono.* Ibid. lib. II. c. 1 *Nostrorum hominum in omni ge-*

8. parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus C. Mario, neque, cum versaremur in re publica, Q. Catulus Cn. Pompeio cedere videbatur. Parvi enim sunt foris arma, nisi est consilium

nere prudentiam Graecis anteferre: cap. 89. extr. *Nihil dicam de ingenio, cui par nemo fuit.* In Pis. c. 9 *Quem ego civem, meo iudicio, cum deorum immortalium laude coniungo.* Tusc. quaest. I, 1 *Iam illa, quae natura, non litteris* (Romani) *asseculi sunt, neque cum Graecia, neque ulla cum gente sunt conferenda. Quae enim tanta gravitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda?* Cornel. Nep. in fragm. Guelph. *Hoc genus Latinarum litterarum non modo non respondere Graeciae, sed omnino rude atque inchoatum morte Ciceronis relictum.* Hunc locum verbosius explicavi in vindiciis p. 152 et 165. seq. Horat. od. II, 6, 14 *Ubi non Hymetto Mella decedunt, viridique certat Bacca Venafro.* Idem III, 6, 46 *Aetas parentum peior avis.* Ibid. od. 24, 1 *Intactis opulentior thesauris Arabum et divitis Indiae.* Lib. II. sat. 4, 2 *Ponere signa novis praeceptis, qualia vincunt Pythagoran.* Liv. IX, 10, 3 *Postumius in ore erat, eum laudibus ad caelum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus aequabant.* Idem XXI, 11, 2 *Populum R. iniuste facere, si Saguntinos vetustissimae Karthaginiensium societati praeponant.* Plin. paneg. IV, 4 *Aequata diis immortalibus potestas.*

° *quin etiam*] Gu. quart. *qui etiam.*

parentiores habuerunt exercitus] Ita Victorius, Anemoecius, Lang. Lamb. Grut. Graev. Pearc. ex suis libris ediderunt, itaque in tribus suis libris scriptum reperit Aldus: in pluribus vero, et in nostris etiam omnibus est *paratiores*, quod Aldus et Facciolatus retinent. Goth. *et paratiores fuerunt exercitus.*

° *parentiores*] Ita est in Gu. omnibus et in impr. incerto. Tamen in quinto corrector substituit, quod est etiam in impr. vetustis fere omnibus *paratiores*. Esse, qui *potentiores* exhibeant, testatur Corradus in quaestura p. 352.

8. *pueris nobis*] Me et aequalibus meis pueritiam agentibus.

° *neque pueris nobis*] Gu. pr. *nec pueris nobis*. Post paullo tert. *nec cum versaremur*. Deinde impr. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527 *cedere videbantur.*

M. Scaurus] M. Aemilius Scaurus, qui princeps senatus dictus fuit, consul a 639 [a. Chr. 115] rebus domi, quam foris, gestis clarior. Vide de eo Sallust. Iug. c. XV, 4. XXV, 4. XXIX, 2. Cicero pro Fontei. cap. 7. pro Mur. c. 7. Brut. c. 29 et 30. lib. I. epist. IX, 47. Aurel. Vict. de vir. illustr. c. 72. infra ad h. l. cap. 39.

C. Mario] Viro pluribus triumphis nobilitato, de Iugurtha, de Cimbris et Teutonis, et septem consulatibus functo.

Q. Catulus] Q. Lutatius Catulus, consul a. IↃCLXXVI. [a. Chr. 78] quo Sulla mortuus est, cuius acta rescindenti Lepido, collegae, restitit. Quanta eius auctoritas fuerit, cognoscas ex orat. pro lege Manilia c. 20. Ciceroni amicum fuisse, inde apparet, quod frequenti senatu eum *patriae patrem* appellare non dubitavit. Vide in Pison. c. 3.

Cn. Pompeio] Cn. Pompeio Magno, quem cum alibi, tum maxime pro lege Manilia laudat.

videbatur] Goth. *videbantur*, sed male.

Parvi enim sunt] *Parva*, ut plures libri scripti, Goth. Vin. Oxonienses, Rom. Ven. omnes, Arg. *Parvi* Lamb. Grut. Graev. et recentiores. Similem librariorum errorem notavi ad Cornel. Nep. Con. c. 1. pr Vid. Cat. mai. c. 12. extr.

° *Parvi enim sunt*] Ita meliores etiam mei. Sed Gu. tert., corrector quinti, Beda, Eybus et omnes impr. vetusti corruperunt *parva*. Coniunctionem *enim* in quinto corrector ad-

domi. Nec plus Africanus, singularis et vir, et imperator, 9
in exscindenda Numantia rei publicae profuit, quam eodem tempore P. Nasica privatus, cum Ti. Gracchum interemit. Quamquam haec quidem res non solum ex domestica est ratione: (attingit enim bellicam, quoniam vi manuque con-

scripsit. Proximorum verborum ordinem mutant pr. ac tert. *arma foris.* Deinde tert. exc. Bedae atque Eybi *nisi sit,* corrector Gu. quinti *ubi non est consilium domi.*

9. *Africanus*] P. Cornelius Scipio, minor, quem Aemilianum cognominant.

in exscindenda Numantia] Goth. Vinar. Oxonienses omnes, Rom. Ven. utr. Lips. Ald. *excidenda,* Gronov. *excidunda.* Illud vindicat v. c. Bunemannus ad Lactant. lib. I, 18, 8.

° *in exscindenda*] Quatuor codices Gu. omnesque impr. veteres *excidenda.* Solus Gu. sec. [et Erf. et Bern. a b] *excindenda.* Priscos crebrius dixisse *exscindere urbes,* quam *excidere,* quum aliunde, tum ex quantitate vocabuli *exscidium,* cuius secunda syllaba semper corripitur, intelligere mihi videor. Festus quidem *excidionem urbis,* inquit, *a caedendo dictam, manifestum est.* Tamen apud Plautum Curc. IV, 3, 2 vox *excidionem* dactyli ac spondei mensuram implet. Nisi malis dicere, vocabulum illud a Comico in quatuor syllabas contractum esse, duorumque spondeorum mensuram aequare. [Beier. et Orell. *excidenda* scripserunt, putantque rem confici *excisis urbibus,* quae dicuntur. At cf. gramm. nostr. § 138.]

P. Nasica] P. Cornelius Scipio Nasica, quem Serapionem dixere, non Cn. filius, ut Aldus putat, sed P. filius, P. nepos, Cn. pronepos, consul a. IↃCXVI. Vide de eo Glandorp. onomast. p. 260. Streinnium de famil. Rom. p. 108. Non ipse, sed avus optimus vir a senatu iudicatus fuerat, idemque Africani maioris frater patruelis fuerat. Vide supra ad c. XVIII, 9. infra c. XXX, 16.

° *quam eodem tempore P. Nasica*] Gu. pr. *quanto eodem tempore Nasica,* omisso praenomine.

privatus] Nullum eo anno magistratum gerens.

Ti. Gracchum] Sempronii Gracchi filius fuit ex Cornelia, Scipionis Africani maioris filia, Caii frater, legibus agrariis populi seditionem concitans, eoque nomine patribus invisus. Vid. Aurel. Victor. c. 64. Flor. lib. III. c. 14. Cicer. Lael. c. 11.

° *Ti. Gracchum*] Gu. pr. *L. Gracchum,* sec. *T. Graccum,* quart. et quint. *Ti. Graccum.* Hanc orthographiam antiquam esse, haud ambiguae fidei monumenta satis testantur.

° *ex domestica est*] Gu. tert. et quint. *est ex domestica.*

attingit etiam] Vin. et Facciol. *attingit et bellicam:* Goth. *non solum ex domestica ratione, attigit etiam bellicam:* Rom. Ven. omnes, Arg. Ald. *attingit enim et bellicam,* duo Oxon. *sed attingit etiam.* In Graeviana lectione constructio est paullo insolentior. Cicero enim *etiam* praeponere, *non modo, non solum* postponere solet. Lib. IV. ep. XIV, 3 *Cum secundas etiam res, non modo adversas, pertimescebam.* Infra lib. III. c. XIX, 8 *Viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates noverat.* Omisso *etiam* lib. I. c. 5. extr. *Ad quod adhibenda est actio quaedam, non solum mentis agitatio.* Vide Tursellin. de partic. p. 637. qui Tacitum tamen ordinem mutasse observat. p. 627. Is enim lib. III. annal. c. XIX, 2 *Is finis fuit ulciscenda Germanici morte, non modo apud illos homines, qui tum agebant; etiam secutis temporibus variis rumoribus iactata.* Id. lib. IV. c. 35. pr. *Quorum non modo libertas, etiam libido impunita.* Itaque rectius et Latinius Romanam et Aldinam scripturam sequeris, *attingit enim et bellicam.* Vide ad c. XXXIX, 3

° *attingit etiam*] Gryphius edidit *sed attingit etiam,* atque ita in MS.

fecta est) sed tamen id ipsum est gestum consilio urbano,
10 sine exercitu. Illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio:

Cedant arma togae, concedat laurea laudi.

Duisb. esse, Drakenborchius ad Liv. XXXVI, 35, 13 adnotavit. Impr. incert. *sed attingit et bellicam*: Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *attingit enim et bellicam,* quod placebat patruo. Praetuli e Gu. tert. *attingit enim bellicam,* utque periodi compositio facilius appareat, parentheseos notas addidi. [Ferendum videtur, quod in plerisque omnibus et melioribus libris legitur, *etiam*.]

bellicam] *Ratio bellica* est res bellica Vid. ad c. III, 7.

* *gestum est consilio*] Optavi ordinem, quem commendant Gu. sec. et quart. *est gestum.*

consilio urbano] Nostri homines *prudentiam politicam* vocare solent.

10. *Illud autem optimum est*] *Autem* copulativae potius, quam adversativae particulae vim hic habet. Vid. ad c. XIV, 8. Concludit e superioribus, optime se habere, sive verissimum esse, versum illum suum, a multis quamvis reprehensum, quem subiicit. Desidero tamen vulgata hac lectione meliorem.

In quod invadi solere] In Goth. scriptum erat, *in quod in invadi solere ab invidis et improbis*: sed medium *in* punctis subnotatum, tamquam delendum. Hoc *in* natum est ex *me,* quod in Oxon. pluribus et aliis est, in quibus *in quo me invadi solere* legitur. Vinar. Rom. Ven. quatuor, Arg. *in quo invadi solere ab invidis et improbis me audio*: Ald. *in quo me ab invidis et improbis invadi.* An leg. *in quo in me invadi?* Ordinem verborum restituit etiam Olivet. ubi Graev. Pearc. et Facciol. *ab improbis et invidis.*

* *in quod invadi solere*] Gu. pr. tert. omnesque impr. veteres *in quo invadi.* Deinde Gu. quart. cunctique impr. veteres, ordine novato, *ab invidis et improbis*: sed merito intercedunt antiquiores. Tum Gu. tert. quart. quint. cum tota factione impr. veterum, pronomine auctiores, *me audio.*

ab invidis et improbis] In quibus erant M. Antonius (Philipp. II. c. 8.) et Piso, ut est in Pison. c. 29 et 30.

concedat laurea laudi.] Sic unus ex Oxon. Ceteri, ut Goth. Vin. Rom. ac plerique alii *concedat laurea linguae.* Iure tamen Gronov. Graevius et ante eos Ursinus ac Vossius *laudi* favent, idque solum probant. Nam *laurea* primum minus recte opponitur *linguae,* quam *laudi,* id est, honorifico senatus populique Rom. iudicio: deinde Cicero syllabarum antanaclasin adhibuisse videtur, ut in illo,

O fortunatam natam me consule Romam:

ipse denique hanc lectionem adserit oratione in Pisonem c. 30, ubi non vulgo tantum *laudi* legitur, sed et hoc versus membrum his verbis interpretatur. *Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abiecisti, indicasti, non modo amplissimae, sed etiam minimae laudi lauream concessisse.* Idem lib. XV. epist. VI, 3 *Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?* Alteram tamen lectionem, veterem utique, si non veram, secutus est auctor invectivae in Ciceronem, quae Sallustio tribuitur, et Quintil. lib. XI, c. 1. [hoc quidem dubium maxime est] itemque Plutarchus in Ciceron. extr. p. 887. ubi ita huius versus sententiam exprimit: ὡς τὰ ὅπλα ἔδει τῇ τηβέννῳ, καὶ τῇ γλώττῃ τὴν θριαμβικὴν ὑπείκειν δάφνην.

* *concedat laurea laudi*] Ita est in Gu. sec. idque Ernestus etiam defendit in adnot. ad orationem in Pis. c. 30. Eamdem scripturam Gu. pr. servat, sed adiuncta lectione altera *linguae,* quam reliqui scripti omnesque impr. veteres amplexantur. [Item *laudi* Bern. a b d Bas. Erf. *linguae* Bern. d ab alt. manu et e, Bern. c *paci,* ut agnoscas correctorem.]

Ut enim alios omittam, nobis rem publicam gubernantibus, 11
nonne togae arma cessere? neque enim periculum in re
publica fuit gravius umquam, nec maius otium. Ita con- 12
siliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimo-
rum civium delapsa arma ipsa ceciderunt. Quae res igitur 13
gesta umquam in bello tanta? qui triumphus conferendus?
Licet enim mihi, Marce fili, apud te gloriari, ad quem et
hereditas huius gloriae, et factorum imitatio pertinet. Mihi 14
quidem certe vir abundans bellicis laudibus Cn. Pompeius,

11. * *alios omittam*] Gu. quint. *obmittam alios:* impr. Magont. *alios obmittam.* Postea Gu. sec. et quart. *arma cesserunt.*

nobis rempubl. gubernantibus] Me consule, et summam in republ. potestatem obtinente. [Mox *cesserunt* scribendum ex Bern. b c d Bas. Erf. Cf. nostram annot. ad Cic. in Verr. lib. I, 6, 15.]

* *in re p. periculum*] Ex omnibus scriptis Gu. revocavi verborum ordinem hunc *periculum in re p.* Statim Gu. tert. *gravius fuit umquam*: quint. *fuit umquam gravius.*

periculum fuit gravius] Cum Catilina non cum perditis tantum hominibus coniurasset, sed et nobilissimos aliquot ac potentissimos civitatis viros fautores haberet, ipsum Ciceronis collegam, C. Antonium, M. Crassum, C. Iulium Caesarem, aliosque plures, qui perturbata republ. per vim ea se adsecuturos sperabant, quae tranquilla obtinere non poterant.

otium] Goth. Vin. et Oxon. ac vulgati aliquot, *odium:* quod Marsus ad odium coniuratorum in patriam accommodat. Nugae. *Otium* est pax, quae tum in Italia fuit tranquillissima. Vide Ciceron. Catil. III. c. 7. extr. infra lib. III. c. I, 9. Nam Catilina anno demum sequenti, quo Cicero privatus fuit, arma movit, iisdemque superatus periit cum suis. [Non eam ob causam, quod bellum in annum insequentem supergressum est, *otium* consulatus sui laudat, sed quod ipsum bellum sine maiore motu universae civitatis extinctum est.]

* *nec maius otium*] Haec est scriptura Gu. pr. Reliqui scripti et impr. veteres *odium* inculcant.

12. * *Ita consiliis*] Gu. tert. et quart. *Itaque consiliis.*

arma ipsa] Gronovio patri pronomen *ipsa* suspectum est, quod tamen ceteri omnes retinent, exceptis duobus codd. Oxoniensibus, et Argentorat. mea. Illi Gronovius fil. *impia* substituendum censet.

* *arma ipsa*] Pronomen abiiciunt Gu. pr. tert. quart. nec illud erat in quinto, nisi a correctore. [Sed est in Bern. optimis.] Iac. Gronovio, *ipsa* in *impia* mutanti, favere videtur, quod in Gu. sec. *ipa* scriptum est. Id enim ex *ipia* fieri facile potuit.

13. * *Quae res igitur gesta*] *Gesta* non est in Vinar. Rom. et Ven. pr. habent vero Goth. tres Ven. reliquae, Arg. et Aldus.

* *Quae res igitur gesta umquam*] Verbum *gesta* ab impr. Magont. et adverbium *umquam* a Gu. pr. abest. Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *gesta est umquam.*

qui triumphus] Iidem libri omnes *quis.*

* *qui triumphus*] Gu. pr. quart. quint. omnesque impr. veteres *quis triumphus* [Bernensium unus e.]

Licet enim, Marce fili] Goth. Vin. Oxonienses omnes praeter unum, itemque Ven. omnes, Arg. *licet enim mihi, Marce fili,* quod et Gronov. Olivet. et Facc. admittunt.

* *Licet enim mihi, M. fili*] Pronomen *mihi*, quod Ald. Grut. et Graev. male omiserunt, omnes et scripti et veteres impr. mei revocant.

14. *abundans bellicis laudibus*] Non unus ex iis, qui a re militari abhorrent, quorum testimonium parum ponderis haberet. De hoc Pom-

multis audientibus, hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rem publi-
15 cam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt igitur domesticae fortitudines non inferiores militaribus: in quibus plus etiam, quam in his, operae studiique ponendum est.

23 Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificoque quaerimus, animi efficitur, non corporis viribus. Exercendum tamen corpus et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis, et in la-
2 bore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione: in quo non

peii testimonio gloriatur etiam Philipp. II, 5. extr.

hoc tribuit] *Tribuere* est, honoris causa concedere, honori et meritis alicuius dare. Lael. c. II, 9 *Quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec posco, facis amice.* Infra c. XLI, 12 *tribuere multum senectuti.* Lib. XI. epist. XXVII, 10 *In reliquis officiis, cui tu tribuisti, excepto Caesare, praeter me, ut domum ventitares?*

triumphum tertium] Ordine verborum inverso Vinar. Rom. Ven. omnes et Argent. Fuit autem hic tertius triumphus de piratis, Mithridate et Tigrane. Primum eques ex Africa triumphaverat, iterum ex Hispania de Sertorio. Vid. Cicer. pro leg. Manil. c. 21. Plutarch in Pompei. Appian. in Mithridat. extr.

* *triumphum tertium*] Omnes impr. vetusti, substantivo postposito, *tertium triumphum.*

* *in rem publicam*] Gu. pr. duo Cockmanni, impr. Magont. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in re publica,* quod tamen hic nihil suavitatis habet.

15. * *Sunt ergo*] MSS. Gu. omnes, ed. Gryph. et Hier. Wolfii *Sunt igitur,* quod Pearcius restituit.

domesticae fortitudines] Fortia facta. Rarior pluralis, qualis est *quietes* cap. XXIX, 8 *tarditates* et *celeritates* cap. XXXVI, 7 *reticentiae* lib. III, 16, 8 *conscientiae* paradox. II, 12. Vide Guntheri Latinit. restit. tom. II, c. 135. [Nos in gramm. §. 92.]

* *plus etiam*] Gu. pr. et uterque impr. Lips. *etiam plus.*

* *studiique ponendum est*] Gu. quint. *et studii.* Impr. Magont. copulam plane abiicit. Verbum *est* Gu. pr. ignorat.

Cap. XXIII, 1. *Omnino illud honestum*] Goth. Vinar. Rom. et vulg. *omnino enim illud,* ut nuper Facciol. edidit: sed coniunctio, quam Lambinus delevit, rectius abest.

* *omnino illud*] Omnes impr. veteres his interponunt *enim,* quod MSS. Gu. repudiant.

ex animo excelso magnificoque] Goth. *magnifico excelsoque,* quo ordine infra n. 6. utitur Cicero.

afficiendum] Victorius *efficiendum,* quod non probo. *Afficere* est *διατιθέναι.*

* *afficiendum*] Male Gu. sec. et quart. *efficiendum.* Cic. de divin. I, 30 *Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat.*

* *ut obedire consilio rationis possit*] Respexisse Cicero videtur ista Xenophontis mem. Socr. II, 1 *Εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα.*

2. *Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione*] Haec omnia Facciolatus, ad suspicandum sagacissimus, Ciceronis non esse odoratur.

* *Honestum autem - - - cogitatione*] Frustra haec Facciolato su-

minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae prae-
sunt, quam qui bellum gerunt. Itaque eorum consilio saepe 3
aut non suscepta, aut confecta bella sunt, non numquam
etiam illata: ut M. Catonis bellum tertium Punicum; in quo
etiam mortui valuit auctoritas. Quare expetenda quidem 4
magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: sed
cavendum, ne id bellandi magis fuga, quam utilitatis ra-
tione faciamus. Bellum autem ita suscipiatur, ut nihil
aliud, nisi pax quaesita videatur. Fortis vero et constantis 5
est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de
gradu deiici, ut dicitur; sed praesenti animo uti et con-

specta esse, sentiet, qui meminerit, verba praegressa *Exercendum tamen - - - in labore tolerando* quasi in parenthesi posita esse, et Ciceronem interveniente particula *autem* repetere, quae ante parenthesin dixerat. Conf. patrui adn. ad cap. I, 3.

* *totum est positum*] Gu. pr. *totum positum est.*

in quo] Qua re. Dixi ad Cornel. Nepot. Them. c. II, 3. Epam. X, 1.

* *bellum gerunt*] Gu. tert. *bella gerunt,* quod placet.

3. * *aut confecta bella sunt*] Gu. pr. *aut confecta sunt bella*: quint. *bella sunt, aut confecta.*

nonnumquam etiam] Pearc. e suis libris *nonnumquam autem etiam.*

* *non numquam etiam*] Omnes impr. vetusti *non numquam autem.* Gu. tert. utramque lectionem coniungit, *non numquam autem etiam.* Id Pearcio placuisse, miror.

ut M. Catonis] Subaudi *consilio.* Is enim auctor fuit delendae Carthaginis, quam conservatum ibat Scipio Nasica. Vid. Cat. mai. c. 6. Liv. epit. XLIX. Vellei. Pat. lib. I. c. 13. Flor. lib. II. c. 15. Plin. lib. XV. c. 18. Plutarch. Cat. extr. Appian. Libyc. p. 62.

* *ut M. Catonis*] Glossema *consilio* his adsuit Gu. quart. Idem liber proxima sic ordinat, *tertium bellum Punicum:* quint. *bellum Punicum tertium.* Mox pr. *valet auctoritas.*

mortui valuit auctoritas] Decessit enim triennio ante finitum bellum Punicum tertium, deletamque Carthaginem. Vellei. Paterc. lib. I. c. 13. [Cic. Brut. 15. Cf. nostr. ad Verr. I, 41.] Nihilo tamen minus Carthago excisa est, sicut ille vivus censuerat.

4. *decertandi fortitudo*] *Fortitudo* pro suspecto deletum est a Langio, Lambino et Fabricio, servatum merito ab Aldo, Grutero, Gronovio, Graevio, Oliveto, Facciolato. Est etiam in Goth. et Vinar. Pluris facere iubet recte consultandi et decernendi prudentiam, quam promte acriterque pugnandi fortitudinem.

* *decertandi fortitudo*] Nomen *fortitudo* et libri mei omnes tuentur, et Nonius voc. *Decernere* p. 285. Merc.

* *sed cavendum*] Gu. tert. et quart. *Sed cavendum est.*

* *ne id bellandi magis*] Pronomen *id* a Gu. tert. abest. Glossemata inculcant pr. *ne id bellandi officium magis:* impr. Magont. *ne id bellandi genus magis.*

nihil aliud nisi pax quaesita videatur] Ita Cicero maluit, quam *quaesitum:* quod loquendi genus, vulgo ignotum, priscis familiare fuisse docui ad Cornel. Nep. Themist. c. VII, 5.

5. *Fortis vero*] Goth. Vinar. omnes Oxon. et alii libri *fortis vero animi:* sed substantivum delent ideo, quod sequitur *sed praesenti animo uti.*

* *Fortis vero et constantis*] Ita Gu. pr. solus inter meos. Reliqui [etiam Orellii] scripti, Beda atque Eybus omnesque impr. veteres *Fortis vero animi et const.*

de gradu deiici] Vide Bosii indicem ad Cornel. Nepot. voc. *gradus.*

6 silio, nec a ratione discedere. Quamquam hoc animi, illud etiam ingenii magni est, praecipere cogitatione futura, et aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem, et quid agendum sit, cum quid evenerit; nec committere, ut aliquando dicendum sit, non putaram. Haec sunt opera magni animi et excelsi, et prudentia consilioque
7 fidentis. Temere autem in acie versari, et manu cum hoste confligere, immane quiddam et beluarum simile est: sed cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda.

* *de gradu deiici*] Gu. pr. *eici:* impr. incert. *eiici:* Gu. sec. quart. quint. et impr. Magont. *deici.* Nonius, in voc. *Gradus,* corrupte adlegat *deiciunt.*

praesenti animo uti et consilio] Vincent. Bellov. *praesenti animo et consilio suo uti:* Lambin. Rivius et Fabric. *niti:* Goth. Vinar. tres Oxon. Rom. et primum editi *praesentis animi uti consilio,* quod et Fabricius in uno reperit, Aldus in septem.

* *sed praesenti animo uti et consilio*] Hoc suffragiis suis comprobant Gu. pr. sec. quart. etiam tertius, cui tamen copula *et* excidit. Corradus quaestur. p. 351 e suis adfert *et praesenti animo uti et consilio.* Gu. quint. et impr. veteres *sed praesentis animi uti consilio;* quod fortasse suo libro adscripserat aliquis, interpretaturus ἓν διὰ δυοῖν. Hanc tamen scripturam Grut. Gron. atque Ern. tenent.

6. *hoc animi*] *Hoc* refer ad superiora, *non perturbari* et reliqua, *illud* ad ea, quae sequuntur, *praecipere cogitatione futura.*

praecipere] Goth. et Vinar. cum pluribus *percipere,* errore vulgari. Vide Cort. ad Plin. lib. IX. epist. XII, 12. infra cap. XXX, 10. lib. V. epist. XVI, 9. *Praecipere* est in Ven. sec. tert. et quart. itemque in tribus Angl.

* *praecipere*] Sic est in Gu. sec. etiam a correctore in quinto, in impr. Ven. 1498. et in utroque Lips. Ceteri corruperunt *percipere.* Paullo post *aliquanto* diserte scriptum vidi in Gu. tert. pro quo alii *aliquando* invexerunt.

aliquanto ante] Goth. *aliquando ante.*

cum quid evenerit] Sine ratione *quid* a Vincentio Bellovac. omissum est.

nec committere ut] Sic Goth. a quo aberrant Vinar. et sex Oxon. vulgatique nostri, in quibus est, *nec committere aliquid, ut.* Ita non solet Cicero. Vid. cap. XXIV, 3. lib. III, 2, 6.

* *nec committere*] Ineptum glossema *aliquid* addunt duo Gu. postremi omnesque impr. veteres. Mox Magont. *putaverum.*

non putaram] Quod in re militari turpissimum esse aiebat Scipio Africanus, auctore Valerio Max. lib. VII, 2, 2. et Fabius apud Senecam lib. II. de ira c. 31. Goth. *putaveram.*

* *magni animi et excelsi*] Nonius de numer. et casib. p. 498. Mercer. nescio quem genitivum pro ablativo hic accipiendum animadvertere sibi visus, legit *Haec sunt opera magni animi et excellentis, et prudentiaeque consilioque fidentis.*

7. *Temere autem in acie versari*] Ducem ipsum in primis stare, et gregarii militis operam pugnando praestare, ubi non opus est, belluinum esse dicit.

* *in acie versari*] Impr. Magont. et incert. *conversari,* et ita a correctore erat in Gu. pr.

* *necessitasque*] Gu. pr. *et necessitas.*

servituti turpitudinique] Id est, vel servitutis turpitudini; vel, quod malo, turpi fugae, quam summa ignominia sequitur.

* *et mors servituti*] Gu. pr. *et*

De evertendis autem diripiendisque urbibus valde con- 24
siderandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter, idque est viri magni, rebus agitatis, punire sontes, multitudinem conservare, in omni fortuna recta atque honesta retinere.
Ut enim sunt, quem ad modum supra dixi, qui urbanis 2
rebus bellicas anteponunt: sic reperias multos, quibus periculosa et calida consilia, quietis et cogitatis et splendidiora

mors est servituti: quart. *anteponenda est.*

Cap. XXIV, 1. *valde considerandum est*] Goth. Vin. duo Oxon. Rom. et cum ceteris vulg. Facciol. *valde illud considerandum est.*

* *valde considerandum est*] Post *valde* Gu. tert. omnesque impr. veteres addunt *illud*, quod vero meliores aspernantur. Verbum *est* exsulat e Gu. quart.

ne quid temere] Vid. ad c. XI, 1. Duo cavenda esse dicit: primum, ne, ubi non necesse est, urbes evertantur; alterum, ne in iis evertendis, quae ita meritae sunt, aliquid fiat crudelius.

* *ne quid crudeliter*] Turpe glossema *fiat* hic subiicitur in [Bas.] Gu. quarto, et a correctore in quinto, et in impr. vestustis omnibus, excepto tamen Magont. [In Bern. c. *ne quid tem. fiat.*]

viri magnanimi] Ven. quart. *viri magni*, quod ex pluribus scriptis Anglic. reposuit Pearcius, ut antea Victorius.

* *idque est viri magnanimi*] Hoc est in cunctis impr. veteribus. Sed Gu. pr. *idque est viri magis:* sec. ac tert. *idque est viri magni*, quod cum Iac. Gronovio, Pearcio Ernestoque retinui. Non multum recedit Gu. quart. *idque viri magni*, et quint. *idque magni viri est.* Deinde verba *rebus agitatis* absunt a Gu. pr.

rebus agitatis] Facciol. *turbatis et iactatis* explicandi causa adscribit. Magis placet eorum interpretatio, qui rebus cognitis et satis perpensis sontes puniendos dici putant. Vulgaria enim sunt *agitare quid secum, animo*, pro *cogitare*, quod ipsum est ab *agitare.* [Sic Cic. Acad. I, 2 *Rem a me saepe deliberatam et multum agitatam requiris;* de Orat. III, 14 *Oratori omnia quaesita, disputata, tractata, agitata esse debent.*]

multitudinem conservare] Reliquos, qui rerum novarum auctores non fuerunt.

2. *supra dixi*] Cap. 22. pr.

* *quem ad modum supra dixi*] Gu. tert. *ut supra dixi.*

* *anteponant*] Haec scriptura est Gu. sec. et quinti. Reliqui scripti et impr. veteres omnes, etiam Anemoec. Gryph. Ald. *anteponunt*, quod cum Facciolato praetuli. Vide quae dicentur infra n. 12. [Recens collatorum librorum pro coniunctivo stant Erf. Bern. a b d, *anteponunt* est in Bas. Bern. c e, qui auctoritate illis cedunt.]

* *sic reperies*] Reposui *reperias* e Gu. sec. quint. impr. Magont. incert. et Nonio voc. *Calidum.* [Recte sic etiam Bern. a c d e.] Quam commode praesens coniunctivi fungatur vice futuri, docet Perizon. ad Sanctium l. I. c. 13. n. 4. p. 96. seq. et patruus meus infra ad II, 11, 9. Apud Nonium vero hic locus adfertur ex *M. Tul. de re p. lib. I.* quum scribendum esset *de offic. lib. I.*

calida consilia] *Ferocia et inconsulta* interpretatur Nonius cap. IV, 76. cuius auctoritate altera lectio, *callida consilia*, merito reiicitur, quae et in meis libris est. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. lib. XV. v. 337.

* *calida consilia*] Hanc scripturam servant Gu. pr. quint. Nonius et impr. Magont. Ceteri mei perperam *callida* substituunt.

quietis cogitationibus] Non aliter mea exemplaria: qui vero Lambinum sequuntur, in quibus Gronovius, Pearc. et Olivetus, legunt *quietis et cogitatis splendidiora.* Consilia hic vocantur *cogitationes*, Cornelio Nep. Dat. c. 6. extr. *cogitata*: ad quem locum

et maiora videantur. Numquam omnino periculi fuga com-
3 mittendum est, ut imbelles timidique videamur. Sed fu-
giendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine caussa:
4 quo esse nihil potest stultius. Quapropter in adeundis pe-
riculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter
aegrotantes leniter curant: gravioribus autem morbis peri-
5 culosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare
in tranquillo tempestatem adversam optare dementis est;
subvenire autem tempestati quavis ratione sapientis: eoque
magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubi-
6 tata mali. Periculosae autem rerum actiones partim iis

plura dixi. *Quietus* est moderatus, lenis, cautus. Plin. lib. VII. epist. 31. pr. *Vir alioqui rectus, integer, quietus, ac paene ultra modum verecundus.* Cicero Cat. mai. *senis sermonem quietum et remissum* dicit, quem paullo post *mitem orationem*.

* *quietis cogitationibus et*] Ita legitur in omnibus impr. vetustis, quibuscum faciunt Gu. tert. quart. quint. ita tamen, ut hi particulam *et* post vocabulum *cogitationibus* abiiciant. Gu. pr. et sec. cum Langii codicibus [et Bern. a b d Erf.] *et quietis et cogitationis splendidiora.* Adsentior Iac. Gronovio, Pearcio atque Ernesto ex ed. Victorii *quietis et cogitatis* revocantibus.

* *videantur*] Gu. tert. *videntur.*

3. * *Sed fugiendum etiam illud*] Gu. pr. sec. quart. ordine verso, *illud etiam,* [idque cum sit in Erf. Bern. a b d restituendum videtur] quint. *etiam est illud.*

quo nihil potest esse] Sic et mei libri: alii quidam *posse,* quod pro *possit* scriptum est.

* *quo nihil potest esse*] Variant ordinem Gu. tert. et quart. *quo nihil esse potest:* quint. *quo nihil stultius esse potest.* Sed meliores pr. et sec. *quo esse nihil potest,* quos sequor.

4. *leniter curant*] Goth. Vin. et vulg. *leviter*, male: nec enim *leviter curare* in laude est.

* *leviter aegrotantes leniter*] Ita est in Gu. sec. Perperam pr. *leniter aegrotantes.* Reliqui scripti et impr. veteres posterius adverbium in *leviter* corrumpunt.

* *ancipites adhibere coguntur*] Hunc locum adfert Nonius voc. *Periculum.* In antiquo vero Nonio Gudiano est *periculo curationes et ancipitis adigere coguntur.*

5. *in tranquillo*] Subint. *mari.*

* *optare dementis est*] Gu. quint. *dementis est optare.* Mox exc. Bedae atque Eybi *tempestati quovis animo, quavis ratione.* Deinde Gu. quart. Beda et Eybus *sapientis est.*

quavis ratione] Liberalius in Goth. *quovis modo, quavis ratione.*

re explicata] Confecta, perfecta, ad exitum perducta. Cicer. lib. XII. epist. 1 *Reliqua magna sunt ac multa, sed posita omnia in vobis: quamquam primum quidque explicemus.* Hinc *explicare* et *expedire* coniungit lib. XIII. epist. 26.

* *addubitata*] Antiquus scholiastes Gu. explicat, *derelicta propter dubitationem: id est,* (Si,) *si fecerimus, plus boni adipiscamur; quam mali, si non fecerimus.* Similiter Graevius, *propter spem incerti exitus omissa;* et Pearcius, *propter incertum exitum omissa.* Ex hac interpretatione vero quia sententia, quae quidem Cicerone digna sit, nulla progreditur, vocabulum *addubitata* cum Hier. Wolfio, Facciolato atque Ernesto interpretari malo *in discrimen adducta.* [Ne hoc quidem est, sed *infeliciter gesta, si non successerit.* De augurio primum videtur dictum esse: *addubitato augurio* de div. I, 47 pro in dubitationem vocato, dum

sunt, qui eas suscipiunt, partim rei publicae. Itemque alii de vita, alii de gloria et benivolentia civium in discrimen vocantur. Promtiores igitur debemus esse ad nostra peri- 7
cula, quam ad communia, dimicareque parcius de honore et gloria, quam de ceteris commodis. Inventi autem multi 8
sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam profundere pro patria parati essent: iidem gloriae iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne re publica quidem postulante. Ut Callicratidas, qui cum Lacedaemoniorum dux 9
fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie; vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginussis removendam, nec cum Atheniensibus

rei tristitia verbi lenitate mitigatur, uti fere factum est in religiosis. Nam quod Beierus censuit, esse pro re adhuc dubia, dum res dubia manet, non explicatur perfecti vis nec locus alter, quo apud Cic. legitur.]

6. *Periculosae autem rerum actiones partim iis sunt*] In Goth. duo verba *iis sunt* in margine tantum leguntur. Res, inquit, aguntur vel cum periculo eorum, qui eas suscipiunt, vel ceterorum omnium, qui eiusdem civitatis sunt.

7. * *debemus esse*] Gu. tert. et quart. *esse debemus.*

ad nostra pericula] Quia in his temeritas minus reipubl. nocet, quam in communibus.

* *dimicareque paratius*] Ex optimo Gu. sec. restitui *parcius,* quod est rarius, restrictius, maiore cautione adhibita. Corruperunt, qui ignorabant, *dimicare de honore et gloria* Ciceroni esse, honoris et gloriae periculum adire. Pro Arch. c. 10 *Qui de vita gloriae causa dimicant.* Pro Sextio c. 1 *Reos de capite, de fama, de civitate, de fortunis, de liberis dimicantes.* Pompeius Magnus in quarta epistolarum ad Domitium, quae adiectae sunt Cic. ad Attic. VIII, 12 *Ut de omnibus fortunis rei p. dimicem.* Particula *que,* in *dimicareque,* pro *sed* accipienda est, ut saepe. Vide adn. patrui supra ad c. VII, 5. [Recte ab ea ratione discesserunt recentiones editores: nihil manifestius quam respondere inter se verba *promptiores* et *paratius.*]

8. *vitam profundere pro patria parati*] Goth. *sed etiam vitam fundere.* Non in Graecismis ponendum est hoc loquendi genus, cum *paratus* infinitivum sibi iungit. Omnibus enim Latinis familiare fuit.

* *sed vitam etiam*] Omnes Gu. *sed etiam vitam.* [Item Bern. Restituendum igitur.]

* *ne re p. quidem*] Gu. quint. *ne re quidem publicà.* [Cf. ad c. 45, 3.]

9. * *Callicratidas*] Impr. Ven. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. ob ignorantiam dialecti Laconicae, *Callicratides.* In proximis Gu. tert. et quint. *qui cum Lacedaemoniorum dux esset.* Postea Gu. pr. *multa fecisset,* omissa copula.

Peloponnesiaco] Goth. *Peloponnensi.* Vide ad Cornel. Nep. Thrasyb. c. I, 3. Historiam scribunt Xenophon lib. I. ἑλληνικῶν, [c. 6, 32] Plutarch. Lysand. p. 436. et in apophthegmat. Lacon. p. 222. Diodor. Sicul. lib. XV. [Callicratidae responsum apud Xenoph. minus reprehensione dignum, quam qua ratione Cic. refert. Nam de se tantum dicens, Lacedaemonem ob se unum amissum non peius habituram respondit.]

vertit ad extremum omnia] Effecit, ut illius belli fortuna a Lacedaemoniis ad Athenienses, cum summo ipsius dedecore, converteretur.

Arginussis] Ita Goth. et Ven. sec. tert. et quart. *Argivis* Vinar. et Ven. pr. Illud praestat alteri, quod in Arg. est, *Arginusis:* quod hae tres insulae, ante Lesbum ad Asiam sitae,

dimicandum putabant. Quibus ille respondit, Lacedaemonios, classe illa amissa, aliam parare posse: se fugere sine
10 suo dedecore non posse. Atque haec quidem Lacedaemoniis plaga mediocris: illa pestifera, qua, cum Cleombrotus, invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, La-
11 cedaemoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus melius? de quo Ennius:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.
Non enim rumores ponebat ante salutem.

argillacea terra candebant, quae ab ἀργινόεις, *candidus, splendidus*, feminino genere ἀργινόεσσα, et contracte ἀργινοῦσσα, dicitur, ut *Oenussa*, ab οἰνόεις, οἰνόεσσα, *Ophiussa* et *Pytiussa*, ab ὀφιόεσσα et πιτυόεσσα. Nec obstat, quod a Graecis frequentius Ἀργινοῦσαι vocantur, ut et *Oenusae, Ophiusae* et *Pityusae* saepius et vix aliter scribuntur. Vide Cellar. orb. antiq. lib. III. c. 2. p. 19.

* *aliam parare*] Gu. quint. *alteram parare*.

* *sine suo dedecore*] Pronomen *suo*, quod Gu. pr. omisit, in quinto corrector adscripsit: nec tamen suspectum esse debet. Statim Gu. tert. *minime posse*.

10. * *plaga mediocris*] Verbum *fuit*, quod impr. vetusti omnes hic adiiciunt, ex glossa accessit.

Cleombrotus] Graece Κλεόμβροτος, Pausaniae filius, [Plistoanactis nepos, Pausaniae illius, qui Plataeis vicit, pronepos] Lacedaemoniorum dux in pugna Leuctrica. Vide Plutarch. in Pelopid. et Agesilao.

invidiam timens] Credebatur enim Thebanis, Lacedaemoniorum hostibus, amicior esse. Xenoph. lib VI. ἑλλην. p. 595.

11. *Q. Maximus*] Q. Fabius Maximus Cunctator, qui Hannibalis impetus cunctando fregit.

* *Quanto Q. Maximus*] Gu. pr. *quantoque Maximus*: tert. *quanto Maximus*: quart. impr. Magont. et incert. *quantoque Q. Maximus*.

Unus homo] Ursinus in scriptis libris legit *unus qui nobis*: et sic Cat. mai. c. 4. in multis exemplaribus scriptum est. Virgilius quidem, Ennium imitatus, nec tamen describens, lib. VI. Aen. v. 846. dixit:

Unus qui nobis cunctando restituit rem.

Ennium vero libro XII. annalium scripsisse *unus homo*, idoneus testis est Macrob. lib. VI. Saturnal. c. 1. et Servius ad Virgil. VI, 846. Sed et Cicero lib. II. Attic. ep. 19. de Bibulo:

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Augustus imp. in epistola ad Tiberium apud Suetonium, Tib. c. 21.

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Librarii, quibus fortasse notior fuit Virgilii versus, illum pro Enniano substituerunt: cum Virgilius, ut moram versui adderet, eruditam correctionem adhibuerit. Eum secutus Serenus Samonicus cap. LXIV de verrucis v. 1102 ait:

Qui solus patriae cunctando restituit rem.

Adlusit et Livius lib. XXX, 26 *Nihil certius, quam unum hominem nobis cunctando rem restituisse, sicut Ennius ait.* Plinius lib. XXII. c. 5 de corona graminea: *Data est a S. P. Q R. Fabio illi, qui rem omnem Rom. restituit non pugnando.* Haec magnam partem debeo Hier. Columnae ad Ennium. In Rom. est *contando*.

* *Unus homo nobis*] Hanc scripturam servant omnes Gu. et impr. veteres mei.

Non ponebat enim] Parum curabat vulgi de se sermones, dummodo publicae saluti consuleret. Liv. lib. XLIV. c. 22 *Neque enim omnes tam firmi et constantis animi con-*

Ergo postque, magisque viri nunc gloria claret.
Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. 12
Sunt enim, qui, quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen invidiae metu non audent dicere.

tra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit: qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.

* *Non ponebat enim*] Hoc tenent Gu. tert. impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. Sed Aldus Manutius et Guilielmius in consensu plurimorum atque optimorum codicum legendum censent: *Non eni' ponebat;* sive *Non enim ponebat,* ut *enim* una syllaba efferatur. Non dubitavi ex MSS. Gu. quatuor, ex antiquo scholiaste, ex impr. Magont. et incert. reponere:

Non enim rumores ponebat ante salutem.

Hoc modulo particulam *enim* prisci poëtae usurpaverunt. Ut Terent. Phorm. V, 8, 90.

Enim solus nequeo: accurre huc. Una iniuriast.

Plura congessit Wasius de licentia vet. poët. cap. XIII, p. 180. seq. Ultimam vero syllabam verbi *ponebat,* sequente vocali, produxit Ennius plane ex more suo poëtarumque aequalium, de quo vide ad Caton. mai. princip. [Quod Heus. edidit item in suis libris omnibus invenit Orellius, quo fieri nihil potest auribus ingratius.]

postque magisque] Id est, non modo post obitum, sed magis etiam, quam cum viveret. *A. Manutius.* Ita hic et Graevius et Pearcius cum Olivet. et Facciol. ediderunt: qui tamen in Cat. mai. c. 4. omnes rescripserunt, *Ergo magisque magisque viri.* Recte. Nam in libris esse, *Ergo magisque viri,* testatur Muretus lib. VI. var. lect. c. 14, unde adverbium iterandum esse, docte colligit. His igitur viris et hic obsecutus, rescripsi *ergo magisque magisque,* (ut in cod. Bodlei. pr. est) sicut *iterumque iterumque, iam iamque* alibi, *propiusque ac propius* apud Senec. lib. III. de ira c. 42 *minus et minus* apud Horatium est lib. I. od. 25. Vide Vechneri hellenolex. lib. II. c. XIII. p. 587.

* *Ergo postque magisque*] Gu. pr. *Ergo postquam magisque:* tert. *Ergo post magis magisque:* quart. et impr. Magont. *Ergo postque magis viri.* Reliquorum nullus ab eo, quod edimus, aberrat. [Urus Bern. c *ergo postea magis magisque,* reliqui Heus. iudicium firmant.] Altera scriptura, *Ergo magisque magisque,* nec sensum parit satis commodum, eamque metri legibus adversari, agnoscit etiam patruus ad Caton. mai. cap. IV, 5.

12. * *vitandum est*] Verbum *est* non habet Gu. quart

etsi optimum sit] In meis exemplaribus aliquot est *etiamsi,* quod restituo.

* *etsi optimum sit*] Patruo, *etiam si* reponenti, Gu. tert. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Gryph. adstipulantur. [Reliqui omnes libri mss. dissentiunt, nec intelligo, cur alterum istud obtrudere voluerit.]

* *non audent*] Ernestus v. c. omnibus libris, etiam nostris, repugnantibus *non audeant* correxit: atque ita, ubicumque Cicero formulae *sunt, qui* indicativum modum subiunxerat, subiunctivum obtrudit. Atqui utriusque linguae praestantissimi scriptores, ut innumeris aliis locis, ita quando *sunt, qui* praecedit, rei simpliciter ac sine ulla dubitatione enuntiandae indicativum, et contra, ubi sermo est de eo, quod fieri queat aut consentaneum sit, subiunctivum (Graeci etiam optativum) aptare solent. Theophrastus char. eth. cap. VIII, 4 *Εἰσὶ δ' οἳ καὶ πόλεις λόγῳ κατὰ κράτος αἱροῦντες, παρεδειπνήθησαν.* Lucianus in somnio p 5. A. exempl. Bourdel. *Εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν σοι ὅμοιος γενέσθαι.* Inepte fecisset alter,

25 Omnino qui rei publicae praefuturi sunt, duo Platonis praecepta teneant: unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut quaecumque agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, ut totum corpus rei publicae curent, ne,

si *παραδειπνηθῶσι* pro *παρεδειπνήθησαν*, alter si *ηὔξατο* pro *εὔξαιτο* scripsisset. Similiter Cicero infra c. XXX, 13 *Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici: itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum quod velint consequantur.* Aeque peccaret si quis priore loco *putent*, ac si posteriore *perpetiuntur* et *deserviunt* reponeret. Etsi vero post *sunt, qui* subiunctivum alibi, alibi indicativum requiri adsevero: facile tamen largior, esse locos, quibus uterque modus aeque eleganter accommodari possit. Indicativum autem Latinos in hac constructione non refugisse, nisi sexcenta alia testimonia satis declararent, sufficerent illa, quae in Cicerone Ernestus sua solius auctoritate mutavit. Ut, de invent. I, 40. adn. 9. ad Attic. lib. XIV. ep. 17. adn. 89. de fin. I, 20. adn. 80. Tusc. quaest. III, 31. adn. 29 et 31 aliisque locis pluribus. Nec iis, qui libros veteres curiose tractant, ignotum esse potest, codices, quo antiquiores sunt, eo saepius hunc indicativum servare incorruptum, quem librarii recentiores ex suo Latinitatis sensu in coniunctivum mutare solent. Ita lib. I. ad divers. ep. 9. n. 75. olim edebatur, atque sic ipse in quinque MSS. Gu. exaratum vidi: *Sunt, qui putant, posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur.* Etiam lib. VII. ep. 3. n. 20. ex libris melioribus antehac legebatur: *Sunt enim, qui - - - criminis loco putant esse, quod vivam.* Certissima est poëtarum auctoritas. Plaut. Trin. I, 2, 54

Sunt, quos scio esse amicos: sunt, quos suspicor:
(Sunt,) quorum ingenia atque animos non possum noscere,
Ad amici partem, an ad inimici perveniant.

Ibi tamen postremum illud *Sunt,* quia versus mensuram egreditur, a glossatore videtur accessisse, ideoque uncis inclusi. Lucret. III, 115.

Est aliud tamen in nobis, quod tempore in illo
Multis modis agitatur et omnis accipit in se
Laetitiae motus.

Idem VI, 703

Sunt aliquot quoque res, quarum unam dicere causam
Non satis est.

Horat. od. I, 7, 5

Sunt, quibus unum opus est intactae Palladis urbem
Carmine perpetuo celebrare.

Haec et his similia si quis ab optimis poëtis, contra emendati sermonis legem, licentia ipsis peculiari, novata esse contendet: viderit is, an aliis persuasurus sit, mihi nullo modo persuadebit. Conf Cort. ad Sallust. Catil. XIX, 4. Oudendorp. ad Sueton. Tiber. c. 73.

Cap. XXV. 1. * *praefuturi sunt*] Ita correctum est in Gu. quarto, quum librarius dedisset *profuturi sunt,* qui error codices etiam reliquos et primos impr. occupavit. Proximorum verborum ordine perturbato, Gu. pr. *duo praecepta Platonis.*

duo Platonis praecepta] Nolo Graeca e lib. I. et IV. de republ. adscribere, quae A. Manutius excerpsit.

* *sic tueantur*] Gu. tert. *sic procurent,* quod ex interpretatione propagatum est.

quaecumque agunt] Goth. Vin. duo Oxon. Rom. Venetae, Arg. et Ald. *quicquid agunt,* quam lectionem Facciol. expressit. Paullo ante Goth. et plures Oxon. cum Vincent. Bellov. *profuturi sunt,* sed perperam.

* *ut quaecumque agunt*] Omnes impr. veteres *ut quicquid agunt,* Beda *ut quidquid agunt:* sed nullus Gu. his astipulatur. Statim Anemoec. *ad eandem referant.*

dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim 2
tutela, sic procuratio rei publicae ad utilitatem eorum, qui
commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, ge-
renda est. Qui autem parti civium consulunt, partem ne- 3
gligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, sedi-
tionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares,
alii studiosi optimi cuiusque videantur, pauci universorum.
Hinc apud Athenienses magnae discordiae: in nostra re 4
publica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella ci-
vilia: quae gravis, et fortis civis, et in re publica dignus
principatu fugiet atque oderit, tradetque se totum rei publi-
cae, neque opes aut potentiam consectabitur, totamque eam
sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus 5
falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit: omninoque

ne dum partem] Facciol. rescripsit *nec, dum partem:* quod non superioris membri ratio reddatur, sed cum explicatione quadam sententia continuetur. [Beier. volebat *neve.*]

* *ne, dum partem*] Recentior manus in Gu. sec. fecit *nec dum*, qua tamen correctione opus esse non videtur. Deinde Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *aliquam tueantur.* [Item Bern. c et Bas. sed non opus est.]

2. * *ad utilitatem eorum*] Gu. sec. tert. quart. quint. exc. Bedae et Eybi *ad eorum utilitatem:* impr. Magont. *utilitatem ad eorum.*

* *non ad eorum*] Gu. quint. *non ad eorum utilitatem, quibus commissa, gerenda est*, priore *est* omisso.

quibus commissa est] Vincent. Bellov. *quibus est commissa.* Fortasse *est* utroque loco delendum, ut Aldus delevit. Alii, ut Facciol. *quibus commissi.*

3. * *qui autem parti civium consulunt*] Impr. incert. *conferunt.* Gu. pr. ordine inverso, *Qui autem partem civium negligunt, parti consulunt.*

studiosi optimi cuiusque] *Optimi* sunt optimates, id est nobiles, quorum qui studiosi erant, *optimatium fautores* dicebantur.

4. *magnae discordiae*] Rom. addit *ortae.*

* *magnae discordiae*] Glossatori debetur, quod omnes impr. veteres (et Bern. e) hic adiiciunt, verbum *ortae.* Deinde Lugd. 1527. *et in nostra re p.* Paullo post Gu. quint. adverbium *solum* non habet, nisi a correctore.

* *sed pestifera etiam*] Omnes Gu. *sed etiam pestifera.* [Item sic apud Orell. plurimi et meliores. Quid igitur impedivit, quo minus reciperent?]

bella civilia] *Civilia* in Goth. non est.

* *quae gravis et fortis*] Gu. tert. *quod gravis:* sec. quart. omnesque impr. veteres *quae gravis et fortis civis in re publica,* posteriore *et* abiecto. Postea tert. *fugerit atque oderit.* Totus vero locus, ut nunc editur, a Nonio adlegatur in voc. *Grave.*

et in republ. dignus] Copulam *et* addit Goth. et Vincent. Bellov. in Vin. et aliis male omissam.

fugiet atque oderit] Goth. *fugerit.*

* *neque opes aut potentiam*] Ernestus, quia *opes* et *potentia* nil differant, *neque potentiam,* sive *opes et potentiam* legendum censet. Si vero *opes* pecuniam ac divitias interpretaberis, quae significatio huius vocabuli valde usitata est, correctione non opus erit.

5. *criminibus falsis*] Fictis criminationibus. Vide mea ad Cornel. Nep. pluribus locis.

ita iustitiae honestatique adhaerescet, ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat, mortemque oppetat potius, quam
6 deserat illa, quae dixi. Miserrima omnino ambitio est honorumque contentio: de qua praeclare apud eumdem est Platonem, similiter facere eos, qui inter se contenderent,

* *omninoque ita iustitiae*] Impr. vetusti omnes *omnino itaque iust.* Gu. tert. transponit *honestati iustitiaeque.*

adhaerescat] Goth. *adhorrescat,* quod tamen alia manus mutavit in *adhaerescat.* Pari ratione a librariis peccatum est in Lactantii lib. I, 20, 26 ubi alio tempore legendum esse docebo: *Colunt enim ture ac summis digitis, quae sensibus intimis haerere debuerunt.* De virtutibus enim loquitur, quas non *horrere*, ut vulgatum est, sed quae *sensibus intimis haerere* debent.

ut dum ea conservet] Est hoc in Goth. sed Vin. Venetae, Arg. Ald. Victor. *eam,* quod et quatuor Oxon. pluresque Londin. praeferunt. Ab omnibus discedit Facciol. qui rescribit: *ut eam conservet, quamvis graviter offendat.* Ita ei libet, quod Graevianae lectionis, *dum ea,* nullum esse sensum, in altera adverbium *graviter* locum non habere putat. Sed ad *ea* potest subintelligi, *quae dixi,* ut paullo post: *quamvis graviter* nihil aliud est, quam *quum libet, quantumvis graviter,* quod est *vel gravissime.* Quis enim nescit, *quamvis* saepe adiectivis et adverbiis ita iungi, ut iis superlativi significationem adiiciat? Sic *quamvis saepe* Cicero dixit lib. III. de orat. c. 26 *quamvis copiose* lib. I. Tusc. c. 21 *quamvis temere* Liv. lib. XXXIV. c. 19. quae loca iam alii indicarunt. Vide Graev. ad Laelii c. 26. Drakenb. ad Liv. I, 4, 4. Cort. ad Sallust. fragm. p. 975. Heumann. ad Cicer. pro Mil. c. 8. Tursell. de partic. in *quamvis*. Adde ea, quae dicentur infra ad c. XLIII, 5 *Offendere* non tantum de aliis laedendis dicitur, sed etiam de quacumque benevolentiae, existimationis, honoris et fortunarum iactura. Vide Manut. ad lib. V. epist. 14.

* *dum ea conservet*] Gu. pr. tert. omnesque impr. veteres *dum eam conservet.* Frustra. [nec ullus Orellianorum codd. habet] Pronomen *ea* commode refertur ad *iustitiam honestatemque.* Solent boni cuiuscumque generis substantivis pronomina in genere neutro subiicere. Vide Cortium ad lib. VII. ad divers. ep. 20. n. 4. et ad Sallust. Catil. V, 7. Post Gu. quart. imperite *quamvis graviter offendantur.* Nec opus est coniectura viri docti, qui in margine exemplaris sui adscripserat, *quemvis* pro *quamvis* sibi legendum videri.

mortemque oppetat] Quidam *oppetet. Mortem oppetat* tres Ox. et Palatini.

* *mortemque oppetat*] Particulam *que,* quam in Gu. quinto corrector adscripsit, quart. impr. incert. Venet. 1498 uterque Lips. ac Lugd. 1527. omittunt. Gu. pr. quart. impr. Magont. et incert. verbum *oppetat* mutant in *appetat.* Deinde Gu. pr. *quam deserat ea, quae dixi.*

6. * *Miserrima est omnino*] Eleganter Gu. pr. sec. quart. exc. Bedae atque Eybi *Miserrima omnino est.* Tamen ex Nonio, in voc. *Contentio*, praetuli *Miserrima omnino ambitio est.* [Praestabat sequi Ciceronianos codices in tali re.]

honorumque contentio] Goth. *honorisque.* Nove dictum videtur Erasmo *honorum contentio,* pro *contentio de honoribus,* i. e. magistratibus. [Non iniuria, sed sic etiam Livius IV, 6 extr. *contentio libertatis dignitatisque* pro *de lib.* item Quint. Inst. I, 2, 24 *cont. palmae.*]

apud eumdem est Platonem] Lib. VI. de republ. unde Graeca verba, quae plura sunt, quam Latina, describere nolo.

* *apud eumdem est Platonem*] Gu. tert. *est apud eundem Platonem:* et sic ordinat haec verba corrector in quinto, quum ibi a librario fuisset *apud eundem Platonem est.*

uter potius rem publicam administraret, ut si nautae cer-
tarent, quis eorum potissimum gubernaret. Idemque prae- 7
cipit, ut eos adversarios existimemus, qui arma contra fe-
rant; non eos, qui suo iudicio tueri rem publicam velint:
qualis fuit inter P. Africanum et Q. Metellum sine acer-
bitate dissensio. Nec vero audiendi, graviter qui inimicis 8
irascendum putabunt, idque magnanimi et fortis viri esse
censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno et prae-
claro viro dignius placabilitate atque clementia In liberis 9

Platonis sententiam verbis Tullii paullum immutatis intulit Ioannes Sarisber. policrat. l. V. c. 11.

similiter facere ut si] Ciceronianum hoc est. Lib. IV. Tusc. c. 18. pr. *Similiter facit, ut si posse putet eum, qui se a Leucade praecipitaverit, sustinere se cum velit.* Lib. II. de fin. c. 7. med. *Similiter ut si dicat, non reprehendendos parricidas.* Vide ad Cat. mai. c. VI, 6. Tursellin. de partic. c. 139. [245 edit. postr.]

* *facere eos*] Transponit Gu. quint. *eos facere.* Statim tert. cum Gothano *qui inter se contendunt,* haud absurde. Vide supra ad cap. VII, 6.

inter se contenderent] Goth. *contendunt,* fort. *contendant:* deinde id. et Vin. Ven. pr. Ald. *administret* vel *amministret.*

uter potius] Observent tirones, *uter* et *potius* de duobus; *quis* et *potissimum* de pluribus dici.

* *uter potius rem p.*] Gu quint. *uter rem p. potius.* Deinde tert. impr. Magont. et uterque Lips. *administret.*

7. *Idemque praecepit*] Goth. et Ven. quarta, Victor. Lambin. et Facciol. *praecipit,* quod verum. Ex Londiniensibus idem probat Pearc. Facit hoc Plato lib. IX. de republ. haud longe a princ. Postrema vero verba, *non eos qui suo iudicio tueri rempubl. velint,* a Cicerone liberius adiecta videntur.

* *Idemque praecepit*] Gu. tres priores, impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *praecipit,* quod patruo et aliis praeeuntibus recepi. Supra cap. XVI, 1 *Una ex re satis praecipit,* ubi eamdem librariorum inconstantiam notavi. Non dissimilis est ratio verbi *scribit,* quod cap. XI, 12 pro vulgato *scripsit* reduximus.

* *existimemus*] Impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *aestimemus.* Mox. Gu. quart. *contra ferrent.*

* *qualis fuit*] Gu. tert. *qualis inter P. Africanum et Q. Metellum fuit.*

inter P. Africanum et Q. Metellum] Africanum minorem, et Metellum Macedonicum intelligit. Vide Lael. c. 21. Valer. Max. lib. IV, 1, 12. Plin. lib. VII, 44.

8. *audiendi*] Rom. *audiendi sunt.*

* *audiendi*] Verbum *sunt,* quod in Gu. quinto impressisque veteribus, si Magont. exceperis, omnibus adiicitur, meliores, etiam Nonius, in voc. *Grave,* excludunt.

* *qui graviter irascendum inimicis*] Gu. pr. sec. quart. quint. *qui graviter inimicis irascendum.* Placet ex Nonio *graviter qui inimicis irascendum.*

putabunt] Sic Ven. sec. et quart. Sed *putabant,* et deinde *censebant* Goth. Vin. Oxonienses, Rom. Ven. pr. et tert. Arg. pro quo vulgo *putant, censent,* quod tamen Facciol. placuit.

* *putabunt*] Gu. quint. impr. Magont. et incert. *putabant.* Iidem postea *censebant.* Gu. tert. et Nonius *putant* ac deinde *censent* Sed vide, quae adnotabimus ad cap. XLI, 9.

placabilitate atque clementia.] Vinar. *et clementia.*

* *atque clementia.*] Gu. pr. quart. et quint. *et clementia.*

vero populis, et in iuris aequabilitate exercenda etiam est facilitas, et altitudo animi, quae dicitur: ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus,
10 in morositatem inutilem et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur rei publicae causa severitas, sine qua administrari civi-
11 tas non potest. Omnis autem et animadversio, et castigatio contumelia vacare debet: neque ad eius, qui punitur aliquem, aut verbis fatigat, sed ad rei publicae utilitatem

9. *in iuris aequabilitate*] Ubi pari iure omnes continentur.

* *in iuris aequabilitate*] Praepositionem Gu. quint. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. insontem expellunt. Pro *aequabilitate* manus pr. in Gu. quinto *aequalitate* scripserat.

* *exercenda etiam est*] Ita Nonius, in voc. *Exercere*, et meliores mei. Gu. tert. *exercenda est et*, quint. *exercenda est etiam*, transposita particula *etiam*, quam uterque impr. Lips. excludit.

altitudo animi quae dicitur] Goth. *et altitudo quae animi dicitur*. Unus ex Aldinis, itemque unus ex Oxon. cui Eliens. accedit, *lenitudo animi:* quod Aldus non contemnendum putabat, Facciolatus nuper in locum alterius [itemque nuper Orell. ex Bern. c] succedere iussit. Quamquam ei, ne hoc quidem contento, *lentitudo* magis placet ex lib. IV. Tuscul. c. 19. etsi Cicero id ibi *vitiosum nomen* appellat. Pearcio *aptitudo*, Chapmanno *mollitudo* coniicere libuit. Servandum puto id, quod in plerisque libris est. Nam *altitudo animi* est, quae non irascitur stulto et impolito vulgo, quae se contemni non posse, et ultra omnes iniurias evectam putat. Sic *altus vultus* interdum in laude est. Vide Gronov. ad Senec. de tranquill. an. c. 1. Aliter Muretus et Fr. Odinus, quibus *altitudo* hic est βαθύτης, qualis de puteis dicitur, id est, taciturnitas et occultus de rebus animi sensus. Sed hoc longius petitum. [Non sane nimis longe: *alt. ingenii* dixit Sallust. Iug. c. 95 de Sulla consiliorum suorum absconditore, h. l. *alt. animi* est eius, qui animi affectiones imo fundo tamquam maris condit neque ore aut vultu prodit, qualem Periclem Athenis accepimus. Prorsus sic βαθύτητα simplici verbo dicit Cic. ad Att. IV, 6 et V, 10; nondum usu Latine tritum esse significat quod addit *quae dicitur*. In Epist. quidem IV, 13, 4 idem est quod elatio sive magnitudo animi.]

* *altitudo animi*] Hanc scripturam et Nonius, et omnes libri mei confirmant. Mureto, qui *altitudinem animi, βαθύτητα* hominis κρυψίνου interpretatur, Drakenb. ad Liv. IV, 6, 12. et Ernestus in clave Cic. adsensi sunt. Patrui mei explicationem ipse comprobat Cicero in partit. or. cap. 22 *Altitudo animi in capiendis incommodis et maxime iniuriis.*

impudenter rogantibus] Goth. aliique multi *imprudenter*, male.

10. *et tamen*] Goth. *sed tamen.*

* *probanda est*] Verbum *est* Gu. sec. ignorat, quint. vero ita collocat *mansuetudo est probanda.*

administrari] Vinar. et Ven. pr. *amministrari.*

* *administrari civitas non potest*] Gu. tert. *civitas administrari:* sec. *amministrari civitas non posset.*

11 *animadversio et castigatio*] Gravior est *animadversio*, quam *castigatio:* ad illam verbum *punitur* se refert, ad hanc *castigat*, quod verbis fieri potest. De re ipsa vid. cap. XXXVIII, 3.

* *et animadversio*] Gu. quart. *animi adversio*, abiecta copula, quam etiam quint. omittit. Deinde quart. *vacare debet contumelia.*

qui punitur aliquem] *Punitur*, pro *punit*, legendum est auctoritate Nonii cap. VII, 27. et Servii ad Vir-

referri. Cavendum est etiam, ne maior poena, quam culpa 12
sit: et ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellen-
tur quidem. Prohibenda autem maxime est ira in pu- 13
niendo. Numquam enim, iratus qui accedet ad poenam,
mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et pa-
rum; quae placet Peripateticis, et recte placet: modo ne
laudarent iracundiam, et dicerent, utiliter a natura datam.
Illa vero omnibus in rebus repudianda est, optandumque, 14
ut ii, qui praesunt rei publicae, legum similes sint, quae
ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur.

Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem no- 26

gil. XI. Aen. 660. Vide Vechneri Hellenolex. lib. I. part. I. c. 8. p. 98. ubi, quoties post alios ita Cicero dixerit, indicavi. [Quinquies nim. Vide gramm. nostr. § 206.] Goth. Ven. Rom. *qui puniet.*

* *qui punitur aliquem*] Male Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *punit:* reliqui Gu. omnesque impr. veteres *puniet.* [Verum h. l. praebent Bern. a b.]

* *castigat*] Gu. quart. *castiget.* Recepi, quod apud Nonium, in voc. *Punitur*, editum reperio, et ipse in perantiquo Nonio Gudiano scriptum vidi, *fatigat.* De elegante, sed vulgo neglecta, huius verbi significatione vide infra ad lib. III, 18, 2. [Sed h. l. vix probabitur, neque intelligas, cur id exemplum Nonius in v. *fatigare,* si invenerit in suo Cic. codice, non laudarit.]

12. * *Cavendum est*] Verbum *est* Gu. pr. proscribit.

alii plectantur] Graviore poena adficiantur.

ne appellentur quidem] Ne in ius quidem vocentur ad reddendam factorum rationem.

13. * *Iratus qui accedet*] Gu. pr. *accedat*: quint. et impr. Lips. 1507. *accedit*: Gu. tert. *qui iratus accedit.* Mox pr. *tenebis.*

et recte placet] Non dubito, quin *placeret* melius sit, quod iam alii coniecerunt. [Puto, quod sequitur non *laudent,* sed *laudarent.* At *placet Peripateticis* idem est atque *probarunt Peripatetici.*]

* *et recte placet*] Abest a Gu. tert. verbum *placet.* Non male. Suavis tamen videtur mihi repetitio huius verbi. Nec particulae *modo ne* coniunctivum ante se requirunt. Cic. lib. XVI. ad divers. epist. 22 *Tertia aderit: modo ne Publius rogatus sit.* Ad Attic. lib. V. ep. 4 *Quae de Sicinio audisti, ea mihi probantur: modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum.*

iracundiam] Invidiose hoc Peripateticis tribuitur, qui non *iracundiam,* quam in vitiis numerant, sed *iram* probabant, eamque exscindendam esse negabant. Nisi forte *iracundiam* pro *ira* dixit, quod et alii fecerunt.

14. * *omnibus in rebus*] Gu. pr. *in omnibus rebus.* Aliquanto post quint. *legum sint similes.*

repudianda est] Non moderandam aut cohibendam esse dicit, quod et Peripatetici volebant; sed *repudiandam,* id est, expellendam, eradicandam.

legum similes sint] Senec. lib. I. de ira c. 16. p. 19 *Procedam in tribunal non furens, nec infestus, sed vultu legis.* Deinde: *Quid? tibi videtur lex irasci, quos non vidit, quos non futuros sperat? Illius itaque sumendus est animus, quae non irascitur, sed constituit.*

Cap. XXVI. 1. * *ad voluntatem*] Ita Gu. tert. quart. et impr. Lugd. 1527. Reliqui [Bern. a b d] et Eybus *ad voluptatem,* errore librariis familiari. Exc. Bedae *ad votum nostrum.*

stram fluentibus superbiam, fastidium arrogantiamque magno
2 opere fugiamus. Nam ut adversas res, sic secundas im-
moderate ferre levitatis est: praeclaraque est aequabilitas in
omni vita, et idem semper vultus eademque frons, ut de
3 Socrate itemque de C. Laelio accepimus. Philippum qui-
dem Macedonum regem, rebus gestis et gloria superatum
4 a filio; facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Ita-

magno opere] Ut supra c. XI, 8 *tanto opere* e nostris libris reposuimus: ita hic *magno opere,* quod in pluribus repertum est ab aliis, facile admittimus. Saepius utrumque et similia, *quanto opere, nimio opere,* in Cicerone leguntur. Vide Cort. ad lib. IV. epist. V, 3. lib. XIII. ep. 6 et 7. Burmann. ad Sueton. Caes. c. 1. et Claud. c. 1. In Goth. Vin. aliquot. Oxon. et Rom. *magnopere,* sive *magno opere,* inter *superbiam* et *fastidium* interponitur.

* *magno opere*] Omnes Gu. Beda et Eybus veteresque impr. mei *superbiam magnopere* (Gu. pr. *magno opere*) *fastidium arrogantiamque fugiamus.* Eumdem positum multi aliorum, et novem Cockmanni [omnesque Orellii] codices suadent.

2. *praeclaraque est*] Goth. *praeclara.*

* *aequabilitas*] Gu. quint. *aequalitas.* Mox pr. *eadem frons,* omissa copula. Nihil a vulgata recedit hunc locum adducens Nonius in voc. *Vultus et facies.*

idem semper vultus eademque frons] *Vultus* index est voluntatis animi; *frons* hilaritatis vel tristitiae. Isidor. lib. XI. c. 1.

de Socrate] Cicero lib. III. Tusc. c. 15 *Hic enim est iste vultus semper idem, quem dicitur Xanthippe praedicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Nec vero ea frons erat, quae M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucillius; sed tranquilla et serena.* Seneca epist. CIV. *Haec usque eo animum Socratis non moverunt, ut ne vultum quidem moverint. Illam mirabilem laudem et singularem usque ad extremum servavit: non hilariorem quisquam, non tristiorem Socratem vidit: aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae.* Plin. lib. VII. c. 18 *Ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis interemti, numquam risisse, ob id Agelastum vocatum; sicut nec flesse multos. Socratem, clarum sapientia, eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato.* Eiusdem rei testis est Aelianus lib. IX. histor. var. c. 7. Gell. lib. II. c. 1.

item de C. Laelio] Goth. Vin. Rom. Ven. duae, Arg. *idem de C. quoque Laelio,* Ven. tert. *idemque de C. quoque Laelio,* Aldus *item de C. quoque Laelio,* Ven. quart. Pearc. Facciol. *itemque de C. Laelio,* bene, si e libris est. Infra c. XXX, 8 *In C. Laelio multa hilaritas.* Horat. lib. II. sat. I, 72 *Mitis sapientia Laeli.*

* *item de C. Laelio*] Anemoec. Gryph. Wolf. *itemque,* quod probante patruo recepi. Favent huic scripturae MSS. Gu. qui omnes *idemque* exhibent. Tert. *idemque de Scipione C. quoque Laelio:* principes impr. *idem de G. quoque Laelio.*

* *accepimus*] Gu. sec. *accipimus.*

3. *a filio*] Alexandro Magno, qui ipse quidem Philippi filius dici haberique noluit.

* *a filio*] A glossatore deceptus Gu. quart. *a filio Alexandro.*

superiorem fuisse] Iustin. lib. IX, c. 8 *Huic* (Philippo) *Alexander filius successit, et virtute et vitiis patre maior.* Deinde: *Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere; hic ubi exarsit, nec dilatio ultionis nec modus erat.* Tandem: *Amari pater malle, hic metui.* Vide et Senec. lib. III. de ira c. 23. De vitiis Alexandri praeter alios Liv. IX. c. 18.

que alter semper magnus, alter saepe turpissimus: ut recte praecipere videantur, qui monent, ut, quanto superiores sumus, tanto nos geramus summissius. Panaetius quidem, Africanum, auditorem et familiarem suum, solitum ait dicere, ut equos, propter crebras contentiones praeliorum ferocitate exsultantes, domitoribus tradere soleant, ut his fa-

4. *semper magnus*] Rom. *saepe magnus:* deinde Goth. *semper turpissimus.*

* *alter semper magnus*] Gu. quint. impr. Magont. et incert. *alter saepe magnus, alter saepe:* corrector Gu. quarti *alter semper magnus, alter semper.* Gu. sec. posteriore loco plane abiecit adverbium.

* *turpissimus fuit*] Delevi verbum *fuit,* quod in scriptis atque impr. veteribus nusquam reperio. Caussas ellipseos promit Cortius ad Sallust. Iug. extr.

* *ut recte*] Gu quint. *ut recte quidem.*

superiores sumus] *Simus* Goth. Vinar. Rom. Ven. Lips. Ald.

* *superiores sumus*] Hoc tuentur Gu. pr. tert. quart. [Bern. a b] Beda, impr. incert. Venet. 1498. Lips. 1513. Lugd. 1527. etiam Gryph. At Gu. sec. corrector quinti, [Erf. et reliqui Orell.] Eybus, impr. Magont. ac Lips. 1507. *simus* substituunt, quos sequitur Ernestus. Equidem nihil muto. Quemadmodum omnis generis oratio indefinita, ita interrogativa indefinite posita, indicativum frequenter admittunt. Vide Vechner. hellenolex. lib. I. part. 2. c. 26, praecipue, quem ibi laudat patruus meus, Vossium de constr. cap. 62. Heumann. ad Cic. pro Mil. XVIII, 1. et pro Ligar. X, 2. Conf. supra ad cap. VII, 6 et quae ad huius capitis paragraphum proxime sequentem adnotabimus.

* *nos geramus summissius*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *summissius nos geramus,* impr. veteres omnes *nos summissius geramus.*

5. *Panaetius*] Vide supra cap. II, 11. lib. III. c. 2. Cicero lib. IV. de finib. c. 9 *Homo inprimis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laelii, Panaetius.* Vellei. Pat. lib. I. c. 13 *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque, praecellente ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit.*

Africanum] Scipionem Africanum minorem.

* *Africanum auditorem*] Cuncti veteres impr. *auditorem Africanum.*

* *tradere soleant*] Verum puto *solent,* quod est in Gu. quarto [et in uno Bern. d] et apud Nonium de var. signif. serm. p. 304. Mercer. Ita etiam hunc locum scriptum vidi in vetusta Nonii membrana Guelph. Quam turpiter fallantur, qui indicativum ex oratione obliqua prorsus excludunt, supra ad c. VII, 6. ostendi. Exemplis ibi prolatis nunc alia quaedam succenturiabo. Cicero infra III, 7, 3 *Quo facilius, quae volunt, explicent.* Lael. XXV, 11 *Meministis, - - - quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur.* Liv. II, 15, 4 *Eam esse voluntatem omnium, ut qui libertati erit in illa urbe finis, idem urbi sit.* Idem III, 13, 2 *Se haud multo post quam pestilentia in urbe fuerat, in iuventutem grassantem in Subura incidisse.* Ibid. c. XV, 3 *Ut iuventus tribuniciam potestatem e re p. tolleret, formaque eadem civitatis esset, quae ante Sacrum montem occupatum fuerat.* Sueton. Caes. c. 9 *Caesarem in consulatu confirmàsse regnum, de quo aedilis cogitarat.* Plin. lib. IX. ep. 1. princ. *Accepi tuas litteras, quibus quereris, taedio tibi fuisse, quamvis lautissimam coenam, quia scurrae, cinaedi, moriones mensis inerrabant.* Poëtarum testimonia, quo tutiora a sciolorum corruptione fuerunt, eo plus ponderis habebunt. Lucret. VI, 44

Et, quaecumque in eo fiunt, fientque, necesse
Esse ea dissolvi.

cilioribus possint uti; sic homines secundis rebus effrenatos sibique praefidentes tamquam in girum rationis et doctrinae duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecilli-
6 tatem varietatemque fortunae. Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum, hisque maior
7 etiam, quam ante, tribuenda auctoritas. Iisdemque temporibus cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures,

Virgil. ecl. V, 6.

Aspice, ut antrum
Silvestris raris sparsit labrusca racemis.

Ovid heroid. XVI, 21.

Hanc esse ut scires, unde movetur amor.

Quanta intemperantia fuerit hominum talia ad ignorantiae suae praescripta corrigentium, facile agnoscet, qui codices antiquos haud defunctorie inspexerit. Ne longior sim, uno nunc exemplo defungar. In Ciceronis lib. III. ad divers. ep. 5. n. 2. nunc quidem editur: *Scribis enim, quae de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerint; tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse.* Pro *scripserim* vero *scripseram*, et *repetita sunt* pro *repetita sint* legendum esse; hoc trium, illud quinque MSS. Gu. auctoritate confirmare possum.

* *praefidentes*] Multi aliorum et Gu. codices, etiam impr. principes *praesidentes* perperam exhibent. Locum citat Nonius p. 389.

in gyrum rationis] *Gyrus* proprie dicitur, in quem equi circumaguntur. Vide Cerdam ad Virgil. lib. III. georg. v. 191. Significat, homines adsuefaciendos esse, ut rationi et doctrinae obtemperent, nec viribus, opibus et fortuna freti latius evagentur; sed intelligant, omnia, quibus efferri soleant alii, esse imbecilla, nec ullum fortunae statum diu in eodem vestigio permanere.

* *in gyrum rationis*] Scripti mei et impr. Magont. *girum.* [Item Bern. plerique nec tamen a et e.] Vocalis Graeca in hoc vocabulo non magis necessaria videtur, quam in *silva* et *stilus.* [*Gyros dedere* cod. Medic. Virgilii Georg. III, 115.]

6. *in secundissimis rebus*] Quo secundiores res, eo magis animus ad cavendum attendatur, auresque salutaribus consiliis praebeantur.

* *in secundissimis rebus*] Gu. sec. tert. et impr. Lugd. 1527. *in secundis rebus.* Mox tert. *utendum est:* quint. *consiliis.*

maior etiam] Vinar. et Ven. duae omittunt *etiam.*

* *hisque maior etiam*] Gu. tert. *iisque maior etiam quam antea.* Particulam *etiam* quint. et omnes impr. veteres male omittunt. Iidem in proximo *tribuenda est auctoritas,* exc. Bedae atque Eybi *est tribuenda auctoritas.*

tribuenda auctoritas] Tanto magis persuasum sit, eorum consiliis esse obtemperandum.

7. *assentatoribus*] Vincentius Bellov. hunc locum ita recitat. *Cavendum est ne assentatoribus sive adulatoribus aures patefaciamus: in quo falli facile est.* Omittit ille, *nec adulari nos sinamus,* quibus facile careremus, nisi apud Nonium legerentur, qui cap. I, 51. haec Ciceroni tribuit: *Cavendum est, ne assentationibus patefaciamus aures, neve adulari nos sinamus.* Goth. *ne adulari.* Scripti vero libri *assentatoribus,* quod merito praefertur. *Adulari* et *adulare aliquem* veteres dicebant saepius, quam *alicui.* Vide Burmann. ad Quintil. lib. VIII. c. 3. p. 799. me ad Vechneri hellenolex. p. 113. Priscian. lib. VII. p. 791. Miscellan. Lips. novor. tom. VI. pag. 692. [Nos in gramm. §. 389.]

* *ne assentatoribus*] In hanc scripturam consentiunt Nonii MSS. Gu. atque ed. Merceri, quum antea in Nonio, voc. *Adulatio,* edidissent *ne assentationibus,* quam aberrationem etiam in Gu. quarto reperi. Deinde pro *aures* Nonius *auris* exhibet.

neve adulari nos sinamus: in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus, ut iure laudemur. Ex quo nascuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus. Sed haec quidem hac tenus. Illud autem sic est iudicandum, 8
maximas geri res et maximi animi ab iis, qui res publicas regant, quod earum administratio latissime pateat ad plurimosque pertineat. Esse autem magni animi, et fuisse 9
multos etiam in vita otiosa, qui aut investigarent, aut conarentur magna quaedam, seseque suarum rerum finibus

° *nec adulari nos*] E Gu. tert. e scriptis impressisque Nonii libris et ex more Ciceronis *neve* reposui. [Bern. plerique *nec*, Bern. d et Erf. *ne*. Cf. nostra ad Verr. III, 6.]

° *falli facile est*] Gu. tert. *facile est falli*.

° *Tales enim nos esse*] Gu. quart. *tales enim nos tunc esse putamus*, quod ex Victorio Iac. Gronovius reduxerat. Gu. quint. cum Gryph. et Pearcio *tales enim nos tunc putamus esse*. Tres meliores Gu. exc. Bedae atque Eybi, impr. veteres omnes, adverbium *tunc* merito repudiant. Non in secundis rebus solum, sed in adversis etiam, ob naturalem humano generi φιλαυτίαν, tales esse se putant homines, ut iure laudentur.

Ex quo nascuntur] Vincent. Bellovac. *Ex quo inflati vanis opinionibus, innumerabiliora peccata et maximos errores incidimus*. Turpis corruptela.

° *Ex quo nascuntur innumerabilia peccata*] Transponit Gu. tert. *ex quo innumerabilia nascuntur*. Respexit vero noster illa Platonis de re p. lib. V. p. 549. Hopper. *Τοῦτο δ' ἔστιν ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὑτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τέ ἐστι, καὶ ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτον. Τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων, διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν, αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε κ. τ. λ.* Conf. Plutarch. de discrim. am. et adul. principio.

turpiter irridentur] Decipiuntur ab iis, a quibus se laudari putant.

° *Sed haec*] Gu. quart. *Sed hoc*.

8. *Illud autem*] Tota huius capitis pars reliqua, ab his verbis, Facciolato non suo loco posita videtur, quam ille eo retrahendam censet, ubi de politicis et otiosis agatur, capite, opinor, XXI.

maximas geri res et maximi animi] Vide de hoc constructionis genere ad cap XIX, 13.

qui respublicas regant] Vin. Rom. *qui rempublicam regant:* duo Oxon. etiam *rempubl.* ut Ven. omnes Arg. Ald. et plures vulg. Non repudio. Mutatum est ab iis qui postea *earum* legerunt.

° *qui res publicas regant*] Gu. pr. *qui rem p. gerant*. Reliqui MSS. nostri et codex Anemoec. vulgatam scripturam tuentur. Impr. veteres omnes *qui rem p. regant*.

quod earum administratio] Consentiunt in hac lectione cum Grutero Ven. tert. et recentiores editores: primi vero ut Rom. Ven. tres, Arg. Ald. *eorum*, quod est etiam in Goth. et Vinar. et sine dubio in pluribus, si fuissent, qui haec minuta curare voluissent. Redeat ergo prisca scriptura, quae immerito eiecta est. Non *rerumpubl.* vel, ut malo, *reipubl.* sed *eorum*, qui rempubl. regunt, *administratio latissime patet:* quod de plurimis bene mereri possunt.

° *earum administratio*] Hanc scripturam MSS. Gu. sine varietate adserunt. Eamdem ex suo codice dedit Anemoecius, et a Victorio, nisi fallor, acceptam propagaverunt Camerar. Gryph. At impr. antiquiores omnes *eorum* suggerunt.

9. ° *seseque suarum*] Gu. tert. *sese suarum:* impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *seque suarum*.

suarum rerum finibus continerent]

continerent: aut interiecti inter philosophos et eos, qui rem
publicam administrarent, delectarentur re sua familiari, non
eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes
ab eius usu suos: potiusque et amicis impartientes, et rei
10 publicae, si quando usus esset. Quae primum bene parta
sit, nullo neque turpi quaestu, neque odioso: tum quam
plurimis, modo dignis, se utilem praebeat: deinde augeatur
ratione, diligentia, parsimonia: nec libidini potius luxuriae-
11 que, quam liberalitati et beneficientiae pateat. Haec prae-
scripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vi-
vere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitae hominum amice.

Publicis alienisque rebus se non immiscentes.

interiecti inter philosophos] Medium inter philosophos et eos, qui rempubl. administrant, vitae genus sectati, non uni rerum cognitioni dediti.

non eam quidem] Goth. *nec eam quidem*.

omni ratione] Id. *sine ratione.* Sed hic librarius non vidit, *omni ratione* esse, quacumque ratione, bonis malis ne artibus.

* *ab eius usu*] Pronomen *eius* abest ab impr. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527.

potiusque] Sed potius. Saepe ita post negationem copulativa particula adversativae vim accipit. Vide ad c. VII, 5.

impartientes] Ita in libris est, pro *impertientes*, ut hodie loquimur. Vide ad c. XLII, 8. ad lib. II, 15, 9. *Dispartirentur* est Cornel. Nep. Eum. c. 2. pr. ubi hoc iam observavi. Infra *perpatiantur* in aliquibus est c. XXX, 13. Similia sunt *detractare, adtractare, conspargere,* quae Broukhus. comprobat ad Propert. lib. II. eleg. II, 11.

* *impartientes*] Hanc orthographiam Gu. quart. quint. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Anemoec diserte praeferunt. Gu. pr. sec. tert. et impr. Magont. eo scripturae compendio utuntur, quo multi librarii syllabas *par, per* et *por* sine discrimine exprimere solent. [Bernenses omnes *impertientes.*]

10. *bene parata*] *Parata* in meis etiam lego: quidam, ut Argent. Ven. quart. Pearc. et Facciol. *parta.*

* *bene parata*] Gu. sec. tert. impr. uterque Lips. Lugd. 1527. Camerar. Gryph. Ald. *bene parta,* quod post alios recepi. [Recte, quamquam plerique etiam Bern. *parata.*]

nullo neque turpi quaestu] Sic Ven. tres, Arg. *nullo turpi quaestu* Goth. *nulloque turpi* Vinar. et Ven. pr. Sed vide ad c. XX, 1. De turpi et odioso quaestu c. XLII, 2.

pateat] *Pareat* Goth. Magont. Venetae tres. Arg. Vict. Pearc. MSS. Angl. plerique. Sed vid. lib. II, 15. extr.

* *pateat*] Omnes Gu. et impr. veteres *pareat,* quod viris doctis merito displicuit. [Dubito an immerito, estque in Bernensibus praeter c omnibus et Erf.]

11. *servantem licet vivere*] Vide ad c. VII, 1. lib. II, 19, 11.

animoseque] Non timide et abiecte, sine suspicione et metu.

simpliciter] Vivit *simpliciter*, qui animo est non maligno, subdolo, ficto, suspicaci, tecto; sed candide, aperte et bona fide cum aliis agit. Non enim vitii nomen umquam est *simplicitas,* ut vulgus nunc putat. Vide append. meam ad Cellarii cur. post. p. 444.

vitaeque hominum amice] Dictum ut *convenienter naturae vivere,* lib. III. c. 3. Goth. *vere amice hominum.*

* *vitaeque hominum amice*] Gryph. *et vitae hominum amice:* Gu. pr. sec. quart. quint. *vere hominum amice.* Particulam *que* omnes Gu. et impr. veteres mei proscribunt.

Sequitur, ut de una reliqua parte honestatis dicendum 27
sit: in qua verecundia, et quasi quidam ornatus vitae, temperantia et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod 2
dici Latine decorum potest: Graece enim πρέπον dicitur. Huius vis ea est, ut ab honesto non queat separari. Nam et quod decet, honestum est; et quod honestum est, decet. Qualis autem differentia sit honesti et decori, facilius in- 3
telligi, quam explanari potest. Quidquid est enim, quod

Eamdem loco simili inculcant viliores libri infra c. XXX, 6.

Cap. XXVII, 1. *Sequitur ut dicendum sit*] Id est, *ut dicatur*. Pro leg. Manil. c. 10. pr. *Restat, ut de imperatore ad id bellum deligendo dicendum esse videatur.* Ibid. c. 20. pr. *Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate et sententia dicendum esse videatur.* Non audio igitur cod. Bodlei. in quo est, *sequitur de una reliqua parte honestatis dicendum.*

de una reliqua parte] De ea parte, quae sola reliqua est.

° *reliqua parte*] Gu. pr. *parte reliqua.* Deinde impr. incert. *verecundia est et quasi.* Postea Gu. tert. *animi perturbationum rerumque modus.*

in qua] Eam virtutem intelligit, quam Graeci σωφροσύνην vocant, ipse *modestiam* et *temperantiam* supra dixit cap. V, 2. *moderationem* Tusc. III, 8.

et quasi quidam ornatus vitae] In quibusdam exemplaribus *et* abesse aiunt, idque omisit Facciolatus, qui coniungit *verecundia quasi quidam ornatus vitae.* In meis pluribusque aliis id expressum, referendum videtur ad ea quae sequuntur, *temperantia et modestia, quasi quidam ornatus vitae.* Platonis sententiam esse putant, e lib. IV. de republ. post med. Κόσμος πού τις ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡδονῶν τινων καὶ ἐπιθυμιῶν ἐγκράτεια, ὥς φασιν.

rerum modus] Moderatio illa, quae cavet, ne quid nimis.

2. *Hoc loco*] In hac parte. Vid. ad c. 6. pr.

Graece enim] In Goth. recte omittitur *enim*.

° *Graece enim*] Cum quinque Oxoniensibus Gu. pr. sec. quart. quint. [etiam Erf. Bas et Bern. omnes praeter e] *Graece enim prepon dicitur decorum.* Totum locum ita refingit tert. *id quod Graece πρέπον dicitur, Latine decorum dici potest.* Nihil muto. De nat. deor. II, 22 *Talis igitur mens mundi cum sit, ob eamque caussam vel prudentia, vel providentia appellari recte possit (Graece enim πρόνοια dicitur), haec potissimum providet.* [Orat. c. 11 — *quid deceat videre. Πρέπον appellant hoc Graeci: nos dicamus sane* decorum.]

Huius vis ea est] Goth. *huius vis est,* Vinar. Rom. Ven. tres, Arg. *vis est ea.* ° Cum Gu. quinto omnes impr. veteres *huius vis est ea.* Statim Gu. pr. et quint. *nequeant separari.*

ut ab honesto non queat separari] Id est, ut nihil sit decorum, quod non idem sit honestum. Nihil enim decet, quod virtuti repugnet. Hoc si omnibus persuasum esset, non eos decori magistros maxime probarent, qui a virtute alienissimi, ac libidinum fere ministri sunt: quasi decore fieri possint, quae ipsa non decent.

° *et quod honestum est, decet*] Gu. pr. et quint. verbum *est* eiiciunt.

3. ° *Qualis autem*] In impr. vetustis omnibus *autem* deest.

quam explanari] Goth. *explicari.*

Quidquid est enim] Arg. Ven. quart. *quidquid enim est.* Sed vide ad c. XIX, 10. ° Gu. pr. impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. *Quicquid enim est.* Paullo

4 deceat, id tum appareat, cum antegressa est honestas. Ita-
que non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco
disserendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid
5 deceat, apparet. Nam et ratione uti atque oratione pru-
denter, et agere, quod agas, considerate: omnique in re,
quid sit veri, videre et tueri decet: contraque falli, errare,
labi, decipi tam dedecet, quam delirare et mente esse ca-
ptum. et iusta omnia decora sunt; iniusta contra, ut tur-
6 pia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. Quod enim
viriliter animoque magno fit, id dignum viro et decorum
7 videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. Quare
pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, quod dico,
decorum: et ita pertinet, ut non recondita quadam ratione
8 cernatur, sed sit in promtu. Est enim quiddam, idque
intelligitur in omni virtute, quod deceat: quod cogitatione
9 magis a virtute potest, quam re separari. Ut venustas et
pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine: sic
hoc, de quo loquimur, decorum, totum illud quidem est

post Gu. quart. et quint. *antegressa sit.*

Antegressa est honestas] Graecum verbum προηγεῖσθαι Latine expressit. Honestatem decori caussam esse efficientem ait.

4. * *disserendum est*] Verbum *est* Gu. pr. omittit.

5. *ratione uti*] Quod *prudentiae* est.

* *Nam et ratione uti*] Gu. quart. *Nam ut:* sec. *Nam et ratione atque oratione uti:* tert. et quart. *Nam et ratione uti et oratione.*

quod agas] Goth. *quae agas.* * Gu. tert. *quae agas.* [Mox *quid sit verum* unus Oxon. ψ, a Gernh. et Beier. receptum.]

* *falli, errare*] Gu. quart. verbum *errare* ignorat: quint. dedit *falli et errare.*

mente esse captum] Vin. Rom. *mente captum esse.* * Gu. tert. omnesque impr. veteres *captum esse.*

* *iniusta contra*] Male Gu. quint. *et iniusta contra,* veteresque impr. *iniusta omnia contra.* Deinde Gu. tert. *Ut enim turpia.*

6. * *quod contra*] Gu. quart. *quod vero contra id turpe est.*

7. * *omnem honestatem*] Adiecta vox *omnem* a Gu. pr. abest. Eamdem transponit sec. et quart. *honestatem omnem.* Statim pr. *hoc quod decorum dico.*

hoc quod dico decorum] Goth. *id quo dico.*

8. *Est enim quiddam*] Vinar. *quoddam.*

idque intelligitur] Goth. *id quod intelligitur omni in virtute.*

a virtute potest] Goth. *potest a virtute.* * Gu tert. *potest a virtute.*

9. *Ut venustas*] Arg. Ald. *ut enim venustas*: al. ut Ven. quart. Lamb. Facc. *et ut venustas,* eleganter.

* *Ut venustas*] Impr. veteres mei, excepto Magont. omnes *Ut enim venustas.* Hoc erat etiam in Gu. tert.

* *sic hoc, de quo loquimur, decorum*] Gu. pr. *set hoc,* impr. Magont. *sed hoc.* Vocem *decorum* impr. Venet. 1498. et uterque Lips. omittunt.

totum illud quidem est] Vinar. Rom. Ven. tres, Arg. *illud totum quidem cum virtute confusum,* sine *est*: Ald. *totum quidem illud est.* Pleonasmus est *hoc totum illud quidem.* Cap. XXIX, 8 *Ludo autem et ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno.* Lib. II. cap. VI, 9

cum virtute confusum, sed mente et cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex. Nam et generale 10
quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur: et aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere de- 11
finiri solet: decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiae, in eo, in quo natura eius a reliquis animantibus differat. Quae autem pars subiecta generi est, 12
eam sic definiunt, ut id decorum velint esse, quod ita naturae consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali.

Haec ita intelligi, existimare possumus ex eo decoro, 28
quod poëtae sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum servare illud poëtas, quod deceat, dicimus, cum 2

Quae sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima. Vide ad lib. III, 1, 9. Tursellin. Schwarz de particul. c. CV, 3. p. 386.

* *totum illud quidem est*] Particulam *quidem*, in Gu. quarto omissam, pr. et tert. ita collocant *totum quidem illud est*: impr. veteres omnes *illud totum quidem*, omisso verbo *est*, quod tamen incert. servat.

10. *Est autem eius descriptio*] Divisio, ut dictum est ad c. VII, 3. Goth. *est enim*.

* *in omni honestate*] Gu. quint. *in honestate omni*.

aliud huic subiectum] Speciale, quod hoc comprehensum est. Proxime, *quae autem pars subiecta generi est*.

* *huic subiectum*] Gu. quart. *huic simile subiectum*.

11. * *excellentiae*] Gu. pr. *excellentia*: tert. *excellentiae vero in eo*.

* *a reliquis*] Praepositionem impr. Magont. ac Ven. 1498. ignorant. Deinde Gu. tert. transponit *differat animantibus*.

12. * *pars subiecta generi est*] Gu. tert. *subiecta pars generi est*: quart. *pars subiecti generis est*: quint. *pars subiecta est generi*.

* *esse velint*] In consensu MSS. Gu. omnium reposui *velint esse*. Vid. ad c. I, 3. et ad c. II, 8.

ita naturae consentaneum] Facciolatus coniicit *naturae cuiusque consentaneum*.

* *naturae consentaneum sit*] Gu. tert. *consentaneum naturae sit*.

moderatio] Quae cavet, ne quando in dictis factisque modus excedatur.

temperantia] Voluptatum moderatrix.

appareat] Unus ex Oxon. et Goth. *appareant*.

cum specie quadam liberali] Cum quadam elegantia, qualis est hominum liberaliter educatorum, et liberalibus artibus imbutorum, qui in omni sensu, oratione gestuve nihil insulsi, nihil absurdi et inconditi prae se ferunt. *Graevius*.

Cap. XXVIII, 1. *Haec ita intelligi*] Vinar. et vulgati addunt *a philosophis*: sed haec a scriptis melioribus absunt. Fabric. optimus liber, *haec ita intelligere possumus*: unde cum Lambino emendat, *haec ita esse, intelligere possumus*.

* *existimare possumus*] Glossatoris commentum est, quod omnes impr. veteres his praemittunt, *a philosophis*. Ordine mutato Gu. omnes et impr. vetusti *possumus existimare*. [Item Orell. omnes: restituendum igitur.]

quod poëtae sequuntur] Quod poëtae adfectant, cuius studium poëtis est proprium. Vid. ad c. I, 6. Graev. cod. pr. *exsequuntur*.

2. * *sed tum servare illud poëtas dicimus, quod deceat*] Gu. sec. *Sed*

id, quod quaque persona dignum est, et fit, et dicitur. Ut, si Aeacus aut Minos diceret,

Oderint, dum metuant,

aut,

Natis sepulcro ipse est parens:

ut tum: impr. Magont. et incert. *Sed tamen:* Gu. tert. *Sed tum servare, quod deceat, poëtas dicimus,* omisso *illud.* Revocavi ex pr. sec. atque ex edito Gryph. *servare illud poëtas, quod deceat, dicimus.*

Aeacus aut Minos] Aeacus Iovis filius ex Aegina, Minos ex Europa esse dicebatur, uterque ea iustitiae inter homines cultae fama, ut apud inferos cum Rhadamantho iudicare mortuos credi potuerit. Vide ad cap. XII, 7.

Oderint] Versus ex veteri tragoedia, Attii fortasse, vel, ut vulgo dicitur, Accii, cuius *Atreus* a veteribus citatur. Legitur et alibi, apud Cicer. Philipp. I, 14. Senec. lib. II. de clement. c. 2. Sueton. Calig. c. 30. et alios. Vide Hier. Columnam ad Ennii fragm. p. 298. Similem Ennii versum, nec tamen eumdem, profert Cicer. lib. II. c. 7. Est autem hoc dictum ex persona Atrei, regis Mycenarum, qui Pelopis et Hippodamiae filius, Tantali nepos, Thyestis frater, Agamemnonis pater fuit. Is cum Thyesten fratrem, Aëropes coniugis suae adulterum, in exsilium egisset, postea simulata reconciliatione revocasset: huic ipsius filios, ex Aërope susceptos, Tantalum et Plisthenen, comedendos apposuit. Hygin. fab. 244. et 258.

sepulcro] Ven. quart. *sepulcrum.*

* *Natis sepulcro*] Gu. pr. *Nati sepulcrum*: tert. et Gryph. *Natis sepulcrum.* Scriverius in fragmentis Attii p. 106. adducit: *Natis sepolchrum est ipse parens.*

ipse est parens] Lambini et Gronovii coniecturam, a Graevio comprobatam, confirmat Goth. cum duobus Oxon. in quibus plane scriptum est *ipse sit parens.* Merito itaque recipitur, cum ita demum optime in Atrei personam dictum hoc conveniat. Ut metro consulatur, Pearcius legendum opinatur, *Sepulcro natis ipse sit parens.*

* *ipse est parens*] Scholiasten Gu. legisse *ipse es parens,* haec eius adnotatio docet: *Tu nati sepulcro, i. pro sepulcro, i. in ventre tuo natum tuum sepelisti.* Alteram illam scripturam *ipse sit parens* et metrum respuit, nec ullus ei MS. Gu. aut liber olim impr. adstipulatur. Praeterea vix dubium mihi videtur, quin haec verba ex eadem tragoedia desumta sint, quam Cic. Tusc. IV, 36 sic adlegavit: *Ut facile appareat, Atrei filios esse, eius, qui meditatur poenam in fratrem novam.*

Maior mihi moles, maius miscendum malum,
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.

Quae igitur hae erunt moles? Audi Thyesten ipsum:

Impius hortatur me frater, ut meos malis miser
Manderem natos.

Eorum viscera apponit. Quid est enim, quo non progrediatur eodem ira quo furor? Ex his vero satis manifeste intelligere mihi videor, in illa tragoedia locum non fuisse dicto: *Natis sepulcro ipse sit parens.* Non haec ab Atreo ante illa *Maior mihi moles, maius miscendum malum* pronuntiari potuerunt. Inepte enim fecisset, si consilium suum, quod apertius ipse iam ante declaraverat, idem postea tectius significaret. Nec credibile est, Atreum a tragico ita inductum esse, ut post verba *Maior mihi moles* cet. illa adiiceret, *Natis sepulcro ipse* sit *parens.* Id enim si fecisset, Ciceroni non opus fuisset Atrei dicta *Maior mihi moles, maius miscendum malum* Thyestae verbis e longinquo petitis explicare, quum in promtu esset ipsius Atrei satis dilucida interpretatio. Servo igitur *Natis sepulcro ipse est parens,* quod plerique omnes antiqui codices

indecorum videretur, quod eos fuisse iustos accepimus. At
Atreo dicente, plausus excitantur. Est enim digna persona
oratio. Sed poëtae, quid quemque deceat, ex persona iu- 3
dicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura magna
cum excellentia praestantiaque animantium reliquarum. Quo- 4
circa poëtae in magna varietate personarum, etiam vitiosis
quid conveniat, et quid deceat, videbunt: nobis autem cum
a natura constantiae, moderationis, temperantiae, verecun-
diae partes datae sint; cumque eadem natura doceat non
negligere, quem ad modum nos adversus homines geramus:
efficitur, ut et illud, quod ad omnem honestatem pertinet,
decorum, quam late fusum sit, appareat: et hoc, quod
spectatur in unoquoque genere virtutis. Ut enim pulchri- 5

commendant. Accipio autem haec verba tamquam prolata ex persona Atrei, non de ultione deliberantis aut minantis poenam; sed scelera sua, quibus Thyesten ultus sit, superbe et gloriose commemorantis. Conf. Senec. Thyest. v. 882. seqq.

* *indecorum videretur*] Gu. tert. *videretur indecorum.*

plausus excitantur] A spectatoribus hoc dictum magno plausu excipitur, tamquam ex persona Atrei aptissime prolatum.

* *persona oratio*] Gu. pr. *oratio persona.* Statim tert. *Sed poëtae quidem quid quemque.*

3. *iudicabunt*] Ipsi iudicent ex persona, quam suo arbitratu cuique accommodant. Nobis autem certam personam imposuit ipsa natura.

* *personam imposuit*] Transponit Gu. pr. *imposuit personam.* Deinde quint. *natura ipsa.* Tum tert. *cum excellentia magna.*

magna cum excellentia praestantiaque animantium reliquarum] Non *excellentiam* et *praestantiam animantium* intelligit, sed *hominum*: genitivus vero *animantium* comparativus est, cuius vis *prae animantibus.* Graecorum more dictum videtur: nisi forte cum Facciolato, omnia haec verba a mala manu esse, suspicari males.

animantium reliquarum] Goth. Vin. et plures editi *reliquorum:* sed *reliquarum,* ut Lang. Lamb. Grut Graev. Facciol. legunt, Ciceronianum est, atque ita et in Oxon. scriptum suspicor, quod Cockmannus nihil diversae lectionis habet.

* *animantium reliquarum*] Hanc scripturam Gu. pr. [et maior meliorque pars Bernens.] sistit. Vocabulum *reliquarum* librarius quarti, quod se in animantium numerum adscribi indignabatur, omisit; ceteri scripti Gu. et impr. veteres in *reliquorum* mutaverunt.

4. * *quid deceat*] Gu. quint. *quid dedeceat,* sed corrector praepositionem expunxit. Pronomen *quid* impr. veteres omnes excludunt.

verecundiae partes datae sint] Natura nos iussit constantis, moderati, temperantis, verecundi personam agere.

* *verecundiae partes datae sint*] Impr. Lugd. 1527. *et verecundiae.* Gu. tert. *sint datae.*

adversus] Erga, ut n. 6. Vid. ad c. 11. pr.

efficitur ut appareat] Dictum, ut *faciendum est, ut mittam, ut respondeam,* lib. II. epist. XIX, 4. lib. III. epist. 12. pr. Est enim nihil aliud, quam *apparet hinc.* Vid. ad c. XXXI, 2.

quam late] Goth. *quam latissime.*

* *late fusum*] Gu. quart. *late diffusum.*

tudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt: sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum, quibuscum vivitur, ordine, et constantia, et moderatione dictorum omnium atque
6 factorum. Adhibenda est igitur quaedam reverentia adversus homines, et optimi cuiusque, et reliquorum. Nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis
7 est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem quod differat, in hominum ratione habenda, inter iustitiam et verecun-
8 diam. Iustitiae partes sunt, non violare homines: verecundiae non offendere, in quo maxime perspicitur vis decori.

5. *pulchritudo corporis*] Lib. IV. Tusc. c. 13 *Ut corporis est quaedam apta figura membrorum, cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo.*

* *apta compositione membrorum*] Postrema vox in Gu. quarto non comparet. Deinde tert. *movet oculos atque delectat.* Nonius, in voc. *Aptum,* hunc locum adferens nihil mutat.

* *omnes partes cum quodam*] Gu. tert. *partes omnes.* Praepositionem *cum* pr. omittit. Idem in sequentibus exhibet *consentiant.*

* *et constantia, et*] Utramque copulam Gu. tert. proscribit. Posterior particula exsulat etiam ex impr. vetustis, excepto incerto, omnibus.

6. * *adversus homines*] Haec duo verba Lambinus delenda censebat, et videri poterant ex n. 4. huc irrepsisse. Gu. tert. *adversus omnes,* quod non spreverim. Nec offendere debent diversi casus eidem substantivo *reverentia* iuncti. Non raro constructionem ab optimae notae scriptoribus ita variari, multis exemplis docuerunt Perizonius ad Sanct. I, 18, 1. Cortius ad Cic. epist. I, 7, 29. XI, 11, 3. Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 39, 10. patruus ad Nepot. XXV, 8, 2.

et optimi cuiusque] Pendet a *reverentia,* quae adhibenda est adversus homines.

optimi] Nobilissimi, qui ex optimatium numero est. *Reliqui* ergo sunt minus honorati.

negligere quid de se quisque sentiat] Negligere sive non curare, quid de nobis alii sentiant, arrogantis non magis, quam dissoluti est. Id enim qui facit, et nimia sui opinione tumidus alios contemnit; et suae famae prodigus, ad omne flagitium proclivis est. Vide Lael. c. XVII, 2.

arrogantis] Vin et Venet. pr. *arrogantiae.*

* *arrogantis*] Impr. Magont. *arrogantiae.*

7. *Est autem quod differat*] Differt aliquantum, est aliqua differentia inter iustitiam et verecundiam. Terent. II. Andr. VI, 17 *Sed est, quod succenset tibi.* II. Hec. II, 31 *Est quod me transire ad forum iam oporteat.* Vide Vechner. hellenolex. lib. II, 10. p. 538.

in hominum ratione habenda] Ita e suis libris ediderunt Victor. Lamb. Fabricius accedente et Vinar. et Ven. pr. alii, ut est et in Goth. Rom. Venetis, Arg. *in omni ratione.* Differt, inquit, in praestando aliis hominibus suo officio iustitia et verecundia.

* *in hominum ratione habenda*] Ita Gu. pr. et impr. Magont. soli inter meos: Gu. quart. *in omnem rationem habendam:* ceteri Gu. et impr. veteres *in omni ratione habenda.*

8. *non violare*] Iniuria adficere, quod fraude non minus, quam vi solet fieri.

non offendere] Factis, dictis, gestibus aliis nos improbatos invisosque reddere, eorum voluntatem a nobis

His igitur expositis quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto. Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc 9 primum habet vim, quae deducit ad convenientiam conservationemque naturae: quam si sequemur ducem, numquam aberrabimus, consequemurque et id, quod acutum et per-

abalienare. Non recte Marsus, et qui eum exscribunt, *verbis et fraude alicui nocere.* Hoc potius est *violare.* Eos etiam offendimus, quos non violamus, quibus nihil nocemus.

° *non offendere*] Gu. pr. *nec offendere.* Mox idem *vis percipitur decoris:* sec. *vis decori perspicitur:* tert. et quart. *vis perspicitur decori:* impr. incert. *perficitur vis decori.*

perspicitur vis] Goth. *vis perspicitur.*

° *quale sit id*] Gu. sec. *quale sit illud.*

9. ° *quod ab eo ducitur*] Gu. sec. *quod ab ea:* quint. *quod ab eo deducitur,* sed corrector primam verbi syllabam punctis confodit.

hanc primum habet viam] Ea eius ratio est, ut maxime ducat nos ad convenientiam naturae, vel ad id, quod naturae convenit. Arg. *hanc primam habet viam,* quod et e tribus Anglic. profertur, et Gronovio non displicet, a Facciolato, Pearcio et Heumanno vulgato anteponitur.

° *hanc primum habet viam*] Gu. quart. et quint. dederunt *primam.* Ceteri Gu. et impr. veteres consentiunt in *primum,* quod mutari non debuit. Perquam eleganter enim prisci *deinde,* quod post *primum* exspectari poterat, supprimere solebant: nec tamen sententiam relinquebant ἀνανταπόδοτον, sed eam intervenientibus particulis *autem, et, sed, vero,* interdum etiam sine tali particula, absolvebant. Noster supra c. XIV, 7 *Primum in eo peccant,* neque ita multo post sequitur *Inest autem in tali* cet. De or. II, 57 *Sic ego nunc, Crasso audiente, primum loquar de facetiis, et docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem* cet. Ad divers. ep. VII, 23, 6 *Primum ipsas ego Musas numquam tanti putassem.* Paucis interiectis, connectuntur illa: *Bacchis vero ubi est apud me locus?* Haud aliter Graeci loquuntur: ut Xenophon memor. Socr. II, 1 *Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, - - - - Ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπάνεως κ. τ. λ.* Lucas evang. XII, 1 *Πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς,* unde pendent ista n. 4 *Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· Μὴ φοβηθῆτε κ. τ. λ.* Conf. praeter eos, quos laudat patruus supra ad c. XIV, 7. Cortium ad divers. epist. II, 9, 1. et Drakenborch. ad Liv. XXII, 43, 3.

° *habet viam*] Camerarius et Cockmannus adnotaverunt, Victorium edidisse *hanc primam habet vim,* idque Gryphium retinuisse video. Nomen *vim* quum ob alias causas reducendum duxi, tum quia ad verba *hanc primum habet vim* ἀπόδοσις refertur illa, *Sed maxima vis decori in hac inest parte.* [*Viam* libri Bern. omnes, itemque edit. recentiores, falsum tamen.]

quae deducit] Goth. *quae ducit.*

° *quae deducit*] Gu. tert. cum Goth. *quae ducit:* impr. Ven. 1498 *qua deducit.* Aliquanto post impr. Lugd. 1527 *si sequamur.*

sequemurque] Persequemur, consectabimur. Pal. *consequemurque,* Facciol. e suo cod. *assequemurque,* melius, ut puto, quam vulgati.

° *sequemurque et id*] Utraque copula intercepta, Gu. pr. *sequemur id:* tert. atque ed. Anemoec. *consequemurque et id,* quod post Ernestum recepi. Nec tamen *consequemur* pro *consectabimur,* quod viro venerabili visum est, accipiendum esse dixerim. *Natura duce* (verba sunt Attici apud Cic. de leg. I, 6. extr.) *errari nullo pacto potest.* Ergo, qui naturam sequetur ducem, numquam aberrabit, eoque prudentiam, iustitiam et fortitudinem non consectabitur solum, sed omnino has virtutes adsequetur. [At videtur idem verbum esse debere quod antea, v. c. si amas patriam, amas etiam cives. Et

spicax natura est; et id, quod ad hominum consociationem
10 accommodatum; et id, quod vehemens atque forte. Sed maxima vis decori in hac inest parte, de qua disputamus. Neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad
11 naturam accommodati sunt. Duplex est enim vis animorum atque natura: una pars in appetitu posita est, quae est

sequemurque in Erf. Bas. Bern. a b c e, *conseq.* in Bern. d.]

quod acutum et perspicax est] Id est, perspicientiam veri et sollertiam, ut loquitur ipse c. V, 2.

perspicax natura est] Gu. quart. *perspicax naturae est*, quod probabile videri queat. Verba enim *quod acutum et perspicax naturae est* describunt prudentiam, sive σοφίαν, quae Ciceroni infra c. XLIII, 8 *cognitio contemplatioque naturae;* et Acad. quaest. IV, 41 *consideratio contemplatioque naturae* dicitur. Nihilo minus scripturam vulgatam retineo, Ciceronemque hic ita loquutum esse existimo, quemadmodum pro Marcello c. 3 *In victoria, quae natura insolens et superba est.*

quod ad hominum consociationem accommodatum] Iustitiam, quae tuendae hominum societati accommodata est.

* *consociationem*] Gu. pr. *associationem*: quint. *societatem*, sed vulgatam habet in margine: impr. Magont. *consolationem.*

quod vehemens atque forte] Fortitudinem, animi excelsi atque invicti magnitudinem et robur.

10. *in hac inest parte*] Goth. *in hac parti*, ἀρχαϊκῶς.

* *in hac inest parte*] Gu. quint. *est in hac parte.*

Neque enim solum corporis] Hanc periodum, cuius ultimum verbum est *accommodati*, ad grammaticum aliquem auctorem refert Facciolatus.

motus probandi] *Laudandi.*

* *qui item*] Adverbium Gu. pr. in *idem* mutat, tert. expellit.

11. * *duplex est enim*] Particulam *enim*, cui locus non satis aptus hic esse videtur, Gu. pr. ignorat. Puto, Ciceronem scripsisse *Duplex est autem.* Ad hanc aberrationem librarii ita erant proclives, ut *membranas viderim, in quibus *autem* fere semper in *enim* corrupta esset.

vis animorum atque naturae] Mala lectio, quam iam Aldus, Lambinus, Pearcius emendarant, et Facciolatus nuper expulit. Cum his lego ex MS. Groning. *vis animorum atque natura.* Supra c. 6. pr. *Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus.* Cat. mai. c. 15 *Quamquam me quidem non fructus modo, sed ipsius terrae vis ac natura delectat.* Somn. Scip. c. 9 *Nam haec est natura propria animi atque vis.* De divin. lib. II. c. 45 *Quod non contingeret, si hoc non vis et natura gignentium efficeret.* Ibid. c. 67 *Animorum est ea vis atque natura, ut vigeant vigilantes.* De leg. lib. II. c. 4 *Videamus vim naturamque legis.* Lib. I. de orat. c. 44 *Cuius rei tanta est vis ac tanta natura.*

* *vis animorum atque naturae*] Gu. sec. *vis naturae atque animorum.* Scripturam codicis Groningensis, *vis atque natura*, ante oculos habuisse videtur scholiastes Gu. quum ad h. l. commentaretur ita: *Duplex est vis animorum et na. i. naturalis vis animorum.* [Recte, quamvis Orelliani libri omnes *naturae* habeant.]

* *una pars*] Cicero *partes animorum* dicit, quas facultates nostri appellant, et quae Graecis sunt μέρη ψυχῆς. Ita Aristoteles de anima l. III. c. 10 *Τοῖς δὲ διαιροῦσι τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, ἐὰν κατὰ τὰς δυνάμεις διαιρῶσι καὶ χωρίζωσι, πάμπολλα γίνεται.* Conf. Salmasium in Epictet. p. 184. seqq. et quae dicentur infra ad l. II, 10, 11. Alibi noster *partes animorum* affectus vocat, ut in ora-

ὁρμή Graece, quae hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet.

Omnis autem ratio vacare debet temeritate et negli- 29
gentia: nec vero agere quidquam cuius non possit caussam probabilem reddere. Haec est enim fere descriptio officii.
Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant, eam- 2
que neque praecurrant, nec propter pigritiam aut ignaviam

tore c. 4 *Quibus orationis modis quaeque animorum partes pellerentur.* Hoc etiam more Graecorum, de quo dixi ad Plutarch. de liber. educ. cap. XVII, 21.

* *quae est ὁρμή*] Verbum *est* ex impr. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. excidit.

huc et illuc] Goth. *huc atque illuc.*

* *hominem huc et illuc*] Gu. quart. *hominem* omittit, tert. *et* mutat in *atque.*

fugiendumve] Hoc est in Goth. Arg. et Ven. quart. male alii *fugiendumque,* cum Vinar. et Venetis reliquis.

* *fugiendumve*] Ita dederunt Gu. tert. [Bern. c] et a correctore quintus, impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. Ceteri *fugiendumque,* [male, ut iam I. M. Heus. pronuntiavit, cuius rationem Frid. non videtur intellexisse. Est autem aut *quidque fugiendum sit* aut *fugiendumve sit* scribendum, quoniam alterutrum fit in singulis rebus, non utrumque simul.]

Ita fit] Ultima huius capitis verba Facciolati iudicio abesse debent.

appetitus obtemperet] Sic Goth. vulgo *appetitus vero obtemperet:* sed *vero* recte ab aliis eiicitur.

* *appetitus obtemperet*] Omnes impr. vetusti male interponunt *vero.* MSS. Gu. tamen hac parte manserunt incontaminati.

Cap. XXIX. 1. *Omnis autem actio*] Haec etiam, usque ad verba *descriptio officii,* Facciolatus ex lib. III. de fin. c. 17 consarcinata, et tollenda censet. Sed leniora prius remedia tentanda sunt.

actio] Male ita fere omnes a ducentis annis ediderunt. Vinar. Rom. Ven. duae, Arg. *omnis autem ratio,* quae lectio, Marsio et Ascensio probata, sine ratione ab editoribus oblitterata est. *Actio* certe *agere quidquam* minus commode dicitur, quam *ratio vacare temeritate.* Nam et *ratio* cum Cornelio Nepote dici potest *temeraria* ac *demens,* Timoth. c. III, 4. et Pausan. c. III, 1. De *ratione* vero omnis sermo est, non de *actione.* Videt hoc mendum post Pearcium celeberrimus etiam Gesnerus, qui legendum scribit, *nec vero agere quisquam.* Sed mihi tutius videtur libros sequi, quorum scriptura restituta doctissimus etiam Facciolatus fortasse hunc locum in suspicionem vocare desinet.

* *actio*] Iubente patruo reposui *ratio,* quod in Gu. sec. et quarto manus primae scripserant. Ita etiam in impr. vetustis legitur, excepto tamen incerto, qui *actio* retinet. [*Ratio* unus Bern. e: verum ea quidem non *agit.* Mihi *actio* scribendum videtur, et fero *possit,* quoniam *omnis actio* idem fere est quod *quicunque agit.*]

temeritate] Heumann. emendat *et temeritate.* Omitti potuit *et* post *debet,* quod in *et* exit.

* *cuius non possit*] Ernestus *possis* scribendum esse coniecit, atque ita legitur in exc. Bedae et Eybi. [Bern. e Bas.] Hi vero initio periodi *Omnis autem actio* retinuerant, quo vitio correcto, non opus est alia mutatione.

causam probabilem reddere] Vid. c. III, 5. Goth. *nec vero agere aliquid, cuius non possit causam prob. reddere.*

2. * *autem est*] Gu. tert. *est autem.* Paullo post sec. quart. quint. *neque propter pigritiam.* Praeterea quart. *atque ignominiam deserant.*

praecurrant] Goth. *praeeant,*

deserant: sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi
3 careant. Ex quo elucebit omnis constantia omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius evagantur, et tamquam exsultantes sive cupiendo, sive fugiendo, non satis a ratione retinentur, ii sine dubio finem et modum transeunt. Relinquunt enim et abiiciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt subiecti lege naturae: a quibus non modo
4 animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt: quorum
5 omnium vultus, voces, motus, statusque mutantur. Ex quibus illud intelligitur (ut ad officii formam revertamur) appetitus omnes contrahendos sedandosque esse, excitan-

quod frigidius est. Victorius et Facciol. *eamque neque praecurrant propter temeritatem, nec propter.* Probat hoc et Pearcius.

omni perturbatione animi] Facciolatus, quia *appetitus* quoque pars animi sunt, delet hoc *animi*, idque natum putat ex iterato *omni*, cuius erroris exemplum supra observavi ad c. XX, 4. Ad eius sententiam facile accedo.

* *omni perturbatione animi*] Omnes MSS. Gu. *omni animi perturbatione:* quod favet Facciolato coniicienti, vocabulum *animi* ex praegresso *omni* procusum esse. [Ordo verborum ex Gu. et Bern. praeter unum e omnibus restituendus, *animi* autem ad sententiam mihi quidem videtur necessarium: neque enim de ipsorum appetituum perturbatione dicitur.]

3. * *elucebit omnis*] Gu. pr. *lucebit omnis:* tert. *omnis elucebit*: exc. Bedae *eluceat omnis.*

tamquam exsultantes] More ferocium equorum, de quibus c XXVI, 5. Ven. tert. et quart. *exulantes.*

* *a ratione retinentur*] Praepositionem eiiciunt impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. Pro *retinentur* Gu. pr. *tenentur.*

* *hi sine dubio*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *hii:* Gu. tert. *ii,* quod recepi.

Relinquunt enim] Goth. *et relinquunt atque abiiciunt.*

* *et abiiciunt*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *abiciunt:* ex antiquorum more, de quo vide, quos laudavi ad Mallium Theodorum de metris c. VIII, 4. Gu. tert. *atque abiiciunt.*

* *cui sunt subiecti*] Gu sec. *cui sint subiecti.* Mox. quint. *a quibus animi non solum perturbantur.*

perturbantur] *Perturbantur*, in quibus aliquid ex statu, motu, ordine naturali mutatur.

4. *ora*] Vultus.

* *Licet ora*] Interponit Gu. tert. *enim,* quam coniunctionem glossatores saepe invito Ciceroni obtrudunt. Paucis interiectis quart. *qui a libidine.*

libidine] Cupiditate aliqua.

* *vultus, voces, motus*] Gu. sec. *voltus.* Vocabulum *motus* pr. temere omisit.

5. * *illud intelligitur*] Transponit Gu. quint. *intelligitur illud.* Impr. Lugd. 1527. *intellegitur.*

ad officii formam] *Forma* est descriptio, depicta alicuius rei imago. Ait igitur, se *rediturum* ad exprimendam *officii formam*, id est, ad illud describendum, ad ea, quae officio conveniunt, explicanda.

sedandosque] Pearc. *sedandosque esse,* ut Goth. Rom. et plures.

* *sedandosque*] Etiam Gu. pr. sec. tert. quart. impr. Magont. incert. et Gryph. adiiciunt *esse*, quod Pearcius merito revocavit. Idem verbum post *excitandamque* minus op-

damque animadversionem et diligentiam, ut ne quid temere
ac fortuitu, inconsiderate negligenterque agamus. Neque 6
enim ita generati a natura sumus, ut ad ludum et ad
iocum facti esse videamur: ad severitatem potius, et ad
quaedam studia graviora atque maiora. Ludo autem et 7
ioco uti illo quidem licet: sed sicut somno et quietibus ce-
teris, tum, cum gravibus seriisque rebus satisfecerimus.
Ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, 8
sed ingenuum et facetum esse debet. Ut enim pueris non 9

portune inserunt cum Gu. quinto veteres impr. omnes.

ac fortuitu] Consentiunt in hac lectione Goth. Vinar. Ven. tres, Arg. Ald. Vulgo *fortuito,* nec aliter Facciolatus. Illud vindicant Cellar. et Bunemann. ad Lactant. lib. I. c. 2. pr. et lib. V, 20, 14. Apud Plinium quoque, ubi vulgo legitur *fortuitum,* rectius *fortuitu* est in veteri Rom. et Cratandr. exempl. lib. IX. epist. XIV, 24 *Accidit fortuitu, sed non tamquam fortuitum.* [Cod. Vat. in Philipp. X, 2 et Medic. in Epist. V, 8 *fortuito,* et h. l. Bern. a b.]

* *ac fortuitu*] Gu. sec. [Bas. Erf. Bern. a b.] *ac fortuito:* tert. et quart. *aut fortuitu.*

6. *Neque enim ita generati*] Goth. *Neque enim a natura ita generati sumus.* Deinde *sed ad severitatem et ad,* sine *potius.*

* *Neque enim ita*] A correctore adscriptum est in Gu. pr. adverbium *ita,* quod sequentem in modum transponunt tert. quart. et exc. Bedae atque Eybi *Neque enim a natura ita generati sumus.*

* *et iocum*] Admisi e Gu. tert. et quart. *et ad iocum.* Vide ad cap. XIV, 1. [Vix probabitur, quoniam non discernuntur: neque ullus ex iis codicibus, qui posthac collati sunt, accedit.]

* *sed ad severitatem potius*] Particulam *sed* auctoritate Gu. pr. sec. et quarti eieci. Infra lib. III, 13, 12 *Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis* cet. [Unus Bern. c auctor fit omissae coniunctionis.]

* *ad quaedam studia*] Omittit Gu. quart. *quaedam,* quod sec. transponit *ad studia quaedam.* Deinde quart. *et maiora.*

7. *illo quidem*] Vinar. unus Oxon. septem Ald. cum Rom. et vulg. *illis quidem:* meliores vero, ut nos. Vid. c. XXVII, 9.

* *uti illo quidem licet*] Gu. quint. impr. Magont. et incert. *uti illis quidem.* Verborum ordinem invertunt impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *illis quidem uti licet.*

quietibus ceteris] Plurali hoc usus est etiam Sallust. Catil. XV,4 *Neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat.* Sic supra *fortitudines* dixit c. 22. extr. Langius omisso hoc verbo scripsit *somno et ceteris,* quidam scripti *quietis ceteris.*

* *et quietibus ceteris*] Haec verba ordinantur in Gu. tert. et quinto sic: *et ceteris quietibus.* In proximo *tum* abest a tert.

* *seriisque rebus*] Vocabulum *rebus* in Gu. sec. haud male omissum, corrector abesse non passus est.

8. *Ipsumque genus iocandi*] *Ipsum quoque genus* Goth.

* *Ipsumque genus*] Gu. quint. *ipsum quoque genus.* Aliquanto post pr. *facetum debet esse.*

profusum] Modum excedens nimium.

facetum] Quintil. lib. VI, 3, 20 *facetum,* ait, *citra ridicula consistere,* et esse *decoris magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem.* Unde et Virgilio tribuit Horatius lib. I. Sat. X, 44, qui omnium minime est ridiculus.

omnem ludendi licentiam damus, sed eam, quae ab honestis actionibus non sit aliena: sic in ipso ioco aliquod probi
10 ingenii lumen eluceat. Duplex omnino est iocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum; alterum
11 elegans, urbanum, ingeniosum, facetum. Quo genere non modo Plautus noster, et Atticorum antiqua comoedia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt; multaque multorum facete dicta; ut ea, quae a sene Catone col-
12 lecta sunt, quae vocant *ἀποφθέγματα*. Facilis igitur est

9. *ludendi licentiam*] Goth. *ludi licentiam.*

* *ludendi licentiam*] Gu. tert. *ludi licentiam.* Omnes impr. veteres, ordine mutato, *licentiam ludendi.*

ab honestis actionibus] Goth. Vinar. sex Oxon. et cum Rom. ac pluribus vulgatis Facciol. *ab honestatis actionibus.*

* *ab honestis actionibus*] Huic scripturae suffragantur Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. Ceteri MSS. Gu. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *ab honestatis actionibus.* [Restituit *honestatis* nuper Orell. ex Erf. Bas. Bern. a b c laudans c. 43 pr. ubi *honestatis partes* leguntur pro partibus honesti. Recte.] Paullo post impr. Magont. incert. ac Venet. 1498. *aliquid probi.* Deinde Gu. pr. a manu prima *lumen luceat.*

aliquod probi ingenii lumen] Gruterus *aliquid probi ingenii eluceat,* omittens, quod in scriptis omnibus est, *lumen.* In Vinar. et aliquot Oxon. quidem *aliquid* pro *aliquod* scriptum, sed temere.

10. *Duplex omnino est*] Goth. *duplex est omnino,* ut multis aliis locis praeponi solet verbum *est.* Cap. 28 extr. *Duplex est enim vis animorum.* Vid. ad Cat. mai. c. VII, 11.

* *Duplex omnino est*] Gu. pr. ac tert. *Duplex est omnino.*

illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum] *Illiberali* opponit *elegans* et *urbanum; petulanti* et *flagitioso ingeniosum, obsceno facetum.*

11. *Plautus noster*] Dissentit a Cicerone et ceteris Horatius, qui de eo ad Pisones v. 270 ita:

At nostri proavi Plautinos et numeros et
Laudavere sales, nimium patienter utrumque,
Ne dicam stulte, mirati: si modo ego et vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Non suum, sed Augusti totiusque saeculi sui iudicium promere Horatius videtur Fr. Vavassori de dictione ludicra sect. II. c. 1. p. 175. ed. Lips. Vide Quintil. lib. X. c. 1. p. 913 ibique Burmannum.

Atticorum antiqua comoedia] Vetus Atticorum comoedia veris utebatur personis, atque eos ipsos in scenam producebat, quos populo deridendos praebere volebat. Ex iis, qui veterem comoediam scripserunt, unus superest Aristophanes: quem quo iure Cicero in liberalis ioci exemplum proponat, disquirit idem Vavassor. de lud. dict. sect. I. c. 5.

* *et Atticorum*] Gu. tert. *ut Atticorum.* Postea quart. *multorum multaque.*

philosophorum Socraticorum] Ex quo numero sunt Xenophon inprimis et Plato, a quibus rectius liberalis ioci exempla petes, quam ab Aristophane et Plauto.

* *collecta sunt*] Omnes impr. veteres *sunt collecta.* Deinde Gu. sec. *quae vocamus*: quart. impr. incert. Lips. 1513. ac Lugd. 1527. *quae vocantur.*

ἀποφθέγματα] *Dicteria* vel *dicta* vocabant veteres ea, quae facete, breviter et acute essent responsa. Vide Cicer. lib. II. epistolarum ad Cornel. Nep. apud Macrob. lib. II. Sat. c. 1 inter fragmenta Nepotis cap. V, 2. In Lips. est *quae vocantur ἀποφθέγματα.*

distinctio ingenui et illiberalis ioci. Alter est, si tempore fit, remisso homine dignus; alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur, aut verborum obscenitas. Ludendi 13
etiam est quidam modus retinendus: ut, ne mimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem

12. * *Facilis igitur est*] Gu. quint. atque ed. Gryph. *Facilis est igitur.*

tempore] Tempestive, suo tempore.

* *Alter est, si tempore fit*] Gu. quart. *Alter est in tempore et si remisso animo.* Impr. Lips. 1513. *si tempore fiat.*

ac remisso animo] Ut editum, Vin. Venetae et Arg. Alii cum Aldo Manut. Lamb. Pearc. Facciol. *Alter est, si tempore fit ac remisso animo, libero dignus; alter ne homine quidem.* Sed hanc lectionem Nonius suspectam facit, apud quem cap. IV, 356 legimus: *Alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas.* • Cum hoc propius, cum re ipsa mirifice convenit Gothano, in quo reperio: *Alter, si temperate fit, remisso homine dignus, alter ne libero quidem dignus est, si rerum turpitudini adhibeatur* (*verborum* deest.) *obscenitas.* Hic veram lectionem, adhuc ignoratam, conservavit, quae haec est: *Alter est, si tempore* (vel *temperate*) *fit, remisso homine dignus; alter ne libero quidem, si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas.* Paullo ante n. 2 observatum est *omni* mutatum esse in *animi*, hic *homine* lectum est *animo*, et servata deinde utraque lectione, *animo homine.* Vide supra ad c. XVI, 5. XX, 4. Ingenuum iocum remisso et gravioribus curis vacuo homine dignum esse ait, id est, conviviis et aliis remissionibus convenire, minime vero rebus seriis; alterum ne libero quidem sive ingenuo, quamvis in rebus seriis non versante. Infra cap. XXXVII, 12 *Ac videat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat; si iocosis, leporem.* Cap. XL, 7 *Turpe est enim valdeque vitiosum, in re severa convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre sermonem.* Cum itaque perspicuum sit, Gothanam scripturam Ciceronis mentem incorruptam exprimere solam: nemo eam a me repositam esse moleste feret.

* *ac remisso animo, homine dignus*] Librarii, ut fit in locis valde corruptis, magnopere fluctuant. Gu. pr. *ut sit remissio animo hom. d.* sec. *ut sit remisso animo h. d.* tert. *aut rem a. h d.* [Etiam in Orellianis omnibus *animo* legitur; *ut si, et si, ac si* variant: praetereaque Bern. a *homine libero,* addito verbo, quod et ipse necessarium puto, ut a *remisso homine libero* transitus fiat ad *liberum* solum.] Desperatum ulcus sanavit patruus, quem secutus e cod. Goth. edidi *remisso homine dignus.*

* *ne libero quidem*] Dictionem illustrant illa Lael. XXIV, 7 *Assentatio - - - non modo amico, sed ne libero quidem digna est.* Sententia similis est de or. II, 62 *Obscenitas non solum non foro digna, sed vix convivio liberorum.*

* *si rerum turpitudini adhibetur verborum obscenitas.*] Gu. tert. *adhibeatur.* Anemoecius edidit, *si rerum turpitudo adhibetur et verborum obsc.* Ex scriptis Nonii libris et ex ed. Merceri reposui, *si rerum turpitudo adhibetur aut verborum obscenitas,* [ut est in uno Bern. c.] Noster de or. II, 59 extr. *Praestet idem* (orator) *ingenuitatem et ruborem suum, verborum turpitudine et rerum obscenitate vitanda.* [Sed olim vulg. non minus recta est.]

13. * *Ludendi etiam est*] Gu. tert. quart. et quint. *Ludendi est etiam.*

modus est retinendus] In Vinar. *retinendus* deest.

ut ne nimis omnia profundamus] Langius sine libris edidit, *ut ne nimis profundamur*, Argent. *ut ne*

14 **delabamur. Suppeditant autem et campus noster, et studia venandi, honesta exempla ludendi.**

30 **Sed pertinet ad omnem officii quaestionem semper in promtu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquis-**
2 **que beluis antecedat. Illae nihil sentiunt, nisi voluptatem,**

nimis profundamus, excluso verbo *omnia:* quod prope accedit ad Langianam coniecturam, quae multis sese probavit. Pith. cod. *ut ne cum nimis omnia profundamus elatione voluptate* (duo Oxon. *elatione et voluptate*) *in aliquam turpitudinem dilabamur.* Hinc Graevius effingit: *ut ne, cum nimis omnia profundamus, elatiores voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.* Mihi prae hoc vulgata placet, quam et Olivet. et Facciol. sequuntur; sed paullo magis tamen Langiana emendatio. Pearcius transpositionem tentat, coniicitque, *ne nimis profundamur* (in ludum) *elatique voluptate in aliquam turpitudinem* omnino *delabamur.* Ex *omnino* factum putat *omnia*, idque alieno loco inculcatum. [*omnia* intellig. quasi totos nos, quicquid habemus animorum et hilaritatis.]

* *ut ne nimis omnia profundamus*] Haec ita a Cicerone scripta esse, vix mihi persuaderi poterit. Olim conieceram, legendum esse *ut, ne mimis omnia profundamus.* Nunc vero, quum videam, hanc emendationem iam aliis in mentem venisse, Lambinumque testari, vocabulum *mimis* in codice antiquo a se repertum esse, sine cunctatione ita rescribo. [Vellem cunctatus esset, nam de fortunis mimarum causa profundendis h. l. sermo esse nequit.] Quis nescit, plerique Romanorum quam insano studio mimis dediti fuerint? Nicolaus Damascenus, quem adlegat Athenaeus l. VI. c. 17 Σύλλαν φησὶ τὸν Ῥωμαίων στρατηγὸν οὕτω χαίρειν μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς, φιλόγελων γενόμενον, ὡς καὶ πολλὰ γῆς μέτρα αὐτοῖς χαρίζεσθαι τῆς δημοσίας. Notus est ex Horat. serm. I, 2, 55

— — *Marsaeus, amator Originis, ille*
Qui patrium mimae donat fundumque laremque.

* *elatique voluptate*] Proprie *efferri* est cursu longius, quam par erat, procedere. Liv. III, 5, 6 *Furium legatum longius extulit cursus.* Hinc eleganti metaphora dicitur de hominibus, quorum appetitus evagantes a ratione non satis retinentur. Cic. de fin. V, 6 *Motus turbulenti, iactationesque animorum incitatae, et impetu inconsiderato elatae, rationem omnem repellentes.* Ibid. *Elatus ille levitate, inanique laetitia exsultans, et temere gestiens.* Sueton. Calig. c. 54 *Canendi ac saltandi voluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo pronuntianti concineret, et gestum histrionis, quasi laudans vel corrigens, effingeret.*

* *delabamur*] Ita meliores, etiam mei: pro quo Gu. quart. a correctore, et quint. et omnes impr. vetusti *dilabamur.*

14. * *Suppeditant*] Gu. pr. *suppeditat*: tert. *suppeditant autem campus,* omisso *et.*

campus noster] Martius campus, urbi subiacens ad Tiberim, ubi iuventus pila, disco, currendo, luctando, iaculando, equitando, aurigando et natando exerceri solebat. Vide Barth. ad Stat. lib. V. silv. II, 113. p. 455. Horat. lib. I. od. 8. lib. III. od. 7.

studia venandi] Venatio, cui Romani admodum dediti erant. Unde Horat. lib. I. epist. XVIII, 48 eam vocat *Romanis sollemne viris opus;* Plin. Paneg. c. 81 *experientiam iuventutis et voluptatem.*

Cap. XXX, 1. *Pertinet ad omnem officii quaestionem*] Quoties, quid nostri officii sit, quaerimus, considerandum est, quantum natura hominis mutis animantibus antecellat.

* *reliquisque belluis*] Omissa copula, Gu. pr. *reliquis beluis.* Cum Gu. quinto [et Bern. e] omnes impr. veteres *reliquisque bestiis.*

antecedat] Ita et Goth. Vin. duo

ad eamque feruntur omni impetu: hominis autem mens discendo alitur et cogitando, semper aliquid aut anquirit aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur. Quin 3
etiam si quis est paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paullo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam. Ex quo intelligitur, corporis volupta- 4
tem non satis esse dignam hominis praestantia, eamque

Oxon. Venetae, Arg. *antecellat* alii quidam, et pro *belluis* multi *bestiis*, ut Facciol.

2. *Illae nihil sentiunt*] Vide cap. IV, 3. Rom. *illae enim nihil.*

* *Illae nihil*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Illae enim nihil.* Vide ad cap. XXIX, 4.

omni impetu] Vinar. Rom. Venetae, Arg. *toto impetu*, ex glossa, opinor.

* *feruntur omni impetu*] Gu. tert. *omni impetu feruntur*: quart. *referuntur omni impetu*: quint. omnesque impr. vetusti *feruntur toto impetu.*

discendo alitur] Vide cap. IV, 5. Lib. V. Tusc. c. 23 *Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur oblectatione sollertiae, qui est unus suavissimus pastus animorum.* Adde lib. V. Tusc. c. 18.

* *discendo alitur*] Ernestus suspicatur, legendum esse *quia discendo alitur.*

* *et cogitando*] Gu. quart. et impr. Lips. 1513. *et cogitatio.*

semper aliquid aut anquirit aut agit] Haec sex verba Facciolati iudicio supervacanea sunt. Duo tamen priora, *semper aliquid*, retineri posse arbitratur, si *cogitando semper aliquid* coniungas. Translata huc putat ex cap. 36. extr.

anquirit] Mei libri *inquirit* [itemque Erf. Bern. a c e].

* *aut anquirit*] Particulam *aut* Gu. quart. et impr. uterque Lips. ignorant. Verbum *anquirit*, ex quo plerique fecerunt *inquirit*, Gu. sec. incorruptum sistit.

audiendi delectatione] Goth. *audiendi ratione.*

* *delectatione*] Exc. Bedae atque Eybi *oblectatione.*

3. *ad voluptates*] Goth. *ad voluptatem*, ut postea *voluptate capiatur.*

* *paullo ad voluptates*] Gu. tert. *paulo ad voluptatem*: quint. *ad voluptates paulo.* Sequentia turpi glossemate inquinat impr. incert. *caveat modo ne sit.*

* *ex pecudum genere*] Gu. pr. *ex genere pecudum.* Mox quart. *sed quo est paulo erectior.*

sed si quis est paullo erectior] *Sed* interruptam parenthesi orationem continuat, ut *autem* cap. I, 3. ubi plura dixi. Lib. II. ad Q. F. epist. 3 *Qui ut peroravit (nam in eo sane fortis fuit) sed ut peroravit, surrexit.* Vide Cort. ad Cicer. lib. XV. ep. 10. pr. Plin. lib. V. epist. III, 5 *An ego verear (neminem viventium nominabo) sed ego verear, ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium?*

paullo erectior] Non verissima est Parei interpretatio in lexic. crit. p. 421 *excitati ingenii et hilaris.* Est potius non uni ventri mancipatus, sed paullo sublimiori praeditus animo, quo carent illi, qui pecudum ritu voluptates corporis tantum sequuntur, et quasi proni in terram spectant. [Mihi quidem vera Parei explicatio videtur, alioquin debebat *sed sit*, quod referretur ad *modo ne sit.*]

* *occultat et dissimulat*] Gu. pr. et impr. Magont. *occultet et dissimulet.*

4. * *non satis esse dignam*] Gu. quart. *non satis dignam esse.*

contemni et reiici oportere: sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse eius fruendae
5 modum. Itaque victus cultusque corporis ad valetudinem
6 referatur, et ad vires, non ad voluptatem. Atque etiam si considerare volumus, quae sit in natura excellentia et dignitas; intelligimus, quam sit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere: quamque honestum parce, conti-
7 nenter, severe, sobrie. Intelligendum etiam est, duabus

* *reiici*] Gu. pr. sec. quart. quint. et impr. Magont. *reici*, quod Ciceronis aequalibus disyllabum erat. Neque enim adsentior Ricciolo in prosod. reform. verbum *reicit* in tribrachyn resolventi.

sin sit quispiam] Goth. *sed si sit quispiam, qui aliquid tribuat, diligenter.* Deest *voluptati.*

* *sin sit quispiam, qui aliquid*] Gu. pr. *set si quispiam aliquid:* tert. *sed si sit quispiam qui al.*

* *ei tenendum esse*] Parum laudabili consilio corrector Gu. sec. *ei dico tenendum esse:* impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sciat ei tenendum esse.* Proxima impr. veteres ordinant sic: *modum eius fruendae.*

5. * *victus cultusque*] Gu. sec. *cultus victusque.*

ad valetudinem referantur] Corpus pascendum, et curandum est, ut valeat et ad laborem ferendum firmum sit: isque finis esse debet *victus et cultus,* non voluptas. Etsi *victus* et *cultus* singulari numero intelligi potest; recte tamen verbum plurale sequitur. Vid. ad c. XLI, 10. lib. III, 5, 3.

* *ad valetudinem referantur*] Non reprehendo verbum pluralis numeri post duo substantiva singularia. Tamen ex melioribus Gu. pr. sec. quart. etiam e Gothano [et Bern. praeter e omnibus], praetuli *referatur,* quod iam e MSS. Anglicanis Pearcius receperat. Supra c. XXIII, 7. sine varietate legitur *Cum tempus necessitasque postulat.* Hac dicendi ratione Cicero plerumque utitur.

6. * *Atque etiam si*] Particulam *etiam* Gu. tert. *si* Gu. pr. omittit.

* *considerare volumus*] Gu. pr. quart. [item Bern. a d] atque ed. Gryph. *volemus.* Anemoec. *velimus.*

* *quae sit in natura*] Post haec verba adiiciunt Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi, impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Anemoec. *hominis,* quod vocabulum legitur etiam in marg. Gu. quinti. [Ei quidem verbo magna auctoritas accedit a Bern. a b c: possis *naturam* intelligere de vivendi ratione ad naturam accommodata, non hominis proprie, sed universam: verum *excellentia* et *dignitas* suadent, ut ad *hominis naturam* referas. Itaque recentiores editores iure videntur recepisse.]

intelligemus] Rom. *intelligimus.*

* *intelligemus*] Exc. Bedae atque Eybi *facile intelligimus.* In verbo *intelligimus* consentiunt Gu. sec. impr. Magont. incert. uterque Lips. et Nonius in voc. *Luxuria.* Antiquissimus tamen codex Nonii Gu. dedit *intellegimus.* Mutaverunt, qui sibi falso persuaserant, verba *si considerare volumus,* quae praegressa sunt, idem sonare, quod *si considerabimus.* Praesens tempus igitur revocavi. [Usitatius tamen futurum.] Paullo post Gu. tert. impr. Magont. incert. ac Lips. uterque *defluere.*

diffluere] Male Goth. et Vin. *defluere.*

* *et delicate*] Copulam omittunt exemplaria Nonii. Quod proxime sequitur, *ac* Gu. tert. in *et,* quint. in *atque* mutat. In fine periodi impr. incert. et uterque Lips. *sobrieque.*

sobrie] Goth. *sobrieque.*

7. * *Intelligendum est etiam*] Placet e Gu. sec. [ac Bern. melioribus] *Intelligendum etiam est.* Vide ad c. XX, 8. Gu. tert. *Intelligendum est autem etiam.*

quasi nos a natura indutos esse personis: quarum una est
communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis
praestantiaeque eius, qua antecellimus bestiis, a qua omne
honestum decorumque trahitur, et ex qua ratio inveniendi
officii exquiritur: altera autem, quae proprie singulis est
tributa. Ut enim in corporibus magnae dissimilitudines 8
sunt (alios videmus velocitate ad cursum, alios viribus ad
luctandum valere: itemque in formis aliis dignitatem inesse,
aliis venustatem) sic in animis exsistunt maiores etiam va-
rietates. Erat in L. Crasso, in L. Philippo multus lepos: 9

* *a natura indutos esse*] Gu. quart. *indutos a natura esse.*

* *una est communis*] Omnes Gu. [Bern.] et impr. Magont. *una communis est.* [Restituendum igitur.]

ex eo] Secundum id, ideo. Goth. *ex qua quidem omnes participes sumus.*

* *ex eo, quod omnes*] Gu. tert. *ex qua quidem omnes.* Vocabulum *omnes* Gu. pr. omittit.

a qua omne honestum decorumque trahitur] Vid. n. 1. et cap. XXVIII, 3.

et ex qua] Goth. *ex quo ratio,* sine copula.

* *et ex qua*] Copula non est in Gu. tert. Gothani codicis scripturam *ex quo* recepit Ernestus. Quomodo ex ratione atque ea praestantia, qua antecellimus bestiis, *ratio inveniendi officii* exquiratur, Cicero ostendit supra c. 4.

singulis est tributa] Goth. *singularis est attributa.* Facciolato *attributa* placuit. Vid. ad c. 4. pr.

* *singulis est tributa*] Gu. tert. quart. et impr. uterque Lips. *attributa.*

8. * *in corporibus*] Praepositionem uterque impr. Lips. abiicit.

* *alios enim videmus*] Coniunctionem Gu. pr. sec. quart. haud insontem proscribunt. Vide ad n. 2. et ad cap. XXIX, 4. [Cogita igitur *ut,* sublatis uncis.]

In formis] Hoc pendet ab *inesse.*

* *itemque in formis*] Gu. quart. et impr. Magont. *item in formis.* Deinde Gu. pr. *aliis dignitatem valere intelligemus, aliis venustatem*: sed verbum *valere* corrector expunxit.

dignitatem] Virilem, ut *venustas* mulierum maxime est.

sic in animis] Goth. *sic in animo exsistunt etiam maiores.* Vin. Ven. et Lips. *sic et in animis exsistunt etiam.* Sed prius *et* iam ab aliis sublatum est.

* *sic in animis*] Gu. quart. omnesque impr. veteres *sic et in animis.*

* *etiam maiores*] Suavior est scriptura Gu. pr. sec. tert. quart. atque ed. Gryph. *maiores etiam.*

9. *Erat*] Sic Cicero loqui solet de iis, quos antea quidem vidit, sed qui iam non supersunt. Crassus mortuus est anno Ciceronis XVI. Vid. lib. I. de orat. c. 7. lib. III. c. 1. et 2. Philippus diutius superfuit: C. Caesar in proscriptione Mariana periit. Lib. III. de orat. c. 3. de clar. orat. c. 89.

L. Crasso] Cicer. lib. II. de orat. c. 54. de hoc. *Non enim fere quisquam reperietur, praeter hunc in utroque genere leporis excellens, et illo, quod in perpetuitate sermonis, et hoc, quod in celeritate atque dicto est.* Vide et lib. II. de offic. c. XIII, 13. c. XVI, 11. Brut. c. 40.

et in L. Philippo] Goth. copulam non habet. L. Marcius Philippus inter oratores numeratus est proximus Crasso et Antonio, sed longo intervallo, tamen proximus. [Cos. a. 91. a. Chr. inimicus M. Drusi trib. pl.] Cicer. Brut. c. 47. ubi ita de eo. *Erat in eo summa libertas, multae facetiae, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis.* Vide et lib. II. de orat. c. 78.

* *et in L. Philippo*] Expunxi copulam, iubentibus, praeter Gothanum, Gu. pr. sec. tert. quart.

maior etiam magisque de industria in C. Caesare, L. F. At iisdem temporibus in M. Scauro et in M. Druso adolescente singularis severitas, in C. Laelio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. De Graecis autem dulcem, et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominaverunt, Socratem accepimus: contra Pythagoram et

magisque de industria] Non a natura datus, ut in Crasso et Philippo, sed studio et arte paratus.

* *de industria*] Praepositionem, in Gu. pr. et quinto temere omissam, posteriori corrector restituit.

in C. Caesare] Cui *Straboni* cognomen erat: *qui facetiis superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo umquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior,* teste Cicerone Brut. c. 48. Vide infra lib. II, 17, 6. et 21, 6. lib. III, 22, 6. [Interfectus Mariano tumultu cum fratre L. Caesare consulari, et fratre uterino Q. Catulo, ipse aedilicius a. 87. a Chr.]

* *At iisdem temporibus*] Gu. quart. *At in hisdem temporibus.* Deinde impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et in C. Laelio.*

M. Scauro] M. Aemilius Scaurus, princeps ille senatus, (de quo dictum ad c. XXII, 8.) qua gravitate fuerit, docet in Brut. c. 29 *In Scauri oratione, sapientis hominis et recti, gravitas summa, et naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret.*

M. Druso] Qui tribunus pl. ferro interfectus est. De eo Cicero eod. lib. c. 28 *M. Drusus, C. filius, qui in tribunatu C. Gracchum collegam, iterum tribunum, fregit, vir et oratione gravis et auctoritate.* Lege de eodem Vellei. Paterc. lib. II. c. 13. Liv. epit. 70. Cicer. lib. III. de nat. d. c. 32. [Confudit duos M. Drusos reliquosque in errorem induxit; h. l. maior videtur intelligendus esse, qui non est interfectus, sed X. annis post tribunatum pl. cos. factus.]

C. Laelio] Quem de amicitia disputantem fecit in Laelio. Hunc Cicero non vidit: de eo vero pro Muren. c. 31. *Quis C. Laelio comior, quis iucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior, sapientior?* Vide et in Brut. c. 21.

* *in eius familiari*] Adfert hunc locum Nonius in voc. *Triste.*

ambitio maior] Si Graevium audis, *ambitio* hic est σεμνότης in habitu et cultu. Vellem exemplo aliquo hanc significationem Ciceroni notam fuisse probasset, cui *ambitio* id potius saepe est, quod gravitati opponitur, aliis placendi studium, captandae vulgaris benevolentiae contentio, cum infimis plerumque se exaequans. Id docui, ad Cornel. Nep. Dion. c. 2. Nec aliud quidquam hic Cicero voluit, cui non ignotum erat, Scipionem a Fannio εἴρωνα dictum, (id enim ipse memoriae prodidit lib. II. de orat. c. 67. in Brut. c. 87. lib. IV. Acad. c. 5.) aliis scilicet tribuentem, quod sibi detraheret. Erat ergo in eo *ambitio maior*, quam in Laelio, in quo naturalis comitas: cum Scipioni, cuius vita tristior, ea potius adfectata esset. Non dissentit a me Facciolatus. [At nobis liceat dissentire; nihil aliud est nisi gloriae cupido, quae vitae hilaritatem pessumdat.]

vita tristior] Severior, quod et a Valerio Max. testatum est lib. II, 7, 1. De verbo vide a me dicta ad Cornel. Nep. Epam. II, 2. Paullo, ut videtur, aliter Cicero Lael. c. III, 7. et pro Muren. c. 31. nec tamen a se ipse dissentit.

10. *in omni oratione*] Sic nostra exemplaria, non *ratione,* ut quid. alii.

* *in omni oratione*] Ita exhibent scripti Gu. et impr. veteres omnes, solo Gu. quarto excepto, qui substituit *ratione.*

simulatorem, quem εἴρωνα Graeci

Periclem summam auctoritatem consecutos, sine ulla hilaritate.
Callidum Hannibalem ex Poenorum; ex nostris du- 11
cibus Q. Maximum accepimus, facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, praecipere hostium consilia. In quo ge- 12

nominaverunt] Goth. *simulationem, quam yroniam Graeci nominaverunt.* Cicero in Brut. c. 85 *Ego ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschinis libris utitur, facetam et elegantem puto. est enim et minime inepti hominis, et eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant. Ut apud Platonem Socrates in coelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros: se autem omnium rerum inscium fingit et rudem.* Id lib. II. de orat. c. 67 *Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse.* Lib. IV. Acad. c. 5 *Cum aliud diceret,* (Socrates) *atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant.* Vide etiam Quintil. lib. IX. cap. II, 44. Ex his apparet, εἰρωνείαν a Cicerone non *simulationem*, sed *dissimulationem* dici, εἴρωνα vero *dissimulatorem;* atque ita hoc quoque loco recte emendatum esse a Lambino et Pearcio, etsi in omnibus libris est *simulatorem.*

quem εἴρωνα Graeci nominaverunt] In cod. Palat. Basil. et Graev. verbum *nominaverunt* omissum est: unde et reliqua Ciceroni abiudicat S. R. Heumannus in parerg. crit. p. 35. Rom. et alii quid. εἰρωνίαν. [Scribe *nominarunt* contracte ex Erf. Bern. a b d Bas. Neglexerunt Heus.]

* *simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominaverunt*] Constat, Socratem ob id potissimum, quod scientiam dissimulabat, εἴρωνα appellatum esse, eoque *dissimulatorem* recte vocari. Sed idem, quemadmodum scientiam dissimulabat, ita *se omnium rerum inscium fingebat et rudem,* ut est apud Cic. in Bruto cap. 85. Et Quinctiliano IX, 2, 46. interprete dictus est εἴρων, *id est agens imperitum et admiratorem aliorum tamquam sapientum.* Hae vero sunt *simulatoris* descriptiones. Adsentior igitur Aldo Manutio, qui *dissimulatorem* hunc eodem iure *simulatorem* dici posse, neque invitis libris hic quidquam mutandum esse existimat. Vocabulum εἴρωνα corruperunt Gu. omnes et impressorum primi, pro quo alii *ironiam,* εἰρωνείαν alii dederunt. Gu. quart. *simulatorem, quam* (ita ex *quem* fecit corrector) *ironiam Graeci nominarunt.* Contracta forma *nominarunt* est etiam in Gu. pr.

* *contra Pythagoram*] Gu. sec. *contraque Pythagoram.* Mox tert. *auctoritatem secutos.*

et Periclem] De cuius auctoritate vide Plutarch. in Pericle p. 161. Thucyd. lib. II. Isocrat. pro pace, Cicer. lib. III. de orat. c. 34. Valer. Max. lib. VIII, 9. ext. 2. Iustin. lib. III, 6. et 7.

sine ulla hilaritate] Goth. *et sine ulla alacritate.*

11. *ex Poenorum*] Lips. *ex gente Poenorum,* Goth. rectius, *ex ducibus Poenorum,* sed tamen ex glossa, cum id potius subaudiatur.

* *ex Poenorum*] Gu. quint. *ex gente Poenorum*: impr. Lugd. 1527. *ex gente Poenorum.*

praecipere hostium consilia] Graevianam hanc lectionem confirmat Goth. et unus Oxon. At plures, ut Vin. Rom. Ven. omnes, Argent. *praeripere,* quod an Latinum sit, ipsi viderint, qui latius vulgant. *Praecipere* est praesentire, praevidere, προλαμβάνειν. Sic cap. 23 *praecipere cogitatione futura.* Lib. V. epist. 16 *Id nos praecipere consilio prudentiaque debemus.* Vide Freinshem. ind. Curt. voc. *praecipere,* Cort. ad Plin. lib. IX. epist. XIII, 12.

* *praecipere hostium consilia*] Ita est in impr. Lugd. 1527. In Gu. quart. et quint. legitur *praeripere,* sed ita, ut in altero *praecipere*, in altero *percipere* primitus fuisse vi-

nere Graeci Themistoclem et Pheraeum Iasonem ceteris anteponunt, in primisque versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita eius esset, et plus aliquanto
13 rei publicae prodesset, furere se simulavit. Sunt his alii multum dispares, simplices et aperti; qui nihil ex occulto,

deatur. Ceteri Gu. et impr. veteres cum plerisque aliorum libris sine ulla ambiguitate *praeripere* exhibent, [item Erf. et Bern. praeter e omnes]. Huic scripturae vindicandae Ursinus advocat illud Sophoclis ex Aiacis initio: *Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι.* Possis *praeripere* interpretari praevenire et praeveniendo irritum facere: siquidem incorruptus est locus ad Attic. X, 1 *Sed alterum mihi est certius. Nec praeripiam tamen, exspectabo tuum consilium.* Apud Senec. Thyest. v. 1104. Atreus fratri dicit:

Scio, quid queraris. scelere praerepto doles.

[Sic et ipse censeo: *praecipere* iusto minus videtur esse.]

12. *Themistoclem*] Vin. *Themistoclen.*

° *Themistoclem*] Impr Magont. *Themistoclen Athenienses*: reliqui impr. veteres *Themistoclem Atheniensem.* De terminatione accusativi *Themistoclen,* in qua impr. Magont. cum Vinar. patrui consentit, vide quae dicentur infra ad cap. XL, 8. [Nullus igitur eam habet Gu., nec ullus Bern. praeter c.]

Pheraeum Iasonem] Tyrannum Pherarum in Thessalia, de cuius prudentia Xenophon lib. VI. *ἑλληνικ.* med. et Diodor. Sicul. lib. XV. Valer. Max. lib. IX. c. 10. extr.

° *in primisque versutum et callidum factum Solonis*] Haec referenda sunt ad praecedentia *ceteris anteponunt.* Quam eleganter *ceteris* hominibus comparetur *factum Solonis,* supra declaravimus ad c. XXII, 7.

° *vita eius esset*] Gu. pr. sec. tert. et quint. *eius vita esset.* Postea impr. Venet. 1498. *furere simulavit,* omisso *se,* quod Gruterus a Palat. pr. abesse testatur, neque eo opus esse existimat.

° *plus aliquanto*] Ernestus e codice Gothano edidit *plus aliquando.* At, quod pace viri venerabilis dixerim, non tandem aliquando, neque multo post, sed statim, rei publicae Solon profuturus erat: et *plus aliquanto,* i. e. plus multo prodesse poterat, furere se simulans, quam si id non fecisset. Nec est, quod putemus, Ciceronem inverso verborum ordine potius *aliquanto plus* scriptum fuisse. Saepe enim in tali dicendi forma comparativi praeponuntur. Ad Attic. V, 21. extr. *Litteras tuas minus paullo exspecto, quam si Romae esses.* Ibid. VIII, 11 *Ea cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum.* Liv. III, 2, 10 *Prior aliquanto constitit Romana acies.* Idem XXIII, 40, 14 *Plus tamen hominum aliquanto captum, quam caesum est.*

furere se simulavit] Vid. Diog. Laërt. lib. I. sect. 46. Plutarch. in Solon. cap. 8. p. 82. Iustin. lib. II, 7. ita rem narrat. *Inter Athenienses et Megarenses de proprietate Salaminae insulae prope usque interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capital esse apud Athenienses coepit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reipubl. consuleret, aut censendo periculum sibi adferret, subitam dementiam simulat, cuius venia non dicturus modo prohibita, sed et facturus erat. Deformis habitu, more vecordium, in publicum evolat; factoque concursu hominum, quo magis consilium simularet, insolitis sibi versibus suadere populo coepit, quod vetabatur; omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum adversus Megarenses decerneretur, insulaque devictis hostibus Atheniensium fieret.*

13. *multum dispares*] Goth. *dissimiles,* ab interprete.

° *multum dispares*] Gu. tert. *dispares multum.*

nihil de insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici; itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum, quod velint, consequantur: ut Sullam et M. Crassum videbamus. Quo in genere versutissimum et pa- 14
tientissimum Lacedaemonium Lysandrum accepimus; contraque Callicratidam, qui praefectus classis proximus post Ly-

ex insidiis] *De insidiis* Goth. Vin. et plerique Oxon. aliique: ex editis Ven. pr.

* *ex insidiis*] Ex patrui libris, ex omnibus Gu. et ex impr. Magont. consentiente suosque MSS. testante Guilielmio, *de insidiis* restitui. [Ex recens collatis libris unus Bern. *c ex* habet.] Quia praecesserat *ex occulto*, persuasum fuit grammaticis, necessario eamdem praepositionem repetendam esse. Ex eadem superstitione factum est, ut priore loco in impr. Magont. *nihil de occulto* legatur. Solent optimi scriptores variare praepositiones. Cic. I. ad divers. ep. 1 *Cum summa testificatione tuorum in se officiorum, et amoris erga se tui.* Liv. XLII, 24, 4. *Ob nullam aliam causam, nisi propter constantem fidem.* Vide Drakenb. ad VI, 28, 3.

perpetiantur] Goth. *perpatiantur*, ut *impartientes* supra c. 26.

ut Sullae M. Crassum] Ita Graevius legendum esse credidit: ceteri omnes, etiam Pearc. Olivet. et Facciol. *Sullam et M. Crassum.* Negat Graevius, Sullam alios coluisse, et servili obsequio dignitates meruisse. Aliud vero docent Sallustius Iugurth. c. 95. et 96. (ubi Cortius legendus est p. 852.) et Plutarchus in Sulla p. 455. ubi adfirmat, moris Sullae fuisse, *colere eos* (θεραπεύειν, *inservire iis*) *quos sibi utiles duxerit.* Quibus artibus idem populi gratiam quaesierit, legas pag. 453. quas contumelias perpessus, quanta indulgentia in milites fuerit, pag. 454. seq. Unde cum Lysandro a Plutarcho etiam comparatur. Plura pro vulgata lectione Maturantius.

* *ut Sullam et M. Crassum videbamus*] Hoc est etiam in meis libris. Graeviani codicis scripturam, *ut Sullae M. Crassum videbamus*, merito repudiaverunt Pearcius et alii viri docti, quibus frustra obloquitur Ernestus. Ciceroni haud opus erat exemplo hominis, qui, ut opes atque honores consequeretur, illustris ac praepotentis viri adsecla fuerit: sed haec oratio illustranda erat exemplis eorum, qui dum ad propositum sibi finem pervenirent, quidvis perpessi sint, et *cuivis*, etiam humillimis ac sceleratis, deservierint. Tales et Sullam, et Crassum fuisse accepimus. De Sulla satis copiose disseruit patruus. De M. Crasso legimus apud Plutarch. in eius vita p. 544. D. *Οὐδενὶ γὰρ οὕτως ἀπήντησε Ῥωμαίων ἀδόξῳ καὶ ταπεινῷ Κράσσος, ὃν ἀσπασάμενον οὐκ ἀντιπροσηγόρευσεν ἐξ ὀνόματος.* Ibid. p. 546. D. *Δεινότατος ἦν Κράσσος πάντας ἀνθρώπους κολακείᾳ κατεργάσασθαι.*

14. * *Quo in genere*] Haec omnia Gu. pr. omittit, et a sec. pronomen *quo* abest.

* *et patientissimum*] Desunt haec in Gu. quarto. In impr. Venet. 1498. est *et parentissimum.*

Callicratidam] Cum Lysander antea Cyro minori adsentatus tantum pecuniae ab eo obtinuisset, quantum ad bellum gerendum optabat: Callicratidas, ad eumdem postea veniens, nec protinus admissus, sed in tertium diem dilatus, impatiens tantae morae, infectis rebus discessit, indignum se suaque gente ratus, pecuniae causa barbaris adulari. Xenoph. lib. I. Ἑλληνικ. sub. fin.

* *Callicratidam*] Impr. veteres *Callicratidem*, incert. *Callicratiden.*

praefectus classi] Vin. Ven. al. *classis.*

* *praefectus classi*] Omnes Gu. et impr. veteres *classis*: quem casum, huic loco ratus convenientiorem, cum Pearcio reposui. [Ex recens collatis unus Erf. *classi*, recepitque Orellius.]

15 sandrum fuit. Itemque in sermonibus alium quem, quamvis praepotens sit, efficere, ut unus de multis esse videatur: quod in Catulo, et in patre, et in filio, idemque in Q.
16 Mucio Mancia vidimus. Audivi ex maioribus natu, hoc

Lysandrum] Vinar. *Lixandrum* et hic et alio loco: nec aliter Ven. pr.

* *Lysandrum*] Ita scriptum est hoc nomen in melioribus meis. At Gu. quart. quint. et impr. Magont. *Lixandrum* dederunt.

15. *in sermonibus alium quemque quamvis praepotens sit*] Quidam ex glossa *alium quemque videmus*, ut Ald. vel *accepimus*, ut Vin. *alium qui quamvis* Goth. *alium quidem accepimus quamvis* Rom. *alium quidem quamvis* tres Ven. et Arg. In uno Oxon. et Ven. tert. *quemque* abest: quod etiamsi cum Graevio et Facciol. omittas, manet tamen aliquid scabri. Id tolli posse putant Pearcius et Heuman. si legatur *aliquem, quamvis praepotens sit.* Gothano propius esset *alium quem, quamvis,* i. e. alium aliquem.

* *alium quemque*] De coniectura patrui, et ex optimo Gu. sec. in quo diserte ita scriptum est, restituo *alium quem*. [Reliqui *quemque:* mihi quidem delendum videtur quippe ortum ex *quamvis.*] Gu. quart. et impr. Magont. *alium quemque accepimus*: impr. incert. *alium quidem accepimus:* Venet. 1498. et Lugd. 1527. *alium quidem,* sine *accepimus.* Hoc verbum utique ex prioribus intelligendum est. Haud obstat, quod sequitur tempus praesens, *sit* et *videatur.* Legi, quam scripsit vir doctus, ut eiusmodi praeteritis imperfecta coniunctivi necessario subiiciantur, intercedit ipsa sermonis emendati ratio, eamque auctores Latinitatis principes dissuadent. Cic. I. ad divers. ep. 9. n. 64 *Accepisti, quibus rebus adductus quamque rem caussamque defenderim, quique meus in re publica sit pro mea parte capessenda status.* Terent. Andr. III, 4, 7 *Tandem cognosti, qui siem.* Nec erant sollicitandi similes loci Cic. de or. II, 22 *Multos imitatores saepe cognovi, qui aut ea, quae facilia sunt, aut etiam illa, quae insignia ac paene vitiosa, consectantur imitando.* In Catil. IV, 8 *Nulli sunt inventi - - - qui non - - - salvum esse velint.* Pro Deiot. c. 1. extr. *Exortus est servus, qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.* Quamquam his posterioribus locis ne defensione quidem tali opus est, quum utrobique praesentia, illic *sunt,* hic *est,* praegrediuntur. Conf. Sanctium lib. I. cap. 15. ibique Perizon. adn. 6.

unus de multis] Qui pari cum ceteris iure et honore contentus sit, nil prae aliis sibi arrogans. Graeci ἕνα τῶν πολλῶν dicunt. Lucian. in somnio p. 7. τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς. Cicer. Brut. c. 79 *Qui non fuit orator unus e multis: potius inter multos prope singularis fuit.* Plin. lib. I. ep. 3 *unus ex multis.*

* *esse videatur*] Gu. sec. et quart. *videatur esse.* Verbum *esse* abiiciunt Gu. quint. et impr. veteres, praeter incertum, omnes. Paullo post Gu. quint. *in patre et filio,* omissa posteriore loco praepositione.

et in patre et in filio] Goth. *et patre et filio.*

idemque] Ven. quart. et Pearc. ex Angl. codd. *itemque*, quod et Heumannus probat: [et verum videtur, quia male congruit cum eo quod antecedit *quod*] in nostris *idem* manet.

* *idemque*] Particulam *que* ignorat Gu. quart. Male impr. vetusti omnes dederunt *idemque et.*

Q. Mucio Mancia] Vin. *in Quinto Numantio:* vulgo *Mucio Numantino.* Sed *Mancia* est in aliquot scriptis, et non unius gentis cognomen fuit, *Aeliae, Curtiliae,* apud Plin. lib. VIII. ep. 18. et *Helviae.* Huius vero Manciae nulla apud alios est mentio.

* *Q. Mucio Mancia*] Hanc orthographiam servat Gu. sec. Male pr. et tert. *Q. Mutio Mantia*: quart. impr. incert. Venet. 1498. (uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Q. Mutio Numantino:* Gu. quint. et impr. Magont. *Q. Mutio Numantio.*

idem fuisse in P. Scipione Nasica: contraque patrem eius, illum, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis: ne Xenocratem quidem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam magnum et clarum fuisse. Innumerabiles aliae dissimilitudines sunt 17
naturae morumque, minime tamen vituperandorum.

Admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, 31
sed tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quaerimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra uni- 2

16. ° *Audivi ex*] Perperam omnes impr. veteres *Audivi et ex.*

Scipione Nasica] De quo Cat. mai. XIV, 15.

° *contraque patrem*] Abiecta copula, Gu. tert. *contra patrem.*

° *T. Gracchi*] Ita Graevius, vel potius, invito Graevio, typographus edidit: et sic est in Gu. pr. tert. et quinto. Praenomen sec. plane omisit. Antiqui temporis more in utroque nomine servato, quart. *Tiberi Gracci.* Mox impr. Magont. *nullam communitatem.*

ne Xenocratem quidem severissimum philosophorum] Goth. *sermonis: Xenocratem equidem:* Vin. Rom. et plerique Oxon. *nec non Xenocratem quidem.* Haec varietas argumento est, non temere Heumannum quinque haec verba deletum ire in parerg. crit. p. 35. Neque enim cum verbo *fuisse* apte cohaerent, et facile ab aliquo in margine adscribi potuerunt, qui Graecum exemplum deesse noluit. Id alibi etiam factum, iam supra vidimus c XIII, 2. et pluribus exemplis in reliquis etiam libris comprobabimus. Vide lib. II, 14, 9. lib. III, 4, 2.

° *ne Xenocratem quidem*] Gu. quint. hoc habet a librario. Corrector enim reposuit *nec non Xenocratem quidem,* quod reliquos scriptos et impr. vetustos meos omnes occupavit. [Verum etiam Bern. a b *ne,* Bern. c d Erf. *nec,* satisque tuta est vulg.]

° *magnum clarumque fuisse*] Heroi pedes in clausula non satis placebant. Itaque ex omnibus Guelph. atque ex ed. Gryph. *magnum et clarum* restitui.

17. *Innumerabiles aliae*] Goth. *innumerabiles aliae sunt dissimilitudines naturae.*

° *morumque*] Gu. tert. *et morum.*

Cap. XXXI, 1. *tenenda sunt*] Facciol. *tuenda* cum Vinar. Rom. Ven. omn. et Arg. Vid. ad c. I, 8. Infra cap. 36 *Formae dignitas coloris bonitate tuenda est.*

° *tenenda sunt*] Omnes impr. veteres *tuenda sunt,* sed scripti merito dissentiunt.

sua cuique] Aliis locis maluit *sua cuiusque.* Vid. ad c. VII, 4. lib. II. c. XXII, 10.

sed tamen propria] Goth. *sed tm̄,* id est, *tantum.* Ven. tres, Arg. Ald. *sed tantum.* Ita et unus ex Oxon. [et Bas.] quod Suffrido non displicuit.

° *sed tamen propria*] Impr. Lips. 1513. ac Lugd. 1527. *sed tm̄,* et ita correxit aliquis in Gu. quinto. Hinc impr. Venet. 1498. et Lips. 1507. *sed tantum,* quod vero nihili est.

2. *Sic enim est faciendum, ut nihil contendamus*] Nihil est contendendum contra naturam universam. Pleniori hoc loquendi modo multum delectatus est. Vid. supra ad c. XXVIII, 4. Lib. III. epist. 8. pr. *Faciendum mihi putavi, ut tuis litteris breviter responderem.* Lib. IV. ep. 12. pr. *Visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere.* Lib. X. epist. 17 *Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit, ut Apellam ad me mitteret.* [Cf. gramm. nostr. §. 619.]

° *est faciendum*] Gu. quint. *faciendum est.*

versam naturam nihil contendamus: ea tamen conservata, propriam naturam sequamur; ut, etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra naturae regula me-
3 tiamur. Neque enim attinet repugnare naturae, nec quid-

contra universam naturam] Huic opponit *propriam*, quam sequi licet, nisi illa universae naturae, quae omnibus communis est, repugnet, id est, nisi fuerit vitiosa, honesto et decoro adversaria.

* *contra universam naturam*] Impr. vetusti omnes [et Bern. e] *contra naturam universam*.

propriam naturam] MS. Graevii *propriam nostram sequamur*. Sed librarius compendio scripturae deceptus est.

* *ea tamen conservata propriam naturam*] Haec verba librarius Gu. quarti, eiusdem vocis recursu deceptus, omisit. Corrector hunc defectum supplevit, sed pro *conservata* scripsit *servata*, quod est etiam in Gu. pr. omnibusque impr. vetustis. Idem corrector adscribere neglexit postremum vocabulum *naturam*, quod ab ed. Gryph. quoque abesse video. Guilielmii, Grut. et Graev. codices pro *naturam* dederunt *nostram*. Scilicet his supervacaneum videbatur vocabulum *naturam*, quod ipsum iam praecesserat. Sed Gu. quatuor veteresque impr. omnes diserte exhibent *propriam naturam*, nec displicuerunt Ciceroni eiusmodi repetitiones. Pro Rosc. Am. c. 3 *Minima res - - quam ob rem*. Ibi plura adnotavit patruus. In Verr. I, 46 *Totidem verbis edixisse, quot verbis edici Romae solet*. Lib. XIII. ad divers. ep. 58 *Is caussam habet, quam caussam ad te deferet*. Ad Q. fratrem l. I. ep. 1. c. 8 *Tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolant, tolerari aequabiliter*. De nat. deor. II, 53 *Mundum, quaeque in eo mundo sunt*. Auctor rhetor. ad Herenn. I, 4 *Si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi sumus*. Hunc locum ita legendum esse, vidit Iac. Gronovius, atque ita legitur in MSS. Guelph. Adde Drakenb. ad Liv. epit. CXV. p. 662.

* *sequamur*] Impr. veteres omnes *consequamur*. Ita fuit etiam in Gu. sec. et quarto, sed corrector syllabam *con* in altero erasit, in altero punctis notavit.

* *etiam si sint alia graviora*] A Gu. quarto abest *etiam*. Tert. *aliqua graviora atque maiora*. Vulgatam tuetur Nonius in voc. *Grave*, p. 315.

studia nostra naturae regula] Goth. et duo Oxon. *nos studia nostrae regulae metiamur*. Vin. Rom. Ven. pr. et sec. Arg. *nos studia nostrae naturae metiamur*, sine *regula*: duo Oxon. *nostrae naturae regula*. Pearcius emendat: *tamen nostra studia nostrae naturae regula metiamur*. Fortasse scriptum fuit, *nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur*: (plerumque enim librarii omittunt, quae iterantur, vocabula) vel, ut Maturant. et Ven. tert. *ut etiamsi sint alia graviora et meliora studia, tamen nos naturae nostrae regula metiamur*. Hoc, si *studia* tollas, quod ex glossa esse videtur, optimum duxerim. Cicero certe praecipit, ut propriae naturae regula nos metiamur, id est, ut sequamur, quibus nos maxime natos sciamus.

* *tamen nos studia nostra naturae regula metiamur*] Ita leguntur haec verba apud Nonium, loco paullo ante indicato, et in Gu. quarto, nisi quod ille *metimur* pro *metiamur* exscripsit. Reliqui mei magnopere turbant. Gu. pr. *tamen studia nostrae regulae metiamur*: sec. ac tert. *tamen nos studia nostrae regulae met.* quint. a manu prima *meliora studia. tamen nos nostrae regulae metiamur*, sed a correctore *meliora. tamen nos studia nostrae naturae regula met.* [Etiam Bernenses libri magnopere variant. Erf. *studiaque nostra e regula.*] Impr. Magont. *tamen nos studia nostrae naturae*, Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *naturae nostrae metiamur*, omisso nomine *regula*: incert. *meliora studia*: *tamen nos na-*

quam sequi, quod assequi non queas. Ex quo magis emer-
git, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet invita,
ut aiunt, Minerva, id est, adversante et repugnante natura.
Omnino si quidquam est decorum, nihil est profecto magis, 4
quam aequabilitas universae vitae, tum singularum actio-
num; quam conservare non possis, si aliorum naturam
imitans omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti, 5
qui natus est nobis, ne, ut quidam, Graeca verba incul-

turae nostrae regula metiamur. Unice vera mihi videtur emendatio patrui, *tamen nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur:* atque ita Ernestus de coniectura edidit, [itemque Beierus et Orellius].

3. *Neque enim attinet*] Non convenit, non opus est. Goth. *attinet naturae repugnare.*

° *Neque enim attinet repugnare naturae*] Gu. sec. tert. quart. exc. Bedae atque Eybi [et plerique Orelliani cum Erf.] transponunt *naturae repugnare* [ediditque sic Orellius]; impr. vetusti omnes *Neque enim naturae attinet repugnare.* Deinde Gu. pr. quart. et a manu prima quint. *nequicquam sequi,* exc. Bedae et Eybi *neque quicquam sequi.*

adsequi non queas] Ita Goth. et Vincent. Bellov. ut antea e suis libris Victorius et Fabricius ediderunt: vulgo *nequeas.* Saepe ita in Lactantii codice Gothano scriptum est, ubi nunc legitur, *nequeas, nequeunt.*

° *quod assequi non queas*] Hoc tuentur Gu. sec. tert. exc. Bedae atque Eybi. [Erf. Bern. b c d.] Reliqui Gu. omnesque impr. veteres dederunt. *nequeas,* quod Gruterus retinuit.

Invita, ut aiunt, Minerva] Goth. inepte, *quia, ut aiunt, nihil decet in vitia Minerva obstante, id est, adversante et repugnante natura.* Vin. et plures, *nihil decet in vita, ut aiunt, Minerva obstante, id est.* Horat. ad Pisones v. 385.

Tu nihil invita dices faciesve Minerva.

° *ideo, quia nihil decet invita, ut aiunt, Minerva*] Gu. quint. impr. incert. Lips. 1513. ac Lugd. 1527. *ideoque nihil:* Gu. pr. sec. quart. et quint. [Erf. et Orellii plerique] *invita Minerva, ut aiunt:* tert. *ideoque, ut aiunt, nihil decet invita Minerva.*

° *id est adversante*] Impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. [cum Bern. e.] *obstante, id est adversante et repugnante.* Cic. Caton. mai. c. XXIX, 18 *Idem contingit adolescentibus, adversante et repugnante natura.*

4. *aliorum naturam imitans*] Goth. et tres Oxon. *imitaris,* pro *imitans,* unde Facciol. cum vulgatis *imiteris.* Idem Goth. ut semper, *obmittas,* quod frequens est in libris.

° *aliorum naturam imitans*] Hoc sistunt etiam mei libri, praeter impr. Venet. 1498. utrumque Lips. ac Lugd. 1527. in quibus est *imiteris.*

5. ° *sermone eo*] Gu. quart. *eo sermone.*

° *qui notus est nobis*] Veram scripturam reperisse mihi videor in utroque impr. Lips. *qui natus est nobis.* Est autem *sermo, qui natus est nobis,* idem, qui a Curtio VI, 10, 23 *nativus sermo* vocatur. Suavi metaphora *nasci nobis* dicuntur, quaecumque domi habemus, neque aliunde sunt arcessenda. Cic. Lucull. cap. 25 *Desine, quaeso, communibus locis, domi nobis ista nascuntur.* De orat. III, 38. simili translatione dicuntur *verba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt.* Ibidem *verba nata* opponuntur *ex coniunctione factis.* Saepe vero librarii vocabula *natus* et *notus* permutaverunt, eiusque erroris exempla adnotavi ad Sabin. ep. II, 3. Quam sibi displiceat patriis verbis intermiscere foris petita, Cicero testatur etiam Tusc. quaest. I, 8 *Scis enim,* inquit, *me Graece loqui in Latino sermone non plus solere, quam in Graeco Latine.*

cantes iure optimo rideamur: sic in actiones omnemque vi-
6 tam nullam discrepantiam conferre debemus. Atque haec differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnumquam mortem sibi ipse consciscere alius debeat, alius in eadem
7 caussa non debeat. Num enim alia in caussa M. Cato

ne ut quidam Graeca verba inculcantes] *Inculcare* Ciceroni est immiscere, ingerere, infercire, inepte interponere. In orat. c 56 *Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus.* Ibid. c. 69 *Apud alios autem, et Asiaticos maxime numero servientes, inculcata reperies inania quaedam verba, quasi complementa numerorum.* Quod vitium hic Cicero reprehendit, Iuvenalis etiam in feminis maxime deridet sat. VI, 185.

Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
Formosam, nisi quae de Tusca Graecula facta est,
De Sulmonensi mera Cecropis? Omnia Graece:
Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta.

Vide Vechneri hellenolex. lib. I. part. I. c. 2. p. 4. Nos hodie non Graecis, sed omnium gentium vocabulis et nostram et Latinam linguam inquinamus: eoque multorum processit stultitia, ut aliis sibi doctiores videantur, si et Arabicis, Syriacis, Ebraicis, Aethiopicis, et nescio quibus aliis litteris distincta scripta proferre potuerint. Singulas aliquando epistolas, non διγλώττας, sed ἑπτυγλώττας, ut et ipse Graeco verbo utar, dum Latinum deest, ab huius generis hominibus scriptas recipimus.

iure optimo] Goth. *iure merito.*

* *iure optimo irrideamur*] Praetuli *rideamur,* quod habent Gu. sec. quart. a manu prima quint. et impr. Magont. [Item Bernenses b c e Erf.]

6. *mortem sibi ipse consciscere alius debeat*] Hoc non rationi, sed Stoicorum insanienti sapientiae obsecutus, scripsit. Rectius sentientem ipse fecit Scipionem in somnio Scipionis cap. III, 8. Vide ipsum lib. I. Tusc. c. 30. et Lactant. lib. III, 18, 5.

* *mortem sibi ipse consciscere alius debeat*] Hanc sententiam defendens ipse Uticensis Cato inducitur de finib. III, 18. Vereor autem, ne Cicero immeritis laudibus cumuletur a plerisque propterea, quod in Somnio Scipionem ita disputantem fecerit: *Piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis; nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est.* Quomodo haec intelligi voluerit, satis dilucide exposuit quum alibi, tum Tusc. I, 30. Cat. mai. XX, 1. et 6. Socratem sequi videtur, qui in Phaedone Platonis s. 6. Ἴσως τοίνυν ταύτῃ οὐκ ἄλογον, inquit, μὴ πρότερον αὑτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ἡμῖν παροῦσαν. Socratis illam ἀνάγκην respexit Plinius lib. I. epist. 12. n. 3 *Corellium quidem summa ratio, quae sapientibus pro necessitate est, ad hoc consilium compulit, quamquam plurimas vivendi caussas habentem.*

alius in eadem causa non debeat] Haec desunt in Goth. Vin. uno Oxon. [Bern. b d Bas. Erf] Rom. Ven. pr. et sec. sed errore librariorum. Duo alii codices, unus Guil. alter Oxon. [cum Bern. a] omittunt tantum *in eadem causa,* quod est, in pari fortuna, qui paribus premitur malis.

* *alius in eadem causa non debeat*] Haec verba, ut plerique aliorum libri, ita Gu. pr. tert. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. omittunt. Eadem Gu. quart. cum optimis Anemoecii et Gruteri codicibus integra servavit. Mutaverunt Gu. sec. *mortem sibi ipse consciscere et non alius debeat:* quint. cum Baliolensi Cockmanni *mortem sibi ipse consciscere alius debeat, alius non:* impr. incert. *mor-*

fuit, alia ceteri, qui se in Africa Caesari tradiderunt? Atqui ceteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod lenior eorum vita et mores fuerant faciliores: Catoni cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriundum potius, quam tyranni vultum aspiciendum fuit. Quam multa passus 8.
est Ulixes in illo errore diuturno, cum et mulieribus (si

tem sibi ipse conscire debeat, alius non. Priora sic variant Gu. tert. *mortem ipse sibi consciscere alius debeat*: impr. Magont. et Venet. 1498. *mortem sibi ipse aliquis conscire debeat:* uterque Lips. *mortem sibi ipsi* (Lugd. 1527. *ipse*) *aliquis conscire debeat.*

7. *Num enim*] Libri mei omnes, et quinque Oxon. [Bern. c et Basil.] *non enim.*

* *Num enim*] Ita sine ambiguitate exhibent Gu. pr. tert. quart. impr. Magont. et incert. In Gu. sec. et quinto, sed in utroque post rasuram, legitur *Non enim,* quod impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. amplexi sunt. Paullo post Gu. quint. atque ed. Anemoec. *in alia ceteri.*

M. Cato] Uticensis, qui praelio superatus a Caesare, ne vivus in eius potestatem perveniret, aut supplicare victori cogeretur, Uticae in Africa manus sibi intulit. Hirt. bell. Afric. c. 88. Lactant. lib. III, 18, 8.

* *Atqui ceteris*] Gu. pr. quart. quint. [Bern. d] et impr. Venet. 1498. *Atque,* quod Aldus Manutius tuetur. Gu. tert. inverso verborum proximorum ordine, *vitio forsitan.*

se interemissent] Non ergo germanismus est *se interimere, occidere.* Hirtius etiam de bell. Afric. c. 88 *animo praesenti se interemit.* Lactantius eod. lib. III, 18, 6 *se necare* dixit. Vide append. meam ad Cellarii curas post. p. 433.

vita lenior] In Goth. *lenior* omittitur.

* *eorum vita lenior*] Ex MSS. Gu. omnibus et ex ed. Gryph. praetuli *lenior eorum vita.* [Sic etiam Erf. et Bern. b c d.] Nomini *vita* comparativum *lenior* postposuerunt scioli, quod videbant, in proxime sequentibus comparativo *faciliores* praemitti substantivum *mores.* Saepe vero Cicero et optimus quisque verborum positum quasi decussant. Gu. pr. quart. quint. impr. incert. ac Lugd. 1527. dederunt *levior.*

* *Catoni autem*] Particulam *autem* Gu. pr. sec. [Bern. a c e Bas.] et impr. Magont. merito proscribunt. Eamdem Gu. tert. in *vero* mutat. Talia supplementa quam aegre abesse passi sint grammatici, ostendit etiam glossator, qui in Gu sec. supra versum adscripsit *enim,* [quod pro *autem* in textu habet Erf.].

tribuisset] Vid. ad cap. IV, 1.

* *tribuisset natura*] Gu. tert. *natura tribuisset,* quart. *natura tribuisset incredibilem gravitatem.*

* *eamque ipse*] Gu. tert. *ipse* omittit, quod pronomen pr. et quint. in *ipsam,* impr. incert. in *ipsa* mutat.

* *roboravisset*] Ex Gu. pr. tert. et impr. incert. edidi *roborasset.* [Sed Bernenses omnes, Bas. Erf. alteram longiorem formam tuentur.]

tyranni vultus] Caesarem hoc nomine mortuum appellat, ut saepius in his libris.

* *vultus adspiciendus fuit*] MS. Graev. et impr. Magont. *uultus aspiciendum fuit.* Placet, quod suggerit optimus liber Gu. sec. *vultum aspiciendum fuit.* Gerundio bene convenit accusativus. Cic. epist. ad divers. V, 17. extr. *Nullo loco deero, neque ad consolandum, neque ad levandum fortunam tuam.* [Sed eo loco Orellius ex Med. *consolandam — levandam* edidit.] Vide Aldum Manutium ad Cat. mai. c. 2. extr. Perizon. ad Sanct. I, 15, 1. p. 126. patruum infra ad III, 5, 13.

8. *Ulyxes*] *Ulixes* Goth. et alii codices, et ita docti viri scribunt.

Circe et Calypso mulieres appellandae sunt) inserviret, et in omni sermone omnibus affabilem et iucundum se esse vellet? Domi etiam contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquandó, quod cupiebat, veniret. At Aiax, quo animo traditur, millies oppetere mortem potius, quam
9 illa perpeti maluisset. Quae contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui: eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant. Id enim maxime quem-

Vide Ciofan. et Burmann. ad Ovid. epist. 1. pr.

* *Ulyxes*] Gu. tert. *Ulyxes*, impr. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *Ulysses*, reliqui mei omnes *Ulixes*.

in illo errore diuturno] Decennali. Ovid. lib. IV. ex Ponto epist. X, 9.

Exemplum est animi nimium patientis Ulixes,
Iactatus dubio per duo lustra mari.

Vide de illo errore Hygin. fab. 125.

Circe et Calypso] Circe, Solis filia, a qua Ulixis comites in bestias mutati sunt: Calypso, Atlantis filia, nympha, a qua toto anno retentus est. Eas non deas, ut poëtae, sed monstra videri vult Cicero, cum dubitat, an mulieres appellandae sint.

et iucundum] Haec desunt in Goth. Vin. et pluribus Oxon. itemque in vulgatis antiquioribus; reperta vero in aliis a Victorio et Grutero, postea et in duobus Oxon.

* *affabilem et iucundum se esse vellet*] Verba *et iucundum* scripti Gu. et impr. vetusti omnes ignorant, eaque sustulit Ernestus. Ab Anemoecio et Victorio reducta, et a cod. Palat. pr. confirmata, Gruterus ac posteri merito retinuerunt. [Habet etiam Bernensium unus c.] Gu. pr. sec. tert. et quint. *affabilem esse se vellet*: quart. *se affabilem esse vellet*. Vide ad II, 22, 9.

* *Domi vero etiam*] Gu. sec. ac tert. expellunt particulam *vero*, quam tamen corrector prioris abesse non sivit. Librarius quarti, cui parum constabat, omitteretne glossema illud, an adiiceret, scripsit *domi etiam vero etiam*. [In Orellianis libris non omittitur *vero*, nec cur eiiciatur causa idonea est.] Paullo post Gu. tert. *et ancillarum*.

* *ut ad id aliquando, quod cupiebat, perveniret*] Pro *perveniret* in Gu. pr. sec. quart. et in ed. Gryph. legitur *veniret*. Eleganter verbum simplex compositi vice fungitur. De fato c. 19 *Quoniam utrique, patefacta atque explicata sententia sua, ad eumdum exitum veniunt.*

Aiax] Telamonis filius, ferventissimi animi dux Graecorum, qui tandem furore concitatus suo sibi gladio interiit.

* *millies oppetere mortem*] Tres priores Gu. impr. Lips. 1507. ac Lugd. 1527. *milies*. Ex Gu. sec. rescripsi *oppetere mortem potius*. Scriptoribus aetatis aureae valde usitatus erat pleonasmus *potius malle*. Noster divin. in Caecil. c. 6 *Se ab omnibus desertos potius, quam a te defensos esse malunt.* Plura dedit ibi Franc. Fabricius, et patruus ad Vechneri hellenol. lib. I. part. 2. c. 6. p. 168. [Hoc autem loco ne ex reliquis quidem codd. qui postea collati sunt ullus habet *potius*.]

perpeti] Vin. aliquot Oxon. Rom. et alii addunt *ab alio*.

* *perpeti*] Omnes impr. veteres mei adiiciunt *ab alio*, sed harum sordium contagio ad scriptos Gu. non pervenit.

9. * *quid quisque habeat sui*] Eleganti Graecismo *quid sui* dicitur pro *quid suum*. Terent. Adelph. II, 1, 24 *Teligine tui quidquam?* Horat. od. IV, 13, 18 *Quid habes illius, illius, Quae spirabat amores, Quae me surpuerat mihi?*

quam se aliena deceant] An recte et decore alios sui dissimiles imitari possit.

* *deceant*] Gu. pr. impr. Venet.

que decet, quod est cuiusque maxime suum. Suum quis- 10
que igitur noscat ingenium, acremque se et bonorum, et vitiorum suorum iudicem praebeat, ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiae. Illi enim non optimas, 11
sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. Qui voce freti sunt, Epigonos Medumque: qui gestu, Menalippam, Clytaemnestram: semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam; non saepe Aesopus Aiacem. Ergo histrio hoc vide- 12

1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *dedeceant.*

quod est cuiusque maxime suum] Vide ad cap. VII, 4. Goth. *quod est cuiusque suum maxime. Quisque igitur noscat ingenium.* Vinar. Ven. omnes Arg. Ald. Pearc. Facciol. *quod est cuiusque suum maxime. Suum igitur quisque.* Cur hoc mutatum est?

* *quod est cuiusque maxime suum. Suum igitur quisque*] Hanc scripturam, ex bonis libris a Langio prolatam Graevioque probatam, tuetur etiam Gu. quart. At omnes impr. vetusti faciunt cum Iac. Gron. ac Pearc. qui ediderunt *quod est cuiusque suum maxime. Suum igitur quisque.* Grutero placuit *quod est cuiusque suum maxime. Quisque igitur noscat.* Gu. pr. *quod est cuiusque maxime. Suum quisque igitur*: sec. *quod est cuiusque maxime. Suum igitur quisque:* tert. *quod est cuiusque suum maxime. Quisque igitur suum:* quint. *quod est cuiusque suum maxime. Suum quisque igitur.* Has turbas concitavit pronomen *suum* bis deinceps positum. Confer, quae dicentur infra ad III, 6, 7. De collocatione verborum *Suum quisque igitur* cum Gu. pr. et quinto consentit Nonius in voc. *Acre*, quos sequor.

10. *et bonorum et vitiorum*] Sic et Goth. Nonius vero cap. IV, 17. legit *et bonorum et malorum,* atque ita duo Oxon. et Facciol. Vulg. *et vitiorum et bonorum.*

* *et bonorum, et vitiorum suorum*] Pronomen *suorum* in Gu. quarto deest. Omnes impr. veteres transponunt *et vitiorum, et bonorum suorum.*

scenici] Histriones, comoedi, tragoedi, pantomimi, et quicumque fabulas in scenis agunt, genus hominum levissimum, et apud Romanos, non invisum quidem, sed tamen in nullo honore umquam habitum. Goth. *nec scenici.*

11. * *non optimas*] Gu. quart. *non optimam, sed sibi accommodatissimam fabulam.* Deinde idem et impr. vetusti omnes *qui enim voce.*

fabulas] Comoedias, tragoedias.

Epigonos] Attii tragoediam clamosam, ita dictam ab ἐπιγόνοις, sive posteris eorum, qui ad Thebas cum Polynice, Oedipodis filio, occubuerant, de quibus Hygin. fab. 70. et 71. Goth. *epigonas.*

Medumque] Est hoc et in Goth. vulgo *Medeamque. Medus* fuit Pacuvii tragoedia. [Vide Bothii frgm. trag. Lat. p. 130.]

* *Medumque*] Ita legitur in MSS. Gu. et in impr. Magont. In recentioribus est *Medeamque.* Mox Gu. pr. *Melanippam* [quod restituendum esse nunc fere consentiunt viri docti, vide ad Tuscul. III, 9]: tert. *et Clytaemnestram.*

Menalippam, Clytaemnestram] Attii tragoedias.

Rupilius] Histrio, quem adhuc puer vidit Cicero. Goth. Vin. Rom. *Rutilius,* quod Pearcius restituit.

* *Rupilius*] Hoc tenent Gu. pr. sec. tert. quint. At quart. omnesque impr. veteres *Rutilius,* quod nomen vulgo erat notius.

Antiopam] Pacuvii vel Livii Andronici. Uterque enim huius nominis tragoediam scripsit. Vide Fabric. biblioth. Lat. volum. I. p. 668, 669. [Sed longe praestat Pacuvii recentioris et elegantioris h. l. credere.]

Aesopus] Tragoedus Ciceroni etiam probatus et familiaris. Vide eum lib. VII. epist. I, 5 et 14. lib. I. ad Q. F. epist. II, 4. Macrob. lib. II. Sat. c.

bit in scena, non videbit sapiens in vita? Ad quas igitur
res aptissimi erimus, in iis potissimum elaborabimus. Sin
aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri in-
genii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio,
diligentia, ut ea, si non decore, at quam minime indecore
13 facere possimus. Nec tam est enitendum, ut bona, quae
nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus.
32 Ac duabus iis personis, quas supra dixi, tertia ad-
iungitur, quam casus aliqui, aut tempus imponit: quarta
etiam, quam nobismet ipsi iudicio nostro accommodamus.

10. Lambin. ad Horat. lib. II. epist. I, 82.

Aiacem] Ennii vel Livii. Eius insanos clamores imitari difficile erat Aesopo, homini sedato et temperato.

12. *non videbit vir sapiens*] Vin. Oxon. fere omnes et cum vulg. Grut. et Gronov. *quod non videbit.* In Goth. verba inter *videbit* interiecta desunt: adsunt tamen *sibi sapiens in vita.* Vin. *esse sapiens in vita.*

* *non videbit*] Plerique libri his verbis praemittunt *quod.* Hoc ineptum glossema nec est in Gu. pr. nec in sec. nisi a correctore.

* *vir sapiens*] Hanc scripturam cum scriptis Graevii tenet Gu. tert. Reliqui scripti nostri [et Bern. omnes] quibus astipulantur impr. vetusti prope omnes, transponunt *sapiens vir.* Incerta sedes suspectum iam facere possit vocabulum *vir,* idque praeeuntibus impr. Lugd. 1527. Hervag. 1534. Anemoec. Grut. Gronov. et MSS. plerisque, quos Cockman. inspexit, abieci.

* *elaborabimus*] Gu. pr. *occupati sumus et elaborabimus.*

* *Sin aliquando*] A manu pr. Gu. sec. *Sin autem,* sed corrector adscripsit *aliquando.*

detruserit] Goth. *detruxerit,* pro *detraxerit.* * Corrector Gu. quinti *detraxerit.*

quam minimum] Goth. *quam minime.*

* *at quam minimum*] Pro *minimum* MSS. Gu. exc. Bedae atque Eybi et impr. veteres mei omnes dederunt *minime,* quod Pearcium sequutus recepi. Anemoecius edidit *si non optime, at non indecore.*

13. *quae nobis data non sint*] Goth. *quae in nobis non sint:* Facciol. cum Ven. quart. et Aldo *data non sunt.* Ita et duo Oxon. Vin. Rom. Ven. tres, Arg. nisi quod in his negatio deest.

* *quae nobis data non sint*] Gu. tert. *quae in nobis non sunt:* quint. *quae nobis data non sunt:* quart. et omnes impr. veteres, *quae nobis data sunt,* omissa negatione. Placet ex ed. Anemoecii *quae nobis data non sint consequamur.*

Cap. XXXII. 1. *Ac duabus*] Vin. Ven. pr. et sec. Arg. *at duabus.* Goth. *ac duabus his.*

* *Ac duabus iis*] Impr. Lips, uterque et Lugd. 1527. *ac* mutant in *at.* Pro *iis,* quod solus Gu. tert. sistit, ceteri mei omnes dederunt *his.* Mox Gu. tert. *quas ante dixi.*

quas supra dixi] Cap. XXX, 7.

vel tempus] Goth. *aut tempus,* ut Pearcius edidit.

* *casus aliquis vel tempus*] Hanc scripturam tenent impr. veteres. At omnes MSS. Gu. pro *vel* habent *aut.* Obsequutus sum Iac. Gronovio, ex libris melioribus [quibus accedunt Bern. a b d] rescribenti *casus aliqui, aut tempus.* Conf. ad III, 7, 1.

quarta etiam] Goth. *quarta est quam.*

* *quarta etiam, quam nobismet ipsis*] Particulam *etiam* Gu. quint. omittit. E Gu. pr. *nobismet ipsi* repono, quod Pearcius Ernestusque, suos libros sequuti, iam fecerant. [Sic etiam Bern. a b d] Deinde Gu. sec. *accommodabamus:* corrector quinti

Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiae, opes, 2
eaque, quae sunt his contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem gerere quam personam velimus, 3
a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant;
ipsarumque virtutum in alia alius mavult excellere. Quo- 4
rum vero patres, aut maiores aliqua gloria praestiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere: ut

omnesque impr. veteres *accommodabimus:* quart. *accommodamus nostro iudicio.*

2. * *nobilitates*] In Gu. quinto ante correctorem erat *nobilitas.* Offendit grammaticum pluralis rarior, quo tamen eodem usus est Tacit. annal. XII, 20, 1. Ita *fortitudines* ipse Cicero dixit supra c. 22 extr. ubi similia adnotavit patruus. Guilielmius, Grut. Graev. Cockm. in bonis libris repererunt *nobilitatem, honores, divitias.* Etiam in Gur. sec. *nobilitatem,* in pr. et a manu prima in sec. legitur *divitias.* An scripsit Cicero? *nobilitates, honores, divitias.* Notum est, Latinos interdum Atticorum more accusativis uti per ellipsin *quod ad* exponendis. Plaut. Rud. IV, 3, 23 *Vidulum, cuius ille est, novi ego hominem iam dudum.* Cic. Tusc. I, 24 *Nam sanguinem, bilem, pituitam, ossa, nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere, unde concreta et quo modo facta sint.* Senec. de benef. IV, 32 pr. *Deos veri simile est, ut alios indulgentius tractent propter parentes* cet. Vide ibi Gronovium, eumdem et Drakenb. ad Liv. II, 57, 3 et patruum meum ad Vechneri Hellenol. lib. I. part. 2. cap. 16. extr. [Mixta haec et confusa. Accusativus partim per attractionem, quae dicitur, explicandus, partim omissa constructionis ratione excusandus. Ad hunc Cic. locum vix pertinent.]

* *eaque, quae sunt his contraria*] Pronomen *quae* in Gu. sec. est a correctore. Exc. Bedae atque Eybi *et ea, quae sunt.* Nihil tamen muto. Vide supra ad cap. IV, 1. Gu. tert. *eaque, quae his contraria sunt:* quart. *eaque, quae sunt contraria his.* Deinde tert. exc. Bedae et Eybi *in casu sita temporibus reguntur et gubernantur:* Gu. quart. *ut casu, ita temporibus gubernantur.*

in casu sita] Quia non in nostra, sed in fortunae potestate sunt, pendentque ex ancipiti temporum mutatione. Oxon. quatuor, *ut casu, ita temporibus gubernantur.*

temporibus gubernantur] Goth. *temporibus reguntur et gubernantur,* a grammatici manu.

3. * *gerere quam personam*] Exc. Bedae impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *quam personam gerere.*

* *voluntate proficiscitur*] Gu. pr. *proficiscuntur:* sec. *proficiscimur:* tert. ordine mutato, *proficiscitur voluntate.*

se alii ad philosophiam] Praeter grammaticam philosophia, eloquentia et ius civile sola illis temporibus Romanorum studiis digna habebantur. Grammaticam tamen haud facile quisquam tum profitebatur, qui esset ingenuus, etsi primos annos omnes illi discendi causa tribuerent.

ipsarumque virtutum in alia] In alia virtute alius vult magis excellere: cum alii fortitudine, alii iustitia, alii prudentia praestare ceteros malint.

* *mavult excellere*] Gu. tert. *vult excellere.*

4. * *Quorum vero patres*] Gu. sec. *quorum autem partes.* Quod ad rem ipsam, vide pro C. Rabir. Post. c. 1. extr. ubi eadem sententia Africani, Maximi, Decii exemplis declaratur.

* *aliqua gloria*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in aliqua gloria.*

* *ii student plerumque*] Gu. pr. *hii student plerique.* Omnes impr.

Q. Mucius, P. F. in iure civili; Paulli filius Africanus in
5 re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam. quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui, cum belli laude non inferior fuisset, quam pater: ad eam laudem, doctrinae et ingenii
6 gloriam adiecit. Fit autem interdum, ut non nulli, omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequantur: maximeque in eo plerumqne elaborant ii, qui magna
7 sibi proponunt, obscuris orti maioribus Haec igitur omnia, cum quaerimus, quid deceat, complecti animo et cogitatione
8 debemus. In primis autem constituendum est, quos nos, et quales esse velimus, et in quo genere vitae: quae deli-
9 beratio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia,

veteres *eorum plerique in hoc genere laudis student excellere.* Magont. tamen et incert. post *plerique* interponunt *hii.*

Q. Mucius] Cognomine Scaevola, pontifex, de quo Lael. c. I, 3. Pater fuit Publius, et ipse iuris peritus, frater P. Crassi Muciani. Consulatum gessit a. IↃCLVIII. cum L. Crasso. Cicero in Brut. c. 39 *iureconsultorum disertissimum* eum vocat. Vide ibi et c. 40. Quintil. lib. XII. cap. III, 9. Fabric. biblioth. Lat. vol. I. p. 814. et 829.

Paulli filius] Aemilii Paulli filius, qui ab Africano adoptatus est. Eum *Romanorum Atticum* vocat Quintil. lib. XII. cap. X, 39.

5. * *addunt aliquam suam*] Pro *aliquam* Gu. tert. dedit *etiam*, et quart. post *suam* adiecit *propriam.* Utrumque ex ingenio glossatoris.

* *eloquentia cumulavit*] Gu. tert. transponit *bellicam gloriam eloquentia cumulavit.*

* *Timotheus*] Cornel. Nep. in Timoth. c. 1. Praeceptore usus est Isocrate. Cicer. lib. III. de orat. c. 34.

6. *suum quoddam institutum*] Goth. *imitatione maiorum suorum, suum institutum*, qui *quoddam* omittit. Facciol. et Heumannus mallent *institutum sequantur.* Librarii certe in his libris saepe compositum pro simplici verbo scripserunt.

* *consequantur*] Gu. tert. *sequantur.* Nihil tamen muto. Recte Gesnerus in Latinit. thes. *consequantur* explicat *sequantur, persequantur.* Idem adducit locum huic nostro simillimum de legib. II, 7 extr. *Eum morem igitur cum brevitate, si potero, consequar.*

obscuris orti maioribus] *Orti parentibus* est in Vinar. Rom. Ven. tribus, Argent. et Ald. sed *maioribus* in Goth. aliis, et apud Nonium cap. IV, 336. * *maioribus* MSS. etiam Gu. At omnes impr. veteres *obscuris orti parentibus.*

7. * *Haec igitur omnia*] Postremum vocabulum Gu. tert. excludit.

8. * *In primis autem*] Particula *autem* abest a Gu. pr.

quos nos et quales esse velimus] Qui et quales esse velimus. Mature statutum cuique debet esse, primum ad summa contendere, an in mediis subsistere malit: deinde quibus artibus et laudibus aliis vel omnibus, vel pluribus, praestare velit: tum in quo vitae genere, privato, an eo, quod in republ. gerenda versatur.

* *quos nos*] Beda *qui nos.*

* *et in quo genere*] Copulam Gu. sec. ignorat.

9. *Ineunte enim adolescentia*] Quam primum toga virilis sumta est. Tum enim aut in forum deducebantur, aut militaribus studiis se dabant, aut agro colendo vacare incipiebant.

cum est maxima imbecillitas consilii, tum id sibi quisque genus aetatis degendae constituit, quod maxime adamavit. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, iudicare. Nam quod 10
Herculem Prodicium dicunt (ut est apud Xenophontem) cum primum pubesceret (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset; hoc 11
Herculi, Iovis satu edito, potuit fortasse contingere: nobis

cum est maxima imbecillitas] Goth. *tum inest maxima imbecillitas consilii,* (quasi haec in parenthesi dicantur) *cum id sibi quisque genus.* Rom. Ven. omnes et Arg. *cui inest,* corrupte.

° *cum est maxima*] Gu. pr. *tum est maxima.* Idem in sequentibus omittit *tum,* quod impr. veteres in *tunc* mutant. Gu. tert. et exc. Bedae *cum inest maxima:* Eyb. vetustique impr. omnes *cui inest maxima.*

adamavit] Quo maxime delectatur Goth. *amavit.*

° *implicatur*] Gu. sec. *amplicatur.*

aliquo certo genere] Goth. *aliquo in certo genere,* non suo loco praepositione posita, quae alioqui admitti posset.

° *quod optimum esset*] Hier. Wolfio et Pearcio, qui ediderunt *quid,* nullus meorum astipulatur.

10. *quod Herculem Prodicium dicunt*] Vetustissimae scripturae vestigia manent in Goth. Vin. et plurib. Oxon. in quibus legitur: *Namque Herculem prodigum dicunt.* Venet. pr. et sec. *Namque Herculem Prodicus dicit,* Arg. *nam Herculem Prodicus dicit,* Ald. et Facciol. *nam quod Herculem Prodicus dicit.* Retineo Graevianam lectionem, quam Victorius, Balduinus, Langius, Lambinus et Fabricius approbarunt. Prodicus scriptor fuit Cous, Athenis nobilitatus, qui, ut est apud Xenophontem memorab. Socrat. lib. II. haud longe a princip., haec de Hercule ficta prodidit. Est ergo *Hercules Prodicius,* Hercules apud Prodicum, ut *Hercules Xenophonteus* apud Cicer. lib. V. epist. XII, 11 *Terentianus Phormio* pro Caecin. c. 10 *Terentianus Chremes* supra c. 9 *senex Caecilianus* pro Rosc. Am. c. 16.

° *Nam quod Herculem Prodicium*] Male etiam mei scripti et impr. vetusti omnes *Namque Herculem.* Gu. pr. sec. quart. quint. impr. Magont. et incert. *prodigum:* tert. *Prodicum:* corrector tertii *Prodicium,* quarti *prodigium:* impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Prodicus dicit.* Pro *dicunt* etiam in Gu. pr. est *dicit*

ad deligendum] Goth. *ad eligendum.* ° Gu. pr. *ad delegendum:* tert. quart. et quint. *ad eligendum.* Vulgatam cum Gu. sec. omnes impr. veteres tuentur.

° *alteram Virtutis*] Gu. sec. *et alteram virtutis.*

° *ingredi melius esset*] Gu. tert. *ingredi mallet.*

11. *Iovis satu edito*] Ita Ven. tres, Arg. et codd. Victor. Graevii primus, aliquot Anglic. *Iovis sato potuit,* sine *edito,* Goth. Vin. et plures. Videntur veteris alicuius poëtae verba esse, Graecorum aemula. Illi enim σπείρειν generandi significatione dicunt. Vide doctissimas Heumanni et Heusingeri mei adnotationes ad Plutarchi lib. περὶ παιδ. ἀγωγ. p. 13. Cicer. de univers. c. 11 *Oceanum Salaciamque Coeli satu Terraeque conceptu generatos editosque memoremus.* Deinde: *qui deorum satu orti estis:*

non item, qui imitamur, quos cuique visum est, atque ad
12 eorum studia institutaque impellimur. Plerumque autem, parentium praeceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. Alii multitudinis iudicio feruntur, quaeque maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime optant.
13 Non nulli tamen sive felicitate quadam, sive bonitate naturae, sive parentium disciplina, rectam vitae secuti sunt viam.

33 Illud autem maxime rarum genus est eorum, qui aut excellente ingenii magnitudine, aut praeclara eruditione at-

Lib. II. Tusc. c. 8 *Una vecors Oenei partu edita.* Nonius vero *satu* pro *semine* dictum esse docet cap. II, 806. Haec fere Pearcius observavit.

* *Iovis satu edito*] Gu. pr. sec. quart. quint. impr. Magont. atque incert. *Iovis sato:* tert. *Iove sato.* Hi omnes *edito* abiiciunt. Ex hoc Ciceronis loco forsitan in illis Tusc. II, 8 *Quantum una vecors Oenei partu edita*, pro *partu* reponendum sit *satu*.

nobis non item] Goth. Vin. Rom. Ven. tres, Arg. *nobis non idem.* Vid. ad cap. 1. pr.

* *non item*] Omnes Gu. [et Bern.] et impr. veteres *non idem.* Glossemata asciverunt Gu. pr. *non idem contingit,* quart. *non idem est.*

* *quos cuique*] Gu. quart. *quod cuique.*

* *atque ad eorum*] Copulam Gu. quart. in *itaque* mutat, eamdemque impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. omittunt.

12. *Plerique autem*] Ita Nonius legit: nostri libri omnes *plerumque autem,* quod non deterius est. Sic *maximam partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur,* cap. VII, 10.

* *Plerique autem*] Graevius a Nonio Gothofredi, in voc. *Imbuere,* deceptus *plerique* edidit. MSS. Nonii Gu. atque ed. Merceri, omnia exemplaria Ciceronis, etiam Beda et Eybus de *plerumque* consentiunt.

parentium] Hoc a Guilielm. MSS. est, nostri et vulg. *parentum.* Priscianus etiam lib. VII. p. 772. Ciceroni tribuit *parentium.*

* *parentium*] Hoc in solo codice Nonii Gu. antiquissimo scriptum reperi. Cetera Nonii exemplaria, exc. Bedae atque Eybi, omnes et scripti, quibus usus sum, et antiquitus impressi libri Ciceronis *parentum* obtrudunt. [Nescio cur librorum suorum consensui parere noluerit. Mihi quidem in Verr. V, 52 extr. *parentum* secundum codices mss. contra Prisciani eo loco utentis auctoritatem scribendum fuit. Video tamen h. l. et paulo post *parentium* in Bern. a b d esse.]

* *moremque*] Apud Nonium est *moresque,* quod in excerptis Pithoei repertum placebat Graevio.

* *pulcherrima videntur*] Hanc exemplarium Ciceronis scripturam edidit etiam Mercerus apud Nonium in voc. *Optare.* MSS. vero Nonii Gu. atque ed. Gothofr. *videantur* substituunt.

* *ea maxime exoptant.*] E Nonio praetuli *optant.* [Male factum, quoniam *optare* voluntatis tantum est, *exoptare* studii.]

13. *felicitate quadam*] Forte fortuna, casu, τύχῃ.

* *sive bonitate*] Gu. quart. ordine mutato, *sive parentum disciplina, sive bonitate naturae.* Omnes Gu. et impr. veteres *sive parentum.*

secuti sunt] Goth. *sunt rectam vitae secuti viam.*

Cap. XXXIII. 1. * *Illud autem maxime*] Gu. pr. *Illud autem rarum, maxime rarum genus.* Coniunctio *autem* a Gu. tert. at verbum *est* ab impr. Venet. 1498. et utroque Lips. abest.

excellentis ingenii magnitudine] Ita Palat. pr. cum ceteris nostri *excellente* (*excellenti*) *ingenii magn.*

que doctrina, aut utraque re ornati, spatium etiam deliberandi habuerunt, quem potissimum vitae cursum sequi vellent: in qua deliberatione ad suam cuiusque naturam con- 2
silium est omne revocandum. Nam cum in omnibus, quae 3
aguntur, ex eo, quo modo quisque est natus (ut supra dictum est) quid deceat, exquirimus; tum in tota vita constituenda, multo est ei rei cura maior adhibenda, ut constare in vitae perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in

* *excellentis ingenii magnitudine*] Ita Graevius unius Palat. pr. auctoritate rescripsit. Antea edebatur *excellente*, quod tuentur Gu. omnes, solo tertio excepto, in quo est *excellenti*.

* *aut utraque re ornati*] Gu. pr. *aut utriusque rei ornatu*. Paullo post Gu. tert. omnesque impr. veteres *etiam* excludunt.

spatium etiam deliberandi] In Goth. Vinar. Ven. Lips. Ald. *etiam* deest.

2. * *in qua deliberatione*] Impr. Lips. 1513. *qua in deliberatione*.

ad suam cuiusque naturam] *Suam* est *propriam*. Vid. c. VII, 4.

* *consilium est omne*] Gu. tert. omittit verbum *est*, quod quart. et quint. ita transponunt *consilium omne est*.

3. * *Nam cum in omnibus*] Praepositio non comparet in Gu. quart. nec in impr. Magont. atque incerto.

ex eo modo quo quisque natus est] Goth. *ex eo quo quisque modo natus est:* Vin. et Ven. duae *ex eo quo modo quisque*: Ven. tert. quart. Arg. *ex eo modo, quo quisque est natus:* quid. libri, *quem quisque nactus est,* quod vitiosum videtur, etsi Facciolato placuit prae altero. *Modus* est mensura a natura data. Horat. lib. I. epist. 7 extr.

Metiri se quemque suo modulo
ac pede, verum est.

* *ex eo modo, quo quisque natus est*] Hoc dedit Gu. tert. et Gryph. At Gu. pr. sec. MSS. Gruteri [Bern. b c d] et impr. Venet. 1498. *ex eo, quomodo quisque natus est.* Revocavi igitur, quod Anemoecium edidisse video, *ex eo, quomodo quisque est natus.* [Sed cur tamen *est natus* mutato verborum ordine?] Hoc dictum est, quemadmodum illud de orat. I, 20 *Quod ita nati essemus, ut - - - adversarios minaciter terrere possemus.* Gu. quart. *ex eo modo, quo quisque nactus est.* Hinc manavit perversa scriptura, quam Facciol. sequitur, *ex eo modo, quem quisque est nactus.* Gu. quint. *quo quis natus est*: impr. Magont. *quo quis nactus est:* incert. *quo quis est natus:* Lugd. 1527. *quo quisque est natus:* Lambin. *ex eo, quo quisque modo natus est.*

ut supra dictum est] Cap. XXVII. extr. XXVIII, 10.

ei rei] Deest *ei* in Goth. et vulgatis, in Palat. pr. et tribus Oxon. deest *rei*, scriptumque *multo est ei maior cura*, itaque edidit Facciolatus. Langius utrumque *ei rei* omisit, quod in solo Graev. cod. [et Bern. a] fuit. Ald. et unus Ox. *eius rei*.

* *multo est ei rei*] Etiam ab omnibus meis abest *ei*, in cuius locum corrector Gu. quinti adscripsit *huius*. Ernestus cum Langio sustulit *ei rei*, quae verba per syntaxin grammaticam facile quidem abesse possunt, sed ad sententiam perficiendam necessaria videntur. Ad superiora haec referenda atque ita intelligenda sunt: in tota vita constituenda multo maior cura adhibenda est *ei rei*, sc. ut ex eo, quomodo quisque natus est, quid deceat, exquiramus. [Sed hoc idem non difficile est animo supplere.]

constare in vitae perpetuitate possimus nobismetipsis] Ut perpetua vita, et in omni vitae actu nobismetipsi constare, sive iidem semper esse possimus. *Nobismetipsi* a Pearcio est.

* *in vitae perpetuitate*] Omnes MSS. Gu. *in perpetuitate vitae*.

4 ullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam
maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque
omnino habenda ratio est in deligendo genere vitae, sed
5 naturae magis. Multo enim et firmior est, et constantior:
ut fortuna non numquam ipsa, mortalis cum immortali na-
6 tura pugnare videatur. Qui igitur ad naturae suae non
vitiosae genus consilium vivendi omne contulerit, is con-

* *nobismetipsis*] Langius, Gronovius et Pearcius *nobismetipsi.*

claudicare] Ne claudicemus. *Claudicat,* qui in cursu deficit, qui quo vult pervenire non potest. Ergo *in officio claudicare* est, in officio praestando deficere, viribus ad id persequendum destitui.

4. *Ad hanc rationem*] In hac re deliberanda et constituenda.

° *utriusque omnino ratio habenda est*] Impr. Magont. *utrique.* Gu. tert. *habenda est ratio.* E Gu. pr. ac sec. et ex more Ciceronis edidi *habenda ratio est.*

5. ° *Multo enim et firmior est*] Gu. quart. *Multo enim et fortior est.* Copulam *et* Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. omittunt. Gu. quint. *Multo enim et firmior et constantior est.*

ut fortuna nonnumquam, tamquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur.] Goth. *multo enim firmior est et constantior, quam fortuna, ut nonnumquam tanquam ipsa in ortulis* (pro *mortalis*) *cum immortali pugnare natura videatur.* Vinar. Rom. Ven. pr. et sec. cum vulgata conveniunt, nisi quod *tamquam* omittunt, quod tamen ipsum est in Arg. Ven. tert. et quart. Cum Goth. tres Oxon. conspirant, accedente et ed. Rom. pr. in quibus scriptum: *Multo enim et firmior et constantior est, quam fortuna.* Hinc Pearcio legendum videtur: *Multo enim et firmior et constantior est, quam fortuna, ut* (fortuna) *nonnumquam, tamquam ipsa mortalis cum immortali, cum natura, pugnare videatur.* Propius ad Gothana vestigia postrema rescribas: *ut nonnumquam ipsa tamquam mortalis cum immortali pugnare, cum natura, videatur.* Verius tamen mihi videtur *natura,* cuius locus in scriptis incertus, et pro quo in aliis est *in natura* (fort. ex *ni.* nimirum, natura) esse ex glossa, inter versus interscripta. Cicero hoc vult, naturam esse firmiorem et constantiorem, quam fortunam, quae mutabilis sit, quaeque, licet dea habeatur, tamquam mortalis cum immortali, cum immutabili scilicet natura, gigantum more pugnare possit dici.

ut fortuna non numquam, tamquam ipsa] Gu. pr. *At fortuna:* tert. *quamquam fortuna.* Iidem in fine periodi *pugnare videtur.* Gu. quart. *ita ut fortuna:* quint. *nam ut fortuna.* Adverbium *tamquam,* quod sententiam perturbat, Gu. sec. tert. Graev. sec. unus Cockmanni [Bern. a e] omnesque impr. veteres mei merito repudiant. Glossematis huius auctor non intellexit suave ὀξύμωρον, quo Cicero *mortalis* hominis *immortalem naturam* dicit. Firmitas et constantia naturae ex eo maxime elucet, quod interdum fortuna ipsa, illa rerum humanarum domina, quamvis pertinaciter, frustra tamen, hominis naturam oppugnat: adeo, ut intuenti, naturam ex isto cum dea potentissima certamine superiorem discedere iam non infirma ac mortalis illa, sed invicta atque immortalis esse videatur. Haec sententia ut cuique legentium primo statim aspectu pateat, post verba *non numquam ipsa* diastoles notam appinxi. Noster parad. V, 1, 7 *Cui quidem* (voluntati atque iudicio sapientis) *etiam, quae vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa cedit.*

6. *ad naturae non vitiosae genus*] Qui vivendi rationem eam sequetur, quae ipsius naturae, quatenus non est vitiosa, convenientissima fuerit.

° *ad naturae suae non vitiosae*

stantiam teneat (id enim maxime decet) nisi forte se in-
tellexerit errasse in deligendo genere vitae. Quod si acci- 7
derit (potest autem accidere) facienda morum institutorum-
que mutatio est. Eam mutationem, si tempora adiuvabunt, 8
facilius commodiusque faciemus. Sin minus; sensim erit
pedetentimque facienda: ut amicitias, quae minus delectent
et minus probentur, magis decere censent sapientes sensim
dissuere, quam repente praecidere. Commutato autem ge- 9

genus] Impr. Magont. *naturae suae ad genus non vitiosae.* Deinde idem, incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *consilium vitae omne.*

consilium vivendi] Sic et Goth. *consilium vitae* Vin. duo Ox. cum vulgatis.

constantiam teneat] Perpetua vita sibi constare poterit, nec ex suis institutis aliquid mutare cogetur. [Non sic, sed praeceptum est.]

* *nisi forte se intellexerit*] Gu. quart. *intellexerint:* tert. *nisi intellexerit se forte errasse*: impr. veteres omnes *nisi forte se errasse intellexerit.*

7. * *potest autem accidere*] Gu. tert. *potest enim accidere.*

facienda morum institutorumque mutatio est] Quod qui, superstitione aliqua deterriti, facere nolunt, sibi pariter et aliis tota vita displiceant, necesse est.

8. *Eam mutationem si tempora adiuvabunt*] Ut si quis, iratis Musis ad litterarum studia se delatum videns, honestis conditionibus ac praemiis ad suscipiendam aliarum rerum curam vocetur, quae minus prudentiae postulant. Male huc trahitur Ciceronis exemplum, qui, republ. a Caesare oppressa, curia et foro relicto, totum se philosophiae tradidit. Id enim non fecit sui erroris poenitentia, sed indignissimae servitutis impatientia. Goth. *eam igitur mutationem.* Idem postea *pedetentimque faciendum,* quod fortasse verius.

* *eam mutationem*] Corrector Gu. quinti, impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. interponunt *igitur.* Magont. *eamque igitur mutationem.*

* *sin minus*] Gu. quart. quint. et impr. Magont. *si minus.* Vide supra ad c. XIV, 11. Antiquiores tamen libri, etiam Nonii exemplaria in voc. *Pedetemtim,* de hoc loco dissentiunt.

* *sensim erit pedetentimque*] Ordine inverso Gu. quart. *erit sensim.* Apud Nonium *pedetemtim,* per *m* in secunda a fine syllaba, exscribitur, quod etiam in antiquissimis aliorum scriptorum libris me reperire memini. Sed, sive hoc adverbium ex *pede* et *tentare* conflatum esse Donato et Prisciano credas; sive, quod malim, ex *pede* et *tenere,* id est retinere, cohibere, premere (hinc *pedepressim*) compositum esse dicas: utraque etymologia litteram *m* aspernatur.

* *facienda*] Apud Nonium, loco quem dixi, est *faciendum,* quod in codice Gothano repertum merito placebat patruo. Accusativos gerundiis aptos vidimus supra ad c. XXXI, 7.

et minus probentur] Goth. *et quae minus probentur.*

sensim dissuere] Vin. et Ven. pr. *deluere* vel *diluere,* quod et in Goth. Oxoniensibus pluribus aliisque est, habetque et Vincent. Bellovac. *dissuere* vero cod. Pal. pr. Graev. unus Oxon. Ven. sec. tert. et quart. Argent. Illud Langius defendit, quod *auctoritatem diluere* Seneca, *vinculum animi diluere* Gellius dixerit lib. XII, 1, 21. Hoc Graevius et Facciolatus retinuerunt, quod Cicero Lael. c. 21. eodem verbo utitur. *Tales,* inquit, *amicitiae sunt remissione usus eluendae, et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis, quam discindendae.*

* *dissuere*] Nec ego adsentior legentibus *diluere,* quamvis ita scriptum videam in Gu. pr. sec. tert. in exc. Bedae (Eybus *dissuere* tenet) et in impr. Magont. [Itemque sic Bas. et omnes Bernenses libri.]

nere vitae, omni ratione curandum est, ut id bono consilio
10 fecisse videamur. Sed quoniam paullo ante dictum est,
imitandos esse maiores, primum illud exceptum sit, ne vitia
11 sint imitanda. Deinde, si natura non feret, ut quaedam
imitari possit; (ut superioris Africani filius, qui hunc Paullo
natum adoptavit, propter infirmitatem valetudinis non tam
potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui) si igitur
12 non poterit sive caussas defensitare, sive populum concio-
nibus tenere, sive bella gerere: illa tamen praestare debebit,
quae erunt in ipsius potestate, iustitiam, fidem, liberalita-
tem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod
13 desit, requiratur. Optima autem hereditas a patribus tra-

9. * *omni ratione curandum est*] Gu. tert. *omni est ratione curandum*.

bono consilio] Non temere, sed certa ratione adducti.

10. * *Sed quoniam paullo ante*] Gu. quart. *Sed ut paulo ante.* Deinde tert. *imitandos esse mores.*

ne vitia imitanda sint] Non morum tantum vitia intelligit, sed et ea, quae sunt in pronuntiatione, voce, gestu, habitu, statu, incessu.

11. *Deinde*] Subaudi *illud exceptum sit, ne imitandi sint.*

si natura non feret] Goth. *fert.*

* *non feret*] Gu. quart. impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *non ferret:* Gu. tert. et impr. incert. *non fert.*

imitari possint] Deest *aliqui.* Sequitur tamen, *si igitur non poterit:* unde et hic malim *possit,* pro quo *possint* scriptum credo, quod librarii *imitari* passiva significatione caperent. Sed hoc non fert Ciceronis consuetudo, etsi is quidem participium *imitatus* passive dictum non refugit. Vid. Vechneri hellenol. p. 112. Meam coniecturam comprobat Pearcius.

* *ut quaedam imitari possint*] Gu. tert. *ut omnia imitari possint.* Pro *possint* in [uno Bern. a] impr. Venet. 1498. est *possit.* Ita ante correctorem in Gu. quinto scriptum fuisse, color atramenti prodit. Sic emendandum esse hunc locum, Pearcius et patruus meus docuit.

superioris Africani filius] Scipionis Africani maioris filius, qui Scipionem Africanum minorem, L. Aemilio Paullo natum, adoptavit. Vid. Cat. mai. c. 11. Vellei. Pat. lib. I. c. 10 *L. autem Paullo, magnae victoriae compoti, quatuor filii fuere: ex iis duos natu maiores, unum P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate, praeter speciem nominis vigoremque eloquentiae, retinenti, in adoptionem dedit; alterum Fabio Maximo.*

* *ut superioris Africani fil.*] Gu. pr. sec. tert. quint. et impr. Magont. *ut superioris filius Africani.*

hunc Paullo natum] *Hunc* dicit, quod propior Ciceronis temporibus erat.

* *patris similis*] Ita Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. Ceteri *patri similis.*

quam ille fuerat sui] *Ille* Scipio maior, qui fortissimi patris, Publii Scipionis, simillimus fuerat. Vid. ad cap XVIII, 9.

12. * *non poterit sive*] Gu. quint. *non potuerit sive.* Impr. Lugd. 1527. omittit *sive.* Deinde Gu. tert. *defensare,* quart. *defendere.*

causas defensitare] Frequenter, adsidue et studiose defendere. Goth. *defendere,* quod minus est.

populum concionibus tenere] Populi aures concionando oblectare, easque sibi attentas facere.

* *in ipsius potestate*] Gu. quint. *in eius potestate.*

* *quo minus ab eo*] Verba *ab eo* desunt in Gu. quinto.

ditur liberis, omnique patrimonio praestantior, gloria virtutis rerumque gestarum: cui dedecori esse, nefas et impium iudicandum est.

Et quoniam officia non eadem disparibus aetatibus 34
tribuuntur, aliaque sunt iuvenum, alia seniorum: aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur ado- 2
lescentis, maiores natu vereri, exque his deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda

13. *nefas et impium*] Cum antea legeretur *nefas et vitium*, ut in meis quoque [et Bernensibus] et Oxoniensibus est, idque rationi repugnet, qua postponendum est id, quod maius et gravius habetur: recte fecit Graevius, cum e cod. Palat. pr. et suo reposuit *nefas et impium*, idque adprobat et Facciolatus, dissentiente quamvis Pearcio.

* *nefas et impium*] Perperam in meis etiam libris est *nefas et vitium*.

Cap. XXXIV, 1. *Et quoniam*] Goth. *at quoniam*.

* *Et quoniam*] Ut Goth. ita Gu. pr. *At quoniam*. Fortasse pictor aliquis litteram initialem, a librario omissam, ex ingenio adiecerat. Paullo post Gu. tert. *disparibus tribuuntur aetatibus*.

officia non eadem disparibus aetatibus tribuuntur] Alia alii aetati officia conveniunt.

iuvenum] Hic iuvenes dicit, quos paullo post *adolescentes*, a quibus saepe alibi *iuvenes* distinguuntur.

* *dicendum est*] Gu. pr. *agendum est.*

2. *Est igitur*] Goth. *est igitur adolescentis officium.*

maiores natu vereri] Phocylid. v. 207.

Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.
Reverere canos circum tempora, cedeque senibus
Sede et honoribus omnibus: natu vero praestantem
Senem, aequalem patris, paribus honoribus venerare.

Ovid. lib. V. Fast. v. 57,

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.

Atque hoc omnium gentium moribus receptum et legibus sancitum est.

* *vereri*] Exc. Bedae et Eybi *revereri.*

exque his] Goth. Vin. Ven. omn. Arg Ald. *ex hisque*, ut et Facciol. Sed et hoc Ciceroni placitum. Lib. II. cap. XXIII, 2 *exque eo tempore.* Cornel. Nepos Cat. c. 2. pr. *exque ea triumphum deportavit.*

* *exque his deligere*] Pro *exque his*, quod Gu. pr. et sec. tuentur, in tert. est *ex iisque*, in quart. quint. in exc. Bedae atque Eybi et in impr. vetustis omnibus *ex hisque*. Gu. pr. quint. et Eybus *diligere*: Gu. quart. et impr. veteres, excepto incerto, omnes *eligere.*

deligere optimos et probatissimos] Hoc in morem verterat apud Romanos, ut adolescentes nobiles et magna spectantes eos adsectarentur viros, qui optimi et probatissimi haberentur. Auctores sunt, quos iam alio loco nominavi, Cicero pro Coelio c. 4. lib. XIII. epist. X, 4. Lael. c. 1. auct dial. de oratorib. c. 2, 20 et 34. Plin. lib. VIII. epist. XIV, 6. Melius vero *deligere* est in Goth. et aliis, quam *eligere* in Vinar.

ineuntis aetatis] Adolescentiae. Nam *aetas inire* dicitur ab iis annis, quibus pueritia finitur. Lib. II. c. 13 *Si quis ab ineunte aetate habet causam celebritatis et nominis.*

3 prudentia est. Maxime autem haec aetas a libidinibus ar-
cenda est, exercendaque in labore patientiaque et animi,
et corporis: ut eorum et in bellicis, et in civilibus officiis
4 vigeat industria. Atque etiam cum relaxare animos et dare
se iucunditati volent, caveant intemperantiam, meminerint
verecundiae: quod erit facilius, si in eiusmodi quidem re-
5 bus maiores natu velint interesse. Senibus autem labores
corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendae vi-

Vide Cortium ad Sallust. declam. in Cicer. p. 1060.

inscientia] Scripti et excusi magno consensu *inscitia,* et ita Nonius etiam cap. IV, 67. quem Pearcii et Facciolati exemplo, quam Graevium sequi malo. *Inscitia* est stultitia. Terent. V. Eun. VIII, 41 *Verum si idem vobis prodest, vos non facere inscitia est.* I. Phorm. II, 27 *Namque inscitia est, adversum stimulum calces.* [Probat igitur Heus. Lambinianam rationem, *inscitiam* non dici apud Ciceronem cum genitivo obiecti, quod falsum videtur esse, vide exempla allata a Gernhardio in excursu ad Cic. Catonem maiorem. Mihi quidem hoc interesse discrimen videtur, quod *inscientia* per se vitium non est, ut nec ignorantia, *inscitia* vitium, quatenus quod quisque debet didicisse aut nondum didicit aut parum didicit.]

* *inscientia*] Etiam in meis libris omnibus et in MSS. Nonii Gu. est *inscitia.* Conf Wopkensii lect. Tull. l. II. c. 3. p. 131.

constituenda] Stabilienda, id est, formanda. Goth. *instituenda.*

* *constituenda et regenda prudentia est*] Gu. quart. *constituenda est prudentia,* omissis verbis *et regenda.* Nonius in voc. *Constituere,* et Gu. quint. *constituenda et regenda est prudentia.* Paullo post exc. Bedae atque Eybi *a libidinibus est arcenda.*

3. *patientiaque et animi et corporis*] *Patientia* est earum rerum, quae molestae sunt, ferendarum consuetudo. *Patiens animus* est, qui dolorem, iniurias, aliorum vitia facile fert: *corporis patientia* in labore, fame, siti, aestu, frigore, vigiliis, paupertate tolerandis cernitur. Numquam illa educandi ratio sapientibus viris probata est, quae istorum malorum impatientiam alit. Vide Horat. lib. III. od. 2. Quintil. lib. I. cap. II, 6.

ut eorum industria] *Eorum,* pro *eius* aetatis, quasi ad adolescentes referatur. De hac synesi vide Cort. ad Sallust. Cat. V, 8. mea ad Cornel. Nep. Iphicr. II, 4.

et in bellicis et civilibus] Victor. Lang. Gronov. Pearc. Facciol. *et in civilibus.* Sic et quatuor MSS. Oxon.

* *et in bellicis, et civilibus*] Gu. sec. *et in bellis.* Deinde omnes scripti Gu. *et in civilibus.* Praepositionem Beda et Eybus veteresque impr. temere omittunt. Vide ad c. XIV, 1.

4. *dare se iucunditati*] Hilaritati, ludo, ac sibi indulgere.

si in eiusmodi quidem rebus] Goth. *in huiusmodi quidem rebus maiores natu velint interesse.* Praepos. *in* abest a Ven. sec. tert. et quart. Arg. Ald. tribus MSS. Oxon. et in iisdem fere *quoque* pro *quidem,* quod Facciolatus mavult. Omnes *velint,* Pith. et Graev. pr. *volent,* quod Graevius recipiendum putavit.

* *si in eiusmodi quidem*] Praepositionem Gu. quart. et impr. veteres, excepto Magont. omnes abiiciunt. Ex *quidem* corrector Gu. quinti fecit *quoque,* quod omnes impr. vetustos occupavit.

* *interesse velint*] E Gu. pr. sec. quart. quint. Goth. exc. Bedae atque Eybi *velint interesse* praetuli.

5. * *minuendi*] Gu. quart. quint. omnesque impr. veteres *sunt minuendi.*

dentur. Danda vero opera, ut et amicos, et iuventutem, et maxime rem publicam consilio et prudentia quam plurimum adiuvent. Nihil autem magis cavendum est senectuti, 6
quam, ne languori se desidiaeque dedat Luxuria vero cum 7
omni aetati turpis, tum senectuti foedissima est. Sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est, quod et ipsa senectus concipit dedecus, et facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem 8
alienum est, de magistratuum, de privatorum, de civium,

* *Danda vero opera*] Cum duobus postremis MSS. Gu. Beda atque Eybus *Danda vero est opera.*

6. * *magis cavendum est*] Exc. Bedae atque Eybi *cavendùm magis est.*

ne languori se desidiaeque dedat] Supra quidem *dare se iucunditati* dixit; hic vero *dedat,* ut lib. II. c. 1 *Nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi iis restitissem; nec rursum indignis homine docto voluptatibus* Vide ad c XXXI, 3.

* *languori se desidiaeque dedat*] Gu. pr. tert. quart. quint. et impr. Magont. *langori.* Pronomen transponunt Gu. quint. impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *desidiaeque se dedat.* Ordinem vulgatum servant libri meliores, et Nonius in voc. *Languor,* et exc. Bedae atque Eybi. Pro *dedat* haud inepte Beda *dedant* exhibet.

7. *cum omni aetati*] Sic Goth. *cum omni aetati sit turpis:* quidam *aetate.*

* *cum omni aetati turpis*] Gu. quint. *licet omni,* sed altera scriptura est in margine. Gu. sec. *cum omni turpis aetate:* quart. quint. atque Eybus *aetati sit turpis:* Beda *aetati sit turpissima.* Deinde Gu. quint. et Eybus *tamen senectuti.* Nihil mutat Nonius in voc. *Turpe et foedum.*

* *Sin autem libidinum etiam*] Gu. pr. et sec. [et Bern. a b c recte] *sin autem etiam lib.* Impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Si autem et lib. int.* Eybus et impr. incert. *Sin autem et lib. int.* Nutantem particulam *etiam* Gu. tert. quart. quint. et Beda expellunt.

* *accesserit*] Quum librarius Gu. sec. scripsisset *accessisset,* reposuit *accessit,* quod etiam in pr. et quinto legitur. Tamen in marg. quinti est *accesserit.* Deinde Gu. sec. *duplex malum,* omisso *est.*

* *concipit dedecus*] Ordine inverso Gu. pr. sec. quint. [plerique Bern.] exc. Bedae atque Eybi *dedecus concipit*: tert. *dedecus suscipit:* quart. *dedecus concipiet.* Deinde tert. Beda Eybusque *et adulescentium facit.*

facit adolescentium impudentiorem intemperantiam] A Platone hoc habet, cuius verba haec sunt lib. V. de legib. fere primo: Ὅπου ἀναισχυντοῦσι γέροντες, ἀνάγκη καὶ νέους ἐνταῦθα εἶναι ἀναιδεστάτους. *Ubi senes minus pudici sunt, necesse est iuvenes impudentissimos esse.*

8. *alienum est dicere*] Ita Cicero et optimus quisque, non *alienum si dicam.* Cap. XLI, 6 *Nec vero alienum est, ad ea eligenda, quae dubitationem afferunt, adhibere doctos homines.* Lib. V. ep. 17 *Non putavi esse alienum institutis meis haec ad te scribere.* Cornel. Nep. Milt. c. 6 *Cuius victoriae non alienum videtur, quale praemium Miltiadi sit tributum, docere.*

de civium] Haec in duobus Oxon. desunt, et pro glossa habet Pearcius, qui in *privatorum* subaudit *civium.* Goth. etiam et duo Anglic. *de privatorum civium,* sine *de.*

* *de privatorum, de civium*] Posteriore praepositione abiecta Gu. tert. et impr. veteres, excepto Magont. omnes *de privatorum civium.* Verba *de privatorum* Hier. Wolfius expunxit, quod imitarer, si constaret,

9 de peregrinorum officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque eius dignitatem et decus sustinere, servare leges,
10 iura describere, ea fidei suae commissa meminisse. Privatum autem oportet aequo et pari cum civibus iure vivere, neque summissum et abiectum, neque se efferentem: tum in re publica ea velle, quae tranquilla et honesta sint. Ta-
11 lem enim et sentire bonum civem, et dicere solemus. Peregrini autem atque incolae officium est, nihil praeter suum negotium agere, nihil de alio anquirere, minimeque esse

an bonis libris praeeuntibus id fecerit.

9. * _Est igitur_] Gu. quint. _Est enim._ Mox impr. Lugd. 1527. _se intellegere gerere._

se gerere personam civitatis] Quidquid agat geratve, id videri totum populum egisse, proque eo aut laudem aut dedecus ferre. _Graevius._ Vulgus dicit _repraesentare totam rempublicam._

et decus sustinere] Quasi in se positum tueri. Goth. et Vin. _et dedecus sustinere,_ ut opponatur _dignitati,_ male.

* _et decus_] A manu prima Gu. quint. et impr. Magont. _et dedecus._

* _servare leges_] Gu. quart. _et servare leges et iura descr._ Deinde omnes impr. veteres _et ea fidei suae:_ Beda et Eybus _eaque fidei suae._

iura describere] Non est leges ferre seu condere; sed ius suum cuique tribuere, ius dicere. Ita _Graevius,_ qui non aliter Ciceronem loqui docet. V. in Verr. c. 11. med. pro Quintio c. 14. pr. Hinc _iuris aequa descriptio_ dicitur lib. III, 4, 7. Vide ad c. V, 3.

10. _submissum et abiectum_] Quod eorum est, qui serviunt, nec ullam sentiendi et agendi libertatem habent.

* _submissum_] E Gu. pr. sec. tert. et impr. Lugd. 1527. etiam e codicibus Nonii, in voc. _Summissum,_ reposui _summissum_: quod hic ab editoribus neglectum esse, eo magis miror, quia alibi (ut supra c. XXVI, 4. et Lael. c. XX, 4.) antiquam et Ciceroni in oratore c. 47. extr. probatam scripturam retinuerunt. In impr. Magont. et incerto est _sumissum._

* _efferentem_] Nonii codices _ecferentem,_ antiqua orthographia, de qua vide Pareum lex. crit. p. 398. et Cortium ad Sallust. Iug. XIV, 11. Impr. incert. Venet. 1498. Lips. 1507. et Lugd. 1527. _nec sese efferentem._

* _et honesta sint_] Gu. pr. ac tert. _et honesta sunt,_ quint. _sunt et honesta._

et sentire et dicere] Qui ita se gerit, habetur et dicitur bonus civis. Hoc enim est proprium boni civis, haec eius descriptio. Goth. _talem enim solemus et sentire bonum civem et dicere._

* _Talem enim et sent._] Gu. pr. _Talem quidem._ Sequentia cum Gothano Gu. pr. sec. tert. et quint. [Bas. Bern a b c d] sic ordinant, _solemus et sentire bonum civem et dicere:_ quart. _et solemus sent. bon. civ. et dicere._ Quod nunc editur, in solo impr. Lugd. 1527. reperio. Nam priores impr. exhibent _Talem enim et sentire, et bonum civem dicere solemus._

11. _Peregrini_] _Peregrinus_ est, qui aliunde in aliquam civitatem venit non perpetuo, ac ne diu quidem ibi moraturus.

et incolae] Qui in civitate, cuius civis non est, domicilium habet. In Goth. _accolae_ lego, vitiose scriptum.

* _et incolae_] Gu. pr. sec. tert. quint. et Gryph. _atque incolae,_ quod post Pearcium recepi.

nihil de alieno anquirere] Omnes scripti _de alio inquirere,_ nec aliter Vincent. Bellov. Ven. tres Arg. Ald. Lang. Fabric. Grut. Gron. Facciol. Sed _de alieno,_ quod sola habet Ven.

in aliena re publica curiosum. Ita fere officia reperientur, 12
cum quaeretur, quid deceat, et quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, 13
quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam.

Sed quoniam decorum illud in omnibus factis, dictis, 35
in corporis denique motu et statu cernitur, idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, difficilibus ad eloquendum, sed satis erit intel-

tert. Victorius, Lambin. Graev. Pearc. et Olivet. adprobarunt.

° *nihil de alieno*] Hoc in Gu. tert. et in ed. Gryph. reperio. Quia vocabulum *aliena* statim recurrit, praetuli *alio,* quod in ceteris meis et plerisque omnibus aliorum libris legitur. Est vero *nihil de alio anquirere,* aliorum negotia non scrutari. Verbum *anquirere* in *inquirere* mutant mei omnes, excepto Gu. sec. qui, priscae scripturae vestigiis servatis, dedit *aquirere.* [Item ex Orellianis unus Bern. a *anquirere.*]

° *minimeque in aliena*] Optavi verborum ordinem, quem Gu. pr. sec. quart. quint. atque ed. Gryph. praescribunt, *minimeque esse in aliena re p. curiosum.* Gu. tert. *curiosum esse,* verbo ad finem sententiae reiecto.

curiosum] Qui ea, quae ad se non pertinent, inquirat, πολυπράγμονα.

12. ° *Ita fere*] Non male Gu. pr. *Ista fere.* Perperam impr. Magont. incert. et Venet. 1498. *Itaque fere,* Lugd. 1527. *Itaque vero.* Idem in fine periodi copulam adiicit, *et aetatibus.*

13. ° *Nihil est autem*] Gu. pr. quart. exc. Bedae atque Eybi *Nihil autem est*: sec. *Nihil est quod,* suppresso *autem,* quod tamen corrector revocavit.

° *in omni re gerenda*] Gu. quint. atque ed. Anemoec. *in omni re agenda.* Sed vide, quae adnotavit patruus supra ad c. IV, 4. Deinde Gu. tert. exc. Bedae et Eybi *capiendoque consilio.*

constantiam] Quae praestat, ut in omnibus dictis et factis idem semper spectemus, etiamsi agendi ratio mutanda fuerit. Vid. lib. I. epist. IX, 66.

Cap. XXXV, 1. ° *factis et dictis*] Copulam Gu. pr. sec. tert. quart. impr. Magont. et Gryph. tollunt.

° *in corporis - - cernitur*] Haec in partes vocat Nonius in voc. *Statura et status.*

° *idque positum*] Gu. pr. *idque propositum*: quint. *id quoque positum*: impr. uterque Lips. *idque potissimum.*

formositate] Haec formositas non est in vultu tantum, sed in motu et habitu totius corporis, quae Graece dicitur κοσμιότης: cui opposita est ἀγροικία, *rusticitas,* δυσχέρεια, *foeditas,* et ἀηδία, *insuavitas.* Haec copiosius exponit Graevius.

° *formositate*] Gu. quart. *si licet formositate.* Nimirum librarius hic invenerat *scilicet,* glossam a grammatico adscriptam.

ordine] Graeci εὐταξίαν appellant, cuius contrarium ἀταξία.

ornatu ad actionem apto] *Ornatus* et vestitum, et omne instrumentum complectitur, quo ad aliquid peragendum opus est.

difficilibus ad eloquendum] Cod. Pith. *difficile est ad eloquendum,* Goth. *difficile ad eloquendum,* quod non est absurdum. Nostra lectio est in cod. Pal. pr. et Graev. ed. Rom. pr. sed paullo plenior, *difficilibus ad eloquendum rebus,* in ceteris vero *difficilius.* Quia in plerisque *rebus* deest, potest id ex superioribus, *tribus rebus,* subaudiri. *Difficiles ad eloquendum* dicit, non ob Latini sermonis inopiam, ut Aldus adscribit, sed ob ipsarum rerum subtilissimam varietatem, quam nullus sermo adsequitur. Lib. X. epist. V, 2 *Ex qui-*

2 ligi; in his autem tribus continetur cura etiam illa, ut probemur iis, quibus cum apud quosque vivamus: his quoque
3 de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem: quae formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promtu; quae partes autem corporis ad na-

bus cepi fructum duplicem, mihique in comparatione difficilem ad iudicandum. Pro Cornel. I. *Quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam.* In orator. c. 55 *Quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus, quam in versibus.* Infra lib. III, 6, 11 *Haec ad iudicandum sunt facillima.*

* *difficilibus*] Omnes scripti et impr. veteres mei *difficilius*, praeter Gu. sec. in quo manus prima dederat *difficili*, et tert. qui praefert *difficilius est.* [Vulgatam tuentur Bern. a b c.]

* *sed satis erit*] Gu. quart. impr. Magont. incert. ac Lugd. 1527. *sed satis facile erit.*

2. *in his autem tribus*] Ante haec verba in Graevianis et aliis exemplaribus sententia finiebatur. Ego vero Pearcio, Facciolato et Gesnero, magnis auctoribus, interpunctionem mutavi, et haec quoque cum προτάσει contexui.

* *cura etiam illa*] Gu. pr. *etiam cura illa:* quint. *etiam illa cura.*

* *ut probemur iis*] Et hoc Ciceroni usitatum est, et illud, quod dedit Gu. sec. corrector quinti, impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *ut probemur ab his,* Magont. *ab hiis.*

quibuscum et apud quos] Plures Aldini, Pith. Graev. plures Oxon. *quibuscum apud quosque vivamus:* Goth. Vinar. Ven. pr. *quibuscum* (vel *cum quibus*) *apud quos vivamus,* copula plane omissa, eleganter, ut docui ad Cornel. Nepot. Timol. c. II, 2. Attic. c. XVIII, 3 *Cum quibus* legas etiam lib. II, 23. 9 *cum quibus causam cognovit.* Illi vero *cum quibus* vivimus, sunt familiares et domestici; *apud quos,* ceteri eiusdem gentis et civitatis.

* *quibuscum et apud quos*] Impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *cum quibus.* Cum Graevio Gu. sec. sed hic a correctore, impr. Venet. uterque Lips. et Lugd. *et apud quos* tuentur. Copula omissa, Magont. *cum quibus, apud quos.* Reliqui mei cum plurimis atque optimis aliorum libris sistunt *quibuscum apud quosque.* Hoc merito reduxit Iac. Gronovius. Solet Cicero copulantem particulam *que* casibus pronominis *qui* adiicere, ambiguitatem ex similitudine casuum pronominis *quisque* nihil veritus. Lib. I. ad divers. ep. 9. n. 58 *Accepisti, quibus rebus adductus, quamque rem caussamque defenderim, quique meus in re p. sit pro mea parte capessenda status.*

3. *Principio*] Vid. ad c. IV, 1.

* *videtur habuisse*] Gu. sec. *videatur habuisse:* quart. *videtur habere.* Mox idem *in qua est honesta species.* A scriptura vulgata non aberrat Nonius in voc. *Forma et figura.*

formam nostram reliquamque figuram] *Forma* est species, qua ab aliis discernimur; *figura* in membrorum situ est. Nonius cap. V, 52 *formam* integritatem speciei, *figuram* formam interpretatur.

posuit in promtu] Codd. Goth. Vin. omnes Oxon. ed. Ven. omnes, Arg. Ald. Facc. *eam posuit in promtu.* Recte hoc, et ex Ciceronis more. Vide ad lib. III, 3, 9 et 10. Apud Lactant. lib. VI. c. 10. pr. in Goth. cod. antiquo est: *Quamquam id ipsum, quod homini tribueris, id deo tribuitur.*

* *eam posuit in promtu*] Pronomen *eam* Ciceronis ac Nonii, quae inspicere mihi licuit, et scripta, et impressa exemplaria tanto consensu retinent, ut ne consulto quidem Graevio excidisse illud videri queat. Tamen ab uno Oxon. id abesse, dicit Cockmannus.

turae necessitatem datae, aspectum essent deformem habi-
turae atque turpem, eas contexit atque abdidit. Hanc na- 4
turae tam diligentem fabricam imitata est hominum vere-
cundia. Quae enim naturà occultavit, eadem omnes, qui
sana mente sunt, removent ob oculis: ipsique necessitati
dant operam, ut quam occultissime pareant: quarumque
partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes,
neque earum usus suis nominibus appellant: quodque facere
turpe non est, modo occulte, id dicere obscenum est. Ita- 5
que nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec

in promtu] In aperto, ut in oculos incurrat.

adspectum essént deformem habiturae ac turpem] Goth. Vinar. omnes Oxon. Ven. omnes, Arg. *deformem habiturae ac* (*atque*) *formam*, quod et Victor. Lang. et Fabric. in suis libris repererunt. Tamen margo Ven. quart. et Aldus e duobus codd. suis *atque turpem*, Graev. e suis membranis *ac turpem* rescripsit aliis facile concedentibus.

* *ac turpem*] Cum Anemoec. Wolf. et Gronov. dedi *atque turpem*. Lugd. 1527. *atque turpem formam*. Prius editi, ut MSS. Gu. *atque formam*. [Sic etiam Bas. et Bern. a b c. Itaque c d videntur exhibuisse *atque turpem*.] Deinde impr. Magont. ac Venet. 1498. *easque contexit*.

4. * *occultavit*] Gu. quint. *occultat*. In proximo quart. *eadem qui sanae mentis sunt*. Pronomen *eadem* quint. non habet, nisi a correctore.

* *quarumque partium*] Gu. pr. *quarumque partum*: quart. omittit copulam.

usus sunt necessarii] Necessitati tantum inserviunt, non dignitati. Ambros. lib. I. offic. c. 18. Ciceronis mentem his verbis exponit. *Haec ipsa natura nos docet, quae perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicavit, ut et necessitati consuleret, et gratiam venustaret. Sed tamen eas, quae decorae adspectu forent, in quibus formae apex quasi in arce quadam locatus, et figurae suavitas, et vultus species emineret, operandique usus esset paratior, obvias atque apertas reliquit: eas vero, in quibus esset naturalis obsequium necessitatis, ne deforme sui praeberent spectaculum, partim tamquam in ipso amandavit atque abscondit corpore, partim docuit et suasit tegendas. Nonne igitur ipsa natura est magistra verecundiae? cuius exemplo modestia hominum* (*quam a modo scientiae, quid deceret, appellatam arbitror*) *id quod in hac nostri corporis fabrica abditum reperit, operuit et texit.*

* *usus sunt necessarii*] Perverso ordine Gu. tert. *usus necessarii sunt, neque eas partes.*

neque earum usus suis nominibus appellant] Propriis nominibus ea honeste non appellantur, quae sine his membris fieri non possunt.

* *neque earum usus*] Gu. pr. *neque harum usum*, impr. Lugd. 1527. *neque earum usum*. Deinde Gu. tert. *suis nominibus appellent.*

quodque facere turpe non est] Goth. *quodque facere, modo occulte, non est turpe.* Vin. *quodque facere non est turpe modo occulte.*. Magis placet alterum. In Argent. *modo occulte* parenthesi includuntur, et fortasse abesse possunt.

* *turpe non est*] Gu. sec. *turpe non turpe est*: tert. quart. et quint. *non turpe est*: impr veteres omnes *non est turpe*. In extrema periodo Gu. tert. *est obscenum*.

5. * *aperta actio rerum illarum*] Omnes Gu. et impr. veteres mei *actio rerum illarum aperta*. [Item sic Orelliani omnes, praeter Bern. a, in quo *act. aperta rer. ill.* Recipiendum igitur.]

6 orationis obscenitas. Nec vero audiendi sunt Cynici, aut
si qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa ducamus: illa autem, quae turpia sint, no-
7 minibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est, sed dicitur non obscene: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscenum: pluraque in eam sen-
8 tentiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, et ab omni, quod abhorret ab

nec orationis obscenitas] Aldus, Lamb. Fabric. et post eos Gruter. et Facciol. *nec oratio obscenitate*: nostra vero exemplaria omnia cum Oxon ita ut edidi. Subaudiendum est *petulantia vacat.*

* *nec orationis obscenitas*] Ita etiam scripti Gu. et impr. veteres, solo Gu. tertio excepto, in quo est *nec oratio obscenitate.*

6. *Cynici*] Quorum princeps fuit Antisthenes, Socratis discipulus, Diogenis praeceptor, qui a gymnasio, quod *Cynosarges* dicebatur, in quo docere solebat, cognomen accepit: cui et ipsius mordacitas et impudentia conveniebat. In Fabriano thesauro cur *Cynosarges* generis feminini esse dicatur, non excogito: Graece est τὸ Κυνόσαργες, τοῦ Κυνοσάργους, de quo vide Menag. ad Diog. Laërt. lib. VI, 13. Adde huc cap. XLI, 11.

Stoici paene Cynici] Nam et Stoicis placuit *suo quamque rem nomine appellare.* Vid. Cicer. lib. IX. epist. 22 unde Stoica dogmata *tunica tantum distantia* a Cynicis appellat Iuvenalis sat. XIII, 122. Vide Laërt. lib. VII, 121.

* *qui reprehendunt*] Gu. tert. *qui reprehendunt nos.* Deinde sec. *et irrident. Iñ* (i. e. *inde*) *quod ea.*

quae re turpia non sint] Vinar. Ven. omnes, Ald. Facciol. *quae turpia re non sint:* Goth. *quae non sint turpia, verbis flagitiosa dicamus,* omissis *re,* et *nominibus ac.* In postremis plures Anglic. et Vin. Ven. omnes, Arg. Ald. consentiunt in quibus eadem verba desunt.

* *quae re turpia non sint*] Hunc verborum ordinem e suo codice Graevius dedit. Malim cum impr. vetustis, Grut et Gron. *quae turpia re non sint.* Gu. tert. *quae non sint turpia re:* quint. *quae turpia non sunt re.* Substantivum *re,* cuius sedes admodum incerta est, Gu. pr. sec. quart. et Gryph. excludunt. [Item Bas. et quattuor Bern. unus Bern. c. *re turpia.*] Pro *sint* Gu. pr quint. Gryph. et Hier. Wolfius habent *sunt,* quod verum puto. [Contra tuentur coniunct. libri Orelliani omnes.] Verba, quae sequuntur, *nominibus - - turpia sint,* librarius Gu. pr. clausularum similitudine deceptus omisit.

* *nominibus ac verbis*] Gu. quart. *nominibus et verbis.* [Bern. c *moribus ac verbis* mendose.] In reliquis Gu in impr. vetustis atque in ed. Gryph. verba *nominibus ac* non reperiuntur. Accesserunt illa e bonis Anemoecii et Gruteri libris, mihi tamen nihilo minus suspecta sunt.

* *ducamus*] Hoc est ab Anemoec. et a Palat. pr. Gruteri. Libri mei omnes cum vulg. *dicamus.*

* *illa autem quae turpia sint*] Placet *sunt,* quod est in Gu. sec. quart. in omnibus impr. vetustis, etiam in Gryph. Vide ad cap. VII, 6. Statim Gu. tert. *suis nominibus appellemus.*

7. *adulterare re turpe est*] *Re* omittunt Vin. Venet. tres, Arg. aliquot Oxon. et ex his aliqui *adulterari.* Ex diversa lectione *adulterari* et *adulterare* (cum syllabae *ri* superscriberetur *re*) natum puto illud *re.*

* *adulterare re turpe est*] Ita Gu. sec. ac tert. Substantivum *re* omittunt pr. quart. et quint. Huius postremi corrector *adulterare turpe re est.* Omnes impr. veteres *adulterari turpe est.*

oculorum auriumque approbatione, fugiamus. Status, in-
cessus, sessio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus,
teneant illud decorum. Quibus in rebus duo maxime sunt 9
fugienda; ne quid effeminatum aut molle, et ne quid durum
aut rusticum sit. Nec vero histrionibus oratoribusque con- 10

8. *omne quod abhorret oculorum auriumque approbatione fugiamus*] MSS. et ante Graevium vulgati: *ab omni quod abhorret ab oculorum et aurium approbatione, fugiamus;* vel, ut in cod. sec. Graev. et ut Lamb. et Fabric. coniecerunt, *refugiamus.* Hoc quia in uno tantum codice legitur, alterum vero, *ab omni fugiamus,* Latinum non esse putavit Graevius: e suis membranis antiquioribus eam, quam supra scripsi, lectionem reposuit, et praepositionem quoque *ab* ante *oculorum* sustulit, quae tamen in plerisque est. Graevium vero multa Ciceronis loca refellunt, quibus *ab aliquo fugere* is dixit. Eorum aliqua collegerunt viri celeberr. F. O. Menkenius in novis miscellan. Lipsiens. tom. I. p. 540 et Gesnerus in praestantissimo thesauro suo: quibus adde ex lib. III. de nat. deor. c. 13 *Omne animal appetit quaedam, et fugit a quibusdam.* Vulgatam igitur cum Pearcio retineo. *Omne,* id est *omnia,* Graecismo simile, nec tamen Ciceroni improbatum est. Cap. V, 2 *Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua.* Cap. XXXVII, 9 *Si in omni, quid deceat, exquirimus.* Cap. XLIV, extr. *Omne officium, quod ad coniunctionem hominum valet.* Senec. lib. I. de ira c. 13 extr. *Invalidum omne natura querulum est.* Vide Broukhus. ad Propert. lib. IV. eleg. VIII, 30.

oculorum auriumque approbatione] Vinar. et vulgati plerique *comprobatione,* et quidem auctius, *ab ipsa oculorum auriumque comprobatione.* Sed *ipsa* a Goth. et pluribus Oxon. abest.

* *omne, quod abhorret oculorum*] Hoc est a codice primo Graevii. Scripti Gu. cum Grut. Gron. et Pearc. *ab omni, quod abhorret ab oculorum.* Hoc praetulit patruus. Consentit impr. Magont. nisi quod hic posterius *ab* cum codicibus non nullis apud Grut. omittit. Ceteri veteres impr. *et ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum.* Graeviano codici favet Anemoecius, qui edidit *et omne, quod abhorret ab ipsa oculorum auriumque comprobatione.* Pro *approbatione* in Gu. pr. *probatione:* in quinto, sed a correctore, et in omnibus impr. vetustis est *comprobatione.*

accubitio] Vulg. *accubatio,* Goth. *accubitatio,* quod ex duplici lectione factum. Illud, quod editum, Ciceroni de senect. c. 13 extr. tribuit Nonius cap. III, 22 et analogia poscit. *Accubitio* vero intelligitur epularis, in qua vel maxime decorum erat servandum.

* *sessio, accubitio*] Gu. pr. *sessus accubitio:* sec. a manu prima *sessio accubitio,* sed a corr. *accubatio:* tert. *accubitatio:* quart. quint. omnesque impr. veteres *accubatio.*

* *manuum motus teneant*] Gu. tert. *manuumque motus.* Pro verbo *teneant,* a librario quarti temere omisso, corrector reposuit *teneat,* quod etiam sec. et impr. Magont. [itemque Bern. a b c e] praeferunt. Sunt quidem exempla, ubi post plura substantiva, etiam pluralia, verbum singularis numeri sequitur, dummodo postremum substantivum sit singularis numeri. Liv. I, 47, 4 *Dii te penates patriique, et patris imago, et domus regia, et in domo regale solium, et nomen Tarquinium creat vocatque regem.* Sed aliter solet Cicero.

9. * *Quibus in rebus duo maxime sunt*] Praepositionem *in* et numerale *duo* Gu. quart. omittit. Impr. veteres, excepto incerto, omnes *duo sunt maxime.*

ne quid effeminatum aut molle, et ne quid durum aut rusticum sit] Si *molli* oppones *durum, effeminato* respondebit *rusticum* per χιασμὸν, cuius exempla observavi ad Cornel. Nepot. Ages. VII, 4. Vulg. *aut*

11 cedendum est, ut iis haec apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo.
12 Verentur enim, ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes
13 quaedam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi
14 non lavantur. Retinenda igitur est huius generis verecundia, praesertim natura ipsa magistra et duce.

ne quid durum: in Goth. utrumque *et* atque *aut* deest.

* *et ne quid*] Omnes impr. veteres *aut ne quid.* Deinde Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. *durum et rusticum sit*: exc. Bedae atque Eybi *durum aut rusticum fiat.*

10. *concedendum est, ut iis haec apta sint*] Non haec concedenda iis est laus, ut iis apta, accommodata, satis convenientia haec sint, de quibus antea dixi, nimirum status, incessus, vultus, oculi, manuum motus. Facciolat. *iis* omittit. Nescio, quid sibi hic velit interpres ille, qui *ut* pro *quod* a Cicerone positum adnotari vult, quasi *concedo quod* quisquam Latinus dixerit.

* *concedendum est*] Verbum *est* tollit Gu. tert.

11. * *Scenicorum quidem*] Gu. pr. *Et scenicorum quidem.*

veteri disciplina] Nonius, *vetere disciplina,* quid. editi, ut Ald. *a vetere disciplina:* Goth. Vinar. Ven. tres et Arg. *veteris disciplinae,* quod depravatum.

* *veteri disciplina*] E duobus primis Gu. ex ed. Gryph. atque ex libris Nonii in voc. *Subligaclum* scripsi *vetere.* Etiam pro Marcello c. 1 n. 4. Gu. pr. Ciceroni restituit *Versari me in nostro vetere curriculo,* ubi nunc *veteri* editur. Vide supra ad cap. VII, 3. [et cf. nostram notam ad Divin. in Q. Caecil. c. 2.] Male Gu. tert. quart. corrector quinti et impr. veteres omnes *veteris disciplinae.*

in scenam sine subligaculo prodeat nemo.] *In scenam prodeunt,* qui aliquam ibi personam agunt, gesticulantur, saltant. Inter haec ne aliqua corporis pars denudaretur, Romani, qui braccis non utebantur, *subligaculis* verecundiae consultum volebant, quibus *pudendae partes corporis tegebantur,* ut Nonius interpretatur c. I, 121 *In scenam* habet idem Nonius, antiqui libri et Ven. tert. vulgati vero plures *in scena.*

* *in scenam*] Gu. pr. quart. impr. incert. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. etiam alter codicum Gu. Nonii, sed ille recentior, *in scena.* Ita loquebantur interdum veteres, sed librarii, quo sunt recentiores, eo crebrius has nobis delicias obtrudunt.

* *subligaculo*] Nonii MS. perantiquus Gu. atque ed. Merceri contracte exhibent *subligaclo.* Ita bonorum codicum auctoritate *vinclis* ediderunt in Cic. Tusc. quaest. II, 21 et de offic. III, 5, 7 ubi vide Franc. Fabricium, et adde Cortium ad Sallust. Iug. VII, 1 Non assentior iis, qui, quoties talia occurrunt, licentias poëticas crepant. Hac imminutione vitari potuit turpis ambiguitas, quae etsi in verbis loquentium minor erat, in scriptis tamen offendere poterat.

12. * *verentur*] Gu. quart. *Veremur.* Paullo post tert. *ut corporis quaedam partes.*

corporis partes quaedam] Goth. *quaedam corporis partes.*

13. *cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur.*] *Cum parentibus* est, cum patribus. De hoc more vid. Cicer. lib. II. de orat. c. 55. pro Cluent. c. 51. Plutarchus in Catone p. 348. Capitolin. in Gordian. c. 6. med.

* *cum soceris generi*] Impr. Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *cum soceris quidem generi.*

14. * *Retinenda est igitur*] Placet ex Gu. pr. sec. quart. impr. Magont. atque ed. Gryph. *Retinenda igitur est.*

Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in 36
altero venustas sit, in altero dignitas; venustatem, muliebrem ducere debemus; dignitatem, virilem. Ergo et a 2
forma removeatur omnis viro non dignus ornatus: et huic simile vitium in gestu, motuque caveatur. Nam et palae- 3
strici motus saepe sunt odiosiores; et histrionum non nulli gestus inepti non vacant offensione: et in utroque genere,

Cap. XXXVI. 1. * *Duo genera sint*] Gu. quint. atque ed. Anemoec. *sunt*. Deinde Gu. quart. transponit *quorum in altero dignitas, in alt. ven. sit*.

in altero venustas, in altero dignitas] *Venustatem* a *Venere*, non *Venerem* a *venustate* dictam censet Cicero lib. II. de nat. deor. c. 27 extr. Eam a *pulchritudine* distinguit etiam Sueton. Ner. c. 51 *Vultu pulchro magis, quam venusto.* Contra de Augusto c. 79 *Forma fuit eximia, et per omnes aetatis gradus venustissima.* Latius autem patet *dignitas*, quam *pulchritudo*. Illa enim iustam quoque corporis staturam poscit. Unde Cornel. Nep. Dion. c. 1, 2 *Habuit magnam dignitatem corporis, qua non minimum commendaretur.* Ita enim ibi legendum censeo.

ducere debemus] Goth. *dicere*.

* *ducere debemus*] Hoc est apud Nonium in voc. *Dignitas et venustas*, idemque servaverunt impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. Priores impr. cum codicibus Gu. sollemni aberratione dederunt *dicere*.

3. *palaestrici motus*] *Palaestrici* sive *palaestritae* dicuntur, *a quibus*, ut ait Quintilian. lib. I. c. XI, 16 *gestus motusque formantur, ut recta sint brachia, ne indoctae rusticaeve manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant. Hi alium cursorem faciunt, alium pugilem, alium luctatorem, aliudve quid ex iis, quae sunt sacrorum certaminum*, auctore eodem lib. II, 8, 7 *Palaestrici* itaque *motus* sunt, motus ad leges numerosque compositi, quales hodie orchestra docet.

* *saepe sunt odiosiores*] Omnes Gu. [et Bern. a b d] *sunt saepe odiosiores*, [recepitque constantiae causa Orell.]

histrionum non nulli gestus inepti non vacant offensione] Ita cod. August. Palat. pr. et Graev. Facciolatus, si *inepti* sint, non opus esse, ait, addi, *non vacare offensione.* Et certe plurium codicum, Oxoniensium etiam ac Londinens. et nostrorum scriptura, duobus saeculis omnibus editionibus propagata, est haec, *histrionum non nulli gestus ineptiis non vacant*, quam et post Pearcium Facciolatus revocavit. Gruterus quidem non omnia inepta offendere putat: id vero de iis tantum concedi potest, quae inepta omnibus non videntur; quae videntur, nemini placere possunt. Vide Quintilian. lib. I. c. 11. pr.

* *inepti non vacant offensione*] Hanc principum codicum auctoritate restitutam scripturam teneo, quamvis non veteres impr. solum, sed etiam scripti Gu. cum plurimis aliorum libris exhibeant *ineptiis non vacant.* Non erat, ut Cicero hic doceret, histrionum gestus non nullos ineptos esse: sed orationis contextus flagitabat, ut diceret, histrionum gestus, si sint inepti, molestos esse spectatoribus, et in horum reprehensionem incurrere. [Falsa haec mihi quidem videtur explicatio: quid enim Ciceroni cum histrionibus in scena? Eorum gestus in scena apti videantur, verum translatos ad vitam communem recte dicit saepe *ineptiis non vacare*, i. e. facile ineptos existimari, sicut fere dolorem artificiosis gestibus proditum *scenicum* vocamus. Vides igitur prorsus mihi probari veterem scripturam, a qua nec Orellianorum librorum ullus praeter Bern. c discedit.] Sunt autem *gestus inepti* non inconcinni

4 quae sunt recta et simplicia, laudantur. Formae autem dignitas, coloris bonitate tuenda est; color exercitationibus
5 corporis. Adhibenda praeterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem et in-
6 humanam negligentiam. Eadem ratio est habenda vestitus; in quo, sicut in plerisque rebus, mediocritas optima est.
7 Cavendum autem est, ne aut tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quae cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora

solum, sed etiam, qui multi sunt et nimis exquisiti. Vide Cic. de orat. II, 4.

4. *coloris bonitate*] Pallor umbratilem vitam, desidiam et mollitiem arguere creditur. Horat. lib. II. sat. II, 21. Romani multum sole utebantur, et in sole ungebantur, unde fuscus color ducebatur. Hinc exquisita arte colorem conservabant, amissum restituebant, usi ad id iatraliptis. Vide Cicer. lib. I. epist. VIII, 46. Cornel. Cels. lib. I. c. 1. pr. Adde huc Plin. lib. III. epist. I, 8. ep. V, 10. Horat. lib. I. od. 8. lib. III. od. 2. Cornel. Cels. lib. I. c. 2. post med.

5. * *adhibenda est*] Ex quatuor scriptis Gu. atque ex ed. Gryph. recepi *Adhibenda praeterea munditia est.* Gu. quint. *Adhibenda praeterea est mund.*

* *neque exquisita nimis*] Gu. pr. *neque inquisita nimis.* Deinde quart. exc. Bedae atque Eybi *tantumque effugiat.*

quae fugiat] *Quae effugiat* Goth.

inhumanam negligentiam.] Ab humanitate alienam, homine elegante indignam.

6. * *est habenda vestitus*] Gu. quart. *habenda est vestitus.* Nonius in voc. *Mediocritas* adlegat *est habenda vestibus.*

7. * *Cavendum est autem*] E Gu. pr. et sec. [Bern. a b c] praetuli *Cavendum autem est.* Ita iam ediderat H. Wolfius.

tarditatibus utamur in gressu mollioribus] Ambros. lib. I. offic. c. 18 *Sunt etiam, qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, et quasi quaedam fercula pomparum et statuarum motus nutantium, ut, quotiescumque gradum transferunt, modulos quosdam servare videantur.* Hieron. epist. IV. ad Rusticum: *Pomparum ferculis similes procedunt in publicum.* Horat. lib. I. sat. III, 9

Nil aequale homini fuit illi. Saepe, velut qui,
Currebat, fugiens hostem: persaepe, velut qui
Iunonis sacra ferret.

* *in gressu*] Coniuncte *ingressu* exhibent MSS. Gu. [item *in gressu* Orelliani omnes.] Nec dubium mihi videtur, quin Cicero scripserit *in ingressu,* quod manifeste legitur in Gu. quarto et in exc. Bedae. [*Gressus* enim verbum poëticum, a Ciceronis oratione et omnino a prosa alienum.]

pomparum ferculis similes] *Fercula* sunt machinae, quibus signa et ornamenta hostibus erepta in triumphis, et deorum sacra in circensi pompa, tardo admodum gradu, ferebantur.

* *pomparum ferculis. similes*] Impr. vetusti omnes *similes pomparum ferculis.*

* *aut in festinationibus*] Gu. pr. *aut ne in festinationibus.*

suscipiamus nimias celeritates] Ambros. eod. I. *Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iusta necessitas. Nam plerumque festinantes anhelos videmus torquere ora: quibus si causa desit festinationis necessariae, naevus est iustae offensionis.*

anhelitus movetur] Singularis numerus est a Palat. pr. et Graev. pr.

torquentur; ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis elaborandum est, ne 8 animi motus a natura recedant: quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus, et si attentos animos ad decoris conservationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, 9 alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur: appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem praebeamus.

Et quoniam magna vis orationis est, eaque duplex, 37 altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, concionum, senatus; sermo in

ceteri *moventur,* quod vindicat Pearcius.

° *anhelitus movetur*] Omnes nostri *moventur* [item Orelliani praeter Bern. c].

° *vultus mutantur*] Beda *mutatur*.

° *magna significatio*] Gu. tert. *maxima significatio.*

8. ° *elaborandum est*] Verbum *est* Gu. tert. omittit. Paullo post Beda *quod assequimur.*

perturbationes] Appetitus vehementiores, ut a Cicerone definiuntur lib. IV. Tusc. c. 6 vel motus animi nimios, ut cap. 38. pr.

exanimationes] Cicer. lib. IV. Tusc. c. 8 *Terrorem* (definiunt) *metum concutientem, ex quo fit, ut pudorem rubor, terrorem pallor et tremor et dentium crepitus consequatur; timorem metum mali appropinquantis; pavorem, mentem loco moventem, ex quo illud Ennii,*

Tum pavor sapientiam mihi omnem
ex animo expectorat;

exanimationem; metum subsequentem et quasi comitem pavoris.

° *ne in perturbationes atque exanimationes incidamus*] Gu. sec. *ne in perturbationes incidamus aut exanimationem*: sed. corr. *aut in exanimationem.* Gu. tert. *ne in perturbationes exanimationesque incidamus:* quart. *atque in exanimationes incidamus.*

ad decoris conservationem] *Decoris,* quod e suis libris ediderunt Grut. et Graev. est etiam in Goth. Vin. et prius vulgatis: alii *decori.* Facciolatus in suspectis haec relinquit, *et si attentos animos ad decoris conservationem tenebimus:* quod *animum* dicendum fuisset, ut proxime, atque ipsum praeceptum sit vulgare, nec sine idiotismo expressum.

9. ° *Motus autem*] Particulam *autem* Gu. pr. omittit.

alteri cogitationis] Cap. XXI, 1 *Alteri se adipisci id posse arbitrantur, si contenti sint et suo et parvo.*

° *alteri cogitationis*] Gu. quart. *Alteri sunt cogitationis.* Idem paullo post *Curandum igitur est.*

Cap. XXXVII, 1. *eaque duplex*] Vid lib. II. c. 14. pr.

° *est, eaque duplex*] Gu. pr. *estque duplex*: quart. *est, eaque est duplex:* impr. incert. *est, eademque duplex.*

altera contentionis, altera sermonis] *Contentionem* vocat, quae *actio* est aliis, sive oratio in iudicio, concione, senatu habenda: (quae quod adversariam sententiam plerumque oppugnat, vehemens et contentiosa est) *sermonem,* quo in congressibus utimur familiaribus, (Gallis *discours*) ubi remissius ac lenius agimus.

disceptationibus iudiciorum] Vid. ad c. XVI, 3. Hinc tria illa dicendi genera nata sunt: *iudiciale,* quo in foro utebantur; *demonstrativum,* cui pro rostris fere erat locus; *deli-*

circulis, disputationibus, congressionibus familiarium verse-
2 tur, sequatur etiam convivia. Contentionis praecepta rheto-
rum sunt; nulla sermonis: quamquam haud scio, an possint
3 haec quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur ma-
gistri: huic autem qui studeant, sunt nulli; rhetorum turba
referta omnia. Quamquam, quae verborum sententiarumque
4 praecepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. Sed cum
orationis indicem, vocem habeamus; in voce autem duo
sequamur, ut clara sit, ut suavis: utrumque omnino a na-
tura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alte-

berativum, cum in senatu de rebus publice utilibus sententiam dicebant. Vide Voss. institut. orat. lib. I. c. 3.

tribuatur] Tamquam proprie his conveniens. Vid. c. 34. pr.

sermo] Hic versatur in eo genere, quod nostri rhetores διδασκαλικὸν vocant. Id, quia a contentione dicendi abhorret, a veteribus, qui contentionis tantum praecepta tradiderunt, excusate omitti potuit.

in circulis] Ita dicuntur plurium in publico coëuntium, in orbem consistentium et confabulantium coetus. Vid. Burmann. ad Quintil. lib. VI. c. 3. p. 535. ad Sueton. Caes. c. 84. Bos. ind. ad Cornel. Nep.

disputationibus] Vulgus *discursus* vocat, quibus vel ab uno, vel a pluribus de quacumque re in utramque partem disseritur.

* *congressionibus familiarium*] Corrector Gu. sec. his praemittit *in*. Gu. quart. *congressionibus familiaribus*.

persequatur etiam convivia.] *Sequatur* aliquot Oxon. Goth. Vin. cod. Facciol. qui post Pearcium vulgato id praetulit.

* *persequatur*] In MSS. Gu. omnibus et in impr. Magont. est verbum simplex *sequatur*, quod Langium, Pearc. et Facciol. sequutus recepi.

2. *Contentionis praecepta rhetorum sunt*] Vulgo *sunt multa, nulla sermonis:* sed *multa* abest a scriptis, etiam a Venet. tribus. Male a nonnullis editum *contentionibus*: sunt enim duo genitivi, qui ab uno nominativo pendent, ut cap. 14. *Caesaris translatio pecuniarum.* Alter vero passivus, alter activus est, q. d. rhetores tradunt praecepta de contentione. Vid. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. II. c. 3. p. 177 meas adnot. ad Cornel. Nep. Eum. X, 2.

* *rhetorum sunt*] Impr. Lugd. 1527. *rhetorum sunt multa, nulla sermonis.* Deinde impr. Venet. 1498. ac Lips. 1507. *haud scio an possunt.*

haud scio an possint] Fortasse et possint sermonis praecepta tradi. Vide ad c. XI, 1 Goth. *an possit hoc quoque esse.*

3. *discentium studiis inveniuntur magistri*] Si qui erunt, qui sermonis praecepta cognoscere cupiant, non deerunt magistri, qui ea tradant: quia vero ea nemo fere desiderat, fit inde, ut a rhetoribus vulgo praetereantur, et ad contentionem omnia referantur. Non audio Pearcium *dicentium* substituentem.

* *rhetorum turba*] Gu. tert. *turba rhetorum.*

verborum sententiarumque] Verborum et rerum.

* *sententiarumque*] Gu. tert. *ac sententiarum.*

praecepta sunt] *Sunt* interpretare *exstant,* tradita sunt et in litteras relata a rhetoribus. Vid. ad c. XI, 12.

4. * *Sed cum orationis*] Particulam *cum* Gu. quart. et paullo post tert. impressusque incert. *autem* omittunt.

sequamur] Adfectemus, consequi studeamus. Vid. ad c. I, 6.

* *utrumque omnino*] Posterius vocabulum a Gu. quarto abest.

a natura petendum est] A natura id cuique tributum sit, necesse est: a qua nisi vox liberalis, nisi os planum

rum imitatio presse loquentium et leniter. Nihil fuit in 5
Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti litterarum: (quamquam erant litterati, sed et alii) hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat dulcis; litterae ne- 6

habueris, omnis dicendi labor peribit. Vid. Quintil. lib. XI, 3, 12.

exercitatio augebit] De qua Quintil. lib. XI, 3, 19 et 54 et 68. Sueton. Ner. c. 20. Cicer. lib. I. de orat. c. 61. Plutarch. in Demosth. p. 849. Graev. ad Cicer. lib. II. Attic. ep. 23. pr.

presse loquentium] *Presse* loquitur, non solum qui breviter adstricteque dicit, sed etiam qui singularum litterarum sonum ita exprimit, ne qua opprimatur, ne alia magis alia audiatur [vaste dilatetur.] Haec significatio huius loci est. Cicer. lib. III. de orat. cap. 11 *Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari negligentius: nolo verba exiliter exanimata exire; nolo inflata et quasi anhelata gravius.* Deinde: *Nostri minus student litteris, quam Latini: tamen ex istis, quos nostis, urbanis in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litteratissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat.* Postea cap. 12 *Ex quo sic locutum esse eius patrem iudico, sic maiores, non aspere, ut ille quem dixi, non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse, et aequabiliter, et leniter.*

* *presse loquentium*] Gu. quint. *expresse loquentium:* tert. quart. et impr. Lips. 1513. *et leviter.*

5. *Nihil aliud fuit in Catulis*] Nulla alia causa fuit, cur Catuli exquisito litterarum iudicio putarentur uti, quam quod suavior esset eorum pronuntiatio, quamquam utique et litterati erant. Sed et alii non minus erant litterati: hi tamen ceteros omnes oris pressu ac sono videbantur superare. Vide lib. II. de orat. c. 7. Brut. c. 35 et 74. *Aliud* in Goth. Vin. Venet. pr. et sec. Arg. in sex. Oxon. et in Londin. omnibus deest, quod et abesse iubet Pearcius. Ego vero Oliveto adsentior, qui vulgatam lectionem tuendam iudicat, et copiosius explicat. Ven. quart. longius abit, in qua est: *Quod fuit in Catulis.* Hoc Lamb. secundis curis probavit. De Catulis vide cap. XXX, 15.

* *nihil aliud fuit in Catulis*] Omnes scripti Gu. et impr. Magont. cum libris Guilielmii pluribusque aliorum proscribunt *aliud,* quod mihi quidem ab importuno glossatore adiectum esse ac sententiam Tullii foede pervertere videtur. Hoc dicit Cicero: Non Catuli prae ceteris suae aetatis oratoribus insigni eruditione exculti, neque instructi erant subtiliter iudicandi ea sollertia, quae ab eximia quum reliquarum doctrinarum, tum grammaticae cognitione proficisci solet: et tamen hi optime uti lingua Latina putabantur. Erant illi quidem minime indocti, sed non minus litterati etiam erant alii, qui tamen haud aequabant hanc eloquentiae laudem Catulorum. Quid erat igitur, quo Catuli tantam gloriam consequuti sunt? Suavitas vocis erat et lenis appellatio litterarum. Simili figura usus est Cic. de orat. III, 56 *Quid fuit in Graccho, quem tu melius, Catule, meministi, quod me puero tanto opere* (Ita MS. Gu. pr. et Nonius in voc. *Meminii*) *ferretur?* Ovid. trist. III, 4, 21 *Quid fuit, ut tutas agitaret Daedalus alas?* Aldus anno 1561. et Gothofredus, auctoritate nescio qua, ediderunt *Quid fuit in Catulis.*

* *quamquam erant litterati, sed et alii*] Haec parentheseos signis inclusi. Coniunctionem *sed* omisit Gu. quart. Crediderim, Ciceronem scripsisse *sed ut alii.* [cf. ad c. 40, 3.]

lingua Latina] Goth. *uti lingua putabantur Latina.*

6. *litterae neque expressae neque oppressae*] Quintil. lib. I, 11, 4 *In primis vitia, si qua sunt, oris emendet; ut expressa sint verba, ut suis quaeque litterae sonis enuntientur. Quarumdam enim vel exilitate, vel pinguetudine nimia laboramus: quasdam, velut acriores, parum*

que expressae, neque oppressae, ne aut obscurum esset, aut
7 putidum. Sine contentione vox nec languens, nec canora.
Uberior oratio L. Crassi, nec minus faceta: sed bene lo-
8 quendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et facetiis
Caesar, Catuli patris frater, vicit omnes, ut in ipso illo
forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vince-
9 ret. In omnibus igitur his elaborandum est, si in omni re,
10 quid deceat, exquirimus. Sit ergo hic sermo, in quo So-

efficimus, et aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus, permutamus. Vide reliqua apud ipsum auctorem. Facciolatus legit, *litterae neque expressae nimis, neque oppressae:* quod in quibusdam exemplaribus reperit *aut nimis putidum.* Illud *nimis* igitur in hunc locum revocandum censet, cum ibi alieno sit positum.

ne aut obscurum esset] Ne litterae obscurius exprimerentur. Cum Pearcio Facciol. *quid* deesse existimat, et Ciceronem scripsisse, *ne aut obscurum quid esset.*

aut putidum] Vinar. *ne aut obscurum esset aut minus aut putidum:* Ven. pr. *obscurum esset aut nimis putridum,* sec. et tert. *aut nimis putidum,* ut Arg. etiam. Nonius cap. VI, 12. Putidum *et sensibus et auribus probari, Cicero de orat. lib. III.* (c. 13.) *scribit*: Quoniam haec satis spero vobis quidem, certe maioribus natu, inhonesta et putida videri. Idem cap. VI, 68. Putidum *non solum ab ore foetido et gravi, quod naribus praebetur, sed et quod auribus triste et insuave, austerum, rancidum, id* putidum *dici posse, auctoritas vetustatis admisit.* Verba Ciceronis ex lib. III. de orat. c. 11. leges supra ad n. 4. nisi males ipsum Ciceronis locum inspicere.

° *aut putidum*] Gu. quart. et quint. *aut putridum.* Posterior a corr. et impr. Magont. *aut nimis putridum.* Ceteri veteres impr. *aut nimis putidum.*

sine contentione vox nec languens] Etsi nulla vocis contentione utebatur, tamen nec languida illa erat, nec tinnula. Vide Quintil. lib. II. c. 11. pr. lib. XI, 3, 55. p. 1009.

° *nec languens*] Gu. pr. *neque languens.*

7. *Uberior oratio L. Crassi*] Maior quidem in Crasso erat dicendi copia: nihilo tamen minus Catuli Latinius loqui credebantur. De Crasso vid. cap. XXX, 9.

8. *Sale vero et facetiis*] Goth. *sale autem facetiis conditus Caesar.* Tres Oxon. *sale vero conditus et facetiis:* et sic. Vin. Ven. tres et Argent.

° *Sale vero et facetiis*] A Gu. pr. *vero* abest. Tert. quart. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Sale vero conditus et facetiis,* iucert. *Sale vero conditus et facetus.*

Catuli patris frater] Frater uterinus. Uterque, C. Iulius Caesar et Catulus, Popillia matre natus erat, cui mulieri defunctae primum contigit in urbe publice laudari. Vid. Cicer. lib. II. de orat. c. 7 et 11. Facciolatus C. Iulium Caesarem, Lucii filium, Catuli senis fratrem patruelem minus recte vocat. De eo iam pauca dicta sunt cap. XXX, 9. [Plura vide in Ellendtii prolegg. ad Cic. Brut. p. LXXXI. sq.]

° *vicit omnes, ut in ipso illo*] Gu. tert. *omnes vicit.* Scripti nostri omnes *ut in illo ipso.* [Sic etiam Bas. et Bern. a c d. Nec causa est, cur repudietur.]

contentiones aliorum sermone vinceret] Cum leniter et remisse diceret, sermo eius sale et facetiis conditior erat, quam aliorum pugnacissimae orationes.

9. *in omni quid deceat*] In quocumque. Vide ad cap. XXXV, 8. Tamen Goth. plures Oxon. Ven. quart. *in omni re,* ut Gronov. Pearc. et Facciol. *in omnibus* Vinar. Ven. tres, Arg. Ald.

° *in omni, quid deceat*] Quia

cratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax: insit in eo lepos. Nec vero, tamquam in possessionem suam vene- 11
rit, excludat alios: sed cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudinem non iniquam putet. Ac vi- 12
deat in primis, quibus de rebus loquatur: si seriis, severitatem adhibeat; si iocosis, leporem. In primisque provideat, 13
ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus: quod maxime tum solet evenire, cum studiose de absentibus de-

Graevius non indicavit, quem librum sequutus ita ediderit, reduxi *in omni re,* consentientibus MSS. Gu. omnibus, nisi quod tert. transponit *in re omni.* Impr. veteres, quos vidi, omnes *in omnibus.*

10. * *Sit igitur hic sermo*] Omnes Gu. *Sit ergo*, quod vel ideo praeferendum est, quia modo praecessit *igitur.* Pronomen *hic* ignorant impr. Lips. 1507. et Lugd. 1527.

Socratici maxime excellunt] In quibus Xenophon et Plato. Nam quia Socratici nihil se scire profitebantur, minus, quam alii, pugnaces et arrogantes erant. Vinar. Ven. tres, Arg. *maxime vigent*, Ven. quart. et Ald. *excellunt.* Hoc librariis fuit notius.

* *maxime excellunt*] Impr. veteres mei omnes *maxime vigent*, sed antiquiores libri dissentiunt.

11. *tamquam in possessionem suam venerit*] Sermo non *excludat alios*, id est, qui in circulis et conviviis loquetur, non sibi soli loquendi ius arroget, quasi in re sibi propria versetur. In Vinar. et Ven. pr. *suam* deest, quod tamen manet in Goth. Ven. tribus, Argent.

* *in possessionem suam*] Pronomen MSS. Gu. omnes et impr. vetusti, solo Magont. excepto, retinent. Cicero non dicere videtur *tamquam in possessionem* sermonis, sed *tamquam in possessionem* aliquam *suam venerit.*

* *tum in sermone*] Impr. incert. *tum etiam in serm.* Praepositio excidit e Gu. quarto, in quinto est a correctore.

vicissitudinem non iniquam putet] Hoc, quod in antiquioribus membranis est, κατὰ μείωσιν dicitur, estque idem, quod aequum putet alternis loqui inter se pares. Goth. Vin. Oxonienses aliquot, Ven. omnes et Arg. *vicissitudine* (Goth. *vicissitudinem*) *nonnumquam utendum putet.* Duo Oxon. *utendum* omittunt, unde apparet, *non iniquam* vetustiorem esse scripturam.

* *vicissitudinem non iniquam putet*] Hanc scripturam tuentur Gu. pr. et sec. Reliqui aberrant, tert. *vicissitudine utendum non numquam putet:* quart. *vicissitudinem non numquam putet:* quint. et impr. veteres *vicissitudine non numquam utendum putet.*

12. * *Ac videat*] Impr. veteres *At videat.*

si seriis] Facciol. e suo cod. *si de seriis.*

severitatem adhibeat] Vincent. Bell. *veritatem adhibeat:* cui vero lepos non est oppositus.

* *si iocosis, leporem*] Gu. quart. *si iocosum leporem*: sec. a manu prima *lepores.*

13. *In primisque*] Copulam omittunt Vin. et ed. vet.

* *In primisque*] Copula abest ab impr. Magont. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527.

* *vitium aliquod indicet*] Gu. tert. *vitium indicet aliquod*: quint. *aliquod vitium indicet.*

inesse moribus] *Inesse in moribus* Oxon. quatuor, Victor. Lang. Gronov. Pearc. Oliv.

* *inesse moribus*] Gu. pr. quart. et a manu prima quintus *inesse in moribus.*

* *tum solet evenire*] Gu. quart. *tunc*: tert. et quint. *evenire solet.*

trahendi caussa, aut per ridiculum, aut severe, maledice
14 contumelioseque dicitur. Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis, aut de re publica, aut
15 de artium studiis atque doctrina. Danda igitur opera est, ut etiam si aberrare ad alia coeperit, ad haec revocetur
16 oratio. Sed utcumque aderunt, (neque enim omnes iisdem de rebus, nec omni tempore, nec similiter delectamur)

per ridiculum] Defuit Ciceroni adverbium, quod alteri, *severe*, responderet: Ven. quarta tamen *perridicule*.

° *per ridiculum*] De elegante hac adverbii periphrasi vide Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXX, 29, 3. et Cortium ad Sallust. Cat. XII, 5. et XX, 9.

° *maledice*] Gu. tert. *aut malitiose*, quint. *aut maledice*. Deinde impr. incert. *contumeliose dicitur*, omissa copula.

14. *de republ.*] De rebus civilibus.

doctrina] Cuius pars est philosophia, moralis maxime, qua vivendi ratio praescribitur.

° *atque doctrina*] Impr. veteres omnes *et doctrina*.

15. *ad alia*] Haec non sunt in Goth.

16. *Sed utcumque aderunt res*] Ita est in Vin. et prius editis. Goth. *res aderunt*. Vocabulum *res* omittunt aliquot scripti Lang. omnes Oxon. et Lond. Gronov. Pearc. Olivet. qui *utcumque* interpretantur *cuicuimodi homines*, adverbio pro nomine posito. Pearc. *haec* subaudit ex superioribus. Aldus suos libros omnes cum vulgatis congruere adfirmat, nec a Grutero, aut Graevio aut Facciolato quidquam mutatum: etsi Lamb. apud Fabric. emendat, *sed ut quique aderunt*. Veram interpunctionem huius loci Venetis et Argentoratensi debeo, quam postea a Facciolato etiam restitutam vidi; alii posthabuerunt. Nam et in Graevianis exemplaribus, quae Oxonienses, quae Olivetus secutus est, mansit vitiosa, qua sententia finitur ante *animadvertendum*. Hanc tamen Ciceronis mentem esse, optime vidit Graevius. Qualescumque res erunt, de quibus loquimur, (non enim semper de iisdem rebus loqui placet) opera est danda, ne modum excedamus, et his, quibuscum loquimur, fastidium et molestiam moveamus. Videndum, quousque oratio nostra placeat audientibus. Quemadmodum considerandum est, ante quam incipiamus loqui, ne aures aliorum offendamus: sic et in finiendo sermone nobis erit curae, ne nimii simus, et longiore sermone de eodem argumento simus aliis odio. In primis videndum, quibuscum sermones seramus. Nam velle apud nautas de re rustica loqui, aut apud milites de navibus et instrumento nautico, ineptum esset. Itaque ad eorum ingenium est accommodandus sermo, cum quibus caeditur. Haec fere *Graevius*. [Huic explicationi non videtur convenire *etiam*, quo nova res incipitur.]

° *Sed utcumque aderunt res*] Transponunt Gu. tert. et quint. *res aderunt*, quart. *res aderit*. Gu. pr. et sec. [et Bern. omnes praeter e] *res* excludunt, idque optimorum codicum auctoritate viri docti a patruo meo indicati, etiam Ernestus, expunxerunt. Ab his ut dissentiam, a me impetrare non possum. *Utcumque aderunt* est, prout aderunt homines. Ita Plaut. Epid. I, 1, 47. et Poenul. III, 5, 9. *Utcumque est ventus, exin velum vortitur*. Cic. de divin. II, 42 *Perinde, utcumque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari*. Adde Gronov. et Drakenb. ad Liv. XXI, 35, 2.

neque enim omnes iisdem de rebus] Subintellige *sermonibus* Lambinus praepositionem *de* sublatam vult, sustulitque Pearc. et Facciolatus. Defuit in septem Manut. et uno Oxon. Iam ante Lambinum eam omissam video in Ven. quart. quod fortasse mecum ex postrema syllaba eisdem

animadvertendum est etiam, qua tenus sermo delectationem habeat: et, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Sed quomodo in omni vita rectissime praecipitur, ut 38
perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eius modi motibus sermo debet vacare, ne aut ira exsistat, aut cupiditas aliqua, aut
pigritia, aut ignavia, aut tale aliquid appareat. Maximeque 2
curandum est, ut eos, quibus cum sermonem conferemus,
et vereri, et diligere videamur. Obiurgationes etiam non 3

iterata natam putarunt. In Goth. *omnes* omissum est.

* *neque enim omnes - - delectamur*] Haec, iubente patruo, parentheseos notis inclusi. Id iam Anemoecius et Gryph. fecerant. Vocem adiectam *omnes* scripti Gu. impr. veteres mei multique aliorum libri magno consensu eiiciunt. [Orellianorum librorum in uno Bern. c legitur. Et ego quidem abiecerim, nam qui inest sensus exprimitur eo quod sequitur, *similiter*. Satis est dicere non delectamur sermonibus iisdem de rebus susceptis, in iisdem semper rebus versantibus, varietatem quaerimus.]

* *iisdem de rebus*] Praepositionem exclusit Gryph.

nec omni tempore] Vin. Ven. omnes, Arg. Ald. Lamb. *in omni tempore*. Vid. Gunther. Latinit. restit. part. II. c. 87.

* *nec omni tempore*] Impr. Magont. Ven. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. atque Anemoec. *nec in omni tempore*, sed MSS. Gu. refragantur.

nec similiter] Cant. MS. cum quatuor aliis Anglic. *nec* excludit, idque probat Pearcius.

animadvertendum est etiam] Goth. *advertendum est, quatenus*. Non illud modo faciendum, ut ad ea, quae honestissima sermonis argumenta sunt, oratio revocetur: sed praeter ea hoc animadvertendum, quo usque ea sine fastidio audiri possit. Malim *etiam* cum Goth. omittere, etsi eius significatio esse potest *adhuc*.

* *animadvertendum est*] Verbum *est* omittit Gu. quint. Postea idem ac tert. dederunt *ita sit etiam*.

Cap. XXXVIII, 1. *Sed quomodo*] Tres Oxon. Vinar. omnes Ven. et Arg. *sed quoniam*, male. Graev. cod. [et Bern. c] *sed quemadmodum*, quod frequentius cum *sic* construitur, quam *quomodo*. Neque tamen hoc sine exemplo dictum. Vide Tursellin. de part. p. 939.

* *Sed quomodo*] Gu. sec. et impr. vetusti omnes *Sed quoniam*. [Item Bern. a e: Bas. et Bern. b d *quomodo*.]

ne aut ira exsistat] Se proferat, emineat, erumpat.

pigritia aut ignavia] Sic et Goth. Quidam omittunt *aut ignavia*, sed negligenter. Vid. ad c. 9. pr..

aut tale aliquid] Vin. *tale quid*, Ven. omnes, Lips. Ald. *quid tale*.

* *aut tale aliquid*] Transponunt Gu. tert. et impr. incert. *aut aliquid tale:* Magont. *aut tale quid:* Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *aut quid tale*.

2. *sermonem conferemus*] Lectio Ven. quart. Victor. Lang. Fabric. Graev. et Facc. vulg. *conferimus*. Unde quid. *sermones* habeant, non reperio.

* *sermonem conferemus*] Ita Gu. pr. sec. quart. quint. impr. Lugd. 1527. et Gryph. cum Graevio exhibent. Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi et impr. incert. *conferimus*: impr. Magont. *conferrimus:* uterque Lips. *confecerimus*.

3. *Obiurgationes etiam*] Fit aliquando, ut in sermone necessariae sint obiurgationes, ut aliquis obiurgandus sit. Hic de ea tantum castigatione agit, quae verbis fit. De toto genere supra c. 25. extr.

* *Obiurgationes etiam*] Omissa

numquam incidunt necessariae, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione maiore, et verborum gravitate acriore; id agendum etiam, ut ea facere videamur irati. Sed ut ad urendum et secandum, sic ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus, nec umquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recté fieri, nihil considerate potest.
4 Magna autem parte clementi castigatione licet uti, gravitate

particula *etiam*, Gu. tert. *Obiurgationes non numquam necessariae incidunt.*

* *fortasse et vocis*] Copulam Nonius, in voc. *Acre*, tollit.

id agendum etiam] Dicendum potius esset *id agendum tamen est*, ut Gruterus voluit. Facile a *tamen* ad *etiam* aberrant librarii. Goth. *id etiam agendum.*

* *id agendum etiam*] Gu. tert. *Id etiam agendum:* quart. *Id agendum est etiam*: quint. impr. veteres omnes, etiam Gryph. quos Pearcius sequitur, *Id agendum etiam est:* Lugd. 1527. *Ita agendum etiam est.*

ut ne ea facere videamur irati] Negationem tollunt Lang. et Fabric. quasi Cicero iram simulatam probet. Goth. *ne ut* praepostere: Ald. et unus Oxon. *ut ea facere non videamur irati*, cod. Facc. *ut ea facere videamur non irati.* Vide Senec. lib. I. de ira c. 14. et seqq. lib. II. c. 10.

* *ut ne ea facere videamur irati*] Gu. tert. quart. et quint. *ut ea facere ne videamur irati.* Particulam *ne*, quam alii libri in alia sede collocant, Gu. pr. plane tollit, eamque proscripsi. Idem antiquis libris auctoribus fecerat Car. Langius, ab Aldo et Graevio praeter meritum, si quid video, hoc nomine reprehensus. Negationi hic locum non esse, tum tota orationis Tullianae consequutio, tum illud ostendit, quod hoc praeceptum interveniente coniunctione *etiam* cum prioribus copulatur. Iram interdum simulandam esse, ne Stoici quidem, acerrimi illi iracundiae insectatores, negabant. Senec. de ira II, 14 *Numquam itaque iracundia admittenda est; aliquando simulanda, si segnes audientium animi concitandi sunt.* [Variant Orelliani libri, *ut ne* Bern. c e, *ut ea fac. ne* Bas. et Bern. d, *ne* omittunt Bern. a b, quod verum est.]

ad urendum et secandum] Duo Oxon. Ald. et Lamb. addunt *medici*, quod in meis exemplaribus reliquis abest omnibus.

sic et ad hoc genus] Male quid. *sic nos ad hoc.* Goth. Vin. omnes Ven. Arg. *et* quoque omittunt, quos sequitur Facciolatus.

* *sic et ad hoc genus*] Gu. pr. sec. tert. Nonius in voc. *Rarum*, impr. vetusti omnes et Pearc. particulam *et*, qua Cicero pro *etiam* uti non solet, expellunt. [Variant Orelliani, non habent *et* Bern. b d e.] Vide ad cap. XX, 2. et XXXVII, 5. Gu. tert. verborum ordine mutato, *sic ad genus hoc.*

veniemus] Goth. et unus Ox. *veniamus*, quod Pearcius praefert.

* *veniemus*] Gu. sec. a correctore, quint. a manu prima, Nonius loco, quem modo indicavi, etiam Henricus Saganensis et Gothofredus dederunt *veniamus.*

* *reperietur alia medicina*] Impr. Magont. *reperiretur:* uterque Lips. *reperitur.* A Gu. quarto abest *alia.* Paullo post sec. *nihil recti fieri.*

nihil considerate] Goth. *nec considerate.*

4. *Magna autem parte*] Unus Oxon. *magna autem ex parte*, ut Cicero lib. X. epist. VI, 8. Liv. lib. IV, 46, 6. Vid. Cort. ad Sallust. Iug. XCVII, 3. Drakenb. ad Liv. II, 48. pr. Langius, Lambin. Pearc. *magnam autem partem*, quod in nullo meorum reperio, nec in suis Pearcius reperit.

* *Magna autem parte*] Nihil in his mutant libri mei [nec Orelliani, quamquam ipse Orellius *magnam* —

tamen adiuncta, ut et severitas adhibeatur, et contumelia
repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet 5
obiurgatio, significandum est, ipsius id caussa, qui obiurgetur, susceptum esse. Rectum est autem etiam in illis 6
contentionibus, quae cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis
indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam
pellere. Quae enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec 7
constanter fieri possunt, neque iis, qui adsunt, probari.

partem scripsit]. Quod in uno Oxon. legitur, *magna autem ex parte*, iam ab Hier. Wolfio, Henrico Saganensi et Gothofredo editum esse video. Conf. supra ad c. VII, 10. [Quid statuendum igitur? Corrigendum *magnam partem*, id quod facilius fit quam additur praepositio *ex*. Dici enim adverbialiter pro *fere* ablativum solum non probatur exemplo, dempto quod fuit Acad. lib. II, 11, 36.]

* *ut et severitas*] Copulam, quae tamen ab optimis Victorii, Anemoecii et Gruteri libris accessit, MSS. Gu. et impr. veteres omnes abiecerunt, [item Bas. et Bern. a b d e].

contumelia repellatur] *Contumelia* est iniuria existimationem alterius laedens, eumque in contemtum adducens. Ea a castigatione procul haberi, prohiberi et repelli debet. Vide cap. 26. pr.

5. *ipsius causa*] Ideo, ut eius saluti et utilitati consulatur. Sic *regis causa* lib. I. epist. I, 2. ubi vid. Cortium.

* *ipsius caussa*] Placet, quod Gu. pr. sec. quart. quint. Oxon. quinque, Anemoec. et Gryph. praeferunt, *ipsius id caussa*. Quemadmodum Graecis αὐτὸς saepe πλεονάζει, sic Latini *is* frequenter adiiciunt, ubi nostris abundare videtur. Cic. XIII. ad divers. ep. 28 *Illud quod supra scripsi, id tibi confirmo in meque recipio*. Vide, quae congesserunt et quos laudant Io. Fr. Gron. Duker. et Drakenb. ad Liv. XXV, 27, 1. Iac. Gron. et Oudendorp. ad Suet. Aug. c. 67. patruusque meus supra ad c. XXXV, 3.

* *qui obiurgetur, susceptum esse*] Quatuor Gu. *qui obiurgetur, esse susceptum*: tert. *ipsius caussa esse susceptum, qui obiurgetur*. Hier. Wolfius edidit *qui obiurgatur, esse susceptum*. [Ordinem verborum *esse susceptum* Bas. Bern. a b c d tuentur.]

6. *Rectum est retinere*] Hoc Latinum est, non, ut vulgus nostrum, *rectum est ut*. Lib. VI. Attic. ep. 9. extr. *Sed eum sine meis litteris ad te venire vix rectum erat*. Sic *verum est* Horat. lib I. ep. 7. extr.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

Goth. *Rectum est etiam*, sine *autem*.

* *Rectum est autem etiam*] Particulam *autem* ut Goth. ita Gu. pr. eiicit: tert. transponit *Rectum autem est etiam*. Idem postea *quae cum inimicissimis sunt*.

nobis indigna audiamus] Convicia et probra immerentibus ingesta et vix tolerabilia.

gravitatem retinere] Constantiam in servando eo, quod rectum et decorum est, a quo non potest non discedere animus ira perturbatus.

* *gravitatem retinere*] Gu. tert. *tenere*.

iracundiam repellere] Goth. et fere Oxon. omnes *pellere*.

* *iracundiam repellere*] E Gu. sec. tert. quart. quint. et ex ed. Gryph. optavi *pellere*, quod e codd. Anglic. iam receperat Pearcius.

7. *cum aliqua perturbatione*] Paullo ante n. 4. *cum qua nihil recte fieri potest*. Praepositio *cum* saepe abundat. Vide Gunther. Latin. restit. part. II. c. 43.

nec constanter fieri] Vin. Ven. tres, Arg. *neque ea constanter fieri*; Ven. quart. et Ald. *ea neque constanter fieri possunt*. Non ita possunt fieri, ut nobis constemus, id est, per omnia nobiscum consentiamus.

* *nec constanter*] Gu. pr. *nec ea constanter*: sec. tert. quart. quint.

8 Deforme etiam est, de se ipsum praedicare, falsa praesertim, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

39 Et quoniam omnia persequimur, volumus quidem certe, dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat esse, cuius finis est usus, ad quem accommodanda est aedificandi descriptio: et tamen adhibenda
2 commoditatis dignitatisque diligentia. Cn. Octavio, qui pri-

exc. Bedae atque Eybi et Gryph. [et plerique Orelliani] *ea nec constanter,* quos sequor. Pronomini *qui,* eleganter *is* postponitur. Vide patruum infra ad III, 27, 8. Impr. vetusti omnes *neque ea constanter.*

nec iis probari] Sic plures Ald. et cod. pr. Graev. *ab iis approbari* Goth. Vinar. tres Oxon. et vulg.

* *nec iis, qui adsunt, probari*] Gu. pr. et sec. *neque his:* tert. atque ed. Gryph. *neque iis,* quod praetuli. Gu. quart. et quint. *neque ab his:* impr. Magont. *nec ab hiis:* ceteri veteres impr. cum vulg. *nec ab his.* Verbum *probari,* quod Gu. quatuor merito tenent, tert. exc. Bedae atque Eybi et impr. vetusti omnes in *approbari* mutant.

8. *Deforme etiam est*] Goth. *est etiam,* ut fere semper.

* *Deforme etiam est*] Verbum *est* Gu. quint. et exc. Bedae omittunt.

* *de se ipso*] E Gu. pr. et sec. *de se ipsum* dedi. Conf. supra ad c. XXXII, 1. et XXXIII, 3. Lege in primis Dukeri adnot. ad Flor. III, 18, 7. Ab exc. Bedae pronomen *se,* a Gu. tert. *ipso* abest.

militem gloriosum] Comicum illum *militem gloriosum* Menandri, poëtae Graeci, et Plauti, cuius hoc nomine inscripta fabula exstat. Eum Terentius quoque in Eun. act. II. sc. I. in scenam produxit.

Cap. XXXIX, 1. *omnia persequimur*] Quae ad officium inveniendum pertinent, quaeque ad nostrum institutum faciunt. Goth. *Sed quoniam omnia sequimur.*

volumus quidem certe] Haec parenthesis arrogantiae suspicionem deprecatur. Laudatur, qui omnia, quae ad rem pertinent, persequitur: reprehenditur, qui a se uno nihil esse praeteritum putat, quod vix fieri potest.

* *dicendum est etiam*] Gu. tert. *dicendum etiam est.*

placeat esse] Verbum philosophorum proprium, cum suam de aliqua quaestione sententiam proferunt. Vide cap. II, 11. VII, 5. XLIII, 4. lib. III. c. 2. pr. [Itaque δόγματα philosophorum recte poteris *placita* appellare, quamquam Cicero lib. II. Acad. 8. *decreta* dicere maluit.]

cuius finis est usus] Usus est, qui finem modumque praescribit domui, quem excedere illa non debet. Goth. *cui finis et usus:* Oxon. Vin. et alii *cuius finis et usus.*

* *cuius finis est usus*] Gu. pr. *cuius finisset usus:* sec. quart. quint. sed hic post rasuram, et impr. Magont. *cuius finis et usus.* Graecorum sententia est, *Τῆς κτήσεως μέτρον ἡ χρῆσις.*

* *ad quem accommodanda est*] Gu. sec. *ad quem si acc. est:* tert. *ad quem aedificandi est accommodanda.*

aedificandi descriptio] Domus exstruendae designatio, σκηνογραφία. Vid. Cat. c. XVII, 4.

adhibenda dignitatis commoditatisque diligentia] Utriusque ratio est habenda.

* *et tamen adhibenda*] Particula *tamen* non est in Gu. quarto.

* *dignitatis commoditatisque*] Ex omnibus MSS. Gu. praetuli *commoditatis dignitatisque,* quod etiam Gryph. Hier. Wolf. et Pearc. ediderant.

2. *Cn. Octavio*] Victori Persei regis [sed in praetura, quam gessit a. 168. a Chr.], qui consul fuit anno 588 a. Chr. 165. De eo vide Sueton. Aug. c. 2. Cicer. Philipp. IX, 2.

mus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod praeclaram aedificasset in Palatio et plenam dignitatis domum: quae cum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad consulatum putabatur. Hanc 3
Scaurus demolitus accessionem adiunxit aedibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit: hic summi et clarissimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam et calamitatem. Or- 4

* *ex illa familia consul factus est*] Gu. quart. *consul factus ex illa familia*: quint. *consul factus est ex illa fam.* Deinde Gu. pr. et impr. incert. *honori fuisse accipimus.*

in Palatio] Quae pars urbis erat celeberrima, principum fere domibus occupata. Sic nostra exemplaria, non *Palatino*, quod quidem in aliis libris esse dicitur.

* *in Palatio*] Etiam in Gu. tert. et in utroque impr. Lips. reperio, quod e cod. Daniel. et ex impr. Rom. laudabat Guilielmius, *in Palatino.* Hoc a Grutero receptum Graev. et Gron. merito repudiaverunt. Vide Sigon. et Drakenb. ad Liv. I, 6, 4.

vulgo] Goth. *a vulgo.*

* *vulgo*] Gu. quart. et impr. incert. *a vulgo.*

domino novo homini] *Domino* in quibusdam libris deest, sed parum commode. *Novus homo* dicitur, quod primus suae familiae consul factus fuerat. Eius enim maiores nullos omnino honores curules gesserant. Vide Cort. ad Sallust. Cat. c. XXIII, 6. Octavio quidem familiae origo vetus erat, quae a Tarquinio Prisco rege adlecta fuerat, sed postea ad plebem se contulerat, nec ullos honores ceperat.

3. *Scaurus*] M. Aemilius Scaurus, Sullae privignus, qui, magnificentissima aedilitate functus, ad praeturam tantum pervenit, et cum consulatum peteret, repetundarum accusatus, atque aegre defensus est. De eius magnificentissima domo vid. Plin. lib. XXXVI. c. 15.

accessionem adiunxit aedibus] Suis aedibus Octavii domum, a se destructam, accessionis loco adiunxit, et magnam ea re invidiam sibi conflavit.

* *accessionem*] Gu. pr. *accessiones*: sec. a manu prima *ascensionem.* Scripturam vulgatam tuetur etiam Nonius in voc. *Moliri.*

consulatum attulit] Ita scriptum in Goth. Vin. editumque in Ven. quatuor, Arg. *intulit* Ald. Cicer. Philipp. IX. c. 2 *Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in rostris.*

summi et clarissimi viri filius] De quo dixi ad c. XXII, 8.

in domum multiplicatam] Accessione Octavianae amplificatam.

repulsam] Cum consulatum petens non repetundarum tantum, sed et ambitus est accusatus et a Cicerone defensus. Vide Quintil. lib. IV, c. 1, 69. Ascon. argum. orat. pro Scauro, Cicer. IV. Attic. 15 et 16.

sed ignominiam, etiam calamitatem.] Ita elegantius Cicero dixisse videtur C. Langio, Pareo in lexic. crit. p. 431 et Graevio, quam *sed ignominiam etiam et calamitatem,* ut legitur in Goth. Vin. tribus Oxon. uno Lond. quatuor ed. Ven. Arg. Vict. Lamb. et Pearc. vel *sed ignominiam et calamitatem*, ut est in aliis tribus Oxon. ut Grut. edidit, et ante eum Ald. Quid vero de hac elegantia sentiam, supra exposui ad c. XXII, 9. Gruteriana quidem lectio Ciceronis stilo magis consentanea est. Vide ad c. IV, 4. Pearc. coniicit *sed ignominiae etiam calamitatem.*

* *sed ignominiam, etiam calamitatem*] Gu. pr. *set etiam ignominiam et calamitatem*: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Gryph. *sed ignominiam etiam et calam.* [item Bern. a c nisi quod ille *est* pro *et* habet] Revocavi

nanda est enim dignitas domo, non ex domo tota quaerenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda
5 est. Et ut in ceteris habenda ratio non sua solum, sed etiam aliorum: sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cuiusque
6 modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis. Aliter ampla

scripturam Gruterianam *sed ignominiam et calamitatem,* consentientibus Gu. sec. tert. quart. quint. et impr. Magont. [Sic etiam Bas. et Bern. e, cum duo reliqui Bern. *ign. etiam calam.* habeant. Iam vero patet has varietates codicum facillime componi, si fuisse olim *etiam et* scriptum statuamus, sicut facit Orellius.]

et calamitatem] Etsi enim absolutus est, illo tamen paternae dignitatis et gloriae fastigio decidit. Quis Scaurum in exsilium actum tradiderit, quod v. c. Facciolatus factum adfirmat, me ignorare fateor, qui eum absolutum fuisse tantum legi. Vide praeter ceteros, quos iam dixi, auctores, Valer. Max. lib. VIII, 1, 10.

° *et calamitatem*] Ambitus iudicio, nisi fallor, damnatus. Quamvis investigare mihi non licuerit, quem auctorem sequutus sit Facciolatus, quum scriberet, Scaurum damnatum pecuniaque multatum vertisse solum: damnatum tamen esse, ex eo intelligere mihi videor, quod Cicero dicit, *non repulsam solum, sed ignominiam et calamitatem* in domum suam retulisse. Nec obstat, quod repetundarum eum absolutum esse, legimus. Bis enim intra paucos dies ab eodem P. Triario in iudicium vocatus, bis ab eodem Cicerone defensus est. Priore iudicio repetundarum, posteriore ambitus fuit reus: altero absolutum esse constat; altero condemnatum esse, indicia valde probabilia sunt. Vide Cic. ad Attic. IV, 16. ad Q. fratr. III, 2. Quinctilian. IV, 1, 69. [M. Scaurum ambitus damnatum a. u. c. 702 in exilium missum esse, tradit Appian. bell. civ. II, 24. Biennio ante repetundarum ex Sardinia, ubi propraet. fuerat, accusatus a Triario et a Cic. defensus erat, cuius oratio extat a Maio inventa. Eodem tempore etiam ambitus postulatus est ab eodem Triario (vid. ad Qu. fr. 3, 2) sed ea accusatio utrum perfecta an intermissa sit, postquam repetundarum crimine absolutus est, non constat. A Cicerone bis defensum esse, constat ex Quintil. loco laudato, sed is locus etiam sic explicari potest, ut bis in iudicio ambitus defensus esse videatur. Quod si verum est, Cicero eum etiam in ultimo iudicio, quod quo actore habitum sit nescimus, defendit, nec tamen servavit.]

4. ° *Ornanda est enim*] Particulam *enim* Gu. pr. verbum *est* quart. omittit. Transponunt sec. tert. quint. atque ed. Gryph. *Ornanda enim est.*

domino domus honestanda est.] Decoranda, nobilitanda. Goth. *est honestanda.*

° *non ex domo tota*] Gu. quart. *et non ex domo tota:* impr. Magont. *non ex tota domo:* Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *non ex domo dignitas tota quaerenda.*

° *honestanda est.*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *est honestanda.* Verbum *est* impr. Lugd. 1527. omittit.

5. ° *Et ut in ceteris*] Impr. Magont. et incert. *Est ut in ceteris:* Lugd. 1527. omissa copula, *ut in ceteris.*

° *habenda ratio*] Corrector Gu. sec. interponit *est.* Gu. quint. *ratio habenda est.* Paullo post Gu. pr. *set etiam ratio aliorum:* quart. *sed et aliorum.*

non sua solum] Sic scripti Goth. Vin. duo Oxon. et Venet. at Venet. tert. et quart. Argent. *non sui,* quod et Ald. habet: unde dubito, an huius lectionis auctor sit Erasmus, quod Graevius adfirmat. Pearc. Olivet. et Facciol. etiam *sui.*

in quam] Goth. *in qua.*

° *recipiendi*] Gryph. et Pearc. *recipiendi sunt.*

hominum cuiusque modi] Lectio

domus dedecori saepe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime, si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a praetereuntibus dicitur: 7

O domus antiqua, heu quam dispari
Dominare domino!

quod quidem his temporibus in multis licet dicere. Caven- 8

haec a Nonio confirmatur cap. II, 492 et IV, 287. Vinar. et vulgati *cuiusque generis.* Sed ut Nonius etiam Goth. [et Bern. c.]

° *hominum cuiusque modi*] Gu. pr. *hominum quorumque:* sec. et a correctore quint. [et Bern. a] omnesque impr. veteres, etiam Gryph. *hominum cuiusque generis:* Gu. tert. *hominum cuiuscumque modi*: quart. [cum Bas. Bern. b d] *hominum cuiusque,* omisso nomine *modi*: quint. *cuiusque generis hominum.*

° *adhibenda est cura*] Consensu Gu. pr. sec. impr. Magont. incert. Lugd. 1527. et Nonii, tam in voc. *Laxitas,* quam in voc. *Laxum*, reposui *adhibenda cura est.* Gu. tert. *adhibenda etiam est cura.*

6. *Aliter*] Alioqui, si ea laxitatis adhibendae causa non est, quam dixi. Lib. II. c. 12 *Semper est ius aequabile quaesitum: neque enim aliter esset ius.* Ibid. *Aliter iustitia non esset.* Lael. c. 20 *Aliter amicitiae stabiles permanere non possunt.* Cornel. Nep. Them. c. 7 extr. *Aliter illos in patriam numquam essent recepturi.*

° *Aliter ampla domus*] Gu. quint. *Aliter domus ampla*: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *Aliter enim ampla domus.*

° *dedecori domino saepe fit*] Malui ex tribus prioribus Gu. *dedecori saepe domino fit.*

saepe fit] Goth. *sit.*

si est in ea solitudo] Si non frequentatur ab hospitibus, amicis, clientibus.

° *si est in ea solitudo*] Gu. pr. et quint. *si in ea est solitudo*: tert. *si in ea solitudo est.* Idem postea *si ob alium dominum solita est,* omisso *aliquando.*

alio domino] Quam diu alium dominum habuit.

7. *O domus antiqua*] Versus incerti poëtae antiqui, ad quem etiam adludit Philipp. II, 41 *O tecta ipsa misera, quam dispari domino! Quamquam quo modo iste dominus? sed tamen a quam dispari tenebantur.* Erasmus, Alciatus, Aldus et Hieron. Columna in fragm. Ennii legunt, *O domus Anci, quam dispari domino dominare,* quod in cod. Faërni fuit *o domus anti quam.* Hi versum hexametrum esse, et litteram *s* in *dispari* liquescere putant. In multis codd. pro *heu* est *et* vel *a,* in aliis, ut in Goth. Ven. sec. Arg. utrumque abest, in quibus scriptum, *O domus antiqua, quam dispari domino dominaris.* Goth *dominare:* qui ordo est etiam apud Vincent. Bellov. qui et *heu* retinet. Si versus est Ennii, puto eum scripsisse

— — — *O domus Anci*
Antiqua, heu quam disparili domino dominare!

Disparilis apud ipsum Ciceronem legitur.

° *O domus antiqua, - - dominare domino*] Haec verba in duo versus seclusi, quod e carmine trochaico vel iambico poëtae nescio cuius versum alterum ἀκέφαλον, alterius vero πενθημιμερὲς a Cicerone depromtum esse opinabar. Interiectionem *heu,* quam Gu. pr. in *et* mutat, tert. quart. impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. omittunt. Gu. tert. *quam dispare:* quart. *quam a dispari.* Deinde sec. et quart. *dominaris domino:* tert. *domino dominare:* quint. et omnes impr. veteres *domino dominaris.*

Dominare] Passive, more veterum poëtarum. Imitati sunt Lactantius et alii sequiores. Vide Bunemann. ad Lactant. VII, 15, 5.

quod quidem his temporibus in multis licet dicere] Pompeii et cete-

dum autem est, praesertim si ipse aedifices, ne extra modum sumtu et magnificentia prodeas: quo in genere multum
9 mali etiam in exemplo est. Studiose enim plerique, praesertim in hanc partem, facta principium imitantur: ut L. Luculli, summi viri, virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati sunt? quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitae transfe-
10 renda est. Sed haec hac tenus. In omni autem actione

rorum, qui cum eo perierunt, domos significat, quas Caesar aliis dominis habendas dederat priorum dissimillimis. *In multos* est in duobus Oxon. et Goth. sed illud est *de multis*. Vid. ad lib. II, 16. extr.

° *in multis*] Gu. tert. *in multas*. Vide supra ad I, 9, 2.

8. *Cavendum autem est*] Vin. duo Oxon. vulgatique *cavendum est etiam*: Goth. *cavendum est autem, praecipue si.*

° *Cavendum autem est*] Verbum *est* Gu. pr. omittit, transponit tert. *Cavendum est autem*. Cum quinto omnes impr. veteres *Cavendum est etiam*. Statim tert. *praesertim cum ipse*.

ne extra modum prodeas] Ne modum excedas.

° *ne extra modum*] Gu. pr. *ne extra medium sumtum et magnificentia prodeas*: impr. Lugd. 1527. *ne ultra modum*: Gu. sec. a manu prima *magnificentia producas*.

multum mali etiam in exemplo est] Ipsum exemplum non servati in aedificando modi nocet, et, dum alios ad imitandum provocat, multorum malorum causa est. Imitantur enim illi etiam, quorum facultates id minus patiuntur. Itaque ipso exemplo in hoc genere peccatur.

° *multum mali etiam*] A Gu. pr. et quarto *etiam* abest.

9. *in hanc partem*] In malam partem. Vin. quatuor Oxon. et vulg. *in hac parte*.

° *in hanc partem*] Omnes impr. veteres cum Gu. quinto *in hac parte*.

principium] Sic Graev. e Mauric. MS. et ed. pr. Rom. edidit: omnes alii *principum*.

° *principium*] Ita est in Gu. quinto, etiam a manu prima in sec. et quarto. Ceteri [etiam Orelliani] cum vulg. *principum*. Vide, quos laudat Drakenb. ad Liv. II, 27, 12.

L. Luculli] Eius, qui adversus Mithridatem bellum gessit. Vide pro leg. Manil. c. 8. Vitam eius scripsit Plutarchus: virtutes, quae non contemnendae fuerunt, Cicero exponit lib. IV. Academ. pr. qui inscribitur Lucullus. De sumtuosissimis eius villis vide Plin. lib. IX, 54 qui ideo eum a Pompeio *Xerxem togatum* appellatum scribit; Varron. lib. I. R. R. c. 13 qui *pessimo publico aedificatas* ait. Adde eumd. lib. I, 2, 10. Colum. lib. I, 4, 6 interpretes Phaedr. lib. II. fab. 5.

° *virtutem quis? at quam multi*] Gu. pr. verba *at quam*, tert. *at*, quart. *quis? at quam multi*, impr. Venet. 1498. *quis* omittunt. In Gu. sec. quint. impr. Magont. et incert. est *virtutem cuius quam multi*. Statim Gu. pr. quint. impr. Magont. et incert. *villarum magnificentia*. Deinde Gu. tert. *sunt imitati*.

at quam multi] *At* abest a meis exemplaribus.

mediocritas ad usum cultumque vitae referenda est.] Hoc non a libris, sed a Graevio est: scripti vulgatique, *eademque mediocritas ad omnem usum cultumque vitae transferenda est.* (Ald. et aliqui MSS. *referenda.*) Retinuit hoc Pearc. et Olivetus, probatque Facciolatus, atque ita recte explicat: Eadem mediocritas, quae in villis aedificandis adhiberi solet, ad omnem vitam est transferenda, ut nihil fiat nisi intra modum. Nihil

suscipienda tria sunt tenenda: primum, ut appetitus rationi pareat; quo nihil est ad officia conservanda accommodatius: deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus; ut neve maior, neve minor cura et opera suscipiatur, quam caussa postulet: tertium est, ut caveamus, ut ea, quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem,

Latinius aut Ciceronis menti accommodatius esse potest.

° *ad usum cultumque vitae referenda est.*] Omnes Gu. exc. Bedae atque Eybi et impr. veteres, *ad omnem usum cultumque*. Deinde quatuor Gu. et Beda *transferenda est*: Gryph. *transferenda*, omisso *est*. At Gu. quint. Eybus et omnes impr. veteres cum Graevio *referenda est*: quod sensum a scopo Ciceronis alienum fundit.

10. *In omni autem actione*] In Goth. *autem* abest. Facciolato quidem iudice, haec omnia, usque ad finem capitis, invito Cicerone adiecta sunt: primum quod nec cum prioribus, nec cum posterioribus connexa sint; deinde, quod in tria capita colligant, quae ante de ornatu ad actionem apto dicta sint; postremo quod *opera suscipi* dicatur, pro *adhibeatur*, itemque *decus tenere*, pro *decorum*, et *obtemperare* infinito modo positum, cum praecedat *praestantissimum est*, a more Tulliano abhorreat.

° *in omni autem actione*] Gu. quart. et quint. expellunt *autem*. Facciolato, qui totum hunc locum orationi Ciceronis temere adsutum esse existimat, fraudi fuisse videtur, quod hanc ἀνακεφαλαίωσιν esse putaret eorum, quae Cicero antea dixerat. Nova hinc tractatio orditur. Et sane, quum noster in prioribus exposuisset, quid decorum sit in vestitu, in sermone, in domo cultuque vitae: consentaneum erat hic adiicere, quod decorum servandum sit in rebus agendis, et in administrandis conficiendisque negotiis.

ut appetitus rationi pareat] Ne quid stulte suscipias ea adpetendo, quae vel numquam adsequare, vel cum dedecore et damno coniuncta habeas.

rationi pareat] Gu. quint. *rationi obtemperet*: exc. Bedae atque Eybi *rationi pareant*. Supra c. XXIX, 2 *Efficiendum autem est, ut appetitus rationi obediant*. Confer. caput XXVIII. extr.

° *quanta illa res sit*] Gu. tert. *quanta sit illa res*.

° *ut neve maior, neve minor*] Exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *ut* omittunt. Tum Beda et Eybus *neve maior minorve cura*: impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *neu maior*. Gu. pr. *neque minor*.

° *cura et opera suscipiatur*] Verbum *suscipiatur* Facciolato displicet, quia initio periodi Cicero iam dixerat *suscipienda*. Tales repetitiones vero nostrum haud sollicite vitavisse, ostendit patruus supra ad c. XXI, 3. Adde, si tanti videbitur, meam de hac re disputatiunculam in defensione fragmentorum Nepotis p. 142. seq.

° *quam caussa postulet*] Exc. Bedae *postulat*. Deinde Beda et Eybus, impr. uterque Lips. et Lugd. 1527. *tertium ut*, omisso *est*.

ut caveamus] *Ut* deest in Ven. et Arg. *Ut tueamur* Goth.

° *ut caveamus*] Haec duo verba, quia cum sequentibus *moderanda sint* male coibant, Grutero tantisper suspecta erant, dum videret, ex libris melioribus *moderata sint* legendum esse. Nunc quoque eadem verba Ernestus v. c. ut plane aliena, uncis inclusit, caussam interserens, quoniam id, quod sequatur, non cavendum sit, sed sequendum et curandum, ut fiat. At verbi *caveo* et vis et syntaxis saepe eadem est, quae verborum *curo, prospicio, video*. Cic. de fin. II, 31 *Tam accurate tamque diligenter caveat et sanciat, ut Amynomachus* cet. Ibid. *Tantum dico, magis fuisse vestrum agere Epicuri diem natalem, quam illius testamento cavere,*

11 moderata sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum tamen trium praestantissimum est, appetitum obtemperare rationi.

40 Deinceps de ordine rerum et de opportunitate temporum dicendum est. Haec autem scientia continentur ea,

ut ageretur. Plura dedit Perizon. ad Sanct. IV, 15, 29. p. 811.

quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint] Codd. aliquot Grut. et Graev. itemque Ven. quart. *ut ea, quae pertinent ad liberalitatem, specie et dignitate moderata sint.* Ven. tres vulgatae accedunt cum Arg. nisi quod *moderanda* habent, cum Anglic. et pluribus codd. aliis. *Species et dignitas* sunt, externus splendor et ornatus, qui in cultu et alio paratu in oculos hominum incurrit, ut Graevius interpretatur.

° *quae pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint.*] In hac scriptura MSS. Gu. exc. Bedae atque Eybi et impr. veteres consentiunt: nisi quod Gu. pr. sec. et vetusti impr. omnes corrupte exhibent *moderanda sint.* [Bernensium unus c *moderata*, reliqui *moderanda.*]

11. ° *decus ipsum tenere*] *Decorum tenere* Ciceronem dicturum fuisse, Facciolatus censet. At si noster, quod mihi quidem persuasum est, in praeceptis decori tradendis hoc loco versatur, stolide fecisset, si, ut decorum servetur, modum tenendum, ut modus teneatur, decorum servandum esse praecepisset. Aliud quid in his *decus* significat: ornatum scilicet amplitudini ac dignitati cuiusque rei vel hominis convenientem. Hic ornatus intra quos fines subsistere debeat, Cicero paullo ante exposuit, quum ostenderet, qualem hominis honorati domum esse placeat. Nec dicendi forma, *decus tenere modus est optimus*, Facciolato displicere debuit. Ita Cic. infra III, 29, 18 dixit *non facere periurium est.* Infinita verba quam commode nominum vices sustineant, copiose Sanctius, Vossius, Perizonius et alii docuerunt.

° *Horum tamen trium*] Ita est in Gu. sec. et tert. Tres reliqui omnesque impr. veteres *Horum autem trium*: exc. Bedae atque Eybi *Horum trium tamen.*

° *praestantissimum est, appetitum obtemperare*] Dictum hoc est, quemadmodum illud c. XXXVIII, 6 *Rectum est autem - - gravitatem retinere.* Vide ibi adn. patrui. Beda mutat *appetitus obtemperare*, Gu. quint. transponit *appetitum rationi obtemperare.*

Cap. XL. 1. ° *et temporum opportunitate*] Gu. pr. sec. tert. quart. impr. Magont. et Gryph. *et de oportunitate* (Gryph. *opport.*) *temporum*, quod merito revocavit Pearcius. Gu. quint. *et oportunitate ipsarum*, sed in marg. *l. temporum.* [Orellius ex Bern. a b c d praepositionem omisit.]

Hac autem scientia continetur ea] Reddidit hoc post Victorium et Fabricium Gruterus e suis libris: vulgati libri mei *haec autem scientia continet eam, quam.* Accedo Grutero, quia et in Goth. est *continentur*, et cap. XXVII, 2 in eumdem modum: *Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum potest.* Est autem *continetur* hic fortasse nihil aliud quam *conservatur*, ut cap. VII, 1 *De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur.*

° *Hac autem scientia continetur ea*] Ita est in ultimo Gu. in impr. Magont. et incert. Reliqui veteres impr. dederunt *Haec autem scientia continet eam.* Gu. tert. et quart. *Haec autem scientia continetur ea.* At longe praestantiorem, immo unice veram scripturam suggerunt Gu. pr. et sec. *Haec autem scientia continentur ea.* Hanc emendationem, quae verbis etiam sequentibus *non hanc, quam interpretamur*, salutaris erat, alacriter admisi. Εὐταξίαν a

quam Graeci εὐταξίαν nominant: non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest; sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conservatio. Itaque, ut 2
eamdem nos modestiam appellemus, sic definitur a Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quae agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Ita videtur eadem vis 3
ordinis et collocationis fore. Nam et ordinem sic definiunt,

Cicerone *scientiam* appellari, mirum videri non poterit, quum ab eodem *modestia* in proximis *scientia* appelletur.

εὐταξίαν] Eius duas species Cicero constituit: *modestiam*, sive scientiam ordinis et loci nobis ipsis convenientis, eiusque servandi verecundiam: et ordine quidque faciendi prudentiam. Hanc *dispositum* vocari a Tacito lib. II. hist. c. 5 *dispositam vitam* a Plinio lib. III. ep. 1. observat Gronovius.

non haec, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest, sed illa est εὐταξία] Haec Ciceroni abiudicat Facciolatus. Ea vero a Nonio quoque Ciceroni tribui video cap. 1, 123. In plerisque libris est *non hanc*, quod ex altera lectione, quam supra posui, mansit in iis etiam exemplaribus, in quibus est *continetur*, non *continet*. Goth. *non hac*. Sunt tamen, qui in his librariorum aberrationibus aliquid venusti sibi deprehendere videntur.

* *non haec, quam interpretamur*] Hoc est in Gu. quinto et in impr. incerto. Ceteri MSS. et impr. mei vetusti omnes dederunt *non hanc*. Eamdem scripturam plurimi atque optimi codices aliorum, etiam Nonius, in voc. *Modestia*, confirmat. Haec quin reducenda sit, nemo facile dubitabit, postquam initio periodi integritas sua restituta, eoque patefactum est, accusativum *hanc* a verbo *nominant* suspensum esse.

* *sed illa est εὐταξία*] Quia praegreditur *non hanc*, exspectare possit aliquis *sed illam εὐταξίαν*. Ita vero constructionem orationis Cicero variare solet. De or. I, 27 *Has caussas inveniebam duas: unam* - - - *Altera est* cet. De off. I, 6, 3 *Duo vitia vitanda sunt: unum* - - - *Alterum est vitium*, cet. Non igitur, libris omnibus invitis, mutari debuerat illud de or. II, 27 *Ad probandum autem duplex est oratori subiecta materies: una rerum earum*, - - *Altera est, quae* cet.

2. *ut eamdem nos modestiam appellemus*] Ut eamdem *modestiam* appellare liceat, quae proprie aliud significat. Nam proprie μετριότης est; nova significatione εὐταξία, quae alio Latino vocabulo appellari nequit.

* *scientia earum rerum*] Gu. pr. tert. quart. quint. atque ed. Gryph. *scientia rerum earum*, transposito pronomine *earum*, quod Gu. sec. haud infacete omittit. Deinde tert. et Gryph. *quae aguntur aut dicuntur*.

agentur aut dicentur] Goth. *aguntur et dicuntur*.

loco suo collocandarum.] Id est, opportuno tempore dicendarum et agendarum, ut ipse paullo post explicat. Non differt igitur ab hac definitione illa, quam n. 4 adfert, *scientia opportunitatis idoneorum ad agendum temporum*.

3. *Itaque videtur eadem vis ordinis*] *Itaque* est, et ita, ut lib. II. c. 20. pr. *Dictu quidem est proclive, itaque vulgo loquuntur*. Vide ad Cornel. Nep. Alcib. IV, 2 *Eadem vis*, est eadem significatio.

* *Itaque videtur*] Gu. pr. sec. Gryph. et Pearc. *Ita videtur*. Recte. Iam praecesserat *itaque*, a qua particula proxima periodus ordiebatur.

* *nam et ordinem*] Quum quia *et* pro *etiam* Ciceroni insolens est, tum quod copulae hic locus nullus esse videtur; a glossatore eam inculcatam abiiciendamque esse, existimo. [Cic. in Verr. IV, 61 pr. *simul et verebar*. id. V, 1, 4 *simul et de illo*

compositionem rerum aptis et accommodatis locis. locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. tempus autem actionis opportunum Graece *εὐκαιρία*, Latine appel-
4 latur occasio. Sic fit, ut modestia haec, quam ita interpretamur, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad
5 agendum temporum. Sed potest eadem esse prudentiae definitio, de qua principio diximus. hoc autem loco de moderatione, et temperantia, et earum similibus virtutibus quaerimus. Itaque, quae erant prudentiae propria, suo loco dicta sunt. quae autem harum virtutum, de quibus iam diu loquimur, quae pertinent ad verecundiam, et ad eorum approbationem, quibus cum vivimus, nunc dicenda sunt.
6 Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut, quem ad modum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta
7 inter se et convenientia. Turpe est enim valdeque vitiosum,

vulnere, quod cet. *multa dixit.* Et vide supra cap. 37, 5.]

* *actionis opportunum*] Gu. tert. *opportunum actioni.* Idem paullo post *Latine vocatur occasio.*

4. *modestia haec, quam ita interpretamur*] Modestia hac significatione, quam ei tribuimus.

* *ita interpretamur*] Impr. veteres omnes *interpretamur ita.*

* *idoneorum ad agendum*] Gu. tert. et quint. *idoneorum temporum ad agendum.*

5. * *Sed potest eadem esse*] Ita Gu. quatuor et Gryph. At Gu pr. et impr. veteres omnes transponunt *Sed potest esse eadem.* Palat. pr. et unus Cockmanni *Sed potest haec eadem esse,* quod Grutero valde placebat.

de qua principio diximus] Cap. 5 et 6.

moderatione] Quam antea *modestiam* dixit.

et earum similibus virtutibus] Non Aldus solum, sed et Vin. Ven. Arg. *et aliis similibus virtutibus*: Ursin. et Fabric. codd. *et harum similibus.* Sic et Goth.

* *et earum similibus*] Quatuor Gu. et impr. incert. *et harum similibus*: Gu. pr. et impr. veteres plerique *et aliis similibus.*

* *itaque, quae erant*] Gu. quart. *quae erant itaque*: impr. Magont. *Ita quae erant.*

* *suo loco*] Impr. Ven 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *loco suo.*

* *harum virtutum*] Gu. tert. *harum virtutum sint.*

iam diu loquimur] Hoc, quod et in Goth. est, praestat alteri *iam dudum,* ut Vin. unus Oxon. Ven. et Arg.

* *iam diu loquimur*] Gu. pr. *etiam diu loquimur*: impr. veteres omnes *iam dudum loquimur.*

6. * *Talis est igitur*] Verbum *est* om. Gu. quint.

in oratione constanti] Quae ab homine sanae mentis profecta nihil, quod sibi ipsum repugnet, habet: quae secum per omnia consentit: in qua rerum, verborum et vocis est aequalitas.

apta inter se] Connexa, cohaerentia.

* *omnia sint apta inter se*] Omnes impr. veteres *sint omnia inter se apta.*

7. *Turpe est*] Goth. *turpe enim valdeque vitiosum est.*

* *Turpe est enim valdeque vitiosum*] Gu. sec. excludit verbum *est,* quod ita transponit tert. *Turpe enim valde vitiosumque est,* quart. et exc. Bedae atque Eybi *Turpe enim valdeque vitiosum est.*

in re severa convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in prae- 8
tura Sophoclen, iique de communi officio convenissent, et casu formosus puer praeteriret, dixissetque Sophocles, O puerum pulchrum, Pericle! At enim praetorem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes ha-

convivii dicta] Dicteria, qualia in conviviis, inter pocula iactantur. Est haec lectio e Palat. et Graev. cod. alii, ut mea exemplaria, Pearc. et Facciol. *convivio dignum*.

° *convivii dicta*] Ab hac meliorum Gruteri et Graevii codicum scriptura omnes etiam mei libri aberrant. Gu. pr. *convivio verba digna*: sec. quart. quint. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *convivio dignum*: Gu. tert. *convivio digna*.

delicatum] Minus pudicum, mollem, qualis est amantium.

8. *Pericles*] Qui aequalis fuit Cimoni: Valer. Max. lib. IV, 3 *Pericles, Atheniensium princeps, cum tragoediarum scriptorem Sophoclem in praetura collegam haberet,* [bello Samio a. a. Chr. 440 quod satis constat testimonio grammatici, qui vitam poëtae descripsit], *atque is, publico officio una districtus, praetereuntis ingenui pueri formam impensioribus verbis laudasset, intemperantiam eius increpans dixit: praetori non solum manus a pecuniae lucro, sed etiam oculos a libidinoso adspectu continentes esse debere.* Vide Plutarch. in Pericle p. 156. Isocrati dictum hoc tribuit auctor eius vitae, quae vulgo Plutarcho adscribitur.

° *Bene Pericles*] Gu. pr. *Unde bene Pericles,* quod non est Ciceronis. Deinde tert. *cum haberet in praetura collegam.*

in praetura] Plutarch. ὅτε συστρατηγῶν ἐξέπλευσε μετ' αὐτοῦ. Nihil enim aliud est praetor, quam στρατηγός. Vide Bosium in ind. ad Cornelium Nepot.

Sophoclem poëtam] Goth. *Sophoclen.* In Vin. et Ven. pr. abest *poëtam.*

° *Sophoclem poëtam*] Posterius vocabulum, quod sine dubio e glossa irrepsit, auctoribus Gu. pr. quart. quint. impr. Magont. ac Venet. 1498. eieci. Praeterea e Gu. pr. sec. et Goth. scripsi *Sophoclen* [contra stantibus Orellianis omnibus]. Solent auctores optimi Graecas terminationes in Graecis nominibus servare. Attici vero non Σοφοκλέα solum, sed etiam Σοφοκλῆν dicebant. Crebrius haec declinandi forma in Ciceronis aequalium scriptorum exemplaribus legeretur, si per editores, Graecarum litterarum non satis gnaros, licuisset. Ita in antiquo codice Gu. apud Cornel. Nepotem II, 8, 7 et c. 9, 1 *Themistoclen*, XI, 2, 4. *Iphicraten,* XIV, 3, 5. c. 5, 1. c. 9, 1 et c. 10, 2. *Datamen,* XIV, 5, 6. *Mandroclen* diserte scriptum esse vidi. Ex eadem declinatione manaverunt, qui in Cicerone mox sequuntur, vocativi *Pericle, Sophocle.* Adde Heinsium ad Ovid. am. II, 18, 1 et nostra supra ad c. XXX, 12. infra II, 17, 11. III, 11, 8.

° *hique de communi*] Gu. pr. *hii autem de communi*: sec. et impr. Magont. *hiique*: tert. *iique,* quod reposui. Vide patruum ad Nepot. praefat. n. 1.

° *formosus puer*] Gu. pr. et quart. *puer formosus.* Statim impr. Magont. *dixitque Sophocles.*

° *O puerum pulchrum, Pericle*] Exclamantis particulam in Gu. quinto omissam adlevit corrector. Impr. Magont. *O puerum pulcrum Pericle ait*; incert. *Pericles ait*: Lugd. 1527. *Pericle, Pericles ait.*

° *At enim praetorem, Sophocle*] Gu. tert. *Ad h'* (i. e. *Ad haec*) *ipse praetorem inquit Sophocle*: quart. *Ait praetorem Sophocle*: impr. Venet. 1498. *At enim Pericles praetorem Sophoclem*: uterque Lips. *At enim Pericles*: *praetorem Sophocle.*

bere. Atque hoc idem Sophocles si in athletarum probatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. tanta vis est et
9 loci, et temporis. Ut, si qui, cum caussam sit acturus, in itinere aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur, inscitia temporis.
10 Sed ea, quae multum ab humanitate discrepant, ut, si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile

Atque hoc idem] Victor. et Pearc. *atqui*, quod sententia postulat.

* *Atque hoc idem*] Gryph. *Atqui*: quod licet verum putem, in MSS. tamen et ante Victorium editis nusquam reperio.

in athletarum probatione] Vin. Ven. pr. Arg. *approbatione*, pro *athletarum in probatione*. Proprium de hac re verbum est *probatio*, quae est exploratio, qua robur et ars athletarum experimentis cognoscitur. Vide Parei lexic. crit. p. 990. Eos vero nudos certasse, notissimum est.

* *si in athletarum probatione*] Praepositionem impr. Magont. omisit. Cum Gu. quinto omnes impr. veteres dederunt *approbatione*. Deinde impr. Magont. *responsione caruisset*.

* *tanta vis est et loci*] Gu. quart. *Tanta est vis*. Uterque impr. Lips. copulam extrudit.

9. *Ut si quis*] Cum superioribus haec contexunt aliquot Ox. Goth. Venet. quatuor, Arg. Pearc. Recentiores plerique *ut* ea significatione accipiunt, ut sit *velut, exempli gratia*.

* *Ut, si quis*] Scripsi *Ut, si qui*, quod erat a manu prima in Gu. sec. [et in Bern. a b.]

cum causam] Goth. *causam cum acturus sit*.

* *cum causam sit*] Gu. tert. *causam cum sit*. Mox quart. et quint. *aut ambulatione*, sine *in*.

secum ipse meditetur] *Meditari* non est tantum *secum attentius cogitare*, quod quidem sequitur, sed ab hoc distinguitur: verum etiam exercere, et ad quamcumque rem se praeparare. Hinc et *meditatio campestris* dicitur, de militari exercitatione: de qua vide Cellar. ad Plin. paneg. c. 13 pr. Cerdam ad Virgil. eclog. 1, 2. Frequentissime de iis usurpatur, qui declamando exercentur. Cic. lib. I. de orat. c. 61 de Demosthene *perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur*. Lib. II. offic. c. 13 *Quod etiam tum poterat domi cum laude meditari*. Gell. lib. IX. c. 15 pr. *Atque ibi erat adolescens tunc quispiam cum utriusque linguae magistris meditans et exercens ad causas Romae orandas eloquentiae Latinae facultatem*: *atque is rogat Iulianum, uti sese audiat declamantem*. Hinc Quintil lib. IV. c. II, 29 *declamationem* vocat *forensium actionum meditationem*, id est, praeparationem.

inhumanus] Dicitur inhumanus, cuius mores ab ea vivendi et cum aliis agendi ratione discrepant, quae liberalibus et eruditis hominibus probatur. Haec *humanitas* paullo post vocatur.

* *inhumanus videatur*] Gu. pr. *videtur*.

inscitia temporis] Goth. *inscia temporis*, quod et *inscientia* lectum fuit a non nullis.

* *inscitia temporis*] Hoc tenent scripti et impr. veteres nostri. Gronovius Victorium et Langium secutus edidit *inscientiam*.

10. * *sed ea, quae*] Gu. sec. *Sunt ea quae*. Deinde Gu. pr. et impr. Magont. *multum humanitate*, abiecta praepositione.

in foro cantet] Ubi artifices scenici tantum cantantes audiri solebant. [Ne hi quidem in foro, loco civilibus negotiis destinato.] Idem est *in foro saltare* lib. III. cap. 19. pr. Vide supra ad c. XXXI, 10. Non *temulentam* tantum et *temerariam cantionem* improbat, ut Rothius adscribit; sed omnem musices usum in publico, Romanis moribus improbatum.

apparent nec magno opere admonitionem et praecepta de-
siderant. Quae autem parva videntur esse delicta, neque 11
a multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum.
Ut in fidibus aut in tibiis, quamvis paullum discrepent, 12
tamen id a sciente animadverti solet: sic videndum est in
vita, ne forte quid discrepet; vel multo etiam magis, quo
maior et melior actionum, quam sonorum, concentus est.

Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima 41
sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse volumus animad-
versores vitiorum, magna saepe intelligemus ex parvis. Ex 2

De carminibus secularibus et Saliaribus nihil hic attinet dicere.

* *in foro cantet.*] Gu. pr. *in funere cantet.* Frustra.

* *facile apparent*] Duo primi Gu. *facile apparet.* Iidem postea *desiderat.*

magnopere] Goth. *magno opere,* ut *tanto opere* c. XI, 8. * Gu. pr. et sec. *magno opere.*

11. *parva videntur esse delicta*] Levia peccata. In Goth. *esse* deest.

* *videntur esse delicta*] Verbum *esse* abest a Gu. tert.

ab iis est] Vin. Ven. Arg. *ab his* vel *hiis.* * Gu. pr. et sec. *ab his est:* tert. *ab iis diligentius declinandum est:* quint. *ab his diligentius est declinandum:* impr. veteres *ab his* (Magont. *ab hiis*) *est diligentius etiam declinandum.*

diligentius declinandum] Vin. et ex editis quidam nostri *diligentius etiam declinandum.* Tamen et Vincent. Bellovac. *etiam* omittit.

12. * *Ut in fidibus aut in tibiis*] Gu. tert. *Ut enim in.* Praepositionem posteriore loco omittit Pearcius, cui adstipulantur Gu. pr. sec. tert. quart. et Gryph.

discrepent] Dissonent, non concinant.

videndum est] Cavendum. Vide ad c. XIV, 2. XX, 7. Male Goth. Vin. et alii *vivendum.*

* *sic videndum est*] Hoc recte tuentur Gu. tert. et quint. At pr. *sic iudicandum est ergo in vita.* Ceteri et impr. veteres omnes *sic vivendum est.*

* *ne forte quid*] Uterque impr. Lips. *ne forte aliquid.*

* *et melior*] Haec Gu. pr. omittit, quint. transponit *quo maior actionum et melior.*

Cap. XLI, 1. * *ut in fidibus*] Praepositionem ignorant Gu. pr. impr. Venet. 1498. Lips. 1507. et Lugd. 1527.

si acres ac diligentes esse volumus] Vulgati, *ac diligentes iudices esse volumus animadversoresque vitiorum.* Sed in multis MSS. etiam in Goth. et pluribus Oxon. itemque in edit. Mag. et Rom. pr. *iudices* omissum, nec omnino necessarium est, quod et Graev. oblitteravit. Iam vero *animadversores* legendum est, non *animadversoresque:* atque ita plane sex Oxon. ed. Rom. et Facciol. E Londin. MSS. restituit iam Pearcius.

* *si acres ac diligentes*] Gu. quint. *si acres et dil.* Impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *ac diligentes iudices esse volumus animadversoresque vitiorum.* Sed vocabulum *iudices* non a MSS. Gu. solum, sed etiam ab impr. Magont. et incert. abest. Cum Pearcio, cui patruus adsentiebatur, *animadversores,* edidi, sine copula, quam etiam Gu. tert. quart. et impr. incert. tollunt, quamque in Gu. quinto corrector erasit. [Legitur quidem in Orellianis omnibus.]

* *saepe intelligemus*] Gu. pr. et quint. *saepe intelligimus*: impr. incert. *intelligimus saepe:* Magont. et Venet. 1498. *intelligemus saepe*: Lugd. 1527. *intellegemus saepe*: Gu. sec. *saepe intelligeremus*: uterque Lips. *intelligeremus saepe.*

oculorum obtutu, ex superciliorum aut remissione aut contractione, ex maestitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis et submissione, ex ceteris similibus, facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid
3 ab officio naturaque discrepet. Quo in genere non est incommodum, quale quidque eorum sit, ex aliis iudicare: ut,
4 si quid dedeceat in illis, vitemus ipsi. Fit enim nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismet

2. *Ex oculorum obtutu*] Coniectu oculorum, eorum ad obtuendum directione. Goth. *obtuitu*, ut dicimus *intuitu*. * Gu. quart. et impr. Lips. 1513. *obtuitu*.

ex superciliorum aut remissione aut contractione] Supercilia, quae fronti subiecta sunt, *remittuntur*, cum animo sumus tranquillo, leni et placato; *contrahuntur*, cum tolluntur ab iratis vel superbis, quibus *altum supercilium* tribuitur. Quintil. lib. XI, 3, 79 *Ira contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis* (superciliis) *ostenditur*.

* *ex superciliorum*] Praepositionem Gu. pr. sec. tert. quint. [Bern. a b d e] omnesque impr. veteres omittunt. Gu. quart. *ex elevatione aut remissione superciliorum, ex mestitia*.

* *ex hilaritate*] Non male Gu. quart. *et hilaritate*. Et praepositionem, et copulam Gu. quint. excludit. Idem postea dedit *ex risu elocutione*.

ex ceteris] Goth. *et ceteris similibus*.

* *ex submissione, ex ceteris*] Nonius, in voc. *Contentio*, adfert *et submissione, et ceteris*. Prius *et* recepi.

* *facile iudicabimus*] Omnes impr. veteres *facile iudicamus, quid apte eorum fiat*. Dissentiunt et scripti, et Nonius in voc. *Aptus* et in voc. *Contentio*. Paullo post Gu. pr. *naturaque* omittit.

ab officio] A decoro.

3. *quale quodque eorum sit*] Decorum sit, nec ne, in aliis observare, existimare, in quibus eadem videre licet. In aliis enim nostros mores, tamquam in speculo, intueri possumus.

* *quale quodque*] Gu. pr. sec. tert. a manu prima quint. et impr. Magont. *quale quidque*, quod revocavi. Gu. quart. *quale quid quodque*: impr. Venet. 1498. *quale quid*: Lips. 1507. *quale quidem*.

si quid dedeceat alios] Est hoc in Palat. et Graev. cod. placetque Graevio, etsi praecessit *ex aliis*, sequiturque *in aliis*: Goth. Vin. Ven. Arg. *in illos*: rectius Ald. quinque Oxon. duo reg. Angl. *in illis*, quod, quia in pluribus est, cum Pearc. et Facciolato praefero. Hanc vero liberis suis praecipiendi rationem patribus olim probatissimam fuisse, disces a Terentio III. Adelph. III, 60.

Nihil praetermitto, consuefacio: denique
Inspicere tamquam in speculum in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

Vide et Horat. lib. I. sat. IV, 105. Plin. lib. II. epist. 6. extr. lib. VIII. epist. 14.

* *si quid dedeceat alios*] Pro *dedeceat* in Gu. pr. et a manu prima in quarto *deceat*, in sec. est *non deceat*. Deinde scripti Gu. sine varietate dederunt *in illos*, quod haesit impr. vetustis omnibus, excepto tamen incerto, in quo legitur *in illis*. Hoc patruus cum Pearcio et Facciolato praetulit, [deditque Orel. ex Bern. a.] Anemoec. ed. *dedeceat illos*.

* *vitemus et ipsi*] Copulam auctoribus Gu. pr. tert. quart. et Gryph. abieci. Vide supra ad c. XXXVIII, 3.

4. * *Fit enim*] Impr. Magont. *Fiet enim*.

magis in aliis cernamus] Senec. lib. II. de ira c. 28 *Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt*. Vide Phaedr. lib. IV. fab. 9. Horat. lib. I. sat. III, 24.

* *ut magis in aliis cernamus*]

ipsis, si quid delinquitur. Itaque facillime corriguntur in 5
discendo, quorum vitia imitantur, emendandi caussa, magistri. Nec vero alienum est, ad ea eligenda, quae dubi- 6
tationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, et, quid iis de quoque officii genere placeat, exquirere. Maior enim pars eo fere deferri solet, quo a na- 7
tura ipsa deducitur. in quibus videndum est, non modo quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat, atque etiam, qua de caussa quisque sentiat. Ut enim pi- 8

Gu. pr. *ut in aliis magis cernamus*: tert. *ut magis cernamus in aliis*: impr. Venet. 1498. et Lips. uterque *ut magis in alios cernamus*. Deinde Gu. tert. *quam in nobis, si quid delinquatur*.

5. * *Itaque facillime*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Ita facillime*.

corriguntur in discendo] Unus Oxon. Vin. Ven. Arg. *corriguntur in discernendo* (Vin. *discendo*) *vitia, quorum imitantur emendandi causa praeceptores*. Pith. exc. *corriguntur vitia in discendo*.

* *corriguntur in discendo*] Gu. quint. et impr. veteres, excepto Lugd. 1527. *in discernendo*. Deinde Gu. sec. *quorum vitia imitentur*: impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *vitia quorum imitantur*.

6. *adhibere*] In consilium, eos consulere.

* *et, quid his*] Gu. pr. *et quid eis*: tert. *iis*: impr. Magont. *hiis*. Itaque *iis* praetuli. Vide ad c. XL, 8.

de quoque officii genere] Vinar. et quatuor Oxon. *de unoquoque*.

* *de quoque officii genere*] Gu. quart. quint. et impr. vetusti omnes *de unoquoque genere officii*. Uterque Lips. *placet*.

7. *Maior enim pars*] Plures hominum id probant et rectissimum putant, quod ipsa natura praescribit: et, licet aliqui inde aberrent, haud facile tamen fit, ut maior pars in iudicio de officiis ferendo fallatur. Quod igitur optimis et doctissimis decorum videbitur, id maxime sequendum. Alii aliter interpretantur, quasi maior pars, suam tantum naturam sequens, in officio deligendo erret: sed alio nos ducunt ea, quae sequuntur.

eo fere deferri] *Eo* deest in Goth. et Vin.

* *eo fere deferri solet*] Adverbium *fere* omittunt Gu. pr. ac tert. Ordine verborum mutato, quint. *fere deferri eo solet*.

quid quisque loquatur] Multa enim opinionum portenta adferri solebant a philosophis, quae vitae actu ipsi minime probabant. Naturae enim bonitate victi alia dicebant, alia sentiebant. Vid. c. II, 6. lib. IV. de fin. c. 22.

* *sed etiam, quid quisque*] Particulam *etiam* in Gu. quinto omissam corrector restituit.

qua de causa quisque sentiat] Vin. Ven. et Arg. *de qua causa quisque sentiat*, qua lectione deceptus Marsus male hunc locum interpretatus est, quasi Cicero audire nos vetet iureconsultum de astrologia sententiam ferentem. Graevius e Pith. excerptis edidit, *qua de causa quid quisque sentiat*; sed *quid*, quia in aliis deest, potius subaudiendum. Langius et Lamb. duo verba *quisque sentiat* delent. Pearc. e duobus Anglic. *qua de causa sentiat*.

* *atque etiam, qua de caussa quid quisque sentiat*] Haec in Gu. pr. interciderunt. Etiam in tert. verba *quisque loquatur - - qua de caussa* desunt. Coniunctionem *etiam* quart. omittit. Impr. veteres, excepto tamen incerto, omnes transponunt *de qua causa*. Pronomen *quid*, quod Graevius introduxit, nusquam reperio, idque Cortio ad Sallust. Cat. XLVII,

ctores, et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poëtae, suum quisque opus a vulgo considerari vult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur: hique et secum, et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis et facienda, et non facienda,
9 et mutanda, et corrigenda sunt. Quae vero more agentur institutisque civilibus, de iis nihil est praecipiendum. Illa
10 enim ipsa praecepta sunt. Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus contra morem

1. excurs. V. p. 402. b. et patruo iubentibus expunxi.

8. *signa fabricantur*] Goth. Vin. unoque excepto Oxonienses *fabricant*, vulgatis non discrepantibus. Sed et aliis locis *fabricari* activa significatione a Cicerone usurpatur.

* *signa fabricantur*] Ita cum Nonio, in voc. *Fabricantur*, et melioribus aliorum libris Gu. pr. sec. tert. a correctore quint. impr. Venet. 1498. Lips. 1507. ac Lugd. 1527. Ceteri *fabricant* obtrudunt.

et vero etiam poëtae] Sic legendum, non *vere*, nec *veri*, ut scripti editique numero plures. *Et verò* adfirmans est particula, qualis fere *et certe*. Philipp. II. c. 17. pr. *Et vero adhibes ioci causa magistrum; suffragio tuo et compotorum tuorum rhetorem*. De clar. orat. c. 44. extr. *Et vero fuit in hoc et popularis dictio excellens*. Poëtarum recitationes, quibus in theatris saepe aliorum iudicia explorare voluerunt, non ignotae sunt. Vide Cellar. et Cort. ad Plin. lib. I. ep. 13. pr. Sueton. Ner. c. 10.

* *et vero etiam*] Ut plerique libri, ita mei quoque omnes hic aberraverunt. Gu. tert. *et ut etiam:* impr. uterque Lips. *et vere etiam*: Lugd. 1527. *ut veri etiam*: reliqui *et veri etiam*.

* *a vulgo considerari vult*] Impr. Lugd. 1527. *et vulgo*. Gu. quint. *considerari volunt*: non male, sed solus.

9. * *more aguntur*] E Gu. tribus prioribus emendavi *agentur*. Ita loqui solet Cicero. Hoc ipso capite n. 12 *Cedere iis, qui magistratum habebunt*. Supra c. XI, 7 *Ii, qui armis positis ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percusserit, recipiendi sunt*. Infra c. XLII, 10 *Illinc adsumes, quae ad hunc locum pertinebunt*.

institutisque civilibus] Quibus *non eadem omnibus sunt honesta atque turpia*, ut ait Cornel. Nep. praef.

* *institutisque*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *et institutis*.

* *Illa enim ipsa praecepta sunt*] Gu. sec. *sunt praecepta*. Particulam *enim* tert. ignorat.

10. *aut Aristippus*] Pearcius emendandum censet *et Aristippus*: quod verbum plurale sequitur, cui locus non sit, ubi *aut* disiungat, ut Tusc. lib. V. c. 9 *Si Socrates aut Antisthenes diceret*. Supra c. XXVIII, 2 *Ut si Aeacus aut Minos diceret*, non *dicerent*. Sed Oliveto omnis coniunctio coniungere videtur, qui suae sententiae testem citat Sanctium lib. I. Minerv. c. 18. cui vero in mentem non venit, id quod Olivetus vult, adfirmare, nec tanta auctoritas est, ut vel sine ratione credatur. Exemplis talis res probanda est, quae adhuc desiderantur. In Vin. meo *aut* deest. Fuit autem Aristippus, genere Cyrenaicus, Socratis quidem auditor, sed summus voluptatis defensor et amator: a quo *Cyrenaici* philosophi dicti sunt. Ingenio ad omnia apto fuisse traditur, divitum adsectator aulisque multo, quam ceteri philosophi, accommodatior. Vide de eo Diog. Laërt. lib. II, 65. seqq.

* *aut Aristippus*] Gu. quart. *vel Aristippus*. Receptam scripturam non debuit in suspicionem vocare Pearcius. Coniunctionem *aut* non ubique simpliciter disiungere, iam inde satis

consuetudinemque civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitretur licere. Magnis illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum vero ratio tota est eiicienda. est 11
enim inimica verecundiae, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem, quorum vita perspecta in re- 12
bus honestis atque magnis est, bene de re publica sentientes, ac bene meritos, aut merentes, sic, ut aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus: tribuere etiam multum senectuti: cedere iis, qui magistratum

intelligitur, quod *aut etiam* sine reprehensione dicimus. Tum vero pluralis numeri verbum eleganter subiungitur. Sulpicius ad Cic. l. IV. ep. 5 *Quid est, quod tu, aut illa cum fortuna hoc nomine queri possitis?* Cic. de or. II, 4 *Ut ne Sulpicius familiaris meus, aut Cotta, plus, quam ego, apud te valere videantur*: quamvis ibi *videatur* in MSS. recentioribus et ipse reperiam, et nuper ab editoribus receptum esse videam. Etiam Pompeius in commento artis Donati, cuius exemplar pervetus in bibliotheca Gu. servatur, in capite *de posituris*, divinationis principium sic adfert: *Si quis vestrum, iudices, aut eorum, qui adsunt, forte mirantur, me.* Hic quoque Ciceronis editores *miratur* praeferunt.

contra morem consuetudinemque] De religione dissensit a Graecis Socrates: Aristippus meretrices sectatus est, vixitque luxuriosius, quam philosophum decuit. Senec. de tranq. anim. c. 15 *Cum pueris Socrates ludere non erubescebat: et Cato vino laxabat animum: et Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros.* Vide et Valer. Max. lib. VI, 8, 2. Horat. lib. II. sat. III, 247. De Aristippo eumd. lib. I. epist. XVII, 23. Diog. Laërt. lib. II, 67 et 78.

* *fecerint locutive sint*] Gu. tert. *fecerunt locutive sunt.* Non male.

* *idem sibi arbitretur licere*] Gu. pr. quart. et a manu prima quint. *arbitrentur.*

divinis bonis] Ingenium, doctrinam, eloquentiam, animi magnitudinem hoc nomine appellat.

* *et divinis bonis*] Gu. tert. *et divinis rebus imbuti.* Deinde impr. veteres omnes *consequebantur.*

11. *Cynicorum vero ratio tota*] Impudens Cynicorum vivendi et agendi ratio, qui omnem verecundiam sustulerunt. Vid. c. XXXV, 6. *Tota* in Goth. non est.

* *ratio tota est eiicienda*] Gu. tert. *tota ratio*: pr. sec. quart. quint. et impr. Magont. *eicienda.*

12. *quorum vita perspecta in rebus honestis*] Quorum virtus in omni vita spectata est, qui multa virtutis specimina ediderunt.

sicut aliquo honore aut imperio affectos] *Sicut* e Palat. pr. et Graev. cod. accessit, quod in nostris, Oxoniensibus et vulgatis desideratur. Habet id et Nonius IV, 337. sed divise scribendum *sic, ut.* Vid. ad c. XXIX, 8. Privatos etiam homines, qui bene de republ. sentiunt ac merentur, quales sunt viri docti, philosophi, oratores, observandos et colendos esse dicit non minus, quam magistratus. Quid his debeamus, postea docet, cum ait, *cedere iis qui magistratum habebunt.*

* *sicut aliquo honore*] Particulam *sicut* etiam scripti et impressi mei veteres ignorant. Eam tamen Nonius, in voc. *Observare*, tenet, atque ex Augustano codice restituit Anemoecius, [invenitque in Bern. a Orellius]. Apud Nonium vero, in voc. *Affici*, corrupte exscriptum est *Si quos aliquo honore*, in antiquo Nonio Gu. *si quo aliquo honore.*

* *aut imperio*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et imperio*, quod tamen deterius est.

tribuere multum] Honorem habere. Vid. ad c XXII, 14.

habebunt: habere dilectum civis, et peregrini: in ipsoque
13 peregrino, privatimne, an publice venerit. Ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare debemus.

42 Iam de artificiis et quaestibus, qui liberales habendi,
2 qui sordidi sint, haec fere accepimus. Primum improbantur ii quaestus, qui in odia hominum incurrunt: ut porti-
3 torum, ut feneratorum. Illiberales autem et sordidi quae-

* *multum senectuti*] Gu. tert. *senectuti multum.* Idem paullo post *qui magistratum gerunt.*

* *dilectum*] Sic ex suo codice rescripsit Graevius. Mei omnes *delectum* exhibent. [Orellianorum Bern. a d *dilectum,* reliqui *delectum* habent.] Mox impr. veteres omnes *in ipso quoque peregrino.*

in ipsoque peregrino] Subaudi *delectum habere,* id est discernere.

privatimne an publice venerit] Utrum suorum negotiorum causa adsit, an a tota civitate sua missus.

13. *Ad summam*] Sic semper Cicero, non *in summa,* ut Plinius solet, et alii. Coelius etiam ad Cicer. lib. VIII. epist. 14 extr. *Ad summam, quaeris, quid putem futurum.* Non refugisse hoc alios observat Burmann. ad Petron. c. 31.

* *generis hominum*] Posterius vocabulum Gu. quart. omittit. Impr. uterque Lips. ac Lugd 1527. *generis humani hominum.*

conciliationem et consociationem] Argent. copulam *et* omittit: in Goth. *conciliationem* deest: Ven. tert. *conciliationem et societatem.* An ex glossa alterutrum verbum est?

* *conciliationem et consociationem*] Gu. quart. *conciliationem* mutat in *societatem.* Pro verbis *et consociationem,* quae sec. omittit, tert. et quart. *et consocietatem,* impr. incert. *et societatem* invexerunt.

servare debemus] Verbum *debemus* non est in omnibus MSS. et e superioribus repeti potest.

Cap. XLII, 1. *artificiis*] Sic *opificia* vocabantur a Romanis.

liberales] Ingenuis hominibus, civibus Rom. honesto loco natis digni. Nam et infima civium Rom. classis aliquam partem ex opificibus constabat. Vid. orat. IV. Catil. c. 8

sordidi] Non *turpes* et *infames* dicit, sed *sordidos,* qui *liberalibus* opponuntur, quod infimo hominum sordidissimorum generi conveniunt, servis et libertis, horumque similibus.

* *qui sordidi sint*] Gu. pr. *qui sordidi sunt.* Deinde impr. veteres omnes *hoc fere accepimus.*

haec fere accepimus] A maioribus: ab his ita institutum esse scimus, ut sordida habeantur opificia, cetera.

2. * *improbantur ii quaestus*] Gu. pr. *improbandi sunt illi quaestus.*

ut portitorum, ut feneratorum] Goth. *ut portitorum, venatorum.* Ven. omnes, ut editum: *et feneratorum* Vin. Graev. pr. tres Oxon. Ald. *Portitores* erant, qui portoria exigebant, operamque publicanis in his exigendis locabant. Publicanorum vero ordo honestissimus erat, isque ex equitibus Rom. constabat, qui publicum, id est, vectigalia P. R. per omnes provincias atque in ipsa Italia redimebant, eaque per alios, in quibus portitores erant, exercebant. Hos τελώνας Iudaeis invisos et infimae notae hominibus adnumeratos fuisse, constat ex sacris litteris.

feneratorum] Male Goth. *venatorum.* *Feneratores* non sunt, qui pecunias aliis credunt haud plane gratuitas: (neminem enim Romanorum puduit legitimas usuras pacisci, capere et exigere) sed qui omnem pecuniam in fenore ponunt, hunc unum quaestum norunt, et quacumque arte cum aliorum detrimento et iniuria lucrum faciunt. Vide Salmas. de usur. cap. XVIII. p. 531.

stus mercenariorum omnium, quorum operae, non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a 4
mercatoribus, quod statim vendant. Nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur. Nec vero est quidquam turpius vanitate. Opificesque omnes in sordida arte versantur. Nec 5

* *ut feneratorum*] Gu. tert. *et foeneratorum.* Corrector quinti *et* mutavit in *aut.* Reliqui Gu. et impr. veteres, et Nonius, in voc. *Portitores,* quod nunc editur, defendunt.

3. * *et sordidi quaestus*] Post haec verba Gu. tert. addit *sunt.*

mercenariorum] Omnes eos Romani vocabant *mercenarios*, qui mercedes accipiebant. In his erant et *scribae* et alii, qui non gratuitam operam aliis praestabant. Vide Cornel. Nep. Eum. c. 1. Plin. lib. IV. epist. 12. Nam et reipubl. et amicis sine ulla mercede inserviendum putabant Romani, qui solo honore contenti esse volebant videri. Duo vero mercenariorum genera constituuntur: unum eorum, quorum *operae* conducuntur ut fossorum, baiulorum, lignatorum; alterum eorum, quorum *artes,* id est, artis opera, emuntur, ut pictorum, statuariorum, caelatorum. Hos sordidorum numero eximit, ac potius honestis pares ponit, si maior praesertim eorum artibus prudentia insit.

mercenariorum omnium] Ven. quart. Victor. Iunt. Lang. Gronov. Oliv. et Facciolatus, *mercenariorum, omniumque quorum.* Probe.

* *mercenariorum omnium, quorum operae*] Viderit Victorius, quos libros sequutus *omniumque* ediderit. Mihi placet scriptura MSS. et impr. veterum omnium, quam cum Graevio servandam existimavi. Cicero *mercenarios* appellat omnes, qui mercede aliquid faciunt. Horum non omnium omnino, sed omnium eorum, quorum operae emantur, illiberales quaestus esse pronuntiat: eos vero mercenarios, quorum artes emantur, a grege sordidorum seiungit. Pro *operae* Gu. sec. tert. impr. Magont. incert. et uterque Lips. male dederunt *opera.*

* *non quorum artes*] Pronomen *quorum* Ernestus, invitis omnibus libris et, quod pace venerabilis senis dixerim, invito Cicerone, expulit.

Est enim illis ipsa merces] Goth. Vin. Venet. quatuor, Arg. Ald. et Vincent. Bellov. *est enim in illis:* quod Ciceroni cur detrahatur, causa nulla est. Est enim *in illis,* quod ad illos attinet: ut cap. 41. extr. *in ipso peregrino.* Vid. ad c. XV, 2. Sic etiam legit Valla lib. IV. elegant. c. 32.

* *Est enim illis ipsa merces*] Hoc exhibet Gu. quint. solus inter meos. Gu. pr. *Est enim in illa merces:* tert. *Est enim in ipsis merces:* duo reliqui, omnes impr. veteres, etiam Gryph. *Est enim in illis ipsa merces,* quos Pearcius et patruus meus merito sequuntur.

auctoramentum] Obligatio ad serviendum pacta mercede contracta.

4. *putandi*] Vin. Ven. tres, Arg. *putantur:* Ven. quart. *putandi.*

* *putandi*] Gu. pr. quint. et impr. veteres *putantur:* Gu. quart. *putandi sunt.*

qui mercantur a mercatoribus] Quos Graeci καπήλους, Latini *propolas* dicunt, qui emta carius vendunt. Hos Romani non ab honoribus tantum petendis, sed a militia quoque repulisse, ostendi in dissert. de studiis iuvent. apud Rom. n. 4.

* *proficiunt*] Ex Nonio, in voc. *Vanum,* cum quo faciunt Gu. pr. optimique et Gruteri, et Graevii codices [itemque Bern. b d], scripsi *proficiant.* Proxime accedit Gu. quart. in quo est *proficiat.*

* *quidquam est turpius*] Verbum *est,* quod Gu. sec. omittit, Nonius, Gu. pr. tert. quart. quint. Graevii primus et impr. Magont. ita collocant: *est quicquam turpius.* Tot monitores non exaudire socordis foret.

vanitate] Mendacio.

5. *Opificesque omnes*] Heumann.

6 enim quidquam ingenuum potest habere officina. Minimeque artes eae probandae, quae ministrae sunt voluptatum:

Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores,

ut ait Terentius. Adde huc, si placet, unguentarios, sal-
7 tatores, totumque ludum talarium. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, ut architectura, ut doctrina rerum ho-

opifices quoque omnes. Graecis *βάναυσοι, χειρώνακτες, χειροτέχναι,* Latinis *sellularii.* Ergo *opifices* non eximuntur n. 3. ut Graevius opinatur, quasi eorum artes, non operae, emanantur. Sordidi certe habebantur sutores et id genus alii. Id factum est eo, quod artes suas venales habent, nec plus, quam propolae, lucrari credebantur, nisi ad modum mentirentur. Apud Graecos quidem opifices honestos habitos fuisse, praeter alios docet Lucianus in somnio: apud Romanos vero omnis *βαναυσία* ad servos erat amandata, teste Dionys. Halicarn. lib. II. c. 28.

° *Opificesque*] Copulam abiecit Gu. tert.

Nec enim quidquam ingenuum potest habere officina] Non tam victus et cultus, quam sordida et plane mercenaria eorum opera ab ingenuitate aliena est. Vin. Ven. omnes, Arg. Ald. *nec vero quidquam.*

° *Nec enim quidquam*] Gu. quart. quint. omnesque impr. veteres *Nec vero quicquam*: Gu. tert. *Nec enim ingenuum quicquam.* Deinde Gu. pr. sec. tert. quart. et Gryph. *habere potest officina.*

6. *Minimeque artes hae probandae*] In tribus Ven. Arg. Ald. et aliis *hae* desideratur, est vero in Goth. et Venet. quarto.

° *Minimeque artes hae probandae*] Ab impr. vetustis omnibus abest pronomen *hae,* quod auctoritate Gu. pr. sec. tert. quibus Gryph. accedit, in *eae* mutavi.

Cetarii] Qui maiores pisces venditabant, salsamentarii, qui a piscatoribus distinguuntur, quod hi recentes, illi salsos pisces praebebant.

lanii] Quos nunc laniones vocare malunt sine veterum exemplo, a laniandis pecoribus dictos.

furtores] Qui insicia et farcimina faciunt, ut ait Donat. ad Terent. locum II. Eun. 2, 26. Vetus onomast. *fartores*, ἀλλαντοπῶλαι. Facciol. *sartores*, vitio fortasse operarum: quamquam ita et Goth. ° Gu. pr. *pastores.*

piscatores] Goth. a manu secunda *pistores.*

Adde huc] Vulgo adde *his,* Goth. *huic,* ex *huc,* quod retinendum.

° *Adde huc*] Gu. tert. *Adde huic*: impr. Magont. *Adde hiis*: ceteri impr. veteres *Adde his.*

unguentarios] Qui pretiosa unguenta praeparant venduntque, quibus in conviviis ad delicias utebantur.

saltatores] Histriones, et ab Augusti temporibus, pantomimos maxime, qui vel sine verbis saltando exprimebant, quae intelligi volebant, ideoque prae ceteris *ὀρχησταί, saltatores* dicebantur. Vide Lucian. de saltatione p. 809. De horum infamia dixi in eadem dissert. cuius proxime mentionem feci, n. 2. et ad Cornel. Nep. Epam. c. 1.

ludum talarium] *Talarius ludus,* etsi a *tesserarum* ludo diversus est, pro toto tamen genere ponitur, dum omnes eos infames esse ostendit, quibus ex alea quaestus est. Vid. quae dixi ad orat. Philipp. II. c. 23. vel quae ibi alii: Cellar. ad orat. pro Arch. c. 6.

7. ° *aut prudentia maior inest*] Particula *aut* non comparet in Gu. tert. Pro *inest* Gu. pr. dedit *est.*

ut medicina] Accipe sexto casu.

° *ut architectura*] Adverbium *ut,* quod Gu. quint. in *et* mutat, omnes impr. veteres omittunt.

° *ut doctrina*] Gu. quart. *aut doctrina.*

nestarum, hae sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestae.
Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: sin 8
magna et copiosa, multa undique apportans multisque sine
vanitate impartiens, non est admodum vituperanda. Atque 9
etiam, si satiata quaestu, vel contenta potius, ut saepe ex
alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque
contulerit, videtur iure optimo posse laudari. Omnium 10
autem rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agri

* *hae sunt iis*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *hee sunt hiis*: Gu. tert. *eae sunt iis*: ceteri *hae sunt his.*

quorum ordini conveniunt] Haec adiicit Cicero, ut intelligatur, medicinae, architecturae, philosophiae, grammatices et rhetorices professionem, id est, alios his disciplinis erudiendi munus, et legitimum ex eo quaestum esse eum quidem honestum et plebeiis haud erubescendum; sed minus tamen iis decorum, qui summo loco nati sint. Senatorum enim et equitum filios tales artes publice esse professos, haud facile invenias. Eos tamen excipio, qui vel suo vitio maiore spe exciderunt, vel fortunam iniquiorem habuerunt. Vide Plin. lib. XXXVIII, c. 1. Cornel. Cels. lib. I. praef. pr. Plin. min. lib. IV. epist. 11. pr. Ipsa vero earum scientia nemini probro, omnibus ornamento, nonnullis etiam ad honores suffragata fuit, dummodo quaestus inde abesset. Vid. c. VI, 5. Vitruv. praef. libri VII. Quintil. lib. I. c. X, 35. Sueton. de clar. rhet. pr. Capitolin. in Pertin. c. 1.

8. * *Mercatura autem si tenuis est*] Vid. ad n. 4.

sin magna et copiosa] Quam dicunt magnariam. Ab ea ne equites quidem et senatores semper abstinuerunt, quos per servos certe negotiari solitos constat. [Ignoro quos senatores dicat, quibus lege interdictum erat, vide Livium XXI, 63.] Numquam tamen hoc quoque liberalioris quaestus genus in nobilibus hominibus offensione caruit, manetque vetus de mercatura opinio etiam nunc in Germania et Gallia.

* *sin magna*] Gu. quart. *sin vero magna.* Postea sec. *multa apportans undique.*

impertiens] Sic Graevius suo codici parens. Idem tamen cap. XXVI, 9. *impartiens* edidit ipse, et libri omnes primam vocalem hic retinent. Ita *infacetus* lib. III, 14. pr.

* *impertiens*] Gu. quart. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. Gryph. et Anemoec. *impartiens.* Reliqui solito scripturae compendio utuntur, ut supra c. XXVI, 9. [Etiam h. l. Bernenses omnes *impertiens.*]

non est admodum vituperanda] Hinc suspicari licet, fuisse illis etiam temporibus nobiles, qui mercibus mutandis rem facerent: quos ita non reprehendit, ut tamen laudari nolit.

9. *ut saepe ex alto in portum*] Si, ut saepe ex mari se in portum recepit, ita tandem ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit, id est, pecuniam mercatura quaesitam in fundis collocarit, et reliquam vitam agro colendo exegerit.

ex ipso portu] Ven. quart. et Ald. *sic ex ipso portu.*

* *ex ipso portu*] Gu. pr. et corrector quinti *et ex ipso portu*: [Bern. c] Gryph. *sic ex ipso portu.* Hoc restituenti Pearcio nullus neque scriptorum, neque veterum impr. nostrorum adstipulatur. Et quamvis praecedat *ut,* tamen *sic* abesse potest. Vide supra ad c. I, 1.

se in agros] Ernestus ex MS. Duisb. *in agros se.*

* *possessionesque contulerit*] Gu. pr. sec. et quart. *contulit.*

10. *ex quibus aliquid acquiritur*] Quibus divitiae comparantur. Lectio nostra est in scriptis plerisque et Non. cap. V, 6. itemque Vincent. Bellov. *exquiritur* Goth. Vin. Ven. Arg. Ald.

* *acquiritur*] Cum Gu. tert. et

cultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. De qua, quoniam in Catone maiore satis multa diximus, illinc assumes, quae ad hunc locum pertinebunt.

43 Sed ab iis partibus, quae sunt honestatis, quem ad
2 modum officia ducerentur, satis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quae honesta sunt, potest incidere saepe

quinto impr. veteres omnes *exquiritur.*

nihil est agricultura melius] Eam ex Romuli institutis Romani ceteris quaestibus praeferebant. Vid. Dionys. Halicarnass. lib. II. c. 28. Ideo in ea laudibus efferenda cum poëtis, Virgilio lib. II. georg. extr. Horatioque epod. 2. certarant rusticae rei scriptores, Cato in prooem. Columella lib. I. praef. Plinius lib. XVIII, c. 3 et 5.

* *nihil est agricultura*] Verbum *est* Gu. quart. omisit. In Gu. sec. *agri cultura* separatis vocabulis scriptum est. Tenendam censeo hanc orthographiam, ne deferantur imperiti in errores similes illi, quo Ricciolus in prosod. reform. comminiscitur, nomen *agricultor,* quod divise *agri cultor* scribendum erat, secundam syllabam corripere.

* *nihil uberius, nihil dulcius*] Impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. *nil uberius, nil dulcius.* Verba *nihil dulcius* Gu. quart. et a manu prima quint. omittit.

nihil homine, nihil libero dignius] Ita Graevius edidit auctoritate codd. Lang. et unius Aldini: sed Goth. Vin. XIII. Anglic. cum prius vulg. et Vincent. Bellov. *nihil homine libero dignius.* Hoc recte defendit Pearcius: quia, quidquid homine dignum, id libero aeque dignum est. Agricultura vero libero non magis digna est, quam quovis alio homine. Nihil itaque hunc locum iuvant, quae leguntur c. XXIX, 13. et Lael. c. XXIV, 7. ubi de *indignis* sermo est, non de *dignis.* Quae enim *homine indigna,* maxime *indigna* sunt *libero.*

* *nihil homine, nihil libero*] Pearcio, Ernesto patruoque meo praeeuntibus edidi *nihil homine libero,* quod in Gu. pr. tert. quart. quint. in impr. Lugd. 1527. et Gryph. reperitur. Ita Cic. pro C. Rabir. perduell. reo c. 5 *Conditio, exspectatio, mentio ipsa denique indigna cive Romano atque homine libero est.* Proxime accedunt exc. Bedae atque Eybi *nihil libero homine,* impr. Magont. incert. et Venet. 1498. *nil libero homine,* uterque Lips. *nil homine libero.* Non multum tamen aberat, quin praeferrem scripturam Gu. sec. optimi libri, qui, omisso vocabulo *homine,* exhibet *nihil libero dignius.* Hoc certe Ciceroni est usitatissimum. De or. I, 5 *Eruditio libero digna.* Ibid. c. 16 *Qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus.* Hic etiam Gu. pr. *quae sunt libero homine dignae,* sine dubio ex glossatoris ingenio, substituit. In Pis. c. 10 *Agentem aliquid, quod esset libero dignum.* De univers. c. 1 *Artibus, quae quidem dignae libero essent, ornatus omnibus.* [Orelliani libri variant, Bas. et Bern. d *nihil homine libero,* Bern. e *nihil libero homine,* Bern. a b c *nihil homine, nihil libero,* quod mihi quidem verum videtur, ut sit *nihil homine* in universum, *nihil,* de quo nunc dicimus, *libero dignius.*]

in Catone maiore] Cap. 15. et proximis inde.

illinc assumes] Pal. pr. et tres Oxon. *illa:* Goth. Vin. *illic.*

* *illinc assumes*] Fabricii optimus *illim:* Gu. pr. *ibi.*

* *pertinebunt*] Anemoecius *pertinent.*

Cap. XLIII, 1. *Sed ab iis partibus*] Honestatis partes sunt prudentia, iustitia, fortitudo, modestia. Ab his quemadmodum ducerentur officia, hactenus ostendit.

2. * *Eorum autem*] Gu. tert. *Horum autem.* Deinde suaviore positu sec. *quae sunt honesta.*

contentio et comparatio; de duobus honestis utrum hone-
stius, qui locus a Panaetio est praetermissus. Nam cum 3
omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit
cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta
moderationis: hae in diligendo officio saepe inter se com-
parentur, necesse est. Placet igitur, aptiora esse naturae 4
ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cogni-
tione ducantur: idque hoc argumento confirmari potest, 5
quod, si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum
affluentibus copiis omnia, quae cognitione digna sunt, summo

contentio et comparatio] *Contentio* non est pugna, ut cuidam placet, sed collatio et rerum similium inter se comparatio. Dicimus enim *facere contentionem hominum, rerum,* pro conferre inter se homines vel res.

* *contentio et comparatio*] Ernestus auctore MS. Duisb. verba *et comparatio* delevit. Equidem, quum liber antiquus supra c. XVII, 14. idem suaderet, nihil novare ausus sum. Paullo post impr. Magont. *utrum iure honestius.*

de duobus honestis utrum honestius] Honesto nihil esse honestius, recto nihil rectius, adfirmabant quidem Stoici: (vid. paradox. III. c. 1. extr.) sed si acciderit, ut de duobus honestis alterutrum tantum praestari possit, deliberandum utique, utrum praesenti tempori sit accommodatius.

qui locus a Panaetio est praetermissus] Vid. c. 3. extr.

* *a Panaetio est*] Gu. tert. et impr. Lugd. 1527. *est a Panaetio.*

3. *manet*] Indicativus *manat* est in Argent. vitiose. * Uterque impr. Lips. *manat.* Deinde Magont. *in partibus quatuor.*

cognitionis] Prudentiae. Goth. *cogitationis,* ut infra etiam n. 9.

communitatis] Iustitiae communitatem servantis.

magnanimitatis] Fortitudinis. * Gu. sec. et quint. *magnitudinis.*

moderationis] Temperantiae.

in diligendo officio] *Deligendo* Vin. Oxonienses, vulgatique, quos sequitur Grut. Pearc. et Facciol. Malim, a *dilego, dilegendo,* nisi id idem est. Vid. ad c. II, 9. XIV, 10.

* *hae in diligendo officio saepe*] Gu. tert. quart. [cum Bas. et Bern. a b c] et impr. Lugd. 1527. *haec:* Magont. *hee.* Scripti Gu. et impr. vetusti *in deligendo,* impr. Lips. 1507. *in delegendo.* Vocabulum *officio* a Gu. tert. adverbium *saepe* ab impr. incert. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. abest.

4. * *Placet igitur*] Omnes impr. veteres *Placet ergo.*

officia quae ex communitate] Aptiora naturae sunt officia, quae a conservanda hominum societate ducuntur, quam quae a vero investigando: *cuius studio a rebus gerendis abduci contra officium est,* ut ait cap. VI, 6.

* *ducantur*] Gu. tert. et quint. *ducuntur,* impr. Magont. *dicantur.*

5. * *idque hoc argumento*] Gu. tert. *idque eo argumento probari potest.*

confirmari] Goth. *probari.*

ut in omnium rerum affluentibus copiis] Vinar. Venet. omnes, Argent. quibus et sex Oxon. accedunt, *ut omnium rerum affluentibus copiis ditetur, quamvis:* Goth. et *in* et *ditetur* omittit, nec aliter Pearc. edidit, etsi praepositionem Victorius, Langius, Fabricius, Grut. Graev. Oliv. Facciol. retinent.

* *ut in omnium rerum*] Praepositionem, quae a reliquis MSS. Gu. et ab impr. veteribus abest, optimus meorum Gu. sec. conservat. Postea cum Gu. tert. quart. quint. omnes impr. vetusti *affluentibus copiis ditetur.* Patruo in obs. antibarb. cap. V. p. 482. legendum videbatur, *ut, omnium rerum affluentibus quam-*

otio secum ipse consideret et contempletur: tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, excedat e
6 vita. Principsque omnium virtutum illa sapientia, quam

vis copiis, omnia, quae cognitione digna sunt, cetera.

quamvis omnia quae cognitione digna sunt] Fabricius, Facciolatus et Heumann. particulam *quamvis* excludunt; quae tamen est in omnibus libris. Vinar. tres Ven. Arg. Ald. *quamvis ea quae cognitione digna sunt.* Latet aliquid vitii, nec solus librorum consensus dubitationem eximere potest. Non tamen eo me deducet Rothii temeritas, ut *Ciceronem sui oblitum* dicam: cum, quid Cicero scripserit, parum liqueat. Quae adsunt verba ita inter se connectenda sunt: *Idque hoc argumento confirmari potest, quod* (sapiens,) *si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, si* (etiamsi) *ea vita* (ei) *sapienti contigerit, ut omnium rerum affluentibus copiis,* (licet omnium rerum copia affluat) *summo otio secum ipse consideret et contempletur quamvis* (vel) *omnia, quae cognitione digna sunt, tamen excedat e vita.* Prima, *quod* sapiens, cohaerent cum ultimis, *tamen excedat e vita.* Memini quidem, *quamvis* saepe adiectivis et adverbiis praeponi, pro *quantumvis:* eiusque significationis exempla in his quoque libris observavi supra ad c. XXV, 5. Lib. II. cap. VII, 8 *Quamvis demersae sint leges.* Ibid. c. XX, 6 *Quamvis magnum aliquod acceperit.* Vide supra ad cap. XXV, 5. Huic vero loco eam significationem difficile est accommodare, quod *quamvis omnia* coniungi non possunt. Nec enim augere aut minuere queas, quae sunt *omnia.* Itaque *quamvis* mihi corruptum videtur ex *quaevis,* cuius glossa est *omnia,* mutataque prima lectione ab aliis *omnia,* ab aliis *ea* adscriptum fuisse. Similem glossam observavi ad c. 4. pr. Quod si aliis quoque probabitur, posthac legetur: *ut in omnium rerum affluentibus copiis quaevis, quae cognitione digna sunt.*

* *quamvis omnia, quae cognitione digna sunt*] Particulam *quamvis* exemplo Franc. Fabricii delevi. Ut credam, hanc non sine antiquorum codicum suffragio a Fabricio expulsam esse, tum nota viri modestia, tum illud etiam facit, quod Hier. Wolfius inter variorum codicum scripturas in margine adnotavit: *ut in omnium rerum affluentibus copiis, omnia quae.* Impr. veteres omnes habent *quamvis ea, quae.* Gu. sec. quart. Pearcius atque Ernestus *quamvis omnia, quae cognitione digna sint:* Gu. tert. *sunt digna.* [Mihi quidem servandum videtur *quamvis,* quod omnes libri habent, itaque explicandum, ut ea coniunctione suscipiatur paululumque mutetur id, quod praecedit, *si ea vita contigerit ut,* eodemque referatur quod sequitur *tamen.* Oblitus sane est Cicero non sui, sed institutae constructionis. Etiam *quae digna sint* scribendum videtur, accedente Bern. b.]

tamen si solitudo tanta sit] Goth. *tamen solitudo si tanta sit.* Hoc *tamen* non respondet suspectae particulae *quamvis;* sed coniunctioni *si,* quae significat *etiamsi.* Sapiens, inquit, etiamsi ea vita sibi contigerit, ut omnium rerum copia affluens totum se dare possit rerum cognitioni, tamen in vita manere nollet. Vide me ad orat. pro Rosc. Amer. cap. XLIII, 6. Bengel. ad lib. VI. epist. XXII, 2.

* *si solitudo tanta sit*] Gu. tert. ut Goth. *solitudo si tanta sit,* transposita coniunctione, quam impr. Venet. 1498. omittit.

excedat e vita] Gronovius, Graevio adsentiente, ex una Plantiniana rescripsit *excidat e vita,* quod explicant: ex commercio et societate hominum excidat, ut vivus pro mortuo debeat haberi. Facciolatus, qui eamdem lectionem in vulgatae locum substituit, interpretatur: contabescat, veluti pars a suo corpore rescissa. Ego cum Pearcio et Oliveto vulgatam retineo, quae sola a libris et commodissima est. Cicero enim non de eo loquitur, quod eiusmodi sapienti in solitudine accidat, sed de eius iudicio.

σοφίαν Graeci vocant (prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quamdam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia) illa autem sapientia, 7 quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia: in qua continetur deorum et hominum communitas, et societas inter ipsos. Ea si maxima est, ut est, certe

Mortem eum huic vitae praelaturum esse dicit. Nam *excedat e vita* est, e vita excessurus sit libenter, moriturus potius sit. Lib. III. cap. XVIII, 11 *Si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere: hac vi non utatur.* Rem eamdem his verbis exprimit Lael. c. 6 *Cui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amici mutua benevolentia conquiescat?* Lib. V. de fin. c. 20 *Itaque, ut quisque optime natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus.*

° *excedat e vita*] Impr. veteres omnes *excedet e vita.*

6. *Princepsque omnium virtutum illa sapientia*] Vulg. *est illa sapientia.* In Goth. et aliis melioribus libris *est* excluditur, et hoc refertur ad postrema, *illa autem sapientia.*

° *Princepsque omnium virtutum illa sapientia*] Verbum *est* quod viliores libri his inserunt, a Gu. pr. et sec. recte abest. Gu. tert. *Princepsque omnium virtutum illa est sapientia:* quart. *Princeps est omnium v. i. s.* quint. *Princepsque est omnium virt.* Deinde Gu. tert. *quam Graeci sophiam vocant:* quart. *quam philosophiam Graeci vocant.*

quam Graeci φρόνησιν] Addunt vulgati *dicunt*, nec Goth. discrepat: sed Vinar. duo Oxon. tres Ven. Arg. et praestantissimi libri alii omittunt, ἀπὸ κοινοῦ *vocant* subaudientes.

° *quam Graeci φρόνησιν*] Etiam in quatuor Gu. et in impr. incert. *dicunt*, in quinto *vocant* his adiicitur. [Item Orelliani libri omnes *dicunt* praeter Bern. c, qui omittit.] Impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. glossema istud merito repudiant.

° *intelligimus*] Impr. Lugd. 1527. *intellegimus.* Idem infra n. 11 *intellegitur.*

7. *illa autem sapientia*] Hic mutatis paullum verbis continuatur oratio, atque *autem* est adsumtionis particula, non adversativa, ut cap. I, 3. ubi plura de hoc Ciceroniano connectendi more dixi. Mea interpunctio, quae parenthesi utitur, comprobata est a doctissimo Pearcio et Facciolato: Olivetus vero cum vulgatis errare maluit, cum ante eum verum vidissent plures. [At patet *autem* referri ad *prudentiae* oppositionem. Mihi parentheseos signis implicari potius quam expediri videtur oratio. Nam hoc voluit auctor: *princeps omnium virtutum sapientia communitatem deorum hominumque continet*, itaque si ipsa princeps omnium merito existimatur, communitatis quoque officia maxima esse debent. Illud autem quod sic cohaeret, *prudentiae* mentione interiecta, disiunxit, et relativa enuntiatione (*in qua continetur* cet.) absolvit.]

rerum est divinarum atque humanarum scientia] Veteres philosophi, Stoici maxime, mundum vel ipsum deum, vel dei esse partem putarunt. Hinc *res divinas* vocant naturales; quippe quae ad immortalem naturam quam vocant, pertinent. Ad harum cognitionem hominem nasci, eamque cum diis nobis communem esse volebant. *Res humanas* appellant eas, quibus vitae societas conservanda est. Harum igitur rerum scientia dicitur illis *sapientia.*

° *atque humanarum*] In Gu. quarto hic aliquot versus desunt. Quatuor reliqui et Gryph. dederunt *et humanarum,* quod praetuli.

° *in qua continetur deorum et hominum communitas*] Sapientia illa non modo docet (quemadmodum viro magno haec interpretari visum est) coniunctionem, quae inter deos et

necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse
8 maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturae manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. Ea autem actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad societatem generis hu-
9 mani. Ergo haec cognitioni anteponenda est. Atque id
10 optimus quisque re ipsa ostendit et iudicat. Quis enim est tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura, ut, si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissi-

homines, interque homines ipsos intercedit: sed communitatem, qua dii hominesque cives eiusdem civitatis sunt, ipsa conficit eiusque vinculum est. Docebant enim Stoici, teste Ario Didymo apud Euseb. praeparat. evang. l. XV. c 15 *ὅτι ὁ κόσμος οἱονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων. Κοινωνίαν δ᾽ ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὅς ἐστι φύσει νόμος.* Hunc Eusebii locum adducit, eamdemque Stoicorum sententiam multis quum aliorum, tum Ciceronis etiam testimoniis illustrat Lipsius physiolog. Stoic. lib. II. diss. 7. Gu. pr. *in qua continentur*: quint. *et deorum et hominum.*

Ea si maxima est] De *sapientia* dictum putant: *ea* sapientia *si maxima est.* Quid ni potius ad *communitatem* et *societatem* referatur? *Ea* societas *si maxima est,* (si latissime patet) *ut est certe: necesse est, quod a communitate* (quam sine actione tueri nequeas) *ducatur officium, id esse maximum.* Ita quadrat ratio, quae sequitur: *Etenim cognitio* cetera.

° *ut est certe, necesse est*] E Gu. pr. sec. impr. Magont. incert. ac Venet. 1498. mutavi interpunctionem, ut *certe* cum *necesse est* coniungeretur. Adverbia *certe, profecto* ἀποδόσεσι periodorum a *si* incipientium apta esse, exemplis Ciceronis ostenditur apud Tursellinum in particula *Si* nr. 24. Parenthesis *ut est* sine additamento consistit. Cic. l. V. ad divers. ep. 11 *Si vero improbus fuerit, ut est, duces eum captivum in triumpho.* Gu. tert. *ut certe est, necesse est.* Deinde pr. et quart. *ut a communitate.*

8. *Etenim cognitio*] Unus Oxon. *est autem cognitio,* alter *est enim cognitio,* omisso *sit.*

inchoata] Imperfecta. Goth. *et coarta,* quasi *coartata:* deinde *consequetur.*

° *quodam modo atque inchoata sit*] Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. *fit.* Gu. quart. *quodam modo est et inchoata sit.*

° *si nulla actio rerum*] Gu. tert. *si nulla rerum actio:* quint. omnesque impr. veteres *si actio nulla rerum.*

° *Ea autem actio*] Gu. pr. *Ea autem peractio*: tert. quint. et omnes impr. veteres *Ea vero actio.*

° *generis humani*] Gu. pr. *humani generis.*

9. *Ergo haec*] Haec actio. [Minime, sed *societas.*]

° *Ergo haec*] Gu. tert. *Haec ergo.* Paullo post idem et quint. *ostendit et iudicat.* [Bern. c *reapse* pro *re ipsa,* recepitque Orell.]

10. ° *Quis enim est*] Verbum *est* Gu. sec. omittit, quint. [Bas. Bern. e] omnesque impr. veteres transponunt *Quis est enim.*

tam cupidus in perspicienda] Lamb. *tam cupidus perspiciendae cognoscendaeque rerum naturae:* cui Latinum non visum est *cupidus in perspicienda natura.* Mihi religioni est damnare, quod in omnibus libris est, cum Plautus etiam dixerit *cupidus vino,* et *esse in aliqua re multum* probemus.

° *in perspicienda*] Impr. Mogont. incert. et uterque Lips. *in prospicienda.*

mas subito sit allatum periculum discrimenque patriae, cui subvenire opitularique possit, non illa omnia relinquat atque abiiciat, etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis,
in amici re aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur, 11
studiis officiisque scientiae praeponenda esse officia iustitiae, quae pertinent ad hominum caritatem, qua nihil homini esse debet antiquius.

Atque illi, quorum studia vitaque omnis in rerum 44
cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt. Nam et erudiverunt 2

* *ut, si ei*] Gu. sec. *ut si ea*: tert. *qui si ei.*

oblatum periculum] Ita Palat. pr. et Graev. cod. Mei vero et Anglic. cum ceteris et vulg. *allatum*, id est *nuntiatum*. Homini in bibliotheca abdito et in secessu agenti periculum patriae non tam facile *offertur*, quam *adfertur*.

* *allatum periculum*] In hanc scripturam omnia mea exemplaria consentiunt. [Bern. c *oblatum*, d *ablatum*, Bas. *illatum*.]

* *non illa omnia*] Impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *non omnia illa*. Paullo post Gu. pr. sec. quint. et impr. Magont. *abiciat*.

* *dinumerare se*] Pronomen abest a Gu. tert.

* *arbitretur*] Gu. pr. *arbitratur*: quint. omnesque impr. veteres *arbitraretur*.

Atque hoc idem] Idem vir bonus, non *hoc idem*.

11. * *praeponenda esse*] Gu. tert. *praeponenda officia iustitiae fore*.

ad hominum caritatem] Praescripsit hoc Palat. pr. et MS. Graev. recepitque Graevius. In nostris ceterisque exemplaribus est *utilitatem*, idque Pearcius et Olivetus etiam reduxerunt.

* *ad hominum caritatem*] Ita iam Anemoecius edidit. MSS. Gu. cum vulgatis praeferunt *utilitatem*, quam lectionem veram esse, ex iis, quae sequuntur, Ernestus v. c intelligere sibi visus est. Equidem, quia vox, de qua ambigitur, in conclusionis complexione posita est, ex sumtionibus praegressis, quid Cicero scripserit, iudicandum esse crediderim. Dixerat vero noster *hoc idem in parentis, in amici re aut periculo fecerit*, eaque sunt officia iustitiae, quae pertinent ad hominum *caritatem*. Praeterea sententia haec *hominum* caritate *nihil homini esse debet antiquius*, Cicerone videtur esse dignior, quam illa *hominum* utilitate *nihil homini esse debet antiquius*. Conf. de fin. V, 23. [Orelliani libri praeter Bern. c (qui habet *caritatem*) vulgarem scripturam *utilitatem* servant.]

* *esse debet*] Gu. quint. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *debet esse*.

antiquius] *Carius* interpretantur. Non haec est significatio verbi. *Antiquus* idem est, quod *anticus*, ut *coquus* et *cocus* scribitur, *sequius* et *secius*, *quotidie* et *cotidie*: *anticus* verò idem quod *anterior*, *prior*; unde *antiqui*, quos eosdem et *priores* vocant. Cum itaque *nihil antiquius esse* dicitur, nihil anteponi significatur.

Cap. XLIV. 1. *tamen*] Praecedere debebat *etsi*: sed illud saepe ante *tamen* omittitur.

* *recesserunt*] Gu. quart. *recessere*.

2. *erudiverunt*] Vin. [Bern. e] Venet. Arg. *erudiere*, Goth. [Bas. Bern. c d] et Ald. *erudierunt*.

* *erudiverunt*] Ita est in [reliquis Bern.] Gu. sec. et a correctore in pr. Hic enim cum scriptis reliquis, quos sequuntur impr. incert. et Lips. uterque, dederat *erudierunt*. Venet.

multos, quo meliores cives utilioresque rebus suis publicis essent: ut Thebanum Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium Dionem Plato, multique multos: nosque ipsi, quidquid ad rem publicam attulimus, (si modo aliquid attulimus) a doctoribus atque doctrina instructi ad eam et or-

1498. *erudire,* Magont. ac Lugd. 1527. *erudiere.*

rebus suis publicis] Vin. et Arg. *in rebus suis publicis:* Goth. *rebus suis et publicis,* quatuor Oxon. *rebus et suis et publicis,* ut iam Lamb. edidit, et Maturantius legisse videtur, qui interpretatur: *sive in politica, sive in oeconomica.*

* *utilioresque rebus suis p.*] Copula *que* a Gu. sec. abest. Tert. et quart. *utilioresque rebus suis et publicis:* quint. *et suis et publicis:* impr. veteres, excepto incerto, omnes *in rebus suis p.* Nihil mutandum esse, Grutero et Iac. Gronovio adsentior.

* *Epaminondam*] Gu. quart. quint. omnesque impr. veteres *Epaminundam.*

Lysis Pythagoreus] Vitiose multi *Lysias.* Vide de eo Bosium ad Cornel. Nep. Epam. c. 2. Cicer. lib. III. de orat. c. 34.

* *Lysis*] Hoc nomen, Langio teste, in unico libro mansit incorruptum. Alii omnes, etiam mei, errore solito *Lysias* exhibent. [Orellius de suis libris tacet.] Conf. Schottum in vita Demosth. Olymp. CV. an 1. et Taylorum ad Lysiae a se editi inscriptionem.

* *Syracusium*] Gu. pr. quart. atque ed. Anemoec. *Syracuseum.* Et Graeci, quod e Stephano Byzant. discimus, non solum *Συρακούσιος* et *Συρακόσιος,* sed etiam *Συρακοσεύς* dicebant. Potuit igitur *Syracuseus* a Latinis dici, quemadmodum *Citieus, Halicarnasseus, Phalereus* apud Cic. et alios legimus. Vide patrui obs. antib. cap. II. p. 372.

Dionem] Vide Cornel. Nep. Dion. c. 2. * Gu. sec. *Dionemque*: quart. *Diogenem.*

quidquid ad rempubl. attulimus] Quantumcumque utilitatis reipubl. attulimus, id attulimus, quod a doctoribus instructi ad eam accessimus. [Sed tollenda videntur parentheseos signa, nam ἀπόδοσις accommodatur ad *si quid attulimus,* non ad id quod praecedit *quidquid attulimus.*]

a doctoribus atque doctrina instructi] Pluribus hoc locis gratissimus testatur Cicero. Pro Arch. c. 6 *Atque hoc eo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque censetur oratio et facultas: quae quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio. Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsilii parvi esse ducenda: numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus obiecissem.* In oratore c. 3. *Ego autem et me saepe nova videri dicere intelligo, cum pervetera dicam, sed inaudita plerisque; et fateor me oratorem, si modo sum, aut quicumque sum, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse.* Lib. I. de nat. deor. c. 3 *Nos autem nec subito coepimus philosophari, nec mediocrem a primo tempore aetatis in eo studio operam curamque consumsimus; et cum minime videbamur, tunc maxime philosophabamur: quod et orationes declarant refertae philosophorum sententiis, et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit; et principes illi, Diodotus, Philo, Antiochus, Posidonius, a quibus instituti sumus.* Non spernenda est Heumanni coniectura, *a doctoribus aque doctrina instructi.*

nati accessimus. Neque solum vivi atque praesentes studio- 3
sos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam
post mortem monumentis litterarum assequuntur. Nec enim 4
locus ullus praetermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad
mores, qui ad disciplinam rei publicae pertineret: ut otium
suum ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita illi 5
ipsi doctrinae studiis et sapientiae dediti, ad hominum
utilitatem suam intelligentiam prudentiamque potissimum
conferunt. Ob eamque caussam eloqui copiose, modo pru- 6
denter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia co-
gitare: quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia com-
plectitur eos, quibuscum communitate iuncti sumus. Atque 7
ut apium examina non fingendorum favorum caussa con-

* *atque doctrina*] Iac. Gronovius, Victorium secutus, edidit *atque a doctrina:* placet, ita tamen, ut *atque doctrina* cum Heumanno legere malim. Postea Gu. quart. *ad eam ornati,* omissa copula *et,* quam quint. in *atque* mutat.

3. * *discendi*] Impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *dicendi.* Paullo post Gu. tert. *sed idem,* om. *hoc.*

4. * *locus ullus praetermissus est*] Gu. pr. et tert. *ullus locus*: pr. sec. tert. et Hier. Wolfius *est praetermissus*: Gu. quart. *locus est ullus praetermissus.*

* *pertineret*] Impr. Venet. 1498. Lugd. 1527. et Anemoec. *pertinet.* Deinde Gu. quint. *Ita ut otium suum.* Paullo post tert. *ad nostrum videantur negotium contulisse.*

ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur] Ut, etiamsi ipsi privati vixerint, tamen vitae suae tempus in id impendisse videantur, ut ad res gerendas nos erudirent atque instruerent.

5. *doctrinae studiis et sapientiae dediti*] Dum se doctrinae studiis et sapientiae dedunt.

suam intelligentiam prudentiamque] Alio ordine Goth. Vin. Ven. Arg. *suam prudentiam intelligentiamque.*

* *suam intelligentiam prudentiamque*] Hunc verborum ordinem Gu. sec. benè tuetur. Mutant pr. et tert. [et Bern. d] *prudentiam suam intelligentiamque:* quart. [Bas. Bern. a b e] omnesque impr. veteres, quos sequitur Pearcius, *suam prudentiam intelligentiamque*: Gu. quint. *suam sapientiam, prudentiam intelligentiamque.*

6. * *Ob eamque causam*] Gu. pr. *Ob eandem causam*: sec. tert quart. [Bern. a b d] Oxon quinque, Victor. et Pearc. *Ob eamque etiam causam*: Gu. quint. et impr. vetusti omnes *Ob eam etiam causam.*

* *cogitare*] Gu. quart. *excogitare.*

cogitatio in se ipsa vertitur] Ad se ipsa reflectitur, non prodest aliis. Lib. III. de fin. c. 7 *Sola enim sapientia in se tota conversa est.* Goth. *in se ipsam.*

* *quod cogitatio*] Gu. pr. *qn̄,* quod esset *quando.* Invenerat fortasse librarius ille *qm,* quod est *quoniam.* Deinde quart. *in se ipsa revertitur.*

* *eloquentia complectitur*] Frivola diligentia Gu. tert. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. interponunt *vero.*

* *iuncti sumus*] Gu. pr. *coniuncti sumus.*

7. *Atque ut apium examina*] Superiori capite n. 10. dixerat, optimum quemque actionem anteponere cognitioni. Id probavit eorum quoque exemplis, quorum vita omnis in rerum cognitione versata est. Id natura duce fieri, comparatione aliqua nunc ostendit, eosque errare ait, qui

gregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos: sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati,
8 adhibent agendi cogitandique sollertiam. Itaque nisi ea virtus, quae constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga
9 cognitio et ieiuna videatur. Itemque magnitudo animi, remota communitate coniunctioneque humana, feritas sit quae-

homines metu vel rerum necessariarum indigentia coactos societatem inter se coiisse putant. Eamdem enim vim naturae, quae apes congreget, homines quoque, sine ulla utilitatis ratione, coniungere. *Apium* autem, non *apum*, ut vulgo, est in codd. Grut. Graev. et aliquot Manut. Facciolatus multa hic a librariis perturbata esse suspicatur, atque hoc ordine periodos collocat. Primum locum dat n. 8 *Itaque nisi illa virtus*, proximum n. 7 *Atque ut apium examina.* Cum hoc connectit n. 11 *Nec verum est, quod dicitur a quibusdam.* Quae inter haec interiecta sunt, a verbis *Itemque magnitudo,* usque ad illa *atque communitas,* n. 9. grammaticorum esse additamenta credit. Orationem quidem esse admodum perturbatam, per se videbit quisque. Etiamsi vero doctissimum virum audire volueris: tamen ne sic quidem omnia cohaerere senties. Pearcius etiam aliqua transponenda, aliqua eiicienda existimat.

* *Atque ut apium*] Etiam in quatuor Gu. est *apium.* Sed tert. [unus Bern. e] et omnes impr. veteres *apum* dederunt. Ab hac autem periodo novam argumentationem ordiri Cicero videtur, quae talis est: Si homo quovis animali magis sociale est, eaque ad societatem propensio naturae humanae maxime est apta: sequitur, ut neque cognitio rerum, nec magnitudo animi, si remotae sint a consociatione hominum, laudem mereantur. Apparet igitur, cognitionis studium postponendum esse officiis, quae ducuntur ex humani generis communitate.

* *fingendorum favorum causa*] Gu. tert. *fingendorum causa favorum:* quart. *figendorum,* idemque postea *figunt:* quint. *causa ipsa congregantur.*

congregabilia natura] In Goth. abest *natura.*

* *natura sint*] Gu. tert. et quint. *sint natura.*

sic homines] Epicureos refellit, qui homines securitatis et utilitatis suae causa congregatos esse dicebant.

agendi cogitandique sollertiam] Scripti fere omnes, mei quoque *agendi congregandique sollertiam,* quod vero recte Aldus mutasse videtur.

* *agendi cogitandique*] Impr. incert. et Lugd. 1527. *augendi.* Omnes et scripti Gu. et impr. veteres *congregandique solertiam* [Sed antiquissimi duo Bern. a b *cogitandique* tuentur.]

8. *virtus quae constat ex hominibus tuendis*] Quae est iustitia.

* *generis humani*] Gu. pr. *humani generis.* Deinde impr. veteres, praeter Magont. omnes *attingat rerum cognitionem.*

attingat] Cum ea coniuncta sit, eam comitetur.

9. *Itemque magnitudo animi*] Haec periodus suspecta est Pearcio. [Eam subiunge proximae priori, quasi additamentum ad tenorem disputationis proprie non pertinens.]

* *Itemque magnitudo*] Gu. quart. et impr. Lugd. 1527. *Item magnitudo.*

remota communitate] Sic omnes libri, etiam Vincent. Bellovac. crediderim tamen fuisse *remota a communitate.*

* *remota communitate*] Gu. sec. *remota comitate:* exc. Bedae atque Eybi *remota iustitia humanaque comitate et coniunctione:* impr. Lugd. 1527. Anemoec. et Hervag. uterque *remota a communitate,* quod mihi tamen suspectum est.

dam et immanitas. Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitae, quod ea, quae natura desideraret, consequi sine aliis atque efficere non possemus, idcirco initam esse cum hominibus communitatem et societatem: quod si omnia nobis, quae ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina, ut aiunt, suppeditarentur; tum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione et scientia collo-

* *feritas sit quaedam*] Gu. tert. *feritas quaedam sit atque immanitas:* exc. Bedae atque Eybi *feritas quaedam sit* (Eyb. *fit*) *et immanitas*: impr. veteres omnes *feritas fit.*

* *Ita fit - - atque communitas*] Haec Gu. tert. ante periodum proxime praegressam collocat, quart. plane omittit. Librariis fraudi fuit, quod extrema utriusque periodi vocabula, *immanitas* et *communitas*, in easdem syllabas exeunt.

10. *desideraret*] Heumannus *desideret* coniicit.

* *desideraret*] Gu. sec. ac tert. *desideret.*

idcirco istam esse] Propter id, inquam. Cod. Aug. Pal. pr. Graevii et unus ex Oxon. *idcirco initam esse,* aliis *idcirco unitam esse.* Illud Grutero et Graevio iam probatum recepi.

* *idcirco initam esse*] Omnes mei libri, ut plerique aliorum, *istam* pro *initam* inculcant. Longe tamen praefero scripturam, quam ex optimis libris, Augustano Anemoecii, Pal. pr. Gruteri et suo veterrimo Graevius recepit, atque Oxoniensium librorum suffragio comprobatam amplectitur patruus [unus Bern. c *initam.*] Plane eleganter dicitur *inire communitatem,* quemadmodum *inire communionem, consortium, foedus, inducias, societatem* et similia apud bonos legimus. Et miror, Ernestum, venerabilem virum, aspernari verbum *initam*, quia illa communitas ac societas non *inita sit* ab hominibus, utpote quae sit opus naturae et dei. Ob id ipsum, opinor, placere debet emendatio Graevii, quia Cicero haec verba pronuntiat ex mente hominum, qui negabant, ab ipsa natura conciliatam esse humani generis societatem, quam contendebant ex inopia atque indigentia natam, ideoque ab hominibus *initam esse,* ut haberent, per quos ea, quibus maxime indigerent, consequerentur.

* *communitatem et societatem*] Gu. quart. *societatem et communitatem:* quint. *communitatem atque societatem.*

virgula divina] Sine nostra opera, divino aliquo munere, fortunae indulgentia. Formula proverbialis, a Mercurii virga ducta, qua omnia in id, quod ipse vult, mutantur. Ea enim θαυμασία τὴν δύναμιν esse putabatur, ut ait Lucian. in dial. deorum p. 199. Varronis satira olim exstitit, quam ille *virgulam divinam* inscripserat. Cicero eamdem rem his verbis dixit Lael. c. 23 *Si quid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in solitudine uspiam collocaret, atque ibi suppeditans omnium rerum, quae natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino adipiscendi potestatem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo.*

* *suppeditarent*] Etsi verbum *suppeditare,* pro *suppetere,* vindicavi ad cap. IV, 4. hic tamen cum meis et Oxoniensibus omnibus codicibus, itemque cum Olivet. et Facciol. malo *suppeditarentur,* quam *suppeditarent,* quod Lang. Fabric. et Graev. arripuerunt: quia additur *virgula divina.* * Omnes Gu. et impr. veteres *suppeditarentur.*

11 caret. Non est ita. Nam et solitudinem fugeret, et socium studii quaereret: tum docere, tum discere vellet, tum
12 audire, tum dicere. Ergo omne officium, quod ad coniunctionem hominum et ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione et scientia continetur.

45 Illud forsitan quaerendum sit, num haec communitas, quae maxime est apta naturae, sit etiam moderationi mo-
2 destiaeque semper anteponenda. Non placet. Sunt enim quaedam partim ita foeda, partim ita flagitiosa, ut ea, ne conservandae quidem patriae caussa, sapiens facturus sit. Ea Posidonius collegit permulta, sed ita taetra quaedam,

totum se in cognitione et scientia collocaret.] Graevius ἓν διὰ δυοῖν esse ait, quasi dicat *in cognitione scientiae,* ut Parrhas. legi voluit. Sed dubito an ita Latinorum aliquis dicat, et diversa utique significari puto. *Cognitio* est lectio et auditio: *scientia* mentis in rerum causis cognoscendis agitatio.

12. *omne officium*] Omnia officia, more Graecorum. Vid. ad cap. XXXV, 8.

Cap. XLV. 1. *Illud forsitan*] Ipse hanc quaestionem supervacaneam censet n. 4.

* *forsitan*] Gu. sec. *forte*: impr. uterque Lips. *forsan.* Postea Gu. sec. *quae maxime apta est.*

haec communitas] Officia a communitate ducta.

moderationi modestiaeque] Goth. *modestiae moderationique.*

* *moderationi modestiaeque*] Gu. tert. *modestiae moderationique.* Deinde impr. incert. omittit *semper.*

2. *Sunt enim quaedam ita foeda*] Hic cod. Vin. ed. Ven. pr. et sec. Arg. plerisque aliis praestant, Aldinis, Graev. Anglican. et Goth. in quibus est *sunt enim quaedam partim ita foeda, ita flagitiosa,* vel *partim ita flagitiosa.* Ven. quart. *sunt enim quaedam partim ita foeda, quaedam ita flagitiosa.* Recte illi, quos prius dixi, libri mei *partim* semel tantum suo loco positum habent, *partim ita flagitiosa.* Nam nulla hic est distributio; sed ea magnam partem esse *flagitiosa* dicuntur. Eodem modo librarii errarunt in orat. pro Rosc. Amer. c. XLV, 3. Dissentit tamen Pearcius, qui *partim* iteratum probat. [Et discrimen non leve interest, cum *foeda* sint quae affectus humanos violant, *flagitiosa* quae pudori repugnant, ut altera magis pertineant ad *moderationem,* altera ad *modestiam.*]

* *Sunt enim quaedam ita foeda*] Hanc scripturam, quae patruo placebat, impr. Magont Venct. 14.8. uterque Lips. Lugd. 1527. Anemoec. Graev. Iac. Gron. et Facciol. tenent. Gu. pr. *Sunt enim itaque partim feda.* Ex Gu. sec. quart. quint. ex Aldi nepotis et Franc. Fabricii libris atque ex impr. incerto praetuli *Sunt enim quaedam partim ita foeda,* quod Gryph. Hier. Wolf. Grut. Pearc. atque Ernestus iam receperant. Gu. tert. verba *partim ita foeda* omittit.

foeda] Nescio cur Aldus interpretetur *crudelia,* cum Cicero de iis loquatur, quae verecundiae repugnant et modestiae.

* *sapiens facturus sit*] Gu. tert. *sit facturus sapiens.*

Ea Posidonius collegit permulta] Vulgus dicit *eorum permulta.*

Posidonius] Stoicus philosophus, Panaetii auditor, qui ipsi Ciceroni familiaris fuit. Vid. lib. III. c. 2 extr. lib. I. de nat. deor. c. 3 et 44.

* *Posidonius*] Scripti Gu. et impr. veteres omnes *Possidonius.* Vide infra ad III, 2, 9.

taetra] Odiosa, foeda, dictu turpia. Vid. Non. c. IV, 466.

ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia. Haec igitur 3
non suscipiet rei publicae caussa; ne res quidem publica
pro se suscipi volet. Sed hoc commodius se res habet, 4
quod non potest accidere tempus, ut intersit rei publicae,
quidquam illorum facere sapientem. Quare hoc quidem ef- 5
fectum sit, in officiis deligendis id genus officiorum excel-
lere, quod teneatur hominum societate. Etenim cognitionem 6
prudentiamque sequitur considerata actio. Ita fit, ut agere

* *ita obscena*] Gu. tert. *et obscena* Idem postea consentiente quinto *turpia videantur.*

3. *non suscipiet reipubl. causa*] Vinar. et vulgati, *non suscipiet quisquam*: Goth. Victor. Facciol. *non suscipiet quis*. Sed utrumque a melioribus abest, subaudirique potest *sapiens*.

* *non suscipiet*] Gu. tert. *non suscipiet quis*: quart. *non suscipiat quisquam*: quint. *non suscipiat quis*: impr. veteres omnes *non suscipiet quisquam.*

* *ne res p. quidem*] Hoc tuentur Gu. sec. [Bern. a b d] antiquissimus Aldi, impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. Gryph. et Anemoec. Sed Gu. pr. *ne res publica pro se quidem*: tert. et impr. incert. *nec res p. quidem*: quart. *nec res publica*, omisso *quidem*: quint. unus Aldi et Palat. pr. *nec res quidem publica,* unde Iac. Gron. *ne res quidem p.* edidit. [Male, nam ut h. l. plerique libri mss. iuncta verba non separant, sic cap. 24, 8 omnes *ne re publica quidem postulante* habent. Et cf. ad cap. 9, 4. Quamquam non dixerim sic necesse esse.]

4. *Sed hoc commodius se res habet*] Vinar. et editi, *sed haec commodius se res habet:* Oxonienses et quid. al. *sed et haec commodius:* Goth. *sed in hoc commodius:* Aldi sex codd. Palat. pr. et Graev. *sed hoc,* id est, *eo, tanto.* Gruter. et Facciol. abesse mallent *se res habet.*

* *Sed hoc commodius*] Hanc scripturam etiam in Gu. tert. reperi. At quart et impr. incert. *Sed in hoc*: quint. *Sed et haec:* reliqui scripti et impr. veteres *Sed haec.* Deinde quart. *res se habet.* Idem paullo post *facere sapientes.* [*Haec res,* ut est in Bern. a b, bonum sensum habet, nimirum contentio justitiae et temperantiae, opposita contentioni justitiae cum scientia.]

accidere tempus] Vid. ad c. X, 3. Lib. III. epist. X, 7 *Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te facerem.*

5. *effectum sit*] Conclusum sit; ex argumentis, quae attuli, colligatur. Frequentius *conficitur* hac significatione legitur, idque saepe in *efficitur* mutatur. Vid. ad lib. II. cap. III, 5.

* *effectum sit*] Gu. sec. *factum sit:* quint. *quare quidem hoc affectum sit:* impr. Magont. *quare hoc quidem affectum sit.*

* *deligendis*] Gu. pr. impr. Magont. et Lugd. 1527. *diligendis.*

* *id genus officiorum excellere*] Gu. quart. *ut id genus officiorum excellat:* reliqui scripti et impr. veteres *hoc genus off. excellere.*

* *quod teneatur hominum societate*] Quod versetur in societate tuenda, in eaque positum sit. Lib. XIII. epist. 29 pr. *Non dubito quin scias, in his necessariis, qui tibi a patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum non his modo causis, quae speciem habeant magnae coniunctionis, sed iis etiam, quae familiaritate et consuetudine teneantur.* Pearcius coniicit, *quod tueatur hominum societatem.*

6. *Etenim cognitionem*] Haec periodus, quae finitur verbis *cogitare prudenter*, Facciolato est suspecta, nec utique necessaria.

* *cognitionem*] Exc. Bedae atque Eybi *cogitationem,* quod verum puto.

* *sequitur considerata actio.*] Gu. pr. et impr. incert. *sequetur*: Magont. Venet. 1498. et uterque Lips.

considerate pluris sit, quam cogitare prudenter. Atque
7 haec quidem hac tenus. Patefactus est enim locus ipse, ut
non sit difficile in exquirendo officio, quid cuique sit prae-
8 ponendum, videre. In ipsa autem communitate sunt gradus
officiorum: ex quibus, quid cuique praestet, intelligi possit:
ut prima diis immortalibus, secunda patriae, tertia paren-
9 tibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. Quibus ex
rebus breviter disputatis intelligi potest, non solum id ho-
mines solere dubitare, honestumne, an turpe sit: sed etiam,
10 duobus propositis honestis, utrum honestius. Hic locus a
Panaetio est, ut supra dixi, praetermissus. Sed iam ad
reliqua pergamus.

sequatur: Gu. tert. *sequitur actio considerata.*

* *agere considerate*] Omnes impr. vetusti *considerate agere.*

7. *patefactus est enim locus*] Monstrata est sedes quasi officiorum.

* *patefactus est enim locus ipse*] Gu. pr. *Patefactus autem locus est ipse*: sec. tert. et quint. *Patefactus enim locus est ipse.* Particulam *enim* quart. omittit.

* *sit difficile*] Omnes Gu. *difficile sit.* Deinde quart. *in quaerendo officio.*

quod cuique sit] Goth. Vin. et alii *quid cuique sit,* ut Olivetus edidit.

* *quod cuique sit praeponendum*] In MSS. Gu. solo quinto excepto, et in omnibus libris, quos ante Lambinum editos inspicere mihi licuit, *quid* pro *quod* exscriptum est. His obsequutus sum. Illud *quod* a Lambino introductum esse suspicor. [Non recte, Lamb. habet *quid,* sed ante eum Manutiana a. 1555. *quod.*] Is etiam paullo post *quod cuique praestet* ex *quid cuique praestet* procudit. Gu. tert. et quart. transponunt *praeponendum sit.*

8. * *intelligi possit*] Gu. tert. *potest.* Impr. Lugd. 1527. more suo, et hic, et aliquanto post, *intellegi* dedit.

gradatim reliquis] Vinar. et tres Oxon aliquot Pearc. quatuor Venet. Arg. Ald. *gradatim reliqua reliquis.* Hoc quis non sentiat anteponendum esse vulgatae lectioni?

* *deinceps gradatim reliquis*] Exc. Bedae atque Eybi *deinde.* Cum Gu. quinto [et Bern. e] Eybus et omnes impr. veteres *gradatim reliqua reliquis.* Horum consensu in antiquiorum librorum dissensu nihil admodum moveor. Facile quidem excidere vox *reliqua* potuit: sed quo minus ea opus esse existimem, praegressum *deinceps* facit.

9. * *honestumne, an*] Particulam *an* Gu. sec. in *aut* mutat, impr. Magont. omittit. Uterque male. Postea Gu. quint. *sed etiam in duobus prop.*

* *utrum honestius.*] Gu. pr. et sec. *utrum honestius sit.*

10. * *Hic locus a Panaetio est*] Gu. pr. et quint. *Hic locus est a Panaetio*: tert. *Hic locus, ut dixi, a Pan. est praetermissus.*

* *Sed iam ad reliqua pergamus.*] Impr. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *iam* omittunt.

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER SECUNDUS.

Quem ad modum officia ducerentur ab honestate, Marce 1
fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror
libro superiore. Sequitur, ut haec officiorum genera per- 2
sequar, quae pertinent ad vitae cultum, et ad earum re-
rum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad co-
pias. In quo tum quaeri dixi, quid utile, quid inutile:

Cap. I. 1. *ab honestate*] Vid. lib. I. c. 3. extr.

* *arbitror libro superiore.*] Verbum *arbitror* om. Gu. quart. Praepositionem adiiciunt pr. et quint. *in libro sup.*

2. * *Sequitur, ut haec*] Gu. quart. *Sequitur ut hic:* quint. *Sequitur vero haec.*

ad vitae cultum] Haec *utilitatis* est descriptio, de qua hoc libro agitur. Vid. lib. I. c. III, 7.

* *ad vitae cultum*] Gu. pr. *ad cultum vitae.*

* *et ad earum rerum*] Gu. pr. et sec. omittunt *rerum,* atque hic *earum* mutat in *eorum.*

facultatem] Acquisitionem, possessionem et usum. Alio ordine haec leguntur cap. 3. pr. Ven. tert. duo Angl. *facultates;* quod Pearcius maluit.

* *facultatem*] Male Gu. quart. *facultates.* Deinde impr. Magont. et incert. *ut ad opes.*

In quo tum quaeri dixi] Totam hanc periodum, cuius finis est *maxime utile,* supervacaneam, falsam atque ex margine adsumtam censet S. R. Heumannus et post eum Facciolatus. Eadem Langio quoque suspecta fuit, quod in multis libris aliqua desunt. In Vin. et Ven. pr. omittuntur haec; *tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile:* quae tamen alieno loco, post verba *ad vitae cultum* inculcata sunt, (ut in uno Oxon.) ut satis appareat, ea ex margine esse attracta, adscripta fortasse ad verba superiora, *libro superiore.* In Ven. sec. prorsus absunt, ut in sex Ald. In Goth. Ven. tert. et quart. itemque in Argent. eodem loco, quo hic, leguntur.

* *In quo tum quaeri dixi*] Gu. tert. *In quo totum id quaeri dixi*: impr. Magont. et incert. *In quo tamen quaeri dixi*: Venet. 1498. *In quo totum q. d.* Offendit fortasse librarios positus exquisitior particulae *tum,* quam facile tulissent, si ita collocata fuisset: *In quo quaeri dixi, tum quid utile, quid inutile, tum ex* cet. [Cf. mox cap. 2 init. et nostram

tum ex utilibus quid utilius, aut quid maxime utile. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de
3 iudicio meo dixero. Quamquam enim libri nostri complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium excitaverunt: tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiae nomen sit invisum, mirenturque, in ea
4 tantum me operae et temporis ponere. Ego autem quam diu res publica per eos gerebatur, quibus se ipsa commiserat, omnis meas curas cogitationesque in eam conferebam.
5 Cum autem dominatu unius omnia tenerentur, neque esset usquam consilio aut auctoritati locus, socios denique tuendae rei publicae, summos viros, amisissem: nec me ango-

annot. ad lib. I in Verr. 30 § 77.] Gu. pr. *In quo tum quaeri diximus utile. De quibus dicere,* omissis eis, quae interiecta sunt.

* *tum ex utilibus - - maxime utile*] Haec exciderunt etiam ex [Bern. a b d] Gu. tribus prioribus, in quinti vero margine leguntur. Id locum dare potuit traiectioni, quam patruus ex Vin. et aliis quibusdam libris adnotavit, et quam ipse in impr. Magont. reperi, [et Orell. in Bern. e]. Quemadmodum nunc editur, locus iste exhibetur in Gu. quart. [Bas. Bern. c, nisi quod hic *dixi quaeri* habet] impr. incert. Venet 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. [Nec mihi satis causae videtur esse, cur totam periodum insiticiam putemus, cum omissionis causa pateat.]

* *aut quid maxime utile.*] Pronomen omittunt Gu. quint. et impr Magont.

de iudicio meo] Cur haec philosophiae studia mihi recolenda iudicaverim. Goth. *ac iudicio meo.*

3. *complures*] In quibus Hortensium, Brutum, Varronem numerat. Goth. *quamplures*

* *complures*] Gu. quint. *quamplures.*

* *ad legendi*] Gu. tert. et impr. Venet. 1498. *ad legendum.*

* *excitaverunt*] Gu. tert. quint. impr. Magont. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *excitaverint.*

bonis viris] Sic *optimi viri* lib. II. c. 25 extr.

philosophiae nomen] Philosophiam enim ad illa tempora nemo Romanus praecipuo studio dignatus fuerat, quam tamquam rem sua gravitate minorem, Graecis tractandam relinquebant. Princeps eorum, qui eam in invidiam adduxerunt, fuit Cato. Plutarch. in eius vita p. 349. Vid. et Gell. XV, 11. Cicer. lib. II. Tusc. princ.

* *sit invisum*] Transponit Gu. tert. *invisum sit.*

mirenturque] Ex obliquo casu *quibusdam* subaudi *quidam.* Vid. ad lib. I, 19, 2. lib. III, 10, 2.

tantum me operae] Goth. *in ea me tantum operae.*

* *in ea tantum me*] Etiam in Gu. tert. et apud Nonium, in voc. *Ponere,* haec ita ordinantur, *in ea me tantum.*

4. * *gerebatur*] Impr. veteres omnes *regebatur.* Illam alteram scripturam tuentur MSS. et Nonius in voc. *Committere.*

quibus se ipsa commiserat] Quibus magistratus et imperia populi suffragiis mandata fuerant.

* *omnis meas curas*] Antiquam terminationem accusativi *omnis* cum Graevio tenent exemplaria Nonii in voc. *Conferre.*

in eam] Goth. *in ea.*

5. *dominatu unius*] Iulii Caesaris, eoque interfecto, Antonii.

socios tuendae reipubl.] Pompeium, Catonem, aliosque multos, qui bello illo civili perierant.

ribus dedidi, quibus eram confectus, nisi iis restitissem,
nec rursum indignis homine docto voluptatibus. Atque uti- 6
nam res publica stetisset, quo coeperat statu, nec in ho-
mines non tam commutandarum, quam evertendarum rerum
cupidos, incidisset. Primum enim, ut stante re publica 7
facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, ope-
rae poneremus: deinde ipsis scriptis non ea, quae nunc,
sed actiones nostras mandaremus, ut saepe fecimus. Cum 8
autem res publica, in qua omnis mea cura, cogitatio, opera

dedidi] Rom. *dedi.* Cat. mai. XIII, 2 *Cum se voluptatibus dedissent.*

* *dedidi*] Gu. pr. sec. tert. a manu prima quint. impr. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Nonius in voc. *Confectum,* exhibent *dedi.* Sed vide patrui lib. I. emendat. cap. 1. p. 3.

* *quibus essem confectus*] Ex Nonio MS. Gu. atque ed. Merceri praetuli *quibus eram confectus.* Offendit librarios elegans optimisque scriptoribus usitata modi enallage. Noster infra cap. XIX, 10 *Admonebat me res, - - ni vererer,* cet. Liv. II, 38, 5 *Et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi, si unum diem morati essetis, moriendum omnibus fuit?* Lib. XXXIV, 29, 10. *Difficilior facta oppugnatio erat, ni T. Quinctius cum quatuor millibus delectorum militum supervenisset.* Plin. panegyr. XXXI, 6 *Actum erat de fecundissima gente, si libera fuisset.* Plura exempla collegerunt viri docti, quos laudat* Drakenb. ad Liv. XLI, 24, 4. et patruus supra ad I, 9, 4. [Cf. quae in gramm. §. 519 disputavimus. Prorsus enim assentior Orellio restituendam esse Tullianorum librorum scripturam *essem.*]

* *nec rursum*] Gu. pr. a manu prima *nec rursus:* tert. *rursum nec.* Est autem hic *rursum* e contrario. Vide Vallam elegant. II, 57. et quae dixi ad fragm. Corn. Nep. Guelph. p. 145. et 160.

indignis homine docto voluptatibus] Intelligit primum eas, quibus vulgus, quod animi veras voluptates numquam degustavit, indulget; ludos, epulas, comissationes: tum et alias, quas ex agricultura, venatione, piscatu percipiebant Romani, in praediis suis abditi.

6. *quo coeperat*] Postquam Sulla libertatem populo reddiderat, et postquam Ciceronis consulatu recreata fuerat.

non tam commutandarum rerum, quam evertendarum] Hoc quid sit, explicat orat. III. Catil. c. 10. et IV, 6.

* *quam evertendarum rerum*] Hunc verborum positum MSS. Gu. atque ed. Gryph. cum Graevio tuentur. Impr. vetusti omnes et vulg. *non tam commutandarum rerum, quam evertendarum cupidos.* Gu. pr. *quam enervandarum rerum cupidos.*

7. *non ea quae nunc*] Dum de philosophia scribimus.

actiones nostras] In senatu et foro, id est, orationes utroque loco habitas, quae *actiones* dicuntur. Haud satis scio, an et *res* a se *gestas* intelligat, quas in libris de consulatu et de temporibus suis exposuit, nec umquam tamen edidit: de quibus vid. Manut. ad lib. I. epist. 9. p. 90.

* *mandaremus*] Gu. pr. *commendarem.* Nihil mutant reliqui, nec Nonius in voc. *Mandare.*

ut saepe fecimus] Haec etiam addita videntur Facciolato, quod Cicero de actionibus suis pauca, eaque informia scripserit. Scilicet ille *actiones* non alias intelligit, quam quas illis, quos dixi, commentariis mandavit. Sed aequius est, Ciceronem nos recte interpretari, quam quae cum nostra interpretatione non conveniunt, resecare. Id, quod saepe se fecisse dicit, utique a se factum significat his verbis, *non ea quae nunc.* Alia ergo antea scripserat, quae erant *orationes.*

poni solebat, nulla esset omnino, illae scilicet litterae con-
9 ticuerunt, forenses et senatoriae. Nihil agere autem cum
animus non posset, in his studiis ab initio versatus aetatis,
existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad
10 philosophiam retulissem. Cui cum multum adolescens di-
scendi caussa temporis tribuissem, postea quam honoribus
inservire coepi, meque totum rei publicae tradidi; tantum
erat philosophiae loci, quantum superfuerat amicorum et
rei publicae temporis Id autem omne consumebatur in
legendo: scribendi otium non erat.

8. *nulla esset omnino*] Sic cap. XI, 6.

scilicet litterae] Haec verba delet Pearcius.

° *conticuerunt*] Cum Gothano Gu. pr. et tert. *conticuere.* Posterior etiam adiicit *omnes.* Camerar. *conticuerunt omnes.*

forenses] Intelligit orationes, quibus alios in iudicio vel accusavit, ut Verrinis; vel defendit, ut plerisque aliis.

senatoriae] Orationes in senatu habitae.

9. *Nihil agere autem cum animus*] Vin. Rom. *nihil autem cum animus agere.*

° *Nihil agere autem cum*] Omnes Gu. [Bern. b c Bas.] impr. Lugd. 1527. et Ald. *Nihil autem agere cum:* impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *Nihil autem cum agere.*

° *in his studiis*] Gu. pr. *in hiis studiis:* impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *in studiis*, male omisso *his*: Vinar. *in studio.*

molestias posse deponi] Vin. Rom. *molestias deponi posse.* Sic etiam Ven. omnes et Argent. Quia aliquot codd. in quibus sunt et Goth. quinque Oxon. tres Londin. *molestias* omittunt, placuit nonnullis *deponi* ad *operam, tempus*, vel ad *litteras* referre: sed, quam commode id fiat, nihil attinet dicere. Nam *opera* et *tempus ponuntur in aliqua re*, non *deponuntur*. *Molestias* servat et Nonius cap. IV, 119.

° *molestias posse deponi*] Hoc servant Gu. sec. et Nonius in voc. *Deponere.* Ordine mutato Gu. quart. et omnes impr. veteres *molestias deponi posse.* Vocabulum *molestias* abest a Gu. pr. tert. quint [Bern. a b d Bas.] atque ed. Gryph.

si me] Nonius eod. l. *ubi me.*

10. ° *discendi causa*] Goth. et a manu prima Gu. quart *dicendi causa.*

° *postea quam*] Gu. pr. tert. et, nisi corrector emendasset, quint. *postquam.*

° *superfuerat*] Hoc plane eleganter dicitur pro *supererat.* Vide, quae dicentur infra ad III, 21, 4.

reipublicae temporibus] Omnes scripti, ut Victorius edidit, *temporis:* nec inde abeunt Goth. Vin. Oxonienses [Orelliani]; ex editis Rom. Venetae et Arg. *Temporibus*, quod etiam ante in Ald. et aliis quibusdam vulgatum fuit: unde invectum sit, non constat. Solus Palat. pr. et Graev. [et Bern. c] *tempori:* quod sciolo alicui tribuit Graevius, Ciceronemque scripsisse putat *temporibus.* Est tamen non minus Ciceronianum quam *temporibus*. Pro Arch. c. VI, 5 *Tot annos ita vivo, ut ab nullius me umquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit.* Sed quia ibi de unius *tempore* sermo est, hic de multorum *temporibus:* vulgatam lectionem huic non postpono. Olivetus Victorianam lectionem *temporis* retinet, atque ita interpretatur. Cum reddideram amicis et reipublicae partes temporis, quas vindicabant sibi iure suo, et illis ego debebam: si quid superfuerat tum philosophiam sic, quasi in locum vacuum, neque occupatum, admittebam. Fert tamen

Maximis igitur in malis hoc tamen boni assecuti videmur, ut ea litteris mandaremus, quae nec satis erant nota nostris, et erant cognitione dignissima. Quid est enim, 2
per deos, optabilius sapientia? quid praestantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expe- 3

et Graevianam lectionem, eodemque modo intelligi posse censet. Ego puto, per ellipsin omissum esse *tempori:* tantum erat philosophiae loci, quantum temporis superfuerat tempori amicorum et rei publicae.

° *reipublicae temporibus*] Ita apud Aldum 1561. [et prius iam in Manutiana Pauli, non quod Orell. ait in Victor.] exscriptum video. Sed quia nemo dicit, an in codice aliquo id repertum sit, praetuli scripturam, quam libri et mei, et prope omnes aliorum exhibent, *rei p. temporis.* Fortasse Cicero dederat *quantum superfuerat amicorum et publicae rei temporis*, ut ad dandi casum *rei* utrumque nomen, et *amicorum*, et *publicae*, referretur. Ita noster partit. or. cap. 38 *De periculo rerum publicarum atque privatarum;* sive, quemadmodum MS. Gud. transponit, *publicarum rerum atque privatarum.* Lael. IV, 9 *Cura de re publica et de privata.* Nepos VII, 3, 3 *Quod non ad privatam, sed ad publicam rem pertineret.* Negotia negotiorumque curam a priscis *rem* dici, inde patet, quod *capessere et tractare rem p.* aliaque his similia frequenter occurrunt. Nec displicere debet illa constructionis mutatio *amicorum et publica res.* Similiter Livius XXXVI, 29, 5 *Macedonum Romanaque castra.* Vide ibi Drakenb. [Mihi omissis correctionibus, cum ne ellipsin quidem *tempori* probare possim, acquiescendum videtur in Oliveti explicatione. *Tempus amicorum et reip.* dicit quod eorum erat et iis debebatur: quidquid igitur huius superarat, in philosophia consumebat. Neque vero *locus* consumitur, quod diceretur si aut *tempori* aut *temporibus* verum esset.]

Id autem] Id temporis.

scribendi otium] Goth. *in scribendo.*

Cap. II, 1. ° *Maximis igitur in malis*] Gu. sec. *Maximis igitur his in malis:* pr. cuius librarius, quae perperam scripserat, delere noluit, *Maximis in malis igitur in malis.* Hinc quart. *Maximis in malis igitur.* Deinde pro *tamen* corrupte etiam mei partim *tm̄*, partim *tantum* dederunt.

hoc tamen boni] *Tamen* sine *etsi*, praecedentibus ablativis. Vid. Tursell. cap. CCLII. n. 2. Venet. tamen tres et Arg. *hoc tantum.* In Goth. etiam est *tm̄*, id est, *tantum.*

° *satis erant nota*] Gu. pr. *erant nota satis:* sec. tert. et quart. *erant satis nota.* [Sic etiam Orelliani codd. praeter Bern. e, in quo *satis erant* legitur.]

nostris] Romanis, qui philosophiam nondum aspernari desierant. Vid. ad cap. 1, 3.

et erant] Praecedente *nec*, sequitur *et.* Vid. ad lib. I, 19, 9. Lege *quae nec satis nota nostris, et erant cognitione dignissima.*

2. *per deos*] Nonius cap. IV, 367. legit: *quid enim est per deos immortales optabilius sapientia?* totidem verbis hoc exstat in Lips. ceteri *immortales* omittunt.

quid praestantius] Nonius *praestabilius.*

° *Quid est enim -- praestantius?*] Nonius in voc. *Praestare* adducit *Quid enim est, per deos immortalis, optabilius sapientia? quid praestabilius?* De positu verborum *Quid enim est* Nonio adsentiuntur Gu. pr. sec. et quart. [cum Orellianis praeter Bern. e]. De comparativo *praestabilius* conf. Cort. ad Sallust. Iug. I, 2. Cic. de leg. I, 22 *Qua* (philosophia) *nihil a diis immortalibus uberius, nihil florentius, nihil praestabilius hominum vitae datum est.* Formulam *per deos* Gu. pr. omittit.

quid homini melius] Vin. Ven. Arg. *homine* (*homini* Ven. tert. et

tunt, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae.
4 Sapientia autem est, (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum et humanarum, caussarumque, quibus hae res continentur, scientia: cuius studium qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet.
5 Nam sive oblectatio quaeritur animi requiesque curarum; quae conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum? sive ratio constantiae virtutisque ducitur; aut haec

quart.) *melius, quid homine dignius.* Graev. cod. *quid homini melius, quid dignius.* Facciolatus transponit ita: *quid melius, quid homine dignius?* Non displicet.

* *quid homini melius?*] Gu. pr. *quid melius homini?* quint. exc. Bedae atque Eybi *quid melius, quid homine dignius?* quod a Facciolato editum placebat patruo: impr. Magont. et Lugd. 1527. *quid homine melius?*

3. *Hanc igitur qui expetunt*] Rom. Vin. Ven. quatuor, Argent. *hanc qui expetunt igitur.* In uno Oxon. *igitur* deest.

* *Hanc igitur qui expetunt*] Gu. pr. et sec. *qui exspectant.* Transponunt impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *Hanc qui expetunt igitur.*

* *nec quidquam aliud est*] Gu. tert. et quart. *nec quidquam est aliud.*

* *quam studium sapientiae*] Motus auctoritate Gu. pr. sec. tert. quart. Gothani atque exc. Bedae reposui *praeter studium sap.* [Sic etiam Orelliani praeter Bern. e.] Frequenter boni usurpant *praeter* pro *nisi.* Cic. lib. II. ad divers. ep. 16 *Quid enim in illis fuit, praeter querelam temporum?* Vide Gronov. de pecun. vet. l. IV. c. 4. Neque offendere debet *aliud, praeter.* Ita noster de orat. II, 69 *Rogavit, numquid aliud ferret, praeter arcam.* Liv. XXXVIII, 21, 5 *Nec iam tela alia habebant, praeter gladios.* Gu. quint. *quam sapientiae studium.*

4. *Sapientia autem est*] Totum hunc locum recitat Lactantius lib. III, 13, 10. Vid. supra lib. I. c. XLIII, 6.

* *a veteribus philosophis*] Impr. incert. *a veteribus doctoribus.* Deinde Gu. pr. *est diffinitum.*

* *et humanarum*] Impr. incert. *humanarumque atque causarum.* In proximo verba *hae res* Gu. pr. omittit, mutant sec. et impr. Magont. *hee res,* Gu. tert. *eae res.*

* *qui vituperat*] Gu. tert. *qui vituperant.* Idem in fine periodi *putent*: sec. a manu prima *putat.*

5. * *oblectatio*] Gu. quint. *delectatio.* Postea quart. *requies curarum,* om. *que.*

* *quae conferri - - potest*] Advocat Nonius in voc. *Conferre.*

* *anquirunt*] Omnes Gu. et impr. incert. *inquirunt.* Ceteri impr. veteres *acquirunt.*

ratio constantiae virtutisque ducitur] Vin. *quaeritur*, et ita Magont. Rom. Venetae et Arg. In Lactantio vero codex Goth. habet *discitur*: utrumque inepte, (vid. Bunemann. ad Lactant. loc.) ineptius, qui hic interpretatur, *si aliqua esse via putatur, qua virtus et acquiratur et conservetur.* Nam *rationem alicuius ducere* nihil aliud est, quam *rationem habere*, id non negligere, ei consulere. Vid. Cort. ad Cicer. VII. epist. III, 4. *Constantia* est aequabilitas totius vitae.

* *ducitur*] Solita conspiratione Gu. quint. [Bern. e] et omnes mei impr. veteres *quaeritur.* Aliquanto post Gu. quart. *eas sequamur*, quod Hier. Wolfius expressit.

ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. Nul- 6
lam dicere maximarum rerum artem esse, cum minimarum
sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquen-
tium, atque in maximis rebus errantium. Si autem est 7
aliqua disciplina virtutis, ubi ea quaeretur, cum ab hoc
discendi genere discesseris? Sed haec, cum ad philosophiam 8
cohortamur, accuratius disputari solent: quod alio quodam
libro fecimus. Hoc autem tempore tantum nobis declaran- 9
dum fuit, cur orbati rei publicae muneribus ad hoc nos
studium potissimum contulissemus. Occurritur autem nobis, 10
et quidem a doctis et eruditis, quaerentibus, satisne con-
stanter facere videamur, qui, cum percipi nihil posse di-
camus, tamen et aliis de rebus disserere soleamus, et hoc
ipso tempore praecepta officii persequamur. Quibus vellem 11
satis cognita esset nostra sententia. Non enim sumus ii,
quorum vagetur animus errore, nec habeat umquam, quid

ars est] Disciplina, discendi ratio.

6. * *Nullam dicere*] Gu. quart. *Nullam quaerere*: impr. Lugd. 1527. *Nullam vero dicere.* Deinde Gu. sec. *maximarum artem esse,* et glossator adscribit *i. virtutum, rerum.*

cum minimarum sine arte nulla sit] Cum ne minimae quidem res sine praeceptis discantur.

7. * *cum ab hoc*] Gu. quart. *ut ab hoc.* Deinde sec *genere discendi.*

8. *disputari solent*] *Solent disputari* Vin. Ven. omnes et Argent.

* *disputari solent*] Gu. quint. impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *solent disputari.*

alio quodam libro] In Hortensio, qui liber intercidit. De eo Augustinus lib. III. confess. c. 4 *Ille liber mutavit affectum meum, et ad te ipsum, domine, mutavit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia.*

* *quod alio quodam libro*] Gu. sec. *quae in alio quodam libro,* et glossator supra versum adscr. *sc. Hortensio.* Impr. Venet. 1498. et uterque Lips. *quodam* mutant in *quidem.*

9. * *cur orbati*] Male Gu. pr. a correctore quint. Goth. impr. Magont. et incert. *cum orbati.*

* *ad hoc nos studium potissimum contulissemus*] Gu. quart. omittit *nos.* Locum exscripsit Nonius in voc. *Conferre.*

10. * *Occurritur autem nobis, et quidem*] Gu. pr. pronomen *nobis,* sec. vero omittit *et quidem.* Ex hoc quart. quint. et impr. Magont. procuderunt *equidem.*

et quidem] Goth. Ven. *equidem,* ut solent et aliis locis librarii. Vid. ad I, 14, 4.

cum percipi nihil posse dicamus] Nullam esse certam rerum scientiam, Academici adfirmabant, quibus se adnumerari passus est Cicero, qui tamen aliqua esse probabilia concedebat. Quid. *praecipi,* perperam.

* *cum percipi*] Hoc tenent Gu. quart. impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. Reliqui mei corruperunt *cum praecipi.*

* *disserere*] Gu. quart. *dicere.*

* *et hoc ipso tempore*] Gu. sec. *et,* pr. *ipso* omittit. Deinde pr. et quart. *officii praecepta:* quart quint. et impr. Magont. *prosequamur,* incert. *consequamur.*

11. *quorum vagetur animus errore*] Qui erronum more non habeamus, ubi consistamus, nihil adfirmemus.

* *vagetur animus*] Gu. quart. *animus vagetur.*

12 sequatur. Quae enim esset ista mens, vel quae vita potius,
13 non modo disputandi, sed vivendi ratione sublata? Nos
autem, ut ceteri alia certa, alia incerta esse dicunt, sic ab
14 his dissentientes, alia probabilia, contra alia dicimus. Quid

* *nec habeat umquam, quid sequatur*] Gu. pr. *quod sequatur.* Hoc recepit Ernestus v. c. idque se in edd. pr. reperisse dicit. In MSS. Gu. quatuor et in omnibus, quibus utor, impr. vetustis [item in codd. Orellianis, si fides silentio,] *quid* aut totidem litteris, aut iis notis designatur, quibus librarii (neque enim ex diplomaticorum schedis haec res iudicari potest) pronomen illud ab altero *quod* satis constanter discernunt. Quod vero vir venerabilis in praefatione operibus Ciceronis nuper a se editis praemissa p. 5. et p. 11. contendit, Latinos, quotiescumque verbo *habeo* ex imitatione Graecorum pro *scio* sint usi, semper *quod* cum eo coniunxisse; et quod idem ad hanc legem suam omnes Ciceronis locos, codicibus quamvis refragrantibus, diffingit: in hanc eius sententiam (ignoscat ingenue fatenti) neutiquam transire possum. Nam quod ait, Graecos *οὐκ ἔχω, ὅ, τι* dicere, id ad rem probandam parum facere videtur: quia Graecorum *ὅ, τι* non *quod* solum, sed etiam *quid* et *propter quid* significat. Et disertissimus quisque Graiorum non *οὐκ ἔχω, ὅ, τι* tantum, sed *οὐκ ἔχω, τί* quoque dicebat. Ut Demosth. Philipp. III. p. 86. E exempl. Wolf. *Εἰ μὲν οὖν καὶ νῦν οὕτω διάκεισθε, οὐκ ἔχω, τί λέγω.* Facile equidem largior, *habeo, quod,* sive *non habeo, quod* recte dici, ubi post *habeo* pronomen *aliquid* intelligitur, ut sensus sit *est mihi aliquid, quod,* sive *nihil habeo, quod.* At quum verbum *habeo* significat *scio,* i. e. quum ad verbum illud participia *cognitum, constitutum, deliberatum, exploratum, perspectum,* aut similia, extrinsecus adsumenda sunt: tum pronomen *quid* non modo blande admitti, sed etiam necessario requiri videtur. Sic noster in Verr. IV, 23 *Nec, quid faceret, habebat.* Pro Murena c. 12 *Quid huic tam loquaciter litigioso responderet - - - non habebat.* Ad Attic. ep. VII, 19. extr. *De pueris quid agam, non habeo.* Viderit igitur v. c. quo iure, quum alios Ciceronis locos repugnantibus libris mutaverit, tum illos: Ad divers. ep. VII, 3 *Ut haberes, quid diceres.* Ad Attic. ep. IX, 12 *Ne quid optem quidem, iam habeo.* De nat. deor. III, 25 *De quibus habeo ipse, quid sentiam; non habeo autem, quid* (i. e. in quo, qua re, *δι' ὅ, τι*) *tibi adsentiar.*

12. * *Quae enim esset*] Verbum *esset* om. Gu. quart. Postea sec. transponit *vel quae potius vita.*

ista mens] Qui posset in nobis mens esse, id est, ratio, vis veri perspiciendi?

non modo disputandi, sed vivendi ratione sublata] Goth. Vin. Rom. Ven. omnes et Arg. *Non solum disputandi sed etiam vivendi.* Sic et omnes Oxon. non male: sed tamen et alterum haud inusitatum. Vid. ad lib. I. cap. IV, 4.

* *non modo disputandi, sed vivendi*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *non solum.* Particulam *sed* om. Gu. sec. Corrector huius supplevit *sed etiam,* idque etiam reliqui Gu. impressique vetusti omnes tenent. [Itaque restituendum *etiam,* vitiose in Gruteriana omissum.]

ratione sublata] Si nulla esset probabilis de rebus disputandi et recte vivendi ratio.

13. *ut ceteri alia*] Vitiose in Vin. et vulgat. meis, *ut ceteri qui alia.*

* *ut ceteri alia*] Etiam Gu. quart. quint. et omnes impr. veteres *ut ceteri qui alia.*

non probabilia esse] Haec omissa in XI. Angl. Goth. Vin. Palat. sec. sed in Rom. Venetis et Arg. *improbabilia esse.* Pearcius *non probabilia* omisit, *esse* retinuit, quod tamen abesse potest. Vid. lib. I, 27, 6. IV. Acad. 32. med.

* *contra alia non probabilia esse*] Verba *non probabilia esse* ab omnibus Gu. [et Bern.] a decem Aldi codicibus et ab impr. Magont. ab-

est igitur, quod me impediat, ea quae mihi probabilia videantur, sequi; quae contra, improbare: atque affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quae a sapientia dissidet plurimum? Contra autem omnia disputatur a no- 15
stris, quod hoc ipsum probabile elucere non possit, nisi ex utraque parte caussarum esset facta contentio. Sed haec 16
explanata sunt in Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quamquam in antiquis- 17
sima nobilissimaque philosophia, Cratippo auctore, versaris, iis simillimo, qui ista praeclara pepererunt; tamen haec nostra, finitima vestris, ignota esse nolui. Sed iam ad instituta pergamus.

Quinque igitur rationibus propositis officii persequendi, 3

sunt. Adscripsit ea in Gu. sec. corrector, omisso tamen verbo *esse,* [et habet Bern. c sic: *alia improbabilia dicimus*]. Impr. incert. et posteriores fecerunt *improbabilia esse.* Sustuli glossema a viris doctis iam pridem condemnatum.

14. * *Quid est igitur*] Ita MSS. sed impr. veteres omnes *Quid est ergo.* Mox Gu. sec. quart. et quint. [Bern. a b c d] transponunt *quae probabilia mihi.* [Recte.]

* *vitantem fugere*] Hoc est in Gu. duobus prioribus. Ceteri, Goth. et impr. Magont. *vitare, fugere.* Statim Gu. tert. *a sapiente dissidet.*

15. * *Contra autem omnia disputatur*] Particulam *autem* impr. Lugd. 1527. omittit. Gu. solo primo excepto, omnes, Goth. impr. Magont. incert. Lips. 1513. et Lugd. 1527. *disputantur.*

* *quod hoc ipsum*] Pronomen *hoc* om. Gu. sec.

elucere non posset] Goth. Vin. *possit:* sed sequitur *esset.*

* *elucere non posset*] Ita edidit [P. Manut. et] Aldus 1561. Prius editi, quos mihi inspicere licuit, et Gu. omnes [Bas. Bern. praeter a c] dederunt *possit.* Id ex suis libris Ern. iam restituit.

* *ex utraque parte causarum*] Gu. sec. *ex utraque causarum parte*: sed genitivus *causarum* pendet a *contentio.*

contentio] Nisi inter se rationes utrimque committerentur, et, utra potior, perpenderetur.

16. *explanata sunt*] Goth. *explicata sunt.*

in Academicis nostris] Vin. *in Achademicis meis satis: ut arbitror, satis diligenter.*

* *in Academicis nostris satis*] Impr. Magont. *in academicis meis satis:* incert. Venet. 1498. et uterque Lips. omittunt *satis.*

17. *philosophia*] Secta philosophorum Peripatetica.

* *nobilissimaque philosophia*] Gu. tert. *nobilissimaque Cratippo auctore verseris philosophia.* De verbo *verseris* consentit Gu. quint. Indicativus vero huic loco est convenientior.

versaris] *Verseris* Goth.

iis simillimo] Primis philosophiae conditoribus, Socrati, Platoni, haud dissimili.

* *ista praeclara*] Posterius vocabulum Gu. quart. om. Pronomine mutato quint. *illa praeclara.* Etiam de nat. deor. II, 29. doctrinae inventorem ac principem dicit *eum, qui ista peperit.*

finitima vestris] Non eadem quidem, sed quae tamen propius ad vestra accedant.

Cap. III, 1. *Quinque igitur rationibus*] Vin. cum ceteris nostris, *quinque autem rationibus.* Vid. lib. I. c. 3 extr.

* *quinque igitur*] Impr. veteres,

quarum duae ad decus honestatemque pertinent: duae ad commoda vitae, copias, opes, facultates: quinta ad eligendi iudicium, si quando ea, quae dixi, pugnare inter se viderentur: honestatis pars confecta est, quam quidem tibi cu-
2 pio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id
3 ipsum est, quod utile appellatur. In quo lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut honestatem ab utilitate secernens et constitueret, honestum esse aliquid, quod utile non esset, et utile, quod non honestum: qua
4 nulla pernicies maior hominum vitae potuit afferri. Summa

excepto Lugd. 1527. omnes *Quinque autem.* Statim Gu. tert. *propositis rationibus:* quart. *rationibus praepositis.* Deinde quint. et impr. Lips. 1513. *officii prosequendi.*

officii persequendi] Exquirendi et inveniendi.

* *honestatemque pertinent*] Placet e Gu. sec. [Bern. a c] *pertinerent.* Conf. ad I, 9, 6. et 44, 10.

ad commoda vitae, copias, opes, facultates] Vid. lib. I, 3, 7. lib. III, 5, 4.

ad eligendi iudicium] Ad cavendum in dubiis errorem, perspiciendumque, utrum e duobus sit eligendum.

* *pugnare inter se viderentur*] Gu. tert. *pugnare inter se videantur*: quart. *videantur pugnare inter se*: impr. Magont. *pugnare inter se videntur.*

confecta est] Ita Nonius IV, 93. Balduinus, Langius, Lamb. Fabric. Graevius, Goth. Vin. cum plerisque vulg. *perfecta est.*

* *confecta est*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *perfecta est.*

* *quam quidem tibi cupio*] Nonius, in voc. *Confectum,* et Gu. tert. *quidem* omittunt. Gu. quart. *quam quidem tibi puto:* quint. *quam quidem cupio tibi.*

3. *In quo lapsa consuetudo*] In meis omnibus et vulgatis aliis est, *in quo verbo lapsa*: quod nec Pearc. nec Facciol mutavit, qui verbum rei obfuisse interpretatur, quod loquendi consuetudo, qua solent homines alia utilia, alia iusta et honesta dicere, corruperit iudicandi rationem. Graev. sui, Palat. pr. et August. cod. auctoritate *verbo* locum negat, cum Cicero non de verborum vi immutata agat, sed honestatem ab utilitate secretam queratur.

* *In quo*] Scripti Gu. [Bas. Bern.] et impr. veteres omnes addunt *verbo,* quod tamen antiquiorum Anemoecii, Gruteri et Graevii codicum testimoniis convictum iure proscribitur.

lapsa consuetudo deflexit de via] Aberrans a recta via ablata est, recte iudicandi rationem neglexit.

ut honestatem ab utilitate secernens] Ab hac Grut. et Graev. lectione, quam et Oliv. et Facciol. retinent, nostri libri, uno Gothano excepto, deflectunt, in quibus est, *ut ab honesto utile secerneret.*

* *ut honestatem ab utilitate secernens et constitueret*] Gu. sec. *discernens,* quart. *decernens.* Copulam *et* pr. sec. tert. et quart. omittunt. Impr. veteres omnes *ut ab honesto utile secerneret et const.* Hoc est etiam in Gu. quinto, in quo tamen ante correctorem fuit *secernens.* [Apparet copulam tollendam esse, quae remansit ex vulg. lectione *secerneret et const.* Tollunt etiam Orelliani plerique.]

* *honestum esse aliquid*] Quatuor Gu. [et plerique Orell.] *esse honestum aliquid.* Cum quinto impr. veteres omnes *honestum aliquod,* omisso verbo *esse.* Lugd. 1527. *et honestum aliquod.*

qua nulla pernicies maior hominum vitae potuit afferri] Quo nihil fieri potuit hominum vitae perniciosius: quippe quod flagitiis et sceleribus ianuam aperit.

* *pernicies maior*] Gu. tert. *pernities vitae hom. pot. afferri maior.*

quidem auctoritate philosophi, severe sane atque honeste,
haec tria genera confusa, cogitatione distinguunt. Quid- 5
quid enim iustum sit, id etiam utile esse censent: itemque
quod honestum, idem iustum. Ex quo efficitur, ut, quid-
quid honestum sit, idem sit utile. Quod qui parum per- 6
spiciunt, hi saepe versutos homines et callidos admirantes,

4. *Summa quidem auctoritate philosophi*] Concedit, summos philosophos, Socratem, Platonem, Zenonem, utile, honestum et iustum cogitatione distinxisse; sed id. non levitate aliqua, sed *severe atque honeste* factum contendit, id est, ita ut nihil concesserint libidini, avaritiae, fraudi, iniuriae. Numquam enim eos putasse, haec tria re ipsa esse discreta et diversa. Itaque tria illa adverbia, *severe sane atque honeste*, frigida non sunt, ut Facciolatus censet.

* *Summa quidem auctoritate philosophi*] Particula *quidem* hic adversativam vim habere mihi videtur. [Non opus est, quoniam oppositio sequitur *Quod qui parum perspiciunt.*] Turpem vulgi levis errorem Cicero ut redargueret, opposuit ei severam illam atque honestam sententiam summorum philosophorum, qui defenderent, iustum, honestum, utile, re coniuncta atque eadem esse, cogitatione tantum distingui. De fin. III, 21 *Gravissimeque et verissime defenditur, numquam aequitatem ab utilitate posse seiungi: et quidquid aequum iustumque esset, id etiam honestum: vicissimque, quidquid esset honestum, id iustum etiam atque aequum fore.*

haec tria genera] Iustum, honestum, utile, quae *confusa sunt,* id est, inter se implicata, ita cohaerentia, ut divelli nequeant. Pearc. scripsisse Ciceronem credit, *genere confusa.*

* *haec tria genera confusa*] In margine exempl. Wolf. [et in Bern. c] legitur *genere*, quod non placet. Possis tamen ex eo suspicari, in libris antiquis fuisse *haec tria genera re confusa.* Eleganter autem Cicero *tria genera* appellat, quae nostrum aliquis *tres res*, sive, omisso substantivo, *tria* dixisset. Ita supra I, 6, 3 *In hoc genere, et naturali, et honesto, duo vitia vitanda sunt.* Philipp. V, 4. extr. *Quibus rebus tanta pecunia una in domo coacervata est, ut, si hoc genus in unum redigatur, non sit pecunia populo R. defutura.* Philipp. VI, 2. extr. *Semper eum dissimilia genera tenuerunt, lenonum et latronum.* Ad Attic. ep. XVI, 5 *Incredibile est, quam me in omni genere delectarit.* Livius XLIV, 4, 2 *Levis armatura erat, promtissimum genus ad lacessendum certamen.*

5. *id etiam utile esse*] Vin. *id utile etiam censent*, Rom. Ven. omnes, Arg. *id utile etiam esse censent*, ut Facciolatus.

* *id etiam utile esse*] Gu. quart. om. *id.* Impr. veteres omnes *id utile etiam esse.*

* *itemque quod honestum*] Gu. pr. *item quicquid honestum:* impr. veteres, excepto Magont. omnes *itemque quod honestum sit.*

idem iustum] Vin. Venet. pr. et quart. *id esse iustum;* Goth. *id etiam iustum;* Ven. sec. et tert. *quod honestum sit, id esse iustum.* Facciol. *idem esse iustum.*

* *idem iustum*] Gu. pr. *idem esse iustum:* quint. omnesque impr. veteres *id esse iustum.*

Ex quo efficitur] Vin. et Ven. pr. *conficitur.* Vid. ad lib. I, 45, 5. et ad parad. I, 1, 3

* *Ex quo efficitur*] Gu. quint. impr. Magont. et incert. *Ex quo conficitur*: impr. Venet. 1498. *Ex quo efficitur quicquid,* om. *ut.*

* *idem sit utile*] Gu. quart: *idem utile sit:* quint. *id utile sit:* impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *id sit utile*: Lugd. 1527. *idem esse utile.*

6. * *perspiciunt, hi*] Gu. quart. *prospiciunt*: pr. sec. quart. impr. Magont. *hii,* Gu. tert. et quint. [Bern. b c d Bas.] *ii.*

7 malitiam sapientiam iudicant. Quorum error eripiendus est, opinioque omnis ad eam spem traducenda, ut honestis consiliis iustisque factis, non fraude et malitia se intelligant
8 ea, quae velint, consequi posse. Quae ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ut ea, quae gignuntur e terra, ut alia generis eiusdem: partim animalia, quae habent suos impetus et rerum appetitus. Eorum autem alia rationis expertia sunt,
9 alia ratione utentia. Expertes rationis, equi, boves, reliquae pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad usum

* *admirantes*] Gu. pr. sec. et quart. *ammirantes.*

malitiam] Vin. cum vulg. meis, *eorum malitiam*: sed *eorum* abest a Goth.

* *malitiam*] Gu. quart. *malitiam eorum iudicant*, om. *sapientiam.* Impr. vetusti omnes *eorum malitiam sap. iud.* Quatuor vero Gu. ab isto glossemate sunt immunes.

7. * *opinioque omnis*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *omnisque opinio.*

ad eam spem] Iidem *speciem*, pro suo more. Vid. ad orat. Philipp. II, 2, 2 *Homines ad eam sententiam traducendi sunt, ut non aliter se ea, quae velint, consequi posse sperent, quam si iustitiae et honestatis sint studiosi.* Vide lib. III, 8, 9. pro Mur. c. 21. in Verr. lib. I, 51.

* *ad eam spem*] Hoc exhibent Gu. sec. et quart. Reliqui scripti, exc. Bedae atque Eybi, etiam impr. veteres corrupte aut *spem*, aut *speciem* dederunt. Praeterea Gu. quint. *eam* mutat in *ipsam.*

* *se intelligant*] Pronomen Gu. quint. om. Impr. Lugd. 1527. solita sibi orthographia dedit *intellegant.*

8. * *Quae ergo*] Gu. quint. *Quae vero.* Deinde pr. *ad vitam tuendam hominum.*

inanima] *Inanimata*, quod in Goth. Vin. et ceteris est, Ciceronis esse negant, etsi legitur etiam lib. III. de nat. deor. c. 16. et topic. c. 18. servarunt etiam Graevius et Facciolatus Lael. c. 19. qui id hoc loco damnant. *Inanima* probat Nonius II, 452. et Manutius ex sex suis codd. Vid. Cell. cur. post. p. 57.

* *inanima*] Nonio in hac voce adstipulantur Gu. pr. tert. [Bern. a c d] et impr. incert. Ceteri *inanimata* substituunt.

* *ut aurum, argentum*] Gu. quart. *ut aurum et argentum*: quint. *ut argentum, aurum.*

* *e terra*] Gu. quart. *ex terra.* Deinde pr. *aut alia*: quart. *ut et alia*: impr. Venet. 1498. et Lugd. 1527. *et alia.*

eiusdem generis] Goth. *generis eiusdem.*

* *eiusdem generis*] E Gu. tribus prioribus, Goth. atque ed. Gryph. recepi *generis eiusdem.* Gu. quart. *eius generis.* Conf. ad I, 4, 1.

partim animalia] Mea exemplaria *animata. Animal* opponitur etiam *inanimo*, sive *inanimato*, in Lael. c. 19.

* *animalia*] Gu. tert. *anima*: impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *animata.*

impetus et rerum appetitus] Iram, odium, cibi et coniunctionis aliarumque rerum appetitum.

* *alia rationis expertia*] Gu. tert. *rationis expertia sunt alia, ratione utentia alia*: quart. *rationis expertia sunt alia, alia ratione utentia*, quod mihi non displicet.

9. * *equi, boves*] Gu. tert. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Pearc. *sunt equi, boves*: Gu. quart. *ut equi, boves.* Deinde pr. tert. et impr. incert. *reliquaeque pecudes*: Lugd. 1527. *et reliquae pecudes.*

apes] Facciolati iudicio hoc addi-

hominum atque vitam. Ratione autem utentium duo genera 10
ponunt, deorum unum, alterum hominum. Deos placatos 11
pietas efficiet et sanctitas: proxime autem et secundum deos
homines hominibus maxime utiles esse possunt. Earumque 12
item rerum, quae noceant et obsint, eadem divisio est. Sed
quia deos nocere non putant, his exceptis, homines homi-
nibus obesse plurimum, arbitrantur. Ea enim ipsa, quae 13

tum est ab aliquo, qui *apes* pecudum genere contineri [cf. Virgil. Georg. 4, 527.] nescierit.

quarum opere] Lamb. et Facciol. *opera* emendant: idque Victorii, Fabricii et duo Oxon. codd. [item unus Bern. b] habent, manetque infra n. 13. et c. IV, 2. Vide etiam de senect. c. XXI, 3. Goth *quorum opere*.

* *quarum opere*] Hanc scripturam MSS. Gu. et impr. veteres mei omnes tuentur. Adsentior Graevio, *operam* potius esse ratione utentium.

* *ad hominum usum*] Gu. pr. *ad usus hominum*. Recepi ex sec. tert. quart. impr. Magont. et Gryph. *ad usum hominum*.

10. *ponuntur*] Goth. Ald. *ponunt* quod et in optimis codd. suis reperit Pearcius et probavit.

* *ponuntur*] Praetuli *ponunt*, quod Gu. duo priores confirmant.

unum deorum] Ita Stoicis visum, qui cum deo homines fere coaequabant. Goth. *deorum unum*.

* *unum deorum*] Omnes MSS. Gu. excepto ultimo, praescribunt *deorum unum*, quos sequor, [item sic Bern. b c d].

11. *Deos placatos*] Propitios, bonos, benignos. Iram enim deo non tribuit, etsi eos scelera vindicare non negat. Vid. ad lib. III, 28. Goth. *deo placatos*.

* *Deos placatos*] Gu. pr. *pacatos*. Vid. Heins. ad Ovid. met. IV, 31.

* *efficiet*] Gu. pr. et a correctore quint. *efficit*.

et sanctitas] Vin. *atque sanctitas*.

* *proxime autem et secundum deos*] Copula *et* perperam abest a Gu. pr. Plus est *secundum*, quam *proxime*. Nam *proximum*, ut Nonius in h. v. interpretatur, *dicebant veteres non solum adhaerens et adiunctum*: *verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil medium exstitisset* cet. *Secundum* vero est, quod sine intervallo, ordine et quasi in serie quadam excipit alterum. Horat. od. I, 12, 16 *Unde nil maius generatur ipso, Nec viget quidquam simile aut secundum*: *Proximos illi tamen occupavit Pallas honores*. Paullo post Gu. quint. *maxime* omittit.

12. *Earumque rerum*] Ven. quart. Ald. Pearc. *earumque item rerum*: Goth. Vinar. et vulg. *earumque iterum rerum*. Illud servandum duxi. Totum hoc, *earumque rerum, quae noceant,* usque ad *obesse plurimum arbitrantur*, respuit tollendumque censet Facciolatus. Quid vero respondebimus Servio? qui ad lib. XII. Aen. v. 725. haec verba recitat: *sed quia nocere deos non putant, his exceptis homines hominibus obesse plurimum arbitrantur*. An Servii aetatem hanc glossam antevertisse credendum est? Mihi igitur haec non exturbanda, sed parenthesi includenda videntur.

* *Earumque rerum*] Gu. sec. quart. a manu prima quint. [Bern. b e] et omnes impr. veteres mei *Earumque iterum rerum*. Gu. pr. tert. et corrector quinti [ceterique Orelliani] *Earumque item rerum*. Hoc Hervag. 1534. et alii deinceps sequuti sunt, idque Pearcio patruoque meo probantibus revocavi. Primus, quod sciam, Gruterus adverbium eiecit, nec indicavit, qua ratione adductus, quave auctoritate nixus, id fecerit.

obesse plurimum] Mea et vulgata exemplaria addunt, alia, (ut Goth.) *et prodesse*, alia, *vel prodesse*. Sed haec mirifice transponunt, ut ex glossa esse intelligas.

* *obesse plurimum arbitrantur*]

inanima diximus, pleraque sunt hominum operis effecta, quae nec haberemus, nisi manus et ars accessisset: nec his
14 sine hominum administratione uteremur. Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio, neque agri cultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine
15 hominum opera ulla esse potuisset. Iam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exportatio, et earum, quibus egeremus, invectio, certe nulla esset, nisi his muneribus

Male Gu. tert. *obesse plurimum arbitrantur et prodesse:* quint. et omnes impr. veteres *plurimum obesse vel prodesse arbitrantur.*

13. *Ea enim ipsa*] Homines hominibus maxime utiles esse posse, probatur. Quae itaque inter n. 11. et haec interiecta sunt, ne orationis contextum turbent, parenthesi separanda sunt. Eam qui tollet, cum Pearcio Vinariensem lectionem admittat necesse est, *obesse vel prodesse plurimum arbitrantur:* quam tamen Servii et multorum codicum auctoritas suspectam facit.

* *Ea enim ipsa*] Gu. quart. *Ea igitur ipsa.* Malim *ea etiam ipsa.*

inanima] Goth. Vin. et editi, *inanimata.* Goth. etiam, *hominum opere effecta.*

* *inanima*] Hoc est in Gu. tribus prioribus [item in Bern. a b]. Reliqui cum impr. vetustis omnibus *inanimata.* Lugd. 1527. *quae inanimata dicimus.* Anemoec. *quae inanima dicimus.*

* *operis effecta*] Gu. tert. *opere effecta:* quint. a correctore *effecta opera.* Ante correctorem in hoc scriptum fuit *effecta operis,* quod impr. veteres tenent, excepto tamen incerto, qui cum libris melioribus exhibet *operis effecta.*

manus] Labor, administratio. Infra c. 16 *sine hominum labore et manu.*

* *accessissent*] Auctoritate Gu. pr. sec. tert. [Bern. a c d] quibus adstipulatur impr. Lugd. 1527. scripsi *accessisset.* Mutavit aliquis, qui falso sibi persuaserat, praecedens vocabulum *manus* plurali numero accipiendum esse. Conf. ad I, 30, 5.

14. * *agricultura*] Gu. pr. sec. et impr. Lugd. 1527. divise exhibent *agri cultura,* de qua orthographia dixi ad I, 42, 10.

frugum fructuumque reliquorum] *Fruges* sunt agrorum cultorum, *fructus* pratorum, arborum, pecudum. *Neque* ante *frugum* delet Goth.

* *neque frugum fructuumque reliquorum*] Gu. quart. *nec frugum.* A Gu. pr. abest *reliquorum.* Paullo post quint. et impr. vetusti omnes *sine opera hominum.*

* *ulla esse potuisset*] Ernestus v. c. et hic *ulla esse posset,* et infra c. IV, 6 *nulla esse posset* legere mavult. Mihi utroque loco scriptura librorum constans unice placet. Quia *esse posse* natura prius est, certe prius cogitatur, quam *esse:* Cicero, si de artibus, quas dixerat, pronuntiare voluisset, *eas nullas futuras esse,* recte dixisset, *eas nullas esse posse.* Iam vero, quod hoc significare voluit, artium illarum *nulla esset,* ex linguae Romanae ingenio dixit *nulla esse potuisset.* Ita paullo post c. IV, 3 *Perspicuum est, qui fructus quaeque utilitates - - percipiantur, eas nos nullo modo - - capere potuisse.* Hodie fortasse diceret aliquis *capere posse.* Virgil. georg. I, 160 *Dicendum, et quae sint duris agrestibus arma, Quis sine nec potuere seri, nec surgere messes.* Conf. quae dicentur ad III, 23, 3.

15. *exportatio*] Goth. *porrectio.*

* *egeremus*] Gu. quart. *indigeremus.*

* *certe nulla esset*] Gu. pr. *certo nulla esset.* In proximo tert. *nisi iis,* impr. Magont. *nisi hiis.*

his muneribus] Has functiones susciperent.

homines fungerentur. Eademque ratione nec lapides e terra excidérentur ad usum nostrum necessarii, 16

Nec ferrum, aes, aurum, argentum effoderetur penitus abditum,

sine hominum labore et manu.

Tecta vero, quibus et frigorum vis pelleretur, et calorum molestiae sedarentur, unde aut initio generi humano dari potuissent, aut postea subveniri, si aut vi tempestatis, aut terrae motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis 4

16. * *e terra*] Gu. pr. sec. et quart. *ex terra exciderentur:* quint. impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *exciderentur a terra:* Lugd. 1527. *exciderentur e terra.* Deinde Gu. tert. *necessarii ad usum hominum.*

aes aurum] Rom. *aurum, aes, argentum.*

effoderetur penitus abditum] Vin. Rom. Ven. omnes et Arg. *effoderentur penitus abdita:* quibus Facciolatus obsecutus est. Vid. lib. III, 5, 13. In Goth. desunt omnia haec, *nec ferrum,* usque ad *sine hominum.*

* *Nec ferrum, aes, aurum, - - abditum*] Haec verba, ut versum trochaicum tetrametrum catalecticum, recte Gruterus ab oratione Ciceronis seiunxit diversoque charactere curavit exscribenda. [Rectius autem iambicum senarium habebis, et *effoderetur* a Cicerone adiectum.] Ad eiusdem poëtae verba respexit noster de nat. deor. II, 60 *Nos e terrae cavernis ferrum elicimus, nos aeris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus.* Hinc etiam intelligere mihi videor, nomina metallorum, pro natura et pretio eorum, hic ita collocanda esse: *Nec ferrum, aes, argentum, aurum.* Hunc verborum ordinem magis etiam perturbant impr. veteres omnes, *nec ferrum, aurum, aes, argentum.* Iidem deinde mutant, *effoderentur penitus abdita,* sive, utraque scriptura confusa, *effoderentur penitus abditum,* quod est in Magont.

Cap. IV, 1. * *pelleretur*] Gu. quart. *pellitur.*

subveniri] Mei libri et Oxon. *subvenire,* pauci alii *subveniri,* quod, etsi plane soloecum est, Graevius tamen admisit. Aegre probabis *tecta subvenire,* pro succedere, substitui in eorum locum, quae ruinosa et vetustate collapsa sunt: *subveniri* vero Latinis inauditum est. Quamquam vero neutrum fortasse Ciceronis est: tamen id, quod tolerabilius videtur, retinere malo, quam alterum, quod sermo Romanus respuit. Facciolatus, Latinitati consulturus, rescripsit *restitui.*

* *subveniri*] Hanc optimorum codicum Anemoec. Lang. Lamb. Graev. scripturam tuetur etiam Gu. tert. [et Bern. a c]. Ceteri scripti mei et impr. veteres *subvenire* exhibent. *Tectis,* quae ceciderunt, *subvenire* recte dicas eos, qui lapsa restituunt. Quemadmodum vero Graeci *βοηθοῦμαι ἀντὶ τοῦ βοηθοῦσιν ἐμοί, ἐπιτάσσομαι ἀντὶ τοῦ ἐπιτάσσεταί μοι,* similique significatione *ἐπιτρέπομαι, πιστεύομαι, συγγινώσκομαι* multaque eiusmodi dixerunt: ita *adrideri, adsurgi, circumplaudi, circumsonari, decedi, imperari, invideri, obstrepi, offici, plaudi, subveniri,* alia praeterea verba neutra a Cicerone atque optimis Latii scriptoribus passive usurpata reperiuntur. [Aliena miscet, satis est dicere subintelligendum esse *iis.*]

* *vi tempestatis*] Gu. quint. et impr Magont. *in tempestate.* Deinde iidem et praeter hos uterque Lips. *aut in terrae motu.*

cecidissent] Etsi ita in omnibus exemplaribus scriptum reperio, suspicor tamen, primum fuisse *concidissent,* pro quo semper fere librarii dant *cecidissent.* Exempla ad Cornel. Nep. collegi. Suet. Tib. c. 74 *Turris Phari terrae motu concidit.*

vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset?
2 Adde ductus aquarum, derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manu factos,
3 quae unde sine hominum opere habere possemus? Ex quibus, multisque aliis perspicuum est, qui fructus quaeque utilitates ex rebus iis, quae sunt inanima, percipiantur, eas

° *harum rerum*] Gu. quart. *istarum rerum.*

auxilia petere] Goth. *habere.*

2. *At deductus aquarum*] Sic ex suo et Pith. cod. scripsit Graevius, ut fere Gothanus, *ac deductus,* quod de ductibus aquarum sermonem esse non putat, sed de aquis ex iis locis deducendis, quae ab hominibus colantur. At primis quoque temporibus ducendis aquis indiguit vita humana, et prius fortasse, quam deducendis, quibus, cum terra hominum numero facile sufficeret, nondum opus erat. Iis certe temporibus, quibus portus manu facti sunt, aquarum quoque ductus tentatos esse, consentaneum videtur. Hanc ob causam *adde ductus aquarum,* quod in meis aliisque libris plerisque est, cum Olivet. Pearc. et Facciol. retineo, cum in lectione Graeviana pronomen *quae* abundet. Diversitas lectionis ex dictantis pronuntiatione non satis distincta orta est.

° *At deductus aquarum*] Etiam mei omnes *Adde ductus aquarum* retinent. Aliquanto post Gu. tert. *portusque manu factos.*

portus manu factos] Alii enim a natura effecti sunt, quos *cothonas* appellant, Graeci κώθωνας, a κώθων, non κόθων, ut quidam scribunt.

quae unde sine hominum opera] Goth. *et unde sine opere habere possemus.* Vin. Ven. pr. et quart. *quae unde sine hominum opere,* al. *quae non sine hominum opere.* Sed vid. ad c. III, 9.

° *quae unde sine hominum opera*] In Gu. pr. haec et proxima, etiam prima sequentis periodi verba, librarii errore, omissa sunt. Ceteri scripti Gu. et impr. veteres omnes cum praestantissimis codicibus Ald. Grut. Graev. Cockm. *sine hominum opere.* Hoc Ciceroni restituendum duxi. Non res solum, quae perficitur, sed labor etiam perficientis dicitur *opus.* Supra c. III, 9 *Quarum opere efficitur aliquid.* Pro Marcell. c. 4 *Nihil est enim opere aut manu factum, quod non aliquando conficiat et consumat vetustas.* De nat. deor. II, 60 *Iam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas invenitur et copia.* [Suet. Aug. 18 *fossas — militari opere detersit;* id. Galb. 6 *militem opere assiduo corroboravit.* Quae Doederl. Synon. I. p. 114. praebet.] Male impr. Venet. 1498. et uterque Lips. *quae non sine hominum opere.*

3. *Ex quibus multisque aliis*] Vin. et vulgati, *ex quibus omnibus multisque aliis.* Goth. *omnibus* cum melioribus excludit.

° *Ex quibus*] Vox *omnibus,* quae vulgo hic subiicitur, recte abest a Gu. sec. ac tert.

° *perspicuum est*] Post haec verba *rebus* inculcat Gu. tert. Mox impr. Magont. *quaeque utilitas.*

° *ex rebus iis*] Pronomen *iis,* quod in Gu. tert. mansit, quint. in *ipsis,* impr. Magont. in *hiis,* ceteri in *his* mutant.

quae sunt inanimae] Goth. Vin. et vulg. *inanimatae.*

° *quae sunt inanimae*] Gu. quint. *quae sint inanimatae,* sed postremum vocabulum correctoris manus ibi rescripsit, nec apparet, quid antea scriptum fuerit. Gu. tert. [Bern. a] et impr. incert. servant *inanimae.* Gu. quart. [Bern. e] impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. dederunt *inanimatae.* E Gu. pr. et sec. revocavi *inanima.* Elegans est *ex rebus iis, quae sunt inanima.* Ita dixit noster ad div. ep. XVI, 4 *Sumtui ne parcas ulla in re, quod ad valetudinem opus sit.* Sallust. Iug. XLI, 1 *Abundantia earum rerum, quae prima mortales putant.* Adde, quae utrobique ad-

nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus, aut quae commo- 4
ditas, nisi homines adiuvarent, percipi posset? Nam et qui 5
principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque belua usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tempestivos fructus ex his capere possemus: ab eisdemque et eae, quae nocent, interficiuntur: et quae usui possunt esse, capiuntur. Quid enumerem artium multitu- 6
dinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? Quis enim aegris subveniret, quae esset oblectatio valentium, qui

notavit Cortius, et ad Suet. Claud. c. 38 Oudendorpius. [*Inanima* etiam Bas. et Bern. b d. Sed probo tamen Orellii iudicium *inanimae* revocantis, quamquam non contemnendam exemplorum eius generis copiam nuper ad Sallustii locum contulit Fr. Kritzius, homo doctus et elegans. Sed inter ea sunt etiam, quae in hunc censum referri noluerim, sicut ipsum locum ex epistola ad Tironem, in quo *quod ad valet. opus sit* non pertinet ad *ulla in re,* sed ad id potius quod est *sumptui ne parcas.*]

* *percipiantur*] Gu. quart. *percipiuntur.*

eas nos] Eas utilitates. Goth. pronomen *nos* ponit ante verbum *capere.* Vereor ne a grammatico adscriptum sit utroque loco.

* *eas nos*] Gu. sec. *ea nos.* In quinto fuit *eas,* sed corr. ultimam litteram erasit. [Servant tamen *eas* libri Orelliani omnes.] Cum Goth. Gu. tert. personale *nos* hinc sublatum ante verbum *capere* collocat.

4. * *aut quae commoditas*] Gu. quart. *atque commoditas.* Postea quint. ante correctorem *percipi possent.*

5. *principes inveniendi fuerunt*] Qui primi invenerunt.

* *quem ex quaque*] Gu. pr. *quemque ex quaque bellua habere possemus usum.*

aut pascere eas] *Aut pascere equos* Vin. tres Oxon. Rom. Ven. pr. et sec. Arg. Sed *eas* Goth. Ven. tert. et quart. Ald. qui alteram lectionem reiecit, cum *belluae* intelligantur.

* *aut pascere eas*] Hoc est in Gu. tribus prioribus. Ceteri et impr. veteres mei omnes *aut pascere equos.*

tempestivos fructus] Convenienti tempore percipiendos.

* *ex his capere*] Gu. pr. *ab eis capere,* tert. *ex iis,* impr. Magont. *ex hiis.* Gu. quint. *ex his capescere,* pro *capessere.*

et eae quae nocent] *Ea quae* Goth. Vin. Ven. omnes Arg Ald.

* *ab eisdemque et eae, quae*] Hoc tenet Gu. pr. inter meos solus. Gu. sec. et impr. Lips. 1507. *ab eisdem et ea, quae*: tert. et impr. Lugd. 1527. *ab eis denique et ea, quae*: quart. quint. impr. Magont. incert. Venet. 1498. et Lips. 1513. *ab eisdemque et ea, quae.* Nonius, in voc. *Interficere,* adducit *Ab iisdemque* (MS. Gu. *ab isdemque*) *quae nocent interficiuntur.* Cicero fortasse scripserat *ab eisdemque et quae nocent,* per ellipsin pronominis demonstrativi. Pro *nocent* Gu. quart. dedit *nocere possunt.* Postea quint. *et quae usui esse possunt.*

6. * *nulla esse potuisset*] Gu. pr. *esse nulla potuisset*: quart. *nulla esse posset.*

Quis enim aegris subveniret] *Quid enim* Vin. Venet. pr. et sec. Arg. Aldi aliquot codd. Oxon. et Pearc. Alii tamen ut Goth. Ald. Ven. tert. et quart. *quis enim.* Pro *aegris* ex meis quidam *aegritudini,* et *subvenisset* plerique pro *subveniret,* quod tamen mansit in Goth.

* *Quis enim aegris subveniret*] Gu. pr. et sec. *Qui enim,* quod non

victus, aut cultus, nisi tam multae nobis artes ministrarent, quibus rebus exculta hominum vita tantum distat a victu
7 et cultu bestiarum? Urbes vero sine hominum coetu non potuissent nec aedificari, nec frequentari: ex quo leges moresque constituti, tum iuris aequa descriptio certaque vi-
8 vendi disciplina. quas res et mansuetudo animorum consecuta, et verecundia est: effectumque, ut esset vita munitior; atque ut dando et accipiendo, mutuandisque facultatibus et commodandis nulla re egeremus.

spreverim. Conf. Cort. ad l. III. epist. 8, 24. Vulgatam servant tert. quint. et impr. incert. Ceteri [etiam Bern. a b] corruperunt *Quid enim.* [Attamen verum etiam Orellio videtur, a cuius iudicio non dissentio. Est enim idem quod *quae esset medicina aegrorum,* nec de hominibus, sed de artibus h. l. dicitur.] Impr. veteres omnes *aegritudini.* Iidem cum Gu. pr. et quart. *subvenisset.*

nisi tam multae nobis artes ministrarent] *Ministrarentur* Goth. Rom. Ven. omnes, Arg. tres Oxon. Copulo: *ministrarent eas res, quibus rebus.*

* *tam multae nobis artes*] Gu. pr. vocabulum *artes* omittit, transponit quint. *tam multae artes nobis.* Deinde impr. vetusti omnes *ministrarentur.*

* *quibus rebus exculta*] Sustuli interpunctionem maiorem, patruique consilio haec verba iunxi superioribus.

tantum distat] Goth. Vin. Rom. Ven. pr. sec. et quart. Arg. cum pluribus *destitit*: Ven. tert. *desistit;* aliqui, ut tres Oxon. *distitit* a *disto,* quod fortasse verum. Graeviana lectio est ab Ald. cod. August. et Graev. pr. Facciolatus totam sententiam, a verbis *quibus rebus,* usque ad *bestiarum,* obelo configit, quod nullus *bestiarum cultus* sit. Tamen et Virg. lib. I. Georg. v. 3. dixit, *Quis cultus habendo sit pecori. Cultus* saepe a *victu* non distinguitur: si vero hic discrimen aliquod admittendum est, intellige de ratione colendi sive habitandi, quae *δίαιτα* Graecis vocatur: qua significatione *sus nemoris cultrix* dicitur. Vide Cicer. lib. I. oecon. apud Columell. lib. XII. praef. pr.

* *tantum distat*] Scripti et impr. veteres mei omnes *destitit.* [Tuentur quod editur Bern. b c e, sed fortasse etiam *destitit* defendi poterit, ut sit removit sese.] Deinde Gu. tert. transponit *a cultu et victu,* quint. verba *victu et* plane omittit.

7. *sine hominum coetu*] Congregata multitudine. Lib. I. c. 4 *Hominum coetus et celebrationes.* Somn.-Scip. c. 3 *concilia coetusque hominum iure sociati, quae civitates appellantur.*

ex quo] Propter quod: ex eo, quod urbes aedificatae sunt.

* *leges moresque*] Gu. pr. *mores legesque constitutae:* quart. *leges moresque constituti sunt.*

iuris aequa descriptio] Ius suum cuique tribuens. Vid. Lib. I. c. XXXIV, 9.

certaque vivendi disciplina] Vin. et editi; *disciplina, per quas bene beateque vivitur, quas res.* Sed, quae omisimus, in Goth. et in optimis MSS. Manut. Fabric. Grut. Graev. et plerisque Oxon. desunt.

* *certaque vivendi disciplina*] Nullus scriptus Gu. sed omnes impr. veteres hic adiiciunt *per quas bene beateque vivitur.*

8. * *effectumque*] Gu. tres posteriores et omnes impr. veteres *effectumque est.*

mutandisque facultatibus et commodis] Vin. et editi *permutandisque facultatibus.* Nonius *et commodandis,* haud ita male.

* *mutandisque facultatibus et commodis*] Cum Gu. quinto omnes impr. veteres *permutandisque.* Apud Nonium, in voc. *Commodare,* editur *mutandisque facultatibus et commodandis.* In antiquissimo Nonio

Longiores hoc loco sumus, quam necesse est. Quis 5
est enim, cui non perspicua sint illa, quae pluribus verbis a Panaetio commemorantur, neminem neque ducem belli, nec principem domi, magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse? Commemoratur ab eo Themistocles, 2
Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander; quos negat sine adiumentis hominum tantas res efficere potuisse. Utitur in re non dubia testibus non necessariis. Atque ut magnas uti- 3
litates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu: sic nulla tam detestabilis pestis est, quae non homini ab homine nascatur. Est Dicaearchi liber de interitu homi- 4
num, Peripatetici magni et copiosi: qui collectis ceteris caussis, eluvionis, pestilentiae, vastitatis, beluarum etiam repentinae multitudinis, quarum impetu docet quaedam ho-

Gu. est *mutuandisque fac. et commodandis.* Hoc Franc. Fabricii coniectura quaesiverat, et hanc unice veram scripturam et Ciceroni, et Nonio, restituendam esse censeo.

Cap. V. 1. * *Longiores*] Gu. quart. *Longioresque.* Postea Gu. pr. [Bas. Bern. c] impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Quis enim est.*

* *perspicua sint illa, quae*] Pronomen *illa* Gu. sec. excludit.

neque ducem belli] Goth. Vin. ut plerique, *bello*, ut opponatur *domi.* Sed et *belli*, pro *in bello*, dicitur, idque est in Palat. pr. et Graev. et quibusdam aliis. * Omnes scripti Gu. [Orelliani praeter Bern. c] et impr. veteres *bello.* Gu. sec. transponit *neque neminem ducem bello.* Deinde tert. quart. et a correctore quint. *neque principem domi.* Paullo post quint. *sine studiis hom.*

2. * *Commemoratur*] Duo postremi Gu. *Commemorantur.* Aliquanto post quart. adiicit copulam, *et Alexander.*

testibus non necessariis] Qui suo exemplo testentur, quod sibi probandum sumsit, quamvis non dubium sit.

3. * *adipiscimur*] Gu. tert. *adipiscuntur homines.*

conspiratione hominum] Consensu, concordia. Sic saepe alibi.

* *ab homine nascatur*] Gu. pr. *pascatur*: quint. *nascatur ab hom.*

4. *Est Dicaearchi liber.*] Exstat. Vid. ad lib. I, 11, 12 et ad Cornel. Nep. Cat. III, 3. Dicaearchus Siculus fuit, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometres, qui plura scripsit, de quibus Suidas et Menag. ad Diog. Laërt. III, 4. Goth. *Est Cliccarchi liber.*

collectis ceteris causis] Ceteris interitus hominum causis, quales sunt *eluviones, pestilentia, vastitas.* Genitivi species significant causarum, non effecta. [Cf. gramm. nostram §. 425.]

* *qui collectis ceteris causis, eluvionis*] Haec et proxima adlegat Nonius in voc. *Eluvio* et in voc. *Vastitas.* Posteriore loco Nonius Gu. dedit *qui colligatis,* quod esset comprehensis, quasi in unum fascem compactis. Ita Cic. or. c. 34 *Annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit.* Male Gu. quart. *certis causis*: impr. incert. et uterque Lips. *alluvionis.* Mox Gu. quart. *et repentinae.*

eluvionis] Inundationis.

vastitatis] Terris imbrium penuria, sterilitate, montium incendiis aliisque fortuitis calamitatibus sine hominum opera vastatis: vel cum in vastas regiones errore deducti homines exercitusque perierunt.

* *vastitatis*] An Cicero scripserat *siccitatis?*

belluarum repentinae multitudinis] Non tantum ferarum, quam cladem Samaritis incidisse legimus in

minum genera esse consumta: deinde comparat, quanto plures deleti sunt homines hominum impetu, id est, bellis
5 aut seditionibus, quam omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus et prosint, et obsint: proprium hoc statuo esse virtutis conciliare animos hominum et ad usus suos adiun-
6 gere. Itaque, quae in rebus inanimis, quaeque in tractatione beluarum fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea

sacris litteris; sed et minorum bestiarum, murium, ranarum, scorpionum, serpentium, talparum, cuniculorum, locustarum. Vid. Sam. Bochart. lib. IV. tom. II. hierozoic. c. 13.

hominum genera] Quasdam gentes.

° *hominum genera*] Posterior vox Gu. pr. deest: in quart. impr. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. transponitur *genera hominum*.

deinde comparat] Ex altera parte ostendit, plures homines ab hominibus deletos. Facciolat. delet *deinde*.

° *deleti sint*] Scripti Gu. et impr. vetusti omnes *deleti sunt*. Hanc scripturam, grammaticae maiestatis ream, posterorum nescio quis, tamquam in re confessa ac manifesta, exsulare iussit. At Romani vitantes orationis μονοειδίαν, ut alia multa, hunc quoque sermonis ornandi variandique modum Graeciae acceptum referebant. Noster ad Att. ep. I, 1 extr. *Vides enim, in quo cursu sumus.* Adde Cort. ad Sallust. Iug. LXIII, 1. Oudendorp. ad Caes. de bell. civ. II, 32, 11. nos supra ad I. 26, 5. [*Sint* Bern. b c et revocavit Orellius.]

° *bellis aut seditionibus*] Gu. tert. *seditionibus aut bellis*: quint. a manu prima *bellis et seditionibus*. Deinde quart. *quam cum reliqua*.

5. ° *nil habeat*] Unde Graevius ita ediderit, ignoro. Omnia exemplaria, quae mihi ad manum sunt, scripta et impressa, prisca et nova, exhibent *nihil habeat*.

primum hoc statuo esse virtutis] *Primum* interpretantur, praecipuum munus virtutis, quod Cicero haud quaquam sentire potuit, qui arduae virtutis primum munus numquam in conciliandis sibi hominum studiis posuit, quae illi saepe contemnenda sunt. Valeat° itaque haec Pal. pr. et Graev. cod. lectio, redeatque antiquior altera, quae in omnibus aliis libris est, *proprium hoc statuo esse virtutis*. Malitiam et fraudem animos hominum conciliare negat.

° *primum hoc statuo esse virtutis*] Haec est Palat. pr. et Graev. codicis scriptura, ad quam proxime accedit Anemoecius, qui edidit *primum et hoc* cet. Ut plerique aliorum libri, ita MSS. Gu. [Bern.] exc. Bedae atque Eybi et impr. mei veteres omnes pro *primum* exhibent *proprium* Hoc, quia satis commoda inde progeditur sententia, patruo iubente, Ernestoque praeeunte, recepi. Ne sic quidem dubitare desii an illa altera scriptura, quam tres omnium praestantissimi codices commendant, verior atque ita explicanda sit, ut particula *primum* ordinis significationem habeat, et ad prima capitis proxime sequentis verba *Quibus autem rationibus* cet. sit referenda. Ita solere bonos, exemplis docuimus supra ad I, 28, 9. Primum Cicero declarandum sibi sumit, a viro virtute praedito fieri posse, et ad eius curam hoc pertinere, ut hominum studia comprehendat: deinde ostendit, quibus rationibus hanc facultatem adsequi possit.

conciliare animos] *Conciliare sibi animos*, Vin. et vulg. sed multi codices pronomine carent. ° Gu. quart. et omnes impr. veteres *conciliare sibi animos*. Etiam postea Gu. quart. *suos sibi adiungere*.

6. *in rebus inanimis*] Sic Goth. Ven. sec. et quart. Arg. *inanimatis* Vin. Rom. et Ven. pr.

° *Itaque, quae in rebus inanimis*] Gu. quart. *Itaque in rebus inanimis quae in tractatione*. Impr. Magont. *inanimatis*.

quaeque in usu et tractatione]

tribuuntur operosis: hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum promta ac parata, virorum praestantium sapientia et virtute excitantur. Etenim virtus omnis 7 tribus in rebus fere vertitur: quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re verum, sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quaeque gignantur, quae cuiusque rei caussa sit: alterum cohibere

Quae ex belluis, quibus utimur, quasque alimus et tuemur, commoda, quasque utilitates percipimus, ut Graevius interpretatur. *Quaeque usu* Heumannus legit. *Quaeque in tractatione belluarum* Goth. Vin. et plerique codices Manutii, Guil. Oxon. Londin. et exemplaria Mogunt. Victor. et Lang. Habent tamen *in usu et tractatione* Rom. Ven. omnes, Arg. et codex Pal. pr. atque Graev. [Bern. c. et ab a. m. d] sed fortasse ex glossa, ut et Pearcio visum.

* *quaeque in usu et tractatione*] Verba *usu et* omnes Gu. et impr. Magont. merito excludunt. [Num merito, iure dubitatur.]

artibus ea tribuuntur operosis] *Artibus* aut est dativus, ut sensus sit, artibus operosis adsignantur, adscribuntur, debentur; aut ablativus, ut sit, per artes conferuntur. [Dativus est. Aedium constructio, lanificium, belluarum captura, usus, cura, cetera, suae quidque arti tribuitur, hominum gratiae comparandae ars non est propria quaedam praeter ipsam virtutem.]

* *ad amplificationem nostrarum rerum*] Gu. tert. *ad amplificationem nostram*, omisso *rerum*. Deinde quart. *atque parata:* quint. et impr. vetusti omnes *et parata*. Paullo post Gu tert. *ac virtute.*

promta ac parata] Vin. Ven. omnes, Arg. *promta et parata*, ne tot *A* concurrant.

virorum praestantium sapientia et virtute excitantur] Ut homines promti et parati sint ad nostras res amplificandas, id consequemur, si sapientia et virtute aliis praestabimus. Goth. *virorum prudentium vel praestantium sapientia et virt.*

7. *Etenim virtus omnis*] Facciol. his adscripsit: *Haec omnia, usque ad verba,* quibus autem rationibus, *mihi videntur insiticia.* Audi et eius rationes. *Primum enim supervacua sunt: deinde cur hic virtutem in tria capita dividit, quam iterum ac saepius in superiore libro divisit in quatuor? Cur in capite primo eam solam philosophiae partem collocat, quae logica et physica tractat? cum antea sapientiam omnem et prudentiam collocarit. Constructio quoque ipsa alicubi laborat, quamvis verba bona sint et Tulliana.* Haec Facciolatus, a quo parum dissentio.

* *Etenim virtus omnis*] Enumerat Cicero potiores partes, quas cultoribus suis virtus agendas imponat, eoque vincit, utique viro bono curandum esse, ut studia hominum complectatur ac teneat. [Non est hoc auctoris consilium. Sed breviter docet qua re fiat ut ipsa virtute hominum studia alliciamus. Nam cum prudentia doceat qua quamque rem ratione facillime consequamur, tum temperantia et iustitia prorsus pertinent ad hominum studia comparanda et retinenda. Fortitudinis in hac re partes sunt exiguae, estque ea omnino minima virtutum, quatenus non continetur sapientia.] Gu. quart. *Etenim tribus in rebus virtus fere omnis vertitur*: impr. Magont. et incert. *Etenim virtus omnis fere in trib. reb. vert.* Venet 1498. ac Lugd. 1527. *Etenim v. o. in tribus rebus fere vertitur*: uterque Lips. *Etenim v. o. in trib. fere vertitur,* om. *rebus.*

* *vertitur*] Gu. pr. *vertitur quidem*: tert. *versatur.* Postea impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *prospiciendo.*

* *verum sicerumque*] Gu. quart. *veri sincerique.* Idem paullo post *quid sit consequens.*

ex quo quidque gignatur] Sic Graevius e codice Palat. pr. et suo:

motus animi turbatos, quos Graeci πάθη nominant; appetitionesque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi: tertium, iis, quibus cum congregamur, uti moderate et scienter, quorum studiis ea, quae natura desiderat, expleta cumulataque habeamus: per eosdemque, si quid importetur

nostri, ut alii, *ex quo quaeque gignantur.*

* *ex quo quidque gignatur*] Graevio e duobus codicibus [ad quos accedit Bern. c.] ita rescribenti nondum adsentior. Mihi placet omnium aliorum, meorum etiam librorum, scriptura *ex quo quaeque gignantur.* Cicero dicere videtur, ex quo principio *omnia* gignantur, et quae *cuiusque rei* sit origo. Tusc. quaest. V. 4. *Unde omnia orirentur, quove reciderent.* Ibid. c. 24. *Inde est indagatio nata initiorum, et tamquam seminum, unde essent omnia orta, generata, concreta: quaeque cuiusque generis, vel inanimi, vel animantis, vel muti vel loquentis origo.* Philosophorum priscorum sententias de primis rerum omnium caussis exponit Aristot. metaphys. I, 3. seqq. [Latinitas postulare mihi quidem videtur *quidque*: ea est enim huius divisionis ratio, ut non omnia ex uno, sed singula ex singulis oriri intelligantur.]

* *quae cuiusque rei causa sit*] Gu. quart. *quae cuique rei causa sit*: Anemoec. *quae cuique rei sit causa*: impr. vetusti omnes *quae cuiusque rei sit causa.*

8. *alterum*] *Altera* dicendum fuisset: et sic unus Oxon. et Facciol.

* *alterum*] Gu. quint. *altera,* et paullo post *tertia.* Non displicere debet *una res, alterum.* Solent ita variare orationem. Supra I, 22, 9. *Quamquam* haec *quidem* res *non solum ex domestica est ratione: attingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confecta est: sed tamen* id ipsum *gestum est consilio urbano, sine exercitu.* Liv. XLIII, 17, 2. *Ne quis* ullam rem *in bellum magistratibus Romanis conferret, praeterquam* quod *senatus censuisset.* Conf. supra ad cap. IV, 3.

cohibere] Facciolatus monet, dicendum fuisse *in cohibendo.* Eumdem ergo horum verborum auctorem esse putat, qui lib. I. c. 39 scripserit, *modus autem est optimus decus ipsum tenere.*

* *cohibere*] Etsi praecesserat *una res est in perspiciendo*, tamen Ciceroni necessarium haud erat subiicere *altera in cohibendo.* Veteres non ita superstitiose aequalitatem partium orationis servabant. Saepe ex una verbi constructione in alteram transibant. De orat. II, 15. *Vult etiam, - - significari, - - - ut caussae explicentur.* Infra III, 13, 1. *Non illud dici, Quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam: sed, Ita expedire, ut turpe non sit.* Vide celeb. Ruhnkenium ad Rutil. de figuris II, 6. p. 95.

* *motus animi turbatos*] Ernestus v. c. legendum esse censet *motus animi turbulentos* vel *turbati.* Si quid omnino mutandum esset, legerem *motus animi turbidos*, quod a vulgata scriptura non multum recedit, Ciceronique est usitatum. Vide Tusc. quaest. IV, 5 et 15.

* *quos Graeci πάθη*] Ita Gu. quint. habet a correctore. Reliqui scripti *pathos,* impr. Magont. πάθος, incert. *pathe.*

* *appetitionesque*] Copula abest Gu. quarto. Postea tert. *quas illi ormas vocant.*

tertium] Iidem *tertia.*

* *quibus cum congregamur*] Praepositionem *cum* omittunt Gu. pr. sec. quart. impr. Venet. 1498. et uterque Lips. Pro *congregamur* in Gu. sec. est *congregaremur*, in pr. quart. quint. et in impr. Lips. 1513. *congregemur.*

quorum studiis] Ut eorum studiis.

* *expleta cumulataque habeamus*] Gu. quart. *completa simulataque*: impr. veteres excepto Magont. omnes *habemus.*

per eosdem denique] Goth. Graevii pr. Pal. pr. et XII. Anglic. *per*

nobis incommodi, propulsemus, ulciscamurque eos, qui nocere nobis conati sint, tantaque poena afficiamus, quanta aequitas humanitasque patitur.

Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi pos- 6
simus, ut hominum studia complectamur eaque teneamus,
dicemus, neque ita multo post: sed pauca ante dicenda
sunt. Magnam vim esse in fortuna in utramque partem, 2
vel secundas ad res, vel adversas, quis ignorat? Nam et 3
cum prospero flatu eius utimur, ad exitus pervehimur opta-

eosdemque. Graevius tamen *denique* retinet, quod sit, *ut uno verbo dicam*, idque nostra etiam exemplaria plura habent. Praefero tamen MSS. lectionem.

°*per eos denique*] Scripti Gu. omnes *per eosdemque*.

°*ulciscamurque eos*] Gu. tert. et quart. *ulciscamurque in eos*.

°*qui nocere nobis conati sunt*] Pronomen *nobis* Gu. tert. omittit, transponit quart. *qui nobis nocere*. Pro *sunt* Gu. pr. *sint*, et paullo post pro *patitur* quart. quint. et impr. Lugd. 1527. *patiatur* dederunt. Hoc de coniectura, illud e Goth. recepit Ernestus. Indicativus huic loco mihi videtur convenientior.

patitur] Goth. *patiatur*.

°*quantam aequitas humanitasque patitur*] Omnes impr. veteres *quantam*. E Gu. pr. et quart. praetuli *quanta*, quod casum praecedentis nominis *poena* non sine suavitate refert. Vid. Iac. Gronov. ad l. I. de fin. c. 8. n. 29. Perizon. ad Sanct. IV, 12, 3. Oudendorp. ad Sueton. Calig. c. 43. [*Quantam* revocavit Orell. libris mss. praeter Bern. e, in quo legitur *quantum*, iubentibus.]

Cap. VI, 1. °*assequi possimus*] Gu. quart. impr. Magont. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *assequi possumus*.

dicemus] Cap. 7.

neque ita multo post] Et quidem proxime, paullo post Goth. *neque ista multo post*.

°*neque ita multo post*] Ita solus ex meis Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. Reliqui omnes corruperunt *neque ista multo post*.

sed pauca ante dicenda sint] Facciol. necessariam putavit hanc adiectionem, *sed pauca ante de fortuna dicenda sunt*: quae in nullo exemplari legitur, commodeque abesse potest. *Dicenda sunt* est in Goth. Vin. et vulg. non *sint*, ut Graev.

°*dicenda sint*] Haec scriptura unde sit, ignoro. E scriptis igitur Gu. et impr. vetustis omnibus revocavi *dicenda sunt*. Idem iam fecerat Ernestus.

2. *Magnam vim esse in fortuna*] Lactant lib. III, 29, 4 ita legit: *magnam esse fortunae vim in utramque partem*. Eum ex memoria, non ex libris, haec recitantem Facciolatus, quam codices, sequi maluit, scripsitque, *magnam vim esse fortunae*. Ergo et pro *ignorat*, quod sequitur, *nescit* rescribendum est, quod idem Lactantius habet. Cicero tamen infr. c. 13. pr. dixit: *etsi in eo ipso vis maxima est, ut simus ii, qui haberi velimus*. Pro Domo c. 55. *Magna vis est cum in deorum immortalium numine, tum vero in ipsa republica*.

in fortuna] Quam deorum cultores res humanas suo numine regere finxerunt, et hodie multi, sed a vero non minus alieni, plurimum posse putant. Tantum apud homines imperitos inania nomina valent.

vel secundas ad res] Goth. *ad* omittit: Heumannus id ante *adversus* etiam iterat.

°*quis ignorat?*] Gu. quart. *quis ignoret*.

3. *Flatu eius*] Goth. *eius flatu*.

°*Flatu eius*] Gu. tert. *eius flatu*. Deinde impr. Magont. incert. ac Lips. 1513. *utamur*.

pervehimur] Libri mei *provehimur*. Tamen et in Lactantii cod.

4 tos: et cum reflavit, affligimur. Haec igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet, primum ab inanimis procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia: deinde a bestiis
5 ictus, morsus, impetus. Haec ergo, ut dixi, rariora. At vero interitus exercituum, ut proxime trium, saepe multorum; clades imperatorum, ut nuper summi ac singularis viri; invidiae praeterea multitudinis, atque ob eas bene meritorum saepe civium expulsiones, calamitates, fugae: rursusque secundae res, honores, imperia, victoriae, quamquam

Reimmann. fuit *pervehimur*, in aliis *pervenimus*.

ad exitus pervehimur optatos] Gu. quint. et impr. veteres omnes *ad optatos exitus provehimur*. Etiam in Gu. tert. est *provehimur*, in quarto *pervenimus*.

reflavit] In Lactant. cod. Goth. est *respiraverit*, quae fortasse explicatio verae scripturae est. Hic Goth. habet *reflaverit*. *Non placet *reflaverit*, quod est in Gu. tert. impr. incert. ac Lips. 1513. licet ita quoque apud Lactantium edatur.

affligimur] Metaphora a navibus, quae saxis vel litoribus infliguntur.

4. *Haec igitur ipsa*] Vin. *haec ergo*. Vid. ad lib. III, 16, 7.

ceteros casus rariores habet] Rarius ceteris casibus fortuna adfligit homines, quales sunt, qui ab inanimis proficiscuntur, ut procellae, tempestates. Vid. ad Cat. mai. XIX. 4.

ceteros casus] Gu. tert. *ceteros reliquos casus*. Posterius adiectivum e glossa irrepsit.

ab inanimis] Vin. Ven. pr. et tert. *inanimatis*; sed Goth. Ven. sec. et quart. cum Arg. et Ald. *inanimis*. *Gu. quint. et impr. Magont. *ab inanimatis*.

ruinas] Aedificiorum ac montium.

deinde] Gu. quart. *denique*.

ictus] Quales sunt scorpionum, phalangiorum.

impetus] Ut elephantorum, leonum, ursorum, aprorum, taurorum.

Haec ergo ut dixi] His omissis Gu. sec. dedit *Deinde a bestiis ictus, morsus, impetus, sunt rariora*. Glossator vero supra versum adscripsit *haec prout dixi*. Gu. quint. et omnes impr. veteres *Haec igitur, ut dixi*.

5. *interitus*] Hoc nomen plurali numero accipiendum esse, quum ex iis quae sequuntur, tum ex more Ciceronis intelligitur.

ut proxime trium] Qui concisi sunt in praelio Pharsalico, duce Pompeio, in Africa, duce Scipione, et in Hispania, ducibus Pompeii filiis.

saepe multorum] Haec ex glossa esse, Heumanno in parerg. crit. p. 41. adsentior. Adscripta fuerunt ad verbum *imperatorum*.

saepe multorum] Male et scripti Gu. et impr. veteres haec verba sequentibus copulant. Gu. tert. glossa auctior, *Saepe etiam multorum*. Mihi non displicet *saepe multorum*, quod est multorum, quorum alius alio tempore interiit. Ita solet Cicero. Tusc. quaest. I, 30 *Cum vero caussam iustam deus ipse dederit, ut tunc Socrati, nunc Catoni, saepe multis*. Conf. infra ad III, 10, 1.

summi ac singularis viri] Pompeii Magni.

summi ac singularis viri] Omnes Gu. excepto ultimo, [itemque Orelliani omnes praeter Bern. e] *summi et singularis viri*. Etiam in Bruto c. 85. Catonem appellat *summum et singularem virum*.

invidiae] Invidia, odia. Vatin. ad Cicer. lib. V. ep. 9 *Is pro honore meo pusillorum ac malevolorum obtrectationes et invidias non prosternat?* Vid. ad lib. I, 22, 15.

fugae] Exsilia. Vide Vechneri hellenolex. lib. II, c. 7. p. 515.

rursusque] Copula *que* Gu. pr. ac tert. abest. Anemoecius *rursum-*

fortuita sunt, tamen sine hominum opibus et studiis neutram in partem effici possunt. Hoc igitur cognito, dicen- 6
dum est, quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare possimus. Quae si longior 7
fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur. ita fortassis etiam brevior videbitur. Quaecumque igitur ho- 8
mines homini tribuunt ad eum augendum atque honestan-

que edidit. Statim Gu quart. transponit *honores, victoriae, imperia.*

honores, imperia] Magistratus et militaria imperia. Lib. I, 21, 4 *Si despicere se dicant, quae plerique admirentur imperia et magistratus.* Vide ad Cornel. Nep. Milt. c. VIII, 2.

fortuita sunt] Goth. *fortuitae sint,* ut *res* subintelligantur *Gu. pr. *fortuna sunt*: quart. *fortunata sint*: Beda *fortuna sint*: Eybus *fortuita sint.*

sine hominum opibus] In meis libris est *operibus*: Lamb. et Facciol. *operis.* Sed Victor. Fabric. Graev. e suis libris *opibus,* ut Ven. quart.

**sine hominum opibus*] Ita est in Gu. pr. ac tert. [Bas. Bern. a b c]. Ceteri scripti et impr. veteres mei, etiam exc. Bedae atque Eybi dederunt *operibus.*

neutram in partem effici possunt] Haec adversa et secunda, quae enumeravi, nec ad interitum, nec ad salutem effici possunt.

6. *Hoc igitur cognito*] Hoc cum sciamus.

**quonam modo*] Gu. sec. *quomodo.* Postea tert. *ad nostras utilitates.*

7. *Quae si longior fuerit oratio*] Si de his rebus verbosius dicam, sermoque meus erit longior: quanta rei, de qua ago, sit utilitas, perpendendum, et sermonis longitudo cum utilitatis magnitudine comparanda erit.

fortassis] Goth. Vin. et vulg. *fortasse.* **fortassis* est in impr. Lugd. 1527. et Gryph. Prius excusi cum scriptis Gu. [et Bern.] omnibus *fortasse* exhibent. Ita librarios in hac voce alibi quoque trepidare memini. Nec mirum. Charisius enim lib. II. inst. grammat. p. 165. Fortassis, inquit, *auribus nostris absurdius videtur.* Nec tamen hoc fastidium fraudi debet esse adverbio *fortassis,* quod aetatis aureae scriptoribus non displicuisse constat. [Poëtis quidem, prosariis vero displicuit.] In proximo Gu. quart. et uterque impr. Lips. particulam *etiam* omittunt, transponit incert. *ita etiam fortasse.*

8. *Quaecumque igitur homines*] Hac periodo idem contineri ait v. c. Facciolatus, quod est in ea, quae sequitur, pluribus tantum verbis expressum. Itaque sic Ciceronem scripsisse putat. *Quaecumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, pluribus de causis tribuunt. Ducuntur enim aut benivolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis praestantia, aut spe sibi id utile futurum, aut metu, ne vi parere cogantur, aut spe largitionis promissisque capti, aut postremo, ut saepe in nostra republ. vidimus, mercede conducti: quae sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima et iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere conantur. Male enim se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam nonnumquam hoc subsidium necessarium est, quemadmodum sit utendum eo, dicemus, si prius iis de rebus, quae virtuti propiores sunt, dixerimus. Rerum autem omnium* cetera.

* *quaecumque igitur homines*] Facciolato ex duabus orationis Tullianae laciniis, inclementer a se mutilatis atque traiectis, unum pannum consuenti non nostri codices solum refragantur, sed ii etiam, quibus utebatur Nonius. Hic enim, in voc. *Duci,* ex loco priore adfert *Postremo pretio, aut mercede ducuntur*: itemque, in voc. *Conducere,* ex posteriore *Ut saepe in nostra re p. videmus, mercede conducti.*

dum, aut benivolentiae gratia faciunt, cum aliqua de caussa quempiam diligunt: aut honoris, si cuius virtutem suspiciunt, quemque dignum fortuna quam amplissima putant: aut cui fidem habent, et bene rebus suis consulere arbitrantur: aut cuius opes metuunt: aut contra, a quibus aliquid exspectant: ut cum reges, popularesve homines largitiones aliquas proponunt: aut postremo, pretio ac mercede ducuntur:
9 quae sordidissima est illa quidem ratio et inquinatissima, et

ad eum augendum atque honestandum] Ad eius commoda augenda et dignitatem amplificandam.

aut benevolentiae gratia] Sex enumerat rationes, cur homines hominibus se utiles praebeant. De prima et quarta, quae *benevolentiam* et *metum* habent, dicturus est initio cap. VII. usque ad finem cap. VIII. de secunda et tertia, in qua continentur *honos* et *fides*, agit a cap. IX. fere ad finem cap. XIV. de quinta et sexta, in quibus *liberalitas* et *corruptela* insunt, a cap. XV. usque ad finem cap. XXIV. *Pearcius.*

faciunt] Subaudi *ea.* Facciol. *tribuunt* substituit.

honoris] Honoris gratia, quia eum colunt et aliis praeferunt.

quemque dignum] Id est, *et si quem dignum*, ut est in Vinar. et primum vulgatis. Goth. *aut si quem dignum:* fort. *sique dignum.* Facciol. *eumque dignum,* probabili quoque coniectura.

° *quemque dignum*] Gu. quint. [Bern. e] et omnes impr. veteres *et si quem dignum.* [*Quemque* non est explicandum *et si quem*, sed transit auctor a coniunctione *si* ad pronomen relativum, id quod patet ex iis quae consequuntur.]

aut cui fidem habent] Rom. *aut cum fidem.* Si cuius fidei se suaque recte se credere posse putant.

° *aut cui fidem habent*] Gu. quart. impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *aut cum fidem habent.* Deinde Gu. quart. quint. et omnes impr. veteres *et bene de rebus.*

aut contra] Haec verba non sunt in Goth. in quo scriptum *cum a quibus aliquid expectant.*

a quibus aliquid expectant] Si quid a quibus sperare possunt. Facciol. *a quo aliquid,* nescio unde acceptum.

popularesve homines] Qui multitudini placere volunt, eiusque studium quibuscumque artibus captant. His opponuntur *optimates*, qui nobilitatis potentiae amici sunt. Goth. *pluresve homines.*

° *popularesve*] Particulam *ve* Gu. tert. omittit, quart. in *que* mutat.

largitiones proponunt] *Proponere* est, publice promittere. *Largitionum* genera erant leges agrariae, frumentariae, tabulae novae, munera gladiatoria, epulae, viscerationes, congiaria: de quibus cap. 16, 17 et 24.

aut postremo pretio ac mercede] Ita cum Goth. Graev. et Facciol. *aut mercede* Vin. et vulg. Hic quoque *si* subaudio: *si pretio ac mercede* conducuntur. [Quod nimis durum esset.]

° *ac mercede*] Hoc in solo Gu. sec. reperio. Ceteri et impr. veteres omnes, etiam Nonius loco, quem dixi, *aut mercede.* Deinde impr. Magont. uterque Lips. et a correctore Gu. quint. *deducuntur.*

9. *est illa quidem ratio*] Vulgo *quae sordidissima quidem est ratio*: sed *illa* est a MSS. in quibus et Goth. Lib. I, 27, 9 *Sic hoc, de quo loquimur, decorum totum illud quidem est cum virtute confusum.* Eod. lib. cap. XXIX, 8 *Ludo autem et ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno.* Vide lib. III, 33, 9. Caton. c. XVIII, 9. Lael. c. XVIII, 9. XIX, 4. Heumann. ad orat. pro Ligar. c. III, 3.

° *est illa quidem ratio*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *quae sordidissima quidem est ratio,* omisso *illa.*

iis, qui ea tenentur, et illis, qui ad eam confugere co-
nantur. Male enim se res habet, cum, quod virtute effici 10
debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam non numquam
hoc subsidium necessarium est: quem ad modum sit uten-
dum eo, dicemus, si prius iis de rebus, quae virtuti pro-
piores sunt, dixerimus. Atque etiam subiiciunt se homines 11
imperio alterius et potestati de caussis pluribus. Ducuntur 12
enim aut benivolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut
dignitatis praestantia, aut spe, sibi id utile futurum, aut
metu, ne vi parere cogantur, aut spe largitionis promissis-
que capti: aut postremo, ut saepe in nostra re publica vi-
demus, mercede conducti.

Omnium autem rerum nec aptius est quidquam ad 7

et iis] Goth. Vin. Ven. tres, Arg. *et his.* Pro *illis* Goth. etiam *his.*

qui ea tenentur] Qui ea locupletioribus obligantur.

* *qui ad eam confugere*] Gu. sec. *qui ad ea confugere.* Transponit quart. *et hiis, qui ad eam conf. c. et hiis qui eam tenentur.*

10. * *hoc subsidium*] Pulchre Gu. pr. *subsidium hoc.* Paullo post impr. Venet. 1498. ac Lips. 1513. *dicimus.*

* *iis de rebus*] Gu. pr. *de his rebus:* tert. *de iis rebus:* impr. Magont. *hiis de rebus:* ceteri *his de rebus.*

11. *Atque etiam*] Supra causas exposuit, quibus adducti homines aliis ea tribuunt, quae ad augendos et honestandos eos pertinent: nunc ostendit, quibus rebus permoti se aliis subiiciant. Non idem itaque bis dicitur.

* *Atque etiam subiiciunt*] Gu. tert. omittit *etiam.* Solita priscis orthographia pr. sec. quint. et impr. Magont. *subiciunt.* Paullo post verba *et potestati* absunt Gu. quarto. Deinde impr. veteres, excepto Magont. omnes transponunt *pluribus de causis.*

de causis pluribus] Ven. sec. tert. et quart. Arg. Ald. Facciol. *pluribus de causis.* Transpositionis fontem in Vinar. reperio, in quo est *potestatibus de causis,* pro *potestati pluribus de causis.* Hoc qui emendarunt, *pluribus* inter versus adscripserunt, librarii vero postposuerunt.

12. *aut beneficiorum magnitudine*] Pearc. coniicit *et beneficiorum.*

aut spe sibi id utile futurum] Hoc non nove dictum est, ut Erasmo visum. Lib. I. de finib. c. 16. de iustitia: *Semper alit aliquid tum vi sua atque natura, quod tranquillet animos, tum spe, nihil earum rerum defuturum, quas natura depravata desiderat.* Goth. *aut spe sua id utile.*

* *aut spe*] Gu. sec. tert. et a manu prima quart. *aut saepe.* Hic error peperit istud tert. *aut saepe si videant, id sibi.* Pronomen *sibi* transponit etiam quart. *aut spe id sibi.* Beda *aut spe sibi utile,* omisso *id.*

spe largitionis promississque] Sic Graev. e suo codice [quocum facit unus Bern. c]: nostri libri *promissionisque,* Lang. Pearc. *promissionibusque.*

* *promississque*] Omnes nostri *promissionisque.*

in nostra republ. videmus] Facciol. *vidimus.* Sed illud hoc ipso tempore id videri significat, quo Antonius mercede conducebat veteranos et alios.

* *saepe in nostra re p. videmus*] Deest *saepe* in Gu. tert. Pro *videmus* quart. dedit *vidimus.* Praesens tempus tuentur reliqui nostri omnes et Nonius in voc. *Conducere.*

Cap. VII, 1. *Omnium autem rerum*] Hoc non pendet ab *aptius,* sed a *quidquam.* Cap. IX, 11 *Ha-*

opes tuendas ac tenendas, quam diligi, nec alienius, quam
2 timeri. Praeclare Ennius:

Quem metuunt, odere: quem quisque odit, periisse expetit.

3 Multorum autem odiis nullas opes posse obsistere, si antea
4 fuit ignotum, nuper est cognitum. Nec vero huius tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, paretque cum maxime mortuo, interitus declarat, quantum odium homi-

rum igitur duarum ad fidem faciendam iustitia plus pollet. Vid. ad lib. I, 13, 5. lib. II, 14, 7. Perizon. ad Sanctii Min. II, 10, 2. p. 216. Vetera exemplaria: *Rerum autem omnium*, ut Facciol. Octo tamen Aldi et Goth. ut editur. In Vin. *omnium* omissum est.

° *Omnium autem rerum*] Gu quint. et omnes impr. veteres *Rerum autem omnium*. In proximo quum librarius Gu. quart. omisisset *nec*, corrector fecit *aptius non est*.

ad opes tuendas] Goth. *tuendas tenendasque*, Vin. Rom. *tuendas ac tenendas*. Duplex lectio, quam et vulgati libri habent, et Pearcius renovavit.

° *ad opes tuendas*] Adieci his *ac tenendas*, quod suggerunt Gu. pr. sec. quint. codices XV. Aldi, IX. Cóckmanni, [VI. Orellii] exc. Bedae atque Eybi et impr. veteres omnes. Ex Victor. Lang. et Hervag. exemplaribus iam revocaverat illa Iac. Gronovius. Ita noster de fin. II, 4. coniunxit *Id tenere unum, id tueri, id defendere*. In Verr. IV, 63 *Ut quisque eis rebus tuendis conservandisque praefuerat*. Ibi quoque *conservandisque* duo codices, alter Lambini, Graevii alter, abiiciunt. At sine varietate legitur pro leg. Manil. c. 5 *Quod accepistis tueri et conservare non posse*.

2. ° *Praeclare enim Ennius*] Coniunctionem *enim* Gu. quart. in *etiam* mutat. Recte eam Gu. pr. impr. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. Ald. et alii tollunt. Vide ad I, 30, 8. [Tuentur autem Orelliani libri mss. omnes.]

° *Quem metuunt*] Versum Ennii trochaicum tetrametrum catalecticum, quod in carminibus facere solemus, a prosa Ciceronis oratione dispescui.

oderunt] Goth. *odere*: deinde *periisse*.

° *oderunt*] E cod. Goth. *odere*, paulloque post ex eodem, e Gu. quinto et prius vulgatis *periisse* reposui. [Hoc quidem necessarium, sed illud neque necessarium neque codicum auctoritatis causa probabile.]

3. ° *ignotum*] Gu. quart. *incognitum*.

nuper est cognitum] In Iulii Caesaris interitu.

4. *quem armis oppressa pertulit civitas*] Pearcius verius putat *non pertulit civitas* Ita enim fere Cicer. lib. XII. ep. 1 *An quod ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? cuius aera refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus?*

paret quae cum maxime mortuo] Haec desunt in Goth. Vin. Oxoniensibus uno excepto, Rom. et aliis: in multis ita corrupta sunt, ut verae scripturae vix aliquod vestigium maneat. Si a Cicerone sunt, quod mihi parum liquet, ita rectius legentur, ut a Verburg. Pearc. et Facciol. editum: *paretque cum maxime mortuo*, non *paret quae*, ut Graevius in suo cod. scriptum fuisse adfirmat. *Cum maxime* tamen recte idem exponit, *hoc ipso tempore*. Vid. ad lib. I. c. 13. extr. Parebat autem Caesari mortuo civitas Romana, cum eius non acta solum servarentur, sed et leges, a vivente numquam latae, fictae et commenticiae, figerentur ab Antonio: cumque vindices libertatis ab eius amicis, qui opibus praevalebant, omnibus minis terrerentur.

° *paret quae cum maxime mortuo*] Ab omnibus Gu. et impr. vetustis haec absunt. Quum in Langii

num valet ad pestem; sed reliquorum similes exitus tyrannorum, quorum haud fere quisquam talem interitum effugit.
Malus est enim custos diuturnitatis metus, contraque beni- 5
volentia fidelis vel ad perpetuitatem. Sed iis, qui vi op- 6
pressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saevitia, ut
heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in 7
libera civitate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil
potest esse dementius. Quamvis enim demersae sint leges 8

et aliorum libris scripturae verae obscura tantum vestigia exstarent, [sicut Bern. a *apparet cuius maxime portui*, Bern. b *apparet cuius max. mortuo*] ex optimo codice Graevius ea restituit. Recte vero Iac. Gronovius emendavit *paretque cum maxime mortuo.* [Atque sic Bern. c.] Postea impr. Magont. *quantum vel odium.*

valeat ad pestem] Ad perniciem. Lamb. in MSS. esse ait *valet*, idque est in Goth. Ven. sec. quart. Arg. et Ald. sed Vin. Ven. pr. *valeret*, quod a Cicerone scriptum crederem, si *declaravit* praecederet.

° *valeat ad pestem*] Ita in solo Gu. tert. [Bern. c et Bas.] scriptum est. Impr. Magont. et incert. *valeret ad pestem.* Recepi e quatuor Gu. impr. Venet. 1498. utroque Lips. Lugd. 1527. et Gryph. *valet ad pestem.* Vide supra ad c. V, 4.

quorum haud fere quisquam interitum talem effugit] Libri variant, quorum in aliis est *interitum talem*, vel *talem interitum*, ut in Goth. in aliis *interitum similem.* Fabricius duo haec verba *interitum talem* suspecta habet, eaque Langius et Facciol. omittunt.

° *interitum talem effugit*] Hic verborum positus an in codice antiquo sit inventus, dicat qui poterit. [Est in Bern. a b c d.] In quatuor Gu. est *talem interitum effugit.* Hoc fuit in libris Aldi, Fabricii, Graevii et Gothano, quos sequor. Gu. quint. [Bern. e] impr. Magont. et incert. *interitum similem subterfugit:* uterque Lips. Lugd. 1527. et vulg. *interitum similem effugit.*

5. *est custos*] Verbum *est* in Goth. et aliis omissum, in aliis transpositum video, suspectumque habeo. Si retinere placet, lege, *malus est enim custos.*

° *Malus enim est custos*] Hoc cum Graevio tuentur Gu. pr. quint. [Bern. a b c d] impr. Venet. 1498. Lugd. 1527. et Gryph. Tamen e Gu. sec. praetuli positum Ciceroni familiarem *Malus est enim custos.* Gu. tert. *Malus enim custos est:* quart. *Malus enim custos diuturnitatis est.* Exc. Bedae atque Eybi, impr. Magont. incert. uterque Lips. et vulg. omittunt *est.* Postea Gu. sec. *contra benivolentia*, erasa a correctore particula *que.*

diuturnitatis] Incolumitatis diuturnae, ut *perpetuitas* est salus ad supremum serumque vitae finem durans.

° *fidelis vel ad*] Gu. sec. *fidelis etiam vel ad:* quart. *fidelis est etiam ad:* exc. Eyb. impr. veteres, excepto Magont. *fidelis est vel ad.* Verbum *est* cum Graev. omittunt Gu. pr. tert. quint. exc. Bedae, impr. Magont. Gryph. etiam Nonius in voc. *Vel.*

6. *teneri*] Contineri, coërceri.

7. *instruunt*] Opibus, armis, singularis potentiae praesidiis.

° *instruunt*] Gu. tert. quint. et impr. Lugd. 1527. *instituunt.*

nihil esse potest dementius] Nemo dementior. Modus loquendi Ciceroni familiaris. Vide ad Lael. c. XV, 7.

° *his nihil esse potest dementius*] Gu. tert. atque impr. Rom. *iis*, Magont. *hiis.* E Gu. pr. sec. tert. quint. et omnibus impr. veteribus dedi *potest esse.* Imitatur Lactant. V, 10, 4 *Quid potest esse hac pietate dementius?* Sed ibi in libris est *clementius*, in uno *inclementius.* Hinc intelligere mihi videor, totum locum ita constituendum esse: *Quid potest esse hac pietate dementius? quid inclementius, quam mortuis huma-*

alicuius opibus, quamvis timefacta libertas, emergunt tamen haec aliquando aut indiciis tacitis, aut occultis de honore
9 suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermissae liberta-
10 tis, quam retentae. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes et potentiam valet plurimum, id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur. ita facillime, quae volemus, et privatis in rebus, et in
11 re publica consequemur. Etenim, qui se metui volent, a
12 quibus metuentur, eosdem metuant ipsi, necesse est. Quid enim censemus, superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, can-
13 dente carbone adurebat capillum? Quid? Alexandrum Phe-

nas victimas immolare, et ignem cruore hominum, tamquam oleo, pascere?

8. *Quamvis enim demersae sint*] Quantumvis demersae sint. Vid. ad lib. I, 43, 5.

* *demersae sint*] Gu. quatuor *sint demersae.* [Item meliores Bernenses.]

timefacta libertas] Goth. Vinar. Oxonienses et vulgati *tremefacta.* utrumque verbum probum est, sed aptius alterum, quod edidi. Facciolatus tamen *tremefacta* praetulit.

* *quamvis timefacta*] Gu. quart. *et quamvis:* sec. *temefacta*: quint. et impr. veteres omnes *tremefacta.*

iudiciis tacitis] *Iudicia tacita,* sunt, quae sine verbis declarantur, factis maxime. Talia erant, cum sub tyrannis nobiles secessum et latebras petebant, a matrimonio abhorrebant, liberos tollere gravabantur. Vide Plin. paneg. c. 27.

occultis de honore suffragiis] Cum illis honores deferuntur, qui tyrannis maxime invisi sunt. Exemplum habes apud Sueton. Caes. c. 80.

9. *Acriores autem morsus sunt intermissae libertatis*] Libertas intermissa acrius mordet. Est autem *intermissa libertas,* quae aliquamdiu non usurpata fuit, quae ad tempus continere se coacta est. Vin. *intermissae sunt libertatis.*

10. * *latissime*] Abest a Gu. sec. Proximum *neque* quart. mutat in *nec.* Idem paullo post transponit *plurimum valet.*

* *caritas retineatur*] Gu. sec. *et ut caritas retineatur.*

quae volemus] Ita cod. Graev. et Pith. sed Goth. et vulgati *quae volumus.*

* *quae volemus*] Ita cum Graevio scripti Gu. omnes, exc. Bedae atque ed. Anemoec. At exc. Eybi, impr. veteres et vulg. *quae volumus.* Mox exc. Bedae atque Eybi *consequimur,* et postea *se metui volunt.*

11. *a quibus metuentur*] *Metuuntur* Goth. Vin. et primum vulgati.

* *metuentur*] Gu. quart. *metuantur:* Beda *metuitur:* Eybus et impr. veteres omnes *metuuntur.* Post paullo Gu. quart. *necessarium est.*

12. *Quid enim censemus*] *Quid* in hac formula interrogandi tantum vim habet, ac potius abundat. Vide ad orat. pro Rosc. Amer. c. 17. pr. ubi plura dixi. Adde Agrar. II, 17. med. lib. I. de orat. c. 17. extr.

superiorem illum Dionysium] Dionysium maiorem, Siciliae tyrannum, minoris patrem.

cultros metuens tonsorios] Valer. Max. lib. IX. c. 13. extr. *Tonsorum metu tondere filias suas docuit. Quarum, postquam adultae aetati appropinquabant, manibus ferrum non ausus committere, instituit, ut candentium iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.* Eadem Cicero lib. V. Tusc. c. 20. Gothan. *cultros tonsoris.*

* *candenti*] Nonius in voc. *Candet,* omnes Gu. etiam impr. Magont incert. et uterque Lips. *candente,*

raeum, quo animo vixisse arbitramur? qui, ut scriptum legimus, cum uxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, et eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Thraciis, destricto gladio iubebat anteire: praemittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, et, ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. O miserum, 14

quae declinandi forma sola probatur Bentleio ad Horat. I. od. 25, 17. [*Candenti* tamen Bern. b c.]

° *sibi adurebat capillum*] Expunxi pronomen *sibi*, quod abesse video ab exemplaribus Nonii. [Quae causa vix sufficiat.] Dionysius *adurebat capillum*, id est adurendum sibi curabat, ita instituerat filias, ut sibi capillum adurerent. Dictum est ut illud Sueton. Aug c. 79 *In capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet.* Gu. tert. *sibi barbam adurebat et capillum.* Ita scripserat Cic. Tusc. V, 20 *Instituitque, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi et capillum adurerent.* Reliquorum tamen codicum consensus, et Nonii auctoritas, facit, ut adsentiar Oudendorpio ad Sueton. Ner. c. 1. adfirmanti, locum nostrum nullo supplemento indigere, sed *capilli* adpellatione barbam etiam includi, quemadmodum hoc vocabulo usus sit Cic. in Verr. lib. V. c. 49 *Sthenius hic Thermitanus cum hoc capillo atque veste.* Sthenius vero, ut sordidatus, et *barbam, et capillum submiserat.*

13. *Alexandrum Pheraeum*] Pherae in Thessalia sitae erant, quibus Alexander hic tyrannus imperavit. Vide Plutarch. in Pelopid. Cornel. Nep. in eiusd. vita c. 5. Valer. Max. lib. IX. c. 18. Adde Xenophont. lib. VI. Ἑλληνικ. Diodor. Sic. lib. XV.

° *Alexandrum Pheraeum*] Gu. tert. *Pheraeum Alexandrum.* Paullo post quart. *arbitremur.*

uxorem Theben] Iasonis filiam, de quo lib. I, 30, 11.

° *Theben admodum diligeret*] Gu. pr. *Thebeam*: quart. *diligeret admodum.*

° *et eum quidem*] Gu. sec. *vel eum quidem.* Particulam *quidem* quint. om.

notis Threiciis] Ab Ionica voce Θρηΐκιος dicitur *Threïcius*, non *Threiicius*, ut Graev. et Facciol. nec *Thraiicius*, ut Goth. Vin. et vulg. aliquot. Rectius paullo *Thraicius*, ut Argent. Vide Cort. de usu orthograph. Lat. cap. III. n 6. p. 44. Thracibus antiqui saepe pro satellitibus utebantur, ut nostri reges Hungaris vel Helvetiis. His enim maior, quam civibus, fides habebatur. Illi vero stigmatibus corpora notare solebant.

° *Threiiciis*] Hoc ante Graevium Gruterus dederat. Impr. incert. Venet. 1498. Lugd. 1527. Gryph. et Iac. Gronov. *Threiciis.* E Gu. pr. et sec. *Thraciis* scripsi, [sic etiam Bern. a c]. Longius aberrant Gu. tert. *Thraiciis:* quart. *Trabitiis:* quint. *Trahitiis*: impr. Magont. *Traitiis:* Lips. alter *Treiicis*, alter *Traiicis.* [*Thraeciis* Bern. b, *Threciis* d.] Conf. Ern. ad or. de prov. cons. c. 2.

destricto gladio] Hoc doctiores praescribunt: vulgo *districto.* Vid. ad lib. III, 31, 9. Aliter sentit Cortius de usu orthogr. Lat. c. III, 13. p. 98.

° *districto*] Gron. edidit *destricto,* atque ita est in Gu. pr. et sec. [Bern. c d, sed antiquiores duo a et b h. l. *districto*, altero autem paulo ante laudato et ipsi *destrinxit.*]

° *qui scrutarentur*] Gu. quint. a correctore et impr. veteres omnes *qui perscrutarentur.*

° *in vestimentis*] Praepositio deest impr. Magont. incert. Venet. 1498. et utrique Lips. Deinde omnes Gu.

qui fideliorem et barbarum et stigmatiam putaret, quam coniugem! Nec eum fefellit. Ab ea est enim ipsa propter
15 pellicatus suspicionem interfectus. Nec vero ulla vis imperii
16 tanta est, quae, premente metu, possit esse diuturna. Testis et Phalaris, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander; non a paucis, ut hic noster: sed in quem uni-
17 versa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. Quid? Ma-

[et Orelliani omnes] transponunt *telum occultaretur.*

14. *stigmatiam*] Graeci στιγματίαν vocant. A στίζω, *pungo*, fit ὁ στιγματίας, *notis compunctus*. Goth. Vin. Rom. Ven. pr. *stigmaticum*. Ven. sec. *stigmaticam;* Nonius vero cap. I, 194. *stigmatiam*.

* *stigmatiam*] Ita est in impr. Lugd. 1527. et apud Nonium in voc. *Stigmatias*. Perperam Gu. pr. et sec. *stigmatium:* impr. Venet 1498. *stygmatiam*: ceteri scripti et impr. veteres *stigmaticum*.

Nec eum fefellit] In meis exemplaribus, ut in vulgatis, additur *opinio*, quod meliores codd. excludunt. Subintelligitur ab aliis hoc ipsum, vel *animus*, vel *res;* ab aliis *Thebe*, vel *coniux*, ut lib. II. ep. II, 6. lib. IV. epist. II, 6. et apud Tacit. lib. VI. A. cap. L. 4. Addo Hirt. Afr. c. III, 4 *Quod minime Caesarem fefellerat*. Quintil. lib. IV. prooem. 3 *Ne fefellisse in his videar principem*. Horum sententiae accedo, interpretorque: Thebe non fefellit maritum, suspicio eius non falsa fuit, non imprudenter in ea fecit.

* *Nec eum fefellit*] Hoc sistunt Gu. pr. et sec. [et Bernenses omnes]. In altero tamen glossator minio adscripsit *opinio*, quae glossa reliquos nostros et veteres impr. omnes occupavit.

ab ea enim est ipse] Mea exemplaria et quaedam alia *ab ea est enim:* deinde in quibusdam editionibus, Venet. Paris. et Gothofr. variantis lectionis loco ex vetustis codd. adscriptum reperio *ab ea est enim ipsa*. Hoc Musis approbantibus Facciolatus in suum locum restituit.

* *ab ea enim est ipse*] Transponunt omnes Gu. et impr. veteres *Ab ea est enim*. Pronomen *ipse* Gu. quint. omittit, at primus in *ipsa* mutat. Hoc a Lambino proditum Facciolatoque et patruo meo comprobatum recepi. Tradit quidem Plutarchus in vita Pelopidae extr., Theben ad interficiendum tyrannum Tisiphoni, Pitholai et Lycophronis, fratrum suorum, opera usam esse. Et Diodor. Sic. l. XVI. p. 517. ait, Pheraeum tyrannum ab uxore sua Thebe, huiusque fratribus, Lycophrone et Tisiphono, interfectum esse. Nec tamen est, quod quispiam miretur, Ciceronem dicere, *ab ipsa* Thebe Alexandrum occisum esse. Conf. Perizon. ad Sanct. III, 4, 5.

* *interfectus*] Male Gu. tert. addit *postea interfectus*.

15. * *premente metu*] Impr. Magont. *a premente metu*.

16. *Phalaris*] Siciliae tyrannus. Goth. *testis Phalaris*.

* *Testis est Phalaris*] Adducit Nonius in voc. *Nobile*. Codici Goth. *est* omittenti accedit Gu. quint.

nobilitata] Nota, celebris. Vid. ad lib. I, 4, 9.

* *interiit*] Gu. tert. *periit*.

hic noster] Caesar. * Gu. sec. *hic noster Iulius*: quint. *hic noster Caesar*. Utrumque nomen ex glossa irrepsit.

* *sed in quem*] Gu. tert. *sed in eum universa:* quart. *sed ut quem*, corrector *sed ut in quem*.

universa Agrigentinorum multitudo] A qua lapidibus prostratus est, Zenonis Eleatae maxime impulsu, Valer. Max. lib. III, 3, 2. [Errasse Valerium Max. quod nobilissimum philosophum aequalem tyranni multo vetustioris fecerit, satis probant interpretes] Ovidius in Ibi v. 441. *eum*

cedones nonne Demetrium reliquerunt, universique se ad
Pyrrhum contulerunt? Quid? Lacedaemonios, iniuste impe-
rantes, nonne repente omnes fere socii deseruerunt, specta-
toresque se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis?
Externa libentius in tali re, quam domestica, recordor. 8
Verum tamen quam diu imperium populi Romani beneficiis 2
tenebatur, non iniuriis: bella aut pro sociis, aut de imperio
gerebantur; exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii;
regum, populorum, nationum portus erat et refugium se-
natus; nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una
re maximam laudem capere studebant, si provincias, si
socios aequitate et fide defendissent. Itaque illud patroci- 4
nium orbis terrae verius, quam imperium poterat nominari.
Sensim hanc consuetudinem et disciplinam iam antea mi- 5
nuebamus; post vero Sullae victoriam penitus amisimus.

in Perilli taurum coniectum et combustum tradit.

17. *Demetrium*] Poliorceten, Antigoni, Asiae regis, filium. Vide Iustin. lib. XVI, 2. Plutarch. in Pyrrho et Demetrio. Goth. *Demetrium reliquerunt, universique ad Pirrhum se contulerunt.*

° *Lacedaemonios*] Omnes impr. veteres *Lacedaemones.*

° *omnes fere*] Gu. sec. *fere* omittit, transponit quart. ita *fere omnes.*

spectatoresque se otiosos praebuerunt] Vid. Cornel. Nepot. Epam. c. 6. extr.

Leuctricae calamitatis] Lib. I. c. XVIII, 9. c. XXIX, 9.

Cap. VIII, 2. ° *imperium populi R.*] Gu. sec. *imperium R. P.* Hinc tert. et quint. *imperium rei p.* quart. *imperium po. Ro.* (i. e. populus Romanus) *tuebatur beneficiis*: impr. Venet. 1498. *imperium populo Ro.*

beneficiis tenebatur] Recte, praeclare et aliis bene faciendo. Sallust. Cat. IX, 5 *In pace beneficiis, quam metu agitabant.* Vide Cort. ad eiusd. Iug. c. 31. extr. In Goth. non *imperium populi Rom.* sed *imperium reipublicae* scriptum est, ut aliis locis pluribus id factum ex male intellecta nota *P. R.*

° *non iniuriis*] In his verbis πρότασιν periodi finiendam duxi. Sequentia vero usque ad finem n. 3. quae maioribus interpunctionibus priores discreverant, ἀπόδοσιν esse iussi.

exitus erant] Subintellige copulam: *et exitus erant.*

necessarii] Etiamsi durius aliquid in hostes consuleretur, necessitati danda erat venia: quod publicae utilitatis ratio id exigebat. Ita Carthago, ita Corinthus excisa est, quod nulla cum his civitatibus pax satis fida fore videbatur.

populorum, nationum] Latius patet *nationis* nomen, quam *populi.* Est enim *natio,* quae communi lingua utitur; *populus,* qui iisdem institutis et legibus continetur. Vide Cort. ad Sallust. Cat. XX, 7.

3. ° *ex hac una re*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *ex una hac re.*

4. ° *Itaque illud*] Pronomen deest Gu. quarto.

patrocinium] Tutela, summum praesidium, sub quo omnes gentes tutae agerent.

5. *iam antea*] Ante Sullae dominatum.

° *iam antea*] Gu. quart. *iam ante.* Deinde tert. *minuimus.*

post Sullae victoriam] Cuius crudelitatem lege apud Vellei. Paterc. lib. II. c. 28. Sallust. Cat. c. 11.

6 Desitum est enim videri quidquam in socios iniquum, cum
7 exstitisset in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est
honestam caussam non honesta victoria. Est enim ausus
dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet et bono-
rum virorum, et locupletium, et certe civium, praedam se
8 suam vendere. Secutus est, qui in caussa impia, victoria
etiam foediore, non singulorum civium bona publicaret, sed
universas provincias regionesque uno calamitatis iure com-

* *penitus amisimus*] Adverbium abest Gu. pr.

6. * *in cives*] Gu. tert. quart. quint. et impr. veteres omnes *etiam in cives*.

7. *secuta est honestam causam non honesta victoria*] Sallust. eod. loc. *Postquam L. Sulla, armis recepta republ. bonis initiis malos exitus habuit.* Initia erant honesta, quod nobilitatis a Mario oppressae causam defendebat: exitus victoriae minime erat honestus, sed crudelissimus.

hasta posita] Cum venderet bona proscriptorum: cuius venditionis signum erat *hasta*, unde *hastae subiici* dicebantur, quae plus licitantibus addicebantur. Vid. n. 12 cap. XXIII. 10.

* *in foro venderet*] Gu. tert. *in foro venderentur*.

* *et locupletium*] Copulam Gu. pr. omittit. Solus, quod sciam, Graevius *locupletium* edidit. In MSS. Gu. et impr. prioribus, quos vidi, omnibus est *locupletum*. Laudat quidem Graevius in var. lect. e Palat. primo *locupletium*, sed Gruterum ex illo codice nihil hic adnotasse video. [Unus Bern. d *locupletium*.] Sine varietate tamen ad Att. ep. VII, 7 extr. editur *Nec moderatiorem, quam Sulla in pecuniis locupletium*. [Item I, 19, 4 et p. Sext. 17. Variat *locupletium* et *locupletum* Parad. VI, 2. Tusc. V, 20. At *locupletum* epist. ad Att. IX, 7 auctoritate Med. codicis firmatur, et h. l. si codices sequendi, restituetur.]

praedam suam] Se bona eorum vendere, quos bello devicisset: quasi hostes illi, non cives, essent. Goth. *praedam se suam vendere*.

* *praedam suam se*] E Gu. pr. sec. tert. Goth. atque ed. Gryph. scripsi *praedam se suam*.

8. *Secutus est*] Iulius Caesar, cuius *causam impiam* dicit, quod contemtis legibus eos sibi honores arrogavit, quos nemo civis Rom. aequo iure cum aliis vivens, adsequi poterat, et hanc unam civilis belli causam habuit.

victoria etiam foediore] Qua non singulos cives, sed universas provincias adflixit, quod Sulla non fecerat. Quamquam ob id ipsum quoque foedior erat victoria, quod causa erat impia.

* *victoria etiam foediore*] *Etiam* Gu. tert. omittit, nec habet quint. nisi a correctore.

* *non singulorum civium*] Imperite Gu. tert. *non singulorum solum civium*, quint. omnesque impr. veteres *non solum singulorum civium*, et postea Gu. tert. *sed universas quoque provincias*. Vide Cort. ad Cic. epist. VI, 7, 17. et Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 22, 9.

uno calamitatis iure] Ita in libris Manutii, Lambini, Gruteri, Graevii, Pearcii scriptum fuit: vulgati cum Goth. et Vin. *uno calamitatis genere*, quod et in Rom. et prima Ven. est, et Heumanno verius videtur. *Uno calamitatis iure* interpretantur, pari statu at conditione, ut hoc dicatur: effecit, ut pari conditione essent cives et provinciales. Sed ita Ciceronem scripsisse vix credo.

* *uno calamitatis iure*] Hoc est in Gu. pr. sec. et quart. Transponit tert. *uno comprehendit iure calamitatis*. Male quint. et omnes impr. veteres *uno calamitatis genere*. Io. Frid. Gronovius praeclare *ius* interpretatur statum, et conditionem. Firmat hanc explicationem ex ipso Cic. Verr. III, 6. *Ut eodem iure essent, quo fuissent.* Agrar. III, 2. *Libera*

prehenderet. Itaque, vexatis et perditis exteris nationibus, 9
ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam
vidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua numquam no-
stri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Multa 10
praeterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno
quidquam sol vidisset indignius. Iure igitur plectimur. Nisi 11

meliore iure sunt, quam serva. Respexisse Ciceronem crediderim ad id, quod *victor iura dare* victis dicitur. Caesar igitur *universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehendit*, i. e. victor hanc eis conditionem tulit, legem hanc eas accipere coëgit, ut una omnes pariter essent calamitosae. Nec mirum videri debet, *ius* appellari, quod multis calamitatem afferat. Namque est etiam *ius iniustum.* Vide Burmannum ad consolat. Liviae v. 54. Et Paullus I. C. leg. pen. π. de iust. et iur. *Praetor quoque,* inquit, *ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit: relatione scilicet facta, non ad id, quod ita praetor fecit, sed ad illud, quod praetorem facere convenit.* [Aliquid inest ὀξύμωρον.]

9. *vexatis et perditis*] Gu. quart. *versatis*: pr. tert. quart. quint. [Bern. plerique] impr. Magont. et Gryph. *ac perditis.*

exteris nationibus] Gallis, Graecis, Aegyptiis, Afris, Hispanis.

ad exemplum amissi imperii]. Quasi imperium Rom. amissum esset, dum de sociis civitatibus triumpharetur: ac si hoc exemplo declararetur, populum Rom. suum imperium amisisse, cum suos socios unius potestati subiici videretur.

portari in triumpho Massiliam] Massilia, Galliae Narbonensis civitas, Romanis semper amica et fida, Caesari adversus Pompeii legatos in Hispaniam proficiscenti portas clauserat. Itaque ab eo obsessa et magnis operibus expugnata in triumpho Gallico portata est, id est, imago eius eborea inter pompae fercula translata est. Colligitur hoc ex Quintiliani lib. VI. cap. III, 61. itemque, sed obscurius, ex Appiano Alex. lib. II. civil. p. 802.

Massiliam vidimus] Gu. quart. *Maxiliam*: impr. incert. *videbamus.* Massilia vero si in triumpho Caesaris Gallico portata est, imaginem eius non eboream, quod viris doctis videbatur, sed citream fuisse, colligas ex Velleio II, 56, 2. [*Quinque egit triumphos; Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Afri ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.*] Deinde Gu. sec. *et ex urbe* om. *ea:* tert. *ex eaque urbe.*

ex Transalpinis bellis] *Ex transalpinis terris bellis triumph.* Duplex lectio

* *ex Transalpinis bellis*] Gu. pr. *ex Transalpinis Alpibus bellis*: Goth. *ex Transalpinis terris bellis.* Utraque scriptura suspicionem mihi movet, Ciceronem nihil aliud scripsisse, quam *ex Transalpinis triumpharunt.* Substantive *Transalpinos* dicere potuit, quemadmodum Brutus lib. XI. ad divers. ep. 4 *Progressus sum ad Inalpinos.* Formula dicendi *ex gente triumphare* usitatissima est. Cicero de eadem Massilia Philipp. VIII, 6 *Ne triumphus quidem facit finem belli? per quem lata est urbs ea, sine qua numquam ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumpharunt.* [Contra *ex bello triumphare* exemplo non probant lexicographi, nisi hoc dubio Livii XLV, 39 *de accessione potius belli quam de bello.* Tamen vulgata est in Orellianis libris omnibus.]

10. *commemorarem*] Hoc verbum Gu. quart. omittit.

si hoc uno sol quidquam vidisset indignius] Non a Plauto hoc sumtum est, ut Aldus putat, sed e medio: cum sol, quasi mundi oculus, omnia adspicere videatur. Vide Erasmi adag. *omnium quos sol videt.* Theognis v. 167 *Ὄλβιος οὐδεὶς ἀνθρώπων, ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.* Vide eumdem v. 616 et 848. Solonis quoque sententia fertur haec:

enim multorum impunita scelera tulissemus, numquam ad unum tanta pervenisset licentia: a quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hereditas.
12 Nec vero umquam bellorum civilium semen et caussa deerit, dum homines perditi hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt. Quam P. Sulla cum vibrasset, dictatore propinquo suo, idem sexto tricesimo anno post a sceleratiore

Οὐδὲ μάκαρς οὐδεὶς πέλεται βροτός· ἀλλὰ πονηροὶ
Πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

° *Sol quidquam*] Gu. pr. *quicquid sol*: sec. tert. quart. [Bern. a b d] et Gryph. *quicquam sol*, quod revocavi.

11. *multorum impunita scelera*] Vinar. et Ven. pr. *eorum impunita scelera;* alii *multorum impunitates scelerum*: utrumque vitiose, et parum ad Ciceronis mentem, qui patientiam Romanorum reprehendit, Sullae, Clodii, Pisonis, Gabinii aliorumque scelera inulta relinquentium.

° *multorum impunita scelera*] Nonius, in voc. *Tollere*, exhibet *multorum impunitates scelerum*. Pro *multorum* Gu. quart. et impr. Magont. dedit *eorum*. Gu. tert. transponit *scelera impunita*: sec. *scelera ante tulissemus*. Postea tert. mutato verborum ordine *licentia pervenisset*.

ad paucos] Sororum Caesaris nepotes, quos heredes instituerat, C. Octavium ex dodrante, L. Pinarium et Q. Pedium ex quadrante reliquo. Sueton. Caes. c. 83.

° *ad multos improbos venit hereditas*] Gu. quint. *venit ad multos improbos hereditas:* impr. Magont. *ad multos venit hereditas improbos*. Incert. omittit nutans vocabulum *improbos*, quod fortasse a glossatore accessit. Id si Cicero adiecisset, Octavianum, quem tum maxime ornabat, improbis accensere visus esset. [Sed eum abunde iam conculcanda Caesaris memoria laedebat, si hoc curaret. verum *pauci* per se intelliguntur.]

12. ° *semen et causa deerit*] Verba *et causa* uterque impr. Lips. omittit. *Semen bellorum civilium*, sunt bellorum civilium concitatores. Ita apud Liv. III, 19, 5. tribuni pl. *semina discordiarum* vocantur. *Causa* vero est praetextus. Infra III, 10, 5 *Muri caussam opposuit.* [Minime, sed incitamentum est ex spe divitiarum.] Pro *deerit* in Gu. tert. est *derit*.

homines perditi] Omnes illi, quibus amissis rebus suis nulla spes superest, nisi in proscriptione bonorum civium: qualem Cicero Antonium maxime videri vult, qui et ipse sector fuerat. Vide Philipp. II, 26.

° *dum homines perditi*] Nonius de numer. et casib. p. 499. *dum homines cruenti*, quod tamen deterius est. Deinde Gu. sec. *hastam cruentam illam*.

hastam illam cruentam] Venditionem bonorum, quorum domini vel in bello occubuerant vel in numerum proscriptorum relati impune trucidabantur.

° *et meminerint*] Copulam omittit Nonius et MS. Goth.

P. Sulla] Cuius patruus fuerat L. Cornelius Sulla, dictator. Hic, cum illo dictatore proscriptionibus praefuisset, sexto et tricesimo anno post sub Caesare sui se similem praebuit. Vide de eo lib. IX. epist. 10. extr. lib. XV. ep. 17 et 19. Cortius ad Sallust. Cat XVII, 3. Goth. *L. Sylla.*

° *quam P. Sulla*] Omnes Gu. impr. Magont. et incert. pro *Publio* obtrudunt *Lucium*. Gu. tert. transponit *quam cum L. Sylla vibrasset.*

sexto et tricesimo anno] Quidam codd. copulam cum Goth. omittunt, servant vero vulgati libri et Pearcius Anglicanorum MSS. auctoritate.

° *idem sexto tricesimo*] Haec et praecedentia quatuor verba Gu. pr. temere omisit. A quinto, impr. Magont. et incert. abest *idem*. Gu. tert. *idem XXXVI.* quart. *eidem trigesimo sexto:* quint. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527.

hasta non recessit. Alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quaestor urbanus. Ex quo debet intel- 13
ligi, talibus praemiis propositis, numquam defutura bella civilia. Itaque parietes modo urbis stant et manent, iique 14
ipsi iam extrema scelera metuentes: rem vero publicam penitus amisimus. Atque in has clades incidimus (redeundum 15
est enim ad propositum) dum metui, quàm cari esse et diligi maluimus. Quae si populo Romano iniuste imperanti 16
accidere potuerunt, quid debent putare singuli? Quod cum 17
perspicuum sit, benivolentiae vim esse magnam, metus imbecillam: sequitur ut disseramus, quibus rebus possimus facillime eam, quam volumus, adipisci cum honore et fide

cum Peärcio *sexto et tricesimo.* Recte vero Gu. sec. [et Orelliani omnes] et impr. Magont. meliorum codicum scripturam *sexto tricesimo* tuentur. Cic. de invent. I, 55 *tertius decimus*. Ibid. c. 56 *quartus decimus, sextus decimus.* Pro Cluent. c. 27 *septimus decimus.* Ad divers. ep. XII, 25. princ. *alter vicesimus.* Liv VII, 18, 1 *quintus tricesimus.* Vid. ad h. l. Drakenb. [vid. gramm. nostr. §. 118.] Paucis interiectis, male Gu. quint. Goth. impr. Magont. et incert. *hasta eadem non recessit.* Mox uterque Lips. *in hac quaestor,* omisso *fuit.*

a sceleratiore hasta] Goth. *hasta eadem non recessit.*

scriba fuerat] Is fuit *Cornelius,* cuius meminit Lepidus in fragmentis Sallust. lib. I. histor. p. 941. Non falli videntur, qui Publii Sullae, quem paullo ante nominavit, fratrem *Servium* intelligunt, qui e coniuratione Catilinaria evaserat. Vide Cort. ad Sallust. Catil. c. 17. p. 111. et ad c. 47. p. 275. Cicero pro Sulla c. 2, med. [Maxime falluntur, dum nobilissimum iuvenem scribam faciunt.]

13. *talibus praemiis propositis*] Cicer. Philipp. VIII, 3 *Hasta Caesaris multis improbis et spem adfert et audaciam. Viderunt enim ex mendicis fieri repente divites. Itaque hastam videre semper cupiunt ii, qui nostris bonis imminent.*

14. * *urbis modo stant*] Praetuli e Gu. tribus prioribus *modo urbis stant.*

extrema scelera metuentes] Ne faces sibi subdantur.

rem vero publicam penitus amisimus] Vide ad lib. I, 11, 6.

15. * *maluimus*] Hoc est in meis omnibus, nec placet *malumus,* quod Victorius [adstipulantibus Bas. Bern. b d]. edidit. Quia praegreditur praeteritum tempus *in has* (sc. quas dixi) *clades incidimus*, etiam post particulam *dum* praeteriti temporis verbum requiritur. [Recte: neque enim narratur, sed exitus rei declaratur. Quod parum attendens Orell. edidit *malumus.*]

16. * *quid debent putare singuli*] Ante correctorem in Gu. pr. fuit *quid debetur putari singuli*: Palatin pr. *quid debetur putare singulis.* Fortasse Cicero scripserat: *quid debet putari, singulis?* ut ex antecedentibus repetatur *accidere posse.*

17. *Quod cum*] *Quod* relativam significationem, nec ullam aliam vim hic habet, ac prope abesse potest. Vide quae dixi ad lib. III, 31, 7.

* *Quod cum*] Merito libri omnes hoc tuentur. Ernestus tamen melius putat *Quo.*

* *vim esse magnam*] Gu. tert. *maximam.* Deinde impr. veteres omnes *metus imbecillem.*

* *disseramus*] Gu. pr. *diffiniamus.*

* *possimus facillime*] Gu. pr. sec. tert. quart. [itemque a b c d Bernenses] *facillime possimus*: uterque impr. Lips. *possumus facillime.*

18 caritatem. Sed ea non pariter omnes egemus. Nam ad cuiusque vitam institutam accommodandum est, a multisne
19 opus sit, an satis a paucis diligi. Certum igitur hoc sit, idque et primum et maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, et nostra mirantium.
20 Haec enim est una res prorsus, ut non multum differat inter summos et mediocres viros; eaque utrisque est prope
21 modum comparanda. Honore, et gloria, et benivolentia civium fortasse non aeque omnes egent, sed tamen si cui

18. *non pariter*] Non pari cuique opus est gloria, sed maior alii, alii minor est appetenda.

* *omnes egemus*] Gu. quint. *egemus omnes*.

ad cuiusque vitam institutam accommodandum est] Sic est in libris meis: Venet. qu. cum aliquot recentioribus *vitam instituendam*, quod non admitto. Ex cuiusque vitae instituto existimandum est, multis an paucis ei opus sit amicis.

* *vitam institutam*] Hoc est in libris scriptis et impr. veteribus meis, solo Gu. tert. excepto, qui *instituendam* exhibet.

* *opus sit, an satis*] Omnes Gu. [Bern.] et impr. veteres, etiam Gryph. *opus sit, an satis sit*. [Sic igitur scribendum.]

19. *certum igitur hoc sit*] Vide ad lib. I. c. XII, 6.

* *idque et primum*] Impr. Magont. *id quod et primum*: incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *et id quidem et primum*.

* *nostra mirantium*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *mirantium nostra*.

20. *Haec enim est una res prorsus, ut*] *Est ut* Graecorum more frequentissime dici, docet Vechner. hellenolex. lib. II, c. 10. p. 539. Rarius vero hoc, ut *res* adiiciatur, nisi forte huc trahi potest Lucret. lib. III. 726.

— — — *Hoc tamen est ut*
Quaerendum videatur, et in discrimen agendum.

Pro Mil. c. 13. extr. *Ille erat ut odisset*. Alii dixissent, *haec una res est, in qua non multum differat inter summos et mediocres viros*. Vide infra ad cap. 24. pr. [et nos in gramm. §. 752.]

* *haec enim est*] Impr. Lugd. 1527. *Haec est enim*. Paucis interiectis Gu. quint. omnesque impr. veteres *ut non differat multum*.

eaque utrisque est propemodum comparanda] Goth. *eaque est utrisque*; sed Vinar. et Ven. pr. *ea quae utrisque*. Gronov. coniecit *eaque utrisque est pari modo comparanda*: id Facciolatus in vulgatae locum substituit, etsi haec omnium librorum consensu comprobatur. *Prope modum* non tam est *prope ad eumdem modum*, ut placet doctissimo Pearcio; quam *certo quodam modo*: quae significatio haud nova est. [Explico: propemodum utrisque necesse est amicitias comparare, gewissermaßen beiden, non alteris necesse est, alteris non necesse; ad necessitatem universae rei nihil interest, sed interest quod pertinet ad multitudinem amicorum.]

* *eaque utrisque est*] Impr. Venet. 1498. om. verbum *est*, quod Gu. quint. et reliqui impr. veteres transponunt ita *eaque est utrisque*.

* *propemodum comparanda*] Gu. pr. sec. quart. impr. Magont. incert. et uterque Lips. separatim exhibent *prope modum*. Iac. Gronovius. ex ed. Victor. interpungendum censet: *propemodum comparanda honore, gloria et benevol. civium. Fortasse* cet. Non adsentior, licet praeter Cockm. codices etiam Gu. sec. quint. et impr. incert. ante *Fortasse* interpungant. Nec placet, quod Gu. pr. ac tert. post verba *honore et gloria* novam periodum ordiuntur.

21. * *et benivolentia civium fortasse*] Gu. pr. *Set benivolentia civium*, abiecto *fortasse*, pro quo in quint. est *Fortasseque*. Deinde pr.

haec suppetunt, adiuvant aliquantum tum ad cetera, tum ad amicitias comparandas.

Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur 9
Laelius. Nunc dicamus de gloria, quamquam ea quoque de re duo sunt nostri libri: sed attingamus, quando quidem ea in rebus maioribus administrandis adiuvat plurimum. Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus 2
his: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat. Haec autem, si est simpli- 3
citer breviterque dicendum, quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in universorum animos

et quart. *non omnes aeque.* Paullo post impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *adiuvat aliquantum.*

°*tum ad cetera*] Gu. tert. *cum ad caetera.*

Cap IX, 1. *Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Laelius*] Quia Cicero in prooem. libri II. de divinatione, ubi omnes libros suos enumerat, Laelium non nominavit: haec verba quibusdam suspecta sunt. Putant enim, cum de officiis scriberet, Laelium nondum exstitisse. At nec ipsorum de officiis librorum mentionem ibi facit. Fieri ergo potuit, ut inter illum de divinatione, et hunc de officiis librum brevis de amicitia dialogus interiiceretur, et iam in Attici manibus esset, cum haec scriberentur. Facilius Guilielmo, Facciolato et aliis quibusdam concedi potest, verba *qui inscribitur Laelius* a grammatico aliquo addita fuisse. Vid. Heumann. de arte crit. p. 34.

°*alio libro dictum est, qui inscribitur Laelius*] Gu. quart. *alio libro scriptum est.* Hier. Wolfius *eo libro dictum est* edidit, quod utique praeferrem, si mihi constaret, an ex antiquo libro manaverit. Similiter Cic. de div. II, 1. *Cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus Hortensius.*

duo sunt libri nostri] Exstant. Vid. cap. V, 4. Ne hi quidem exstabant, cum liber secundus de divinatione ederetur, adeoque ipsi nuper admodum ad Atticum missi erant. Vide lib. XV. Attic. ep. 27. lib XVI. ep. 2. extr. ep. 6. extr. Fabric. biblioth. Lat. vol. I. lib. I. c. 8. p. 132. vol. II. p. 150.

°*duo sunt*] Gu. quint. et Goth. *duo sint,* inepte. Gu. tert. *duo sunt libri nostri.*

2. °*quadam, honore*] Male Gu. pr. *quodam honore.*

°*dignos putat*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527 *nos dignos:* Gu. quart. quint. et omnes impr. veteres *putet.*

3. *simpliciter*] Aperte, candide, sine dissimulatione. [Est potius in universum, quod opponitur ei quod paulo accuratius fieri dicimus.]

pariuntur a singulis]. Quibus rebus, ut a singulis amemur, consequimur, iisdem, ut multis cari simus, consequemur. Cod. August. Pal. pr. Goth. *parantur.* Sed alterum in pluribus libris est, et idem significat.

°*pariuntur a singulis*] Gu. pr. *parentur.* Ex optimo codice Anemoecii, cui Palat. pr. et Goth. accedunt, placet mihi *parantur:* ita tamen, ut *pariuntur,* quod in plerisque libris reperitur, condemnare non audeam. Verbo *parere,* pro *parare* usurpato, praepositiones haud insolenter adiiciuntur. Infra c. XIII, 13 *Sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa.* Liv. XLII, 61, 10 *Similem gloriam ex hoste pariendi occasionem optabant.* Curt. X, 6, 8 *Ut victoriam partam inter hos, de quibus parta est, obtinere possimus.*

alius quoque quidam aditus] Facciolato *quidam* eiiciendum visum, ut

4 tamquam influere possimus. Ac primum de illis tribus, quae ante dixi, benivolentiae praecepta videamus: quae quidem beneficiis capitur maxime: secundo autem loco benefica voluntate benivolentia movetur, etiam si res forte non sup-
5 petit. Vehementer autem amor multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentiae, iustitiae, fidei, omniumque earum virtutum, quae pertinent ad man-
6 suetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus:

soni suavitati consuleretur. Sed vide ad lib. I, 4, 1. Goth. *alius quidem quoque aditus*.

•*sed est alius quoque*] Gu. tert. *Sed alius quoque quidam aditus est*: quart. *Sed etiam alius quidam*, omisso *est* et *quoque*.

•*ut in universorum animos*] Gu. pr. *ut universorum animo*, omisso *in*. Deinde quart. *tamquam* expellit.

4. *Ac primum de illis*] Non necessaria quidem nec tamen aspernanda plane est coniectura Pearcii, *ac primae de illis tribus*.

benivolentiae praecepta videamus, quae quidem beneficiis capitur maxime] *Benivolentia capi* non satis latine dici videtur nonnullis: unde malunt vel *paritur* vel *benivolentiae multitudinis praecepta, quae* (multitudo) *capitur*. Cum vero *captari benevolentia* recte dicatur, nec est, quod *capi eam* dicere prohibeat.

•*beneficiis capitur maxime*] Quatuor Gu. [et Bern.] et impr. Lugd. 1527. *capitur beneficiis maxime*: Gu. quint. Goth. impr. Magont. incert Venet. 1498. et uterque Lips. *capitur beneficiis maximis*. [Verborum igitur ordo secundum mss. libros instituendus.]

•*benefica voluntate*] Gu. pr. *voluntate beneficientia*: sec. tert. et novem Aldi *voluntate benefica*.

benivolentia movetur] Abesse potest *benivolentia*, idque Lambinus tollit.

5. *amor multitudinis commovetur*] Goth. *movetur*.

•*amor multitudinis*] Gu. tert. et Beda *multitudinis amor*.

opinione liberalitatis] *Opinio* non est sua cuiusque de suis virtutibus persuasio, ut Loccenio visum ad Cornel. Nep. Alcib. c. VII, 3. sed aliorum de his existimatio. Sic *opinio probitatis* n. 12 *opinio iustitiae* c. XI, 6. *Quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis* c. XII, 5.

•*beneficentiae*] Quum alibi in optimis quibusque libris *beneficientia* scribatur, hic omnes, etiam exc. Bedae atque Eybi, in vulgatam scripturam consentiunt. Deinde apud Bedam et Eybum est *iustitiae fideique omniumque*.

ad mansuetudinem morum et ad facilitatem] Ita fide unius cod. Pith. legitur: ceteri *morum ac facilitatem*, recte. Ad utrumque *mansuetudinem* et *facilitatem*, pertinet genitivus *morum*.

•*et ad facilitatem*] Hoc cum codice Pithoeano Gu. pr. [Bern. d] tuetur. Reliqui, etiam exc. Bedae atque Eybi, cum vulg. *ac facilitatem*.

6. •*etenim illud ipsum*] Gu. tert. *Etenim ipsum illud*: quart. *Etenim id ipsum*: Goth. *illud* omittit.

•*honestum decorumque*] Gu. quint. et omnes impr. veteres *decorum honestumque*. Deinde iidem *diximus*. Postea Gu. tert. *quodque per se nobis*.

•*animosque omnium*] Gu. tert. *animosque hominum*.

maximeque quasi perlucet] Vin. *maxime quasi perlucet*, quod Facciolatus probat, mihi ceterisque feren-

idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura
ipsa diligere cogimur. Atque hae quidem caussae diligendi 7
gravissimae: possunt enim praeterea non nullae esse levio-
res. Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest: 8
si existimabimur adepti coniunctam cum iustitia prudentiam.
Nam et iis fidem habemus, quos plus intelligere, quam 9
nos, arbitramur, quosque et futura prospicere credimus, et
cum res agatur in discrimenque ventum sit, expedire rem
et consilium ex tempore capere posse. Hanc enim utilem
homines existimant veramque prudentiam. Iustis autem et 10
fidis hominibus, id est bonis viris, ita fides habetur, ut
nulla sit in his fraudis iniuriaeque suspicio. Itaque his sa-
lutem nostram, his fortunas, his liberos, rectissime com-
mitti arbitramur. Harum igitur duarum ad fidem facien- 11
dam iustitia plus pollet: quippe cum ea sine prudentia satis

dum non videtur. Nam *quia πρότασιν* constituit, cui adhaeret *maximeque quasi perlucet*: ἀπόδοσις ab *idcirco* incipit. In duobus Langii et uno Oxon. est *prolucet*. [*Ex iis* Bern. b c e, *his* a d.]

7. **gravissimae*] Gu. quint. *gravissimae sunt*.

**praeterea*] Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. *praeter eas*. Postea transponunt Gu. tert. et quart. *leviores esse*.

8. *Fides autem ut habeatur*] Hoc quid sit, disce ex n. 10.

**si existimabimur*] Gu. pr. *sic existimabitur adeptus*.

9. **fidem habemus*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *fidem habebimus*. Paullo post Gu. quint. *quos et futura*, omisso *que*.

expedire rem] Difficultatibus superatis perficere id, quod velis.

hanc enim utilem homines existimant] Goth. Vin. Rom. Ven. qu. *Hanc enim omnes existimant utilem*: quidam *hanc enim homines utilem omnes existimant*. Alterutrum ex duplici lectione omittendum.

**homines existimant*] Gu. quint. et omnes impr. veteres cum vulg. *omnes existimant*. Quatuor Gu. exc. Bedae atque Eybi et Gryph. scripturam alteram tuentur, [itemque Bern. a c d, contra b]. Multi vero philosophi facultatem istam politicam adeo contemnebant, ut eam perfecto sapiente vix dignam putarent. Dicit igitur Cicero, *homines*, i. e. plerosque, prope omnes, vulgo homines, hanc prudentiam politicam utilem et veram prudentiam existimare. Haec significatio vocis *homines* nostro valde usitata est. Ad divers. ep. I, 7 *Ex eventu homines de tuo consilio existimaturos*. Lib. X. ep. 25 *Id quod homines arbitrantur*.

10. *et fidis*] *Fidis haberi fidem* Cicero dixisse vix credi potest. Facciolatus igitur legit: *iustis autem hominibus, id est, bonis ita fides habetur;* Pearcius, *iustis autem, id est, bonis viris*. Cap. XII, 4 *Id si ab uno iusto et bono viro consequebantur*. Vid. lib. I, c. 7. pr. lib. II, c. 11. pr. de amicit. c. 5.

**id est bonis*] Ex omnibus Gu. ex novem Aldi et plerisque Cockmanni [item Orellii] codicibus *id est bonis viris* recepi. Gryph. *id est viris bonis*. [Bern. d *bonis hominibus*.]

**his fortunas*] Gu. quint. exc. Bedae atque Eybi *his fortunam*.

11. *Harum igitur duarum*] Vid. ad c. 7. pr.

* *satis habeat*] Gu. sec. *satis habet*.

habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia nihil valeat ad
12 faciendam fidem. Quo enim quis versutior et callidior est,
13 hoc invisior et suspectior, detracta opinione probitatis. Quam ob rem intelligentiae iustitia coniuncta, quantum volet, habebit ad faciendam fidem virium; iustitia sine prudentia multum poterit; sine iustitia nihil valebit prudentia.

10 Sed ne quis sit admiratus, cur, cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso saepe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere virtutes: nunc ita seiungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, iustus
2 esse: alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis ac-
3 commodatur oratio. Quam ob rem, ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bonos viros, alios pru-

°*nihil valeat*] Gu. tert. [et Bern. c] *nihil valeat ad fidem faciendam.* Reliqui scripti et impr. veteres omnes pro *valeat* dederunt *valet.*

12. °*callidior est*] Verbum *est,* quod Gu. sec. a correctore habet, pr. tert. quint exc. Bedae atque Eybi, impr. Magont. Rom. incert. et uterque Lips. omittunt.

°*suspectior*] Exc. Bedae Eybique subiiciunt *probabitur.* Simili glossatoris commento Gu. tert. in fine periodi addit *habetur.*

detracta opinione probitatis] Nisi probus esse aliis quoque videatur.

13. ° *Quam ob rem intelligentiae iust.*] Quae Cicero inde a n. 8. tradiderat suisque rationibus confirmaverat, ea brevi comprehensione devincta hic repetit, reminiscendique caussa unum sub aspectum subiicit. Nec video, quid Pearcium movere debuerit, ut bonam huius periodi partem censeret abiiciendam.

intelligentiae iustitia coniuncta] Iustitia cum prudentia coniuncta ad faciendam fidem tantum virium habebit, quantum ipsa volet.

°*habebit ad*] Gu. tert. *ad fidem habebit faciendam virium.*

iustitia sine prudentia multum poterit; sine iustitia nihil valebit prudentia] Haec omnia adiecticia et futilia esse censet Pearcius.

Cap. X, 1. *ne quis sit admiratus*] Pearcio Saii coniectura placet, *ne quis sit admiraturus,* aliis minus placebit. Malo explicare, ne quis admiretur.

° *sit admiratus*] Gu. quart. *admiratus sit, cur, cum inter philosophos omnes.*

a meque ipso saepe disputatum sit] Maxime lib. III. Tuscul. et lib. V. de finibus.

° *ipso saepe*] Gu. sec. *ipso saepius.*

qui unam haberet] Hoc imperfectum non ad *constet,* sed ad *disputatum sit* referendum.

°*possit quisquam*] Gu. pr. *quisquam possit:* quart. *possit quispiam.* Paullo post Gu. pr. *qui non idem sit prudens.*

2. *cum veritas ipsa limatur*] Cum vera a falsis secernuntur, et quasi lima poliuntur.

° *alia est illa, cum veritas ipsa*] Gu. quart. *alia est illa veritas cum ipsa:* impr. uterque Lips. *alia est cum illa veritas ipsa*: incert. pronomen *ipsa* omittit.

ad opinionem communem] Vulgarem. Sic *communia officia* lib. I. c. 3. lib. III, 3, 10 *communes amicitiae* lib. III, 10, 15. de amicit. c. XXI, 4. Vide Heumann. ad dialog. de oratorib. c. II, 4.

3. ° *vulgus*] Gu. sec. *volgus.*

bonos viros] Goth. et Rom. *viros bonos.* Supra c. IX, 10 *iustis, id est, bonis*: ubi plura.

dentes esse dicamus. Popularibus enim verbis est agen- 4
dum, et usitatis, cum loquimur de opinione populari, idque
eodem modo fecit Panaetius. Sed ad propositum reverta- 5
mur. Erat igitur ex tribus, quae ad gloriam pertinerent,
hoc tertium, ut cum admiratione hominum, honore ab iis
digni iudicaremur. Admirantur igitur communiter illi qui- 6
dem omnia, quae magna, et praeter opinionem suam ani-
madverterunt: separatim autem in singulis, si perspiciunt
nec opinata quaedam bona. Itaque eos viros suspiciunt, 7
maximisque efferunt laudibus, in quibus existimant se ex-
cellentes quasdam, et singulares perspicere virtutes: despi- 8

* *ut alios fortes, alios bonos viros*] Transponit Gu. quart. *ut alios viros bonos, alios fortes.* Omnes scripti Gu. [et quattuor Bern.] impr. Magont. et Gryph. *viros bonos.* [Quod restituendum, ut *viri boni* coniunctim dicantur honesti. In Verr. III, 41 *Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt.*]

* *prudentes dicamus*] Interposui *esse* e Gu. pr. sec. tert. quart. Anemoec. Gryph. et ex more Ciceronis.

4. * *cum loquimur*] Gu. pr. quart. impr. Magont. incert. uterque Lips. et Ald. 1561. *cum loquamur.* [Cumque sic etiam in Bern. a b scribatur, nescio cur non recipiendum sit.]

de opinione populari] De populi sive multitudinis opinione, quam illa de alicuius virtute habet. Goth. *cum loquamur de opinione.*

5. * *ex tribus*] Gu. pr. sec. quart. [Bern., c d e] *ex his tribus*: tert. *ex tribus rebus.*

pertinent] *Pertinerent* quatuor Ald. Vinar. Veneta pr. haud male.

* *pertinent*] Recepi e Gu. sec. tert, quart. impr. Magont. et Ald. 1561. *pertinerent,* quod merito placebat patruo. Vide Wopkens. lect. Tull. l. I. c. 7. p. 33. seq. et nos supra ad I, 9, 6. cap. 44, 10. [Elegans sine dubio scriptura, sed movet me quod Orellius in suis libris omnibus indicativum esse dicit.]

cum admiratione hominum] Admirantibus nos hominibus.

* *ab iis digni*] Gu. sec. *digni ab his:* quart. Gryph. et Ald. 1561. *ab his digni.*

6. *communiter*] Universi pariter in omnibus. *Generaliter* vulgo dicunt; ut *specialiter,* quod Cicero *separatim.*

* *communiter*] Hoc adverbium Gu. quart. omittit, transponunt impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *communiter igitur.*

* *illi quidem omnia*] Gu tert. *illa quidem omnia:* impr. Venet. 1498. *et illi quidem omnia.*

* *quae magna et praeter opinionem suam*] Gu. pr. *et quae magna et pr.* impr. Venet. 1498. *quae magna praeter.* Pronomen *suam* Gu. quart. omittit.

animadverterunt] Goth. *animadverterint*: Groningens. *animadvertunt.*

* *animadverterunt*] Gu. tert. *animadverterint.* Idem deinde *separatim autem, si perspiciunt in singulis.*

nec opinata] Alii *necopinata,* una voce scribunt. Est enim *inopinata.* Vide Burmann. ad Phaedrum lib. I, 9. Drakenb. ad Liv. IV, 27, 9.

* *nec opinata quaedam bona*] Gu. tert. *quaedam nec opinata bona:* quint. et omnes impr. veteres *quaedam bona nec opinata.*

7. * *maximisque efferunt*] Gu. tert. *magnisque efferunt.* Nonius Guelph. atque ed. Merceri, in voc. *Ecferre,* exhibet *ecferunt.*

* *virtutes perspicere*] Suaviore positu Gu. pr. sec. tert. quart. et Gryph. *perspicere virtutes.*

ciunt autem eos et contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum putant. Non enim omnes eos
9 contemnunt, de quibus male existimant. Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, et ad faciendam iniuriam instructos, eos contemnunt quidem neutiquam, sed
10 de his male existimant. Quam ob rem, ut ante dixi, contemnuntur ii, qui nec sibi, nec alteri, ut dicitur; in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Admiratione autem afficiuntur ii, qui anteire ceteris virtute putantur, et cum omni carere dedecore, tum vero iis vitiis, quibus alii
11 non facile possunt obsistere. Nam et voluptates, blandissi-

8. * *despiciunt autem*] Gu. quart. omittit *autem*, quod tamen servant reliqui et Nonius in voc. *Despicere*.

nihil virtutis, nihil animi, nihil nervorum] Nullam prudentiam, nullum animum, nullas ad efficiendum vires. Goth. *nec nervorum*.

omnes eos contemnunt] *Eos* est in Goth. deest in Vinar. nec necessarium videtur.

9. * *maledicos*] Uterque impr. Lips. *maleficos*. Deinde Gu. pr. *putant fraudulentos*. Postea impr. Magont. incert. ac Venet. 1498. *et ad faciendum iniuriam*.

eos contemnunt quidem neutiquam] Hoc Langius, Aldus, Lambinus et Fabricius e suis libris vulgarunt: at Goth. et Vin. et cum his principes edit. et Facciol. *eos haud contemnunt quidem, sed de iis*, vel *hiis*, quod idem est.

* *contemnunt quidem neutiquam*] In hanc scripturam consentit Gu. pr. [Bern. a d, et c, quamquam is pro *neutiquam* habet *nequaquam*.] Reliqui et omnes impr. veteres *haud contemnunt quidem* dederunt. Deinde Gu. tert. *sed de iis*, impr. Magont. *sed de hiis*.

10. *qui nec sibi nec alteri, ut dicitur*] Goth. Vin. et vulg. *nec sibi nec alteri prosunt:* sed verbum in melioribus suppressum, quod in proverbiis sollemne et elegans est. Facciolatus *valent* subintelligit, idque in utramque partem, ad commodum et ad incommodum.

* *nec alteri, ut dicitur*] Hanc scripturam Gu. pr. et sec. [Bern. a b d] incontaminatam servant. Reliqui, etiam Beda atque Eybus, cum impr. vetustis verbum *prosunt*, insulsi glossatoris commentum illud, adiiciunt. Postea Gu. quart. *nulla est cura*.

Admiratione afficiuntur] Goth. Vin. et principes edit. *admiratione quadam afficiuntur*, quod et omnes Aldi codd. servant: quidam addunt *admiratione quadam vero afficiuntur*, ut Ald. edidit: Pearcius *admiratione autem afficiuntur*. Hanc vero lectionem, quasi minus Latinam, ita mutavit Lambinus: *admiratione autem afficiunt ii*, quod interpretatur, ii aliis sunt admirabiles. Hoc et S. R. Heumannus noster unice probat. Nihil mutare volui, quod ut *honore, laude, praemiis affici* dicimus, ita et hoc tolerari posse puto cum Graevio, Pearcio, Facciolato.

* *Admiratione*] Gu. pr. *omni ratione*: sec. *ammiratione autem*: tert. VII. Aldi, [V. Orellii] Beda, Gryph. Pearc. et Facciol. *admiratione autem*, quos sequor. Gu. quart. quint. [Bern. e] omnesque impr. veteres *admiratione quadam*: Eybus *admiratione quadam autem*.

* *anteire ceteros*] Ex Gu. pr. sec. ex duobus Aldi, in quibus est antiquissimus Tettii, ex Pithoeano Graevii atque ex ed. Gryph. reduxi *ceteris*. [Sic a b d Bern.] Paullo post Gu. quart. *et tum omni carere dedecore, tum vero carere vitiis*, repetito verbo et omisso pronomine *iis*. Statim exc. Bedae atque Eybi *non possunt facile*.

mae dominae, maiores partes animi a virtute detorquent; et dolorum cum admoventur faces, praeter modum plerique
exterrentur. Vita, mors, divitiae, paupertas, omnes homines 12
vehementissime permovent. Quae qui in utramque partem 13
excelso animo magnoque despiciunt, cum aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totos ad se convertit et rapit. Tum quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis?

Ergo et haec animi despicientia admirabilitatem ma- 11

11. *maiores partes animi*] Quatuor Anglic. *maiores partes a virtute animi*: Vin. et quid. vulg. *partes animae*. Pearcius delendum censet illud *animi* et legendum *maiorem partem*, scilicet *hominum*: Chapmannus *maioris partis animos*. Mihi ita intelligere liceat: maiore ex parte animum a virtute detorquent, id est totam fere mentem et voluntatem.

* *maiores partes animi*] Impr. Magont. *maiores partes animae*: reliqui impr. veteres *saepe maiores partes animae*. Frustra. Sunt autem *maiores partes animi*, τό, τε ὁρμητικὸν, καὶ τὸ λογικὸν τῆς ψυχῆς μέρος. Ita Cicero supra I, 28, 11 *Una pars* (animorum) *in appetitu posita est, - - - altera in ratione*. Vid. quae ibi adnotavimus. [Habeat sane animus partes, sed *maiores partes* quae sint, non intelligitur, quae esse debet maior pars aut plures partes. At h. l. de maiore parte hominum dicendum est, a qua qui virtute discrepant, admiratione digni habentur. Itaque et ipse in Chapmanni partes transeo, et gaudeo eam ipsam coniecturam nunc liquido extare in Bern. c.]

dolorum cum admoventur faces] Cum dolorum metus infertur, cum dolores, quasi Furiae, faces intentant.

12. * *paupertas*] Optimus nostrorum Gu. sec. *paupertates*. Saepe Cicero talia substantiva plurali numero extulit, et Varronem *paupertates* dixisse, e Nonio constat.

permovent] Multum in utramque partem valent ad animos et excitandos et terrendos.

13. *in utramque partem*] Et cum adsunt, et cum absunt, ita ut neque cupiant vitam et divitias, neque metuant mortem et paupertatem. Tota autem haec sententia non eo, quo Cicero solet, more concluditur, et prope ἀνακόλουθος est: quod et A. Manutio et Facciolato observatum. Nam ἀπόδοσις cum προτάσει male cohaeret. [Sequi debebat *totique magno aliquo et honesto proposito ducuntur, ii admiratione omnium afficiuntur*. Sed partem protasis apodosin fecit, et hanc singulari enuntiatione protulit.] In Vinar. est, *cum aliqua his ampla et honesta res obiecta est, totosque ad se*: in Goth. etiam, duabus Ven. et Arg. est *totosque*, antea vero *cumque aliqua*.

* *magnoque*] Gu. sec. copula deest.

* *cumque aliqua his ampla*] Copula *que*, particulae *cum* male seduli grammatici manu adsuta, verborum consequutionem foede turbaverat. Hanc, codicis Vinar. testimonio convictam, sustuli; eaque sublata, omnia mihi inter se apta et colligata videbantur. Pro *his* in impr. Magont. est *hiis*, quod ex *iis* factum est.

* *totos ad se convertit et rapit*] *Totos* dicit, quia perversae, quas commemoraverat, cupiditates non sinunt homines se *totos* virtuti dedere, quippe quae *maiores partes animi a virtute detorquent*. Gu. quart. quint. Goth. et omnes impr. veteres *totosque*. Goth. impr. Magont. et incert. *convertit et capit*.

Cap. XI, 1. *animi despicientia*] Ald. *perspicientia*, quod hic nihil significat.

* *animi despicientia*] Nonius, in voc. *Despectus*, omittit vocabulum

gnam facit: et maxime iustitia (ex qua una virtute viri boni appellantur) mirifica quaedam multitudini videtur: nec in-
2 iuria. Nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet, aut qui ea, quae
3 sunt his contraria, aequitati anteponit. Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur: quod in quo viro
4 perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur. Itaque illa tria, quae proposita sunt ad gloriam, omnia iustitia conficit: et benivolentiam, quod prodesse vult plurimis: et ob eamdem caussam, fidem: et admirationem, quod eas res spernit et negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.
5 Ac mea quidem sententia omnis ratio atque institutio vitae

prius, quod idem tamen servat in voc. *Mirabilitas*.

admirabilitatem magnam facit] Facit homines valde admirabiles.

* *ex qua una virtute*] Gu. quart. omittit *una*, eamque scripturam Hier. Wolfius in margine adnotavit.

mirifica quaedam multitudini videtur] Goth. Vin. et principes edit. *mirifica quaedam res multitudini videtur*. Recte vero Victorio, Langio, Fabricio, Graevio *res* abundare visum, quod in scriptis quibusdam defuit: etsi Pearcius et Facciolatus id postliminio restituendum duxerunt. Nam ut apud Graecos τὶς saepe abundat, ita apud Latinos eorum imitatores, *quidam* adiicitur, ubi parum necessarium videtur. Vide ad Lael. c. XIII, 13.

* *mirifica quaedam*] Vocabulum *res*, quod vulgo hic subiiciunt, a Gu. pr. sec. quart. quint. et ab ed. Gryph. recte abest.

2. *qui mortem timet*] Qui mortis, doloris, exsilii, egestatis metu officium negligit, iniuste facit.

* *quae his sunt*] Ex omnibus Gu. Aldinis decem, exc. Bedae et Eybi, atque ex ed. Gryph. praetuli positum suaviorem *quae sunt his*.

* *anteponit*] Disiungit Gu. sec. *ante ponit*.

3. * *admirantur*] Exc. Bedae atque Eybi *admiramur*, et in fine periodi *arbitramur*.

pecunia non movetur] Qui pecuniam nihili facit.

igni spectatum] Vin. et Rom. cum Ven. pr. *dignum expectatu*. Goth. Ven. sec. tert. qu. *hunc dignum spectatu*. Sed *igni spectatum* in suis codd. repererunt Balduin. Langius, Lamb. Ald. idemque est in duobus Oxon. a Platone acceptum, qui ὥσπερ χρυσὸν πυρὶ βασανιζόμενον dixit. Sic Ovid. lib. I. trist. V, 25.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum.

* *igni spectatum*] Impr. Magont. et incert. *dignum exspectatu:* quatuor Gu. exc. Bedae atque Eybi, impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *dignum spectatu*. Longius aberrat Gu. quart. *dignum arbitratum expectatur*. [Nullus igitur Gu. verum sine mendo retinet, at retinent Bern. a b, corrigit Bern. c *igni probatum*.]

4. *proposita sunt*] Antea posita, necessaria esse dicta sunt. cap. IX, 2. [Illud tamen, quod est *antea*, ad significationem verbi referri nolim, ut nec lib. III, 2, 7. Cf. ad I, 10, 2.]

* *proposita sunt*] Gu. quart. *prius proposita sunt*.

et benevolentiam] In Goth. *et* omissum.

* *et admirationem*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et admirationem habet*. Deinde Gu. quart. *quia res eas spernit*.

inflammati aviditate] Summa cupiditate incensi. Heumannus legendum putat *inflammata aviditate*. Goth. *inflammati et aviditate*.

5. * *atque institutio*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *et institutio*.

adiumenta hominum desiderat: in primisque, ut habeat, quibuscum possit familiares conferre sermones: quod est difficile, nisi speciem prae te boni viri feras. Ergo etiam soli- 6
tario homini, atque in agro vitam agenti, opinio iustitiae necessaria est: eoque etiam magis, quod eam si non habebunt, iniusti habebuntur: nullis praesidiis septi, multis afficientur iniuriis. Atque iis etiam, qui vendunt, emunt, con- 7
ducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, iustitia ad rem gerendam necessaria est. Cuius tanta vis est, ut 8
ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint

* *adiumenta hominum*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi et Gryph. *hominum adiumenta*, quod verum videtur.

ut habeas] Pendet a *desiderat:* q. d. et in primis *amicos* desiderat, quibus cum possis conferre sermones. De hoc constructionis genere dixi ad Cornel. Nepot. Eumen. c. VIII, 7.

* *ut habeas, quibuscum possis*] Iubentibus Gu. pr. sec. quart Pithoeano, plerisque Oxon. exc. Bedae atque Eybi, et Gryph. *habeat* pro *habeas*, et *possit* pro *possis*, reduxi. Vide ad Cat. mai. VIII, 1. Sequitur quidem *nisi speciem prae te feras*, sed illius loci ratio est alia. Transponunt Gu. pr. *cum quibus possit*, exc. Bedae atque Eybi *quibuscum familiares possit*.

nisi speciem prae te boni viri feras] Nisi aliis etiam bonus vir esse videaris. Non fallacem sine re, sed rei ipsi consentaneam speciem requirit.

* *nisi speciem prae te*] Gu. quart. *nisi prae te speciem*.

6. *solitario homini atque in agro vitam agenti*] Non idem est *solitarius* et *qui in agro vitam agit*. Hic enim paucorum, ille nullius hominis convictu utitur. Hinc verba plurali numero sequuntur, *habebunt, habebuntur*.

opinio iustitiae] Non potest commode aut tuto vitam agere, nisi alii eum iustum esse opinentur.

eoque etiam magis] *Etiam* non est in Goth. Vin. Magont. Rom. Venetis prioribus, Arg. omittitque Facciolatus.

* *eoque etiam magis*] Gu. quint. omnesque impr. veteres omittunt *etiam*.

* *quod si eam*] Gu. pr. *quod etiam si non habebunt*. Suadet hoc verborum positum *quod eam si*, quem e Gu. sec. tert. quart. et ex ed. Gryph. recepi. In fine periodi Gu. tert. *afficiuntur iniuriis*.

iniusti habebuntur] Haec interpretatio est verborum *si eam non habebunt*, quam iam Aldus, unius libri indicio, deprehendit, Facciolatus abesse iussit. Adsensus his est Heumann. in parerg. crit. p. 34. Pearcius quidem retinet, sed ex MS. Cant. et reg. tert. legit deinde, *et nullis praesidiis* [Sic etiam Bern. a haud paulo melior liber, ex eoque recepit Orellius. Mihi tamen nondum tutum videtur, necessarium certe non est, quoniam facile subintelligitur e t c o n t r a *iniusti habebuntur* (pro quo in uno Bern. c est *iniustique hab.*); apodosin autem incipere ab iis verbis sententiae similitudo vix permittit.]

7. * *Atque iis etiam*] Gu. pr. *Atque etiam his qui*: sec. *Atque etiam qui*: idem a correctore *Atque his qui*: quart. quint. [Bern. a b d e] et impr. veteres, excepto Magont. omnes *Atque his etiam*. Postea Gu. quart. *ad rem gerendam esse necessaria*. Voluit *est necessaria*.

ad rem gerendam] Vide ad lib. I, 4, 4.

8. *nec illi quidem*] Ita cum vulgatis Graevius: rectius Oxon. MSS. Victor. Lang. Gron. Pearc. Facciol. *ne illi quidem*.

* *nec illi quidem*] Gu. tert. *ne illi qui*, omisso *quidem*. Ceteri MSS.

9 sine ulla particula iustitiae vivere. Nam qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, furatur aliquid, aut eripit; is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem, qui archipirata dicitur, nisi aequabiliter praedam dispartiat, aut
10 interficiatur a sociis, aut relinquatur. Quin etiam leges la-
11 tronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque propter aequabilem praedae partitionem et Bardylis Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, magnas opes

exc. Bedae atque Eybi, et impr. incert. *ne illi quidem.*

qui maleficio et scelere pascuntur] Latrones, grassatores, fures.

sine ulla particula] Nisi negatio praecederet, recte ita diceretur: ea vero admissa dicendum est *sine aliqua particula:* quod et Facciolatus probat, ex suo vero codice *sine particula* rescribit. *Sine ulla* est etiam apud Vincent. Bellovac. [Cf. nostram annotationem ad Cic. divin. in Q. Caec. c. 18. ubi eadem res est.]

* *sine ulla particula*] Gu. quart. *sine particula ulla.*

9. *aut eripit*] Al. *clam eripit,* ut Ald. sed in scriptis meis et edit. primis *clam* omissum. * Impr. incert. *aut clam eripit.*

is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum] Vin. Rom. Ven. tres, Arg. *is ne sibi in latrocinio quidem* (vel *quendam* Ven. tert. Arg.) *relinquit locum.* Est autem *in latrocinio,* inter latrones.

* *is sibi ne in latrocinio quidem relinquit locum*] Impr. Magont. Venet. 1498. ac Lips. 1507. *is ne sibi in:* incert. *is nec sibi in*: Lips. 1513. *nec sibi in,* omisso *is:* Lugd. 1527. *is ne sibi latrocinio,* sine praepositione. Impr. Venet. 1498. *quidem* mutat in *quemdam.* Gu. quart. verbo traiecto, *locum relinquit.*

Ille autem] Vitiose Graev. *illi autem.*

* *aequabiliter praedam dispertiat*] Gu. quint. a manu prima et Goth. *aequaliter.* Scripsi *dispartiat,* quod Lugd. 1527. et Anemoec. diserte exhibent. Codices enim Gu. scripturae compendio utuntur eo, quo syllabam utramque, et *par,* et *per,* librarii denotare solent. [Subdubitare de ea re liceat, *per* compendiose scribitur, *par* non item.]

aut interficiatur] Vinar. et vulg. *aut occidetur a sociis, aut relinquetur*: Goth. *aut occidatur aut relinquatur.* Coniunctivum retineo, quod ita saepe Cicero, ubi futurum vulgus mavult. Lib. I, 33, 6 *Qui igitur ad naturae suae non vitiosae genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat.* Lib. eod. 44, 9 *Magnitudo animi, remota communitate coniunctioneque humana, feritas sit quaedam et immanitas.* Quid Pearcio hic in mentem venerit, miror.

* *aut interficiatur*] Gu. quint. *aut occidatur*: omnes impr. veteres *aut occidetur,* et in proximo *relinquetur.*

10. * *leges latronum esse*] Gu. sec. *leges esse latronum.*

11. * *aequabilem praedae partitionem*] Primum vocabulum Gu. sec. omittit. Loco postremi est in Gu. pr. *participationem.*

Bardylis Illyrius latro] In meis libris, Goth. Vin. primum vulgatis, est *Bargulus Illyricus latro.* Βάρδυλλις dicitur Helladio apud Photium cod. 279. Plutarcho in Pyrrho p. 387. Βάρδυλλις, Diodoro Sic. lib. XVI. pr. Βάρδυλις. Penultimam itaque rectius producimus. Ceterum Plutarchus et Diodorus *Illyriorum regem* vocant non *latronem,* cuius filiam *Bircennam* uxorem duxit Pyrrhus Epirotes.

* *Bardylis Illyrius*] Omnes etiam mei *Bargulus* dederunt. [Bern. a b c *Bargulis.*] Ex *Illyrius,* quod duo Gu. priores recte tuentur, reliqui, et Goth. et omnes impr. veteres *Illyricus* fecerunt.

Theopompum] Gnidium, Isocratis auditorem, historiae Graecae scripto-

habuit, et multo maiores Viriathus Lusitanus, cui quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt: quem C. Laelius, is, qui sapiens usurpatur, praetor fregit, et comminuit, ferocitatemque eius ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis iustitiae sit, ut ea 11
etiam latronum opes firmet atque augeat, quantam eius vim inter leges et iudicia in constituta re publica fore putamus?

Mihi quidem non apud Medos solum, ut ait Herodo- 12
tus, sed etiam apud maiores nostros, iustitiae fruendae caussa videntur olim bene morati reges constituti. Nam 2

rem, Herodoto et Thucydidi proximum. Vide de eo Quintil. lib. X, 1, 74. Cornel. Nepot. Alcib. c. 11.

Viriatus Lusitanus] Ex venatore latro, inde dux et imperator inter suos. Eadem de eo tradit Diodor. Sicul. in excerpt. Vales. p. 346, 361. Vide et Flor. lib. II, 17, 5.

* *Viriatus*] Gu. pr. sec. impr. incert. et Facciol. *Viriathus,* quod revocavi. Nec multum recedit, quod est in Magont. *Inriathus.* Vid. Drakenb. ad Sil. X, 220. et Oudendorp. ad Suet. Galb. c. 3.

cui quidem etiam exercitus nostri] In Vin. et vulgatis meis *etiam* deest, si Ven. quartam excipias. Goth. *cui quidam et iam:* codd. vero undecim Manut. ut editum.

* *cui quidem etiam*] Gu. quart. et impr. veteres, mei quidem omnes, omittunt *etiam,* quibuscum facit Nonius in voc. *Cedere.* Gu. quint. *cui quidem et exercitus.* Paullo post sec. *imperatoresque cesserunt in bello.*

C. Laelius] Qui praetor fuit a. Iↄcix. Vide de eius praetura de amicit. c. XXV, 14.

qui sapiens usurpatur] Vocari solet. Dicitur de iis, quae consuetudine potius fiunt, quam iure. Cic. de univers. c. 11 *Quos fratres inter se usurpari atque appellari videmus.* Vide de hoc verbo P. Manut. ad lib. V. in Verrem c. 65. p. 58. Graev.

praetor fregit] *Praetor* in Goth. omissum. * Etiam a Gu. quinto vox *praetor* abest.

* *repressit*] Gu. sec. *compressit.* In Vatin. c. I. Ut *ferocitatem tuam istam comprimerem.* Mox tert. *caeteris traderet.*

facile bellum] Bellum confectu facile, non multi operis.

12. * *iustitiae sit*] Gu. quart. *sit iustitiae.* Deinde pr. *ut etiam latronum,* pronomine *ea* omisso. Mox tert. *firmet et augeat.*

in constituta republ.] *Et instituta republ.* Goth. *Et in constituta republ.* Oxon. quatuor et Pearc. Hoc *et* ceteri Oxon. Vin. Rom. et Venetae servant, delent vero Lang. Fabric. Graev. et exc. Pith. Duo Fabricii codd. Victor. Rom. Venetae *et instituta reipubl.* alii *et constituta reipubl.* Hoc nemini placebit. *Instituta respubl.* est, fundata, ordinata.

* *in constituta re p.*] Gu. pr. sec. quart. quint. *et in constituta re p.* [item Orelliani omnes copulam adiiciunt]. Corrector quarti *et in bene constituta r. p.* Gu. tert. omnesque impr. veteres *et instituta rei p.* Exc. Bedae atque Eybi *et instituta fore putamus.*

Cap. XII, 1. *apud Medos*] Qui primi reges habuerunt. Diodor. Sic. lib. III. Strabo lib. II. *A Manutius.*

ut ait Herodotus] Libro I. qui *Clio* inscribitur, quo loco ait, quibus artibus Deioces ad regnum adspirarit. *Idem.*

iustitiae fruendae] Ven. qu. *servandae iustitiae.*

* *iustitiae fruendae*] Gu. quint. erasa priore scriptura, *iustitiae servandae*: impr. veteres omnes *fruendae iustitiae.*

* *videntur olim*] Gu. pr. *videntur enim:* quart. *videntur viri.*

cum premeretur inops multitudo ab iis, qui maiores opes habebant: ad unum aliquem confugiebant, virtute praestantem; qui cum prohiberet iniuria tenuiores, aequitate con-
3 stituenda summos cum infimis pari iure tenebat. Eademque constituendarum legum fuit caussa, quae regum: Ius enim semper est quaesitum aequabile: neque enim aliter esset ius.
4 Id si ab uno iusto et bono viro consequebantur, erant eo

2. *cum premeretur inops multitudo*] Goth. codd. Bodlei. et aliquot Aldi, Venet. qu. *in otio multitudo:* alii *in otio inops multitudo*: vulg. *initio multitudo*, quae duplex lectio est. Gronovius coniicit *innoxia multitudo*. Sed vulgata nihil melius quaero.

* *inops multitudo*] Gu. pr. sec. et quint. *in otio multitudo*: tert. et a corr. quart. *initio multitudo:* impr. incert. *initio inops multitudo*: Gryph. *in initio mult.* [Item Bernenses plerique *in otio*, c *initio*, e *inops*. Verum puto cum Orellio *initio*.] Deinde plerique scripti et impr. veteres mei *ab his*.

* *confugiebant*] Gu. quint. a manu prima *confugiebat*. Frustra. Vide ad Mallium de metris praefat. n. 2. et cap. II. n. 3.

cum prohiberet iniuria tenuiores] Codd. Pal. pr. Angl. reg. tres et Victor. *iniuriam tenuioris*. Nostri, ut editum. Video quidem, Cl. Oudendorpium ad Caes. lib. VI. Gall. c. 23. extr. hic praepositionem *ab* requirere, qui aliud esse putat *prohibere iniuria*, aliud *ab iniuria*. Illud de eo dici, qui contineatur, ne facere possit iniuriam; hoc de inope, qui defendatur. Sed hic in nullo libro praepositio reperitur.

* *cum prohiberet iniuria tenuiores*] Gu. sec. *iniuriam tenuioris*, quod inde factum est, quia olim scribebatur *iniuria tenuioris*. Hoc unice verum est. Ita Cic. pro lege Manil. c. 7 *Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere*. Nec solum cum Caesare de b. Gall. I, 15, 4 *hostem prohibere populationibus* dicere licet: sed etiam *agros populationibus prohibere*, auctore Livio XXV, 15, 3. et XXXI, 25, 5.

aequitate constituenda] *Aequitas* est ius aequabile, par, suum cuique tribuens. Id tum constituebat, cum summis infimos exaequabat.

pari iure retinebat] Goth. *tenebat*: unus Aldi et Oxon. *continebat*: Vin. et aliquot Oxon. *pertinebat*. Hoc alienum, *continebat* proprium est, quod cum Aldo et Mureto unice probo. Infra cap. XXIII, 11 *Commoda civium non divellere, atque omnes aequitate eadem continere*. Hoc est, coniunctos retinere, inter eos, quodam modo exaequatos concordiam firmare.

* *pari iure retinebat*] Quatuor Gu. [V Orellii] et impr. Magont. *pari iure pertinebat*. Ex optimo Gu. sec. ex Goth. et ex impr. incert. reduxi *pari iure tenebat*. Saepissime librarii verba composita pro simplicibus invexerunt. Est autem *tenere* idem, quod regere, gubernare, in officio continere. Supra cap. VII, 6 *Sed iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saevitia, si aliter teneri non possunt*. Liv. VII, 25, 7 *Quum cerneret, metu tenendos, quos fides non tenuisset*. [Unus Bern. c *retinebat*, quod a Victorio, Manutio, Lambino olim probatum restituit Orellius. Nec dissentio, quamquam *tenebat* non contemno.]

3. * *quaesitum est*] Revocavi *est quaesitum* e Gu. pr. sec. tert. quart. et ex ed. Gryph.

* *neque enim*] Gu. tert. *Numquam enim*: quint. *Nec enim*.

4. *Id si ab uno iusto et bono viro consequebantur*] Si ius illud ab uno obtinebant, eiusque aequitate suum cuique reddebatur.

eo erant] Optimus Aldi cod. et Vinar. *erant eo*.

* *eo erant*] Bonis libris transpo-

contenti. Cum id minus contingeret, leges sunt inventae, quae cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad impe- 5
randum deligi solitos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis. Adiuncto vero, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Omni igitur ratione co- 6
lenda et retinenda iustitia est, tum ipsa per sese (nam aliter iustitia non esset) tum propter amplificationem honoris et gloriae. Sed ut pecuniae non quaerendae solum ratio 7
est, verum etiam collocandae, quae perpetuos sumtus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales: sic glo-

nentibus *erant eo* accedunt Gu. pr. sec. tert. quart. et impr. Magont. quos sequor.

Cum id minus contingeret] Cum *minus, quam vellent* (ut loquitur Nepos Them. IV, 3.) id adsequerentur vel cum *rarius*. Nam et hoc significat *minus*. Lib. XII. epist. II, 10 *L. Cotta fatali quadam desperatione, ut ait, minus in senatum venit,* scil. quam solet, quam decet.

* *Cum id minus contingeret*] Gu. pr. *Cum minus ubi contigerit.* Fuit fortasse in antiquioribus *Id minus ubi contingeret.* Proxima verba Gu. tert. sic ordinat *leges inventae sunt.*

cum omnibus semper] *Semper* haud male omissum in Goth. Vin. et pluribus vulgatis antiquioribus.

* *cum omnibus semper*] Gu. quint. et omnes impr. veteres excludunt *semper,* quod tamen locum suum obtinet in libris antiquioribus. Deinde Gu. tert. *una et eadem,* quart. *una ac eadem.* Hic etiam in proximo *voce loquantur.*

5. * *deligi*] Gu. pr. *delegi,* orthographia priscis usitata.

Adiuncto vero] Vin. et vulg. *adiuncto vero hoc:* sed *hoc* a Goth. et aliis abest, sexto casu participii absolute posito, quod aliis, quam Ciceroni, familiarius est. Vide Cort. ad Sallust. fragm. p. 992.

* *Adiuncto vero*] Pronomen *hoc,* quod Gu. quart. cum vulg. hic adiicit, reliqui quatuor scripti atque ed. Gryph. ignorant.

nihil erat] Goth. *nihil quidem erat.*

6. * *Omni igitur*] Gryph. *Omni ergo.*

ipsa propter sese] Goth. *ipsa per se se,* ut quatuor Ald. *ipsa per se* sex eiusd. Est vero *propter se,* sine spe mercedis et fructus.

* *tum ipsa*] Gu. pr. ac tert. *cum ipsa.*

* *propter sese*] Exc. Eybi et impr. veteres omnes *propter se:* Gu. quart. et Beda *per se:* Gu. pr. sec. quint. sed hic a correctore, [Bern. a b c d] atque ed. Gryph. *per sese.* His eo facilius obsecutus sum, quod dubitari non potest, quin Cicero saepe ita locutus sit. Ut ad divers. ep. III, 9 *Tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se.* Lael. XXI, 12 *Per se sibi quisque carus est.*

7. * *non quaerendae solum*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *quaerendae non solum.*

sed etiam collocandae] Pecunia *collocatur,* cum vel in ea confertur, quae solo continentur, vel fenori datur, ut et ipsa salva sit, et certus inde fructus redeat.

* *sed etiam*] Ob consensum Gu. pr. sec. tert. et quarti scripsi *verum etiam.*

quae perpetuos sumtus suppeditet] Perennes.

liberales] Ad vitam liberaliter degendam, ut et in nos et in alios benigni esse possimus.

8 ria et quaerenda, et collocanda ratione est. Quamquam praeclare Socrates, hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut,
9 qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, et inani ostentatione, et ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehemen-
10 ter errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tamquam flosculi, decidunt, nec
11 simulatum potest quidquam esse diuturnum. Testes sunt permulti in utramque partem: sed brevitatis caussa familia
12 contenti erimus una. Ti. enim Gracchus, P. F. tam diu

* *sic gloria et quaerenda, et collocanda ratione est*] Gu. quint. omnesque impr. veteres copulam priorem interceperunt. Gu. pr. transponit *et collocanda est ratione*: quint. *est et collocanda ratione.*

* *et collocanda ratione est*] Ernestus v. c. *collocanda* interpretatur *conservanda et augenda.* Mihi sic videbatur: quia in maioribus rebus administrandis plurimum adiuvat gloria, is, cui haec suppetit, patriae multorumque hominum commoda egregie potest augere. Quemadmodum igitur *pecuniam,* ita *gloriam ratione collocat,* non ille, qui id unice agit, ut eam conservet atque augeat, sed qui ea sic utitur, ut rei publ. plurimorumque hominum utilitatibus serviat. Hanc etiam significationem verbo *collocare* inesse, non dubitari potest. Cic. Philipp. III, 2 *Non enim effudit* (C. Caesar patrimonium) *sed in salute rei p. collocavit.*

8. *Quamquam praeclare Socrates*] Apud Xenophontem lib. I. et II. *ἀπομνημον.* quae loca indicavit P. Victorius lib. V. var. lect. c. 11. et Ald. ad h. l. Lib. I. extr. haec sunt eius verba: *Ἀεὶ γὰρ ἔλεγεν, ὡς οὐκ εἴη καλλίων ὁδὸς ἐπ᾽ εὐδοξίαν, ἢ δι᾽ ἧς ἄν τις ἀγαθὸς τοῦτο γένοιτο, ὃ καὶ δοκεῖν βούλοιτο.* Lib. II. paullo ante fin. *Ἀλλὰ συντομωτάτη τε καὶ ἀσφαλεστάτη καὶ καλλίστη ὁδὸς, ὦ Κριτόβουλε, ὅ, τι ἂν βούλῃ δοκεῖν ἀγαθὸς εἶναι, τοῦτο καὶ γενέσθαι ἀγαθὸν πειρᾶσθαι.*

8. * *Quamquam praeclare Socrates*] Chapmannus *quamquam* in *quamobrem* mutandum esse censet. Equidem crediderim, sententiam a particula *quamquam* incipientem, longa vero interpositione disiunctam, infrà c. XIII. n. 2. interveniente coniunctione *sed,* continuari. Ibi vero, ut legentium memoriae subveniatur, dicta, quae parenthesin antecesserant, mutatis verbis repetuntur. De hoc more orationem parenthesi longiore interruptam connectendi copiose egit patruus supra ad I, 1, 3.

* *hanc viam ad gloriam*] Gu. tert. *hanc viam proximam et quasi compendiariam dicebat esse ad gloriam.*

* *dicebat esse*] Verbum *esse* Gu. sec. excernit.

9. * *vultu*] Idem *voltu.*

10. *Vera gloria*] *Vera enim gloria.* Goth.

* *Vera gloria*] Gu. tert. et a corr. quint. *Vera enim gloria.* Sed reliqui et Nonius, in voc. *Agere* p. 246. coniunctionem rectius omittunt.

* *atque etiam*] In Gu. pr. *etiam* deest: quart. *at etiam.* Vulgata scriptura satis firma stat auctoritate tum librorum reliquorum, tum Nonii.

* *potest quidquam esse*] Gu. tert. *quicquam esse potest:* quart. exc. Bedae atque Eybi *quicquam potest esse.*

11. * *Testes sunt*] Verbum *sunt* eiicit Gu. sec.

in utramque partem] Qui et gloriam recte partam retinuerunt, et in malis artibus quaesitam amiserunt.

* *erimus contenti una*] Ex omnibus Gu. et ed. Gryph. quibuscum

laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. At
eius filii, nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum
obtinent iure caesorum.

Qui igitur adipisci veram gloriam volet, iustitiae fun- 13
gatur officiis. ea quae essent, dictum est in libro superiore.
Sed, ut facillime, quales simus, tales esse videamur, etsi 2
in eo ipso vis maxima est, ut simus ii, qui haberi velimus,

facit Nonius in voc. *Contentus,* edidi *contenti erimus una.*

12. *Tib. Gracchus*] Qui duobus perfunctus consulatibus bis triumphavit, censuram gessit, augur fuit. Vide Lael. c. XXVII, 4.

° *Gracchus*] Gu. sec. quart. et impr. Magont. *Graccus.*

° *rerum Romanarum*] Gu. pr. impr. Venet. 1498. Lips. 1507. et Lugd. 1527. *rerum Romanorum.*

° *manebit*] Gu. tert. et impr. Magont. *remanebit:* Gu. quart. *permanebit.*

eius filii] Tiberius et C. Gracchus, ex Cornelia, Scipionis Africani maioris filia, nati, qui legibus agrariis rempubl. perturbarunt, et affectati regni suspecti ambo, sed diversis temporibus, occisi sunt. Vide lib. I. c. 22. lib. II. c. 23. de amicit c. 11. Catil. I. c. 2.

° *probabantur bonis*] Vocabulum *bonis,* quod Gu. plerique et impr. Magont. atque incert. in *boni* mutant, reliqui impr. veteres omittunt. [Bern. a c cum aliquot edd. vett. *a bonis.*]

numerum obtinent iure occisorum.] Hoc est in Goth. Vin. tribus reg. Angl. Rom. Ven. pr. et aliis. Lib. III. de nat. deor. c. 20 *Errantes (stellae) numerum deorum obtinebunt.* Brut. c. 47 *Cneusque Pompeius, Sex. filius, aliquem numerum obtinebat.* Varronem quoque ita locutum esse, dixi ad Cornel. Nep. Epam. c. 7. pr. ubi *numerum* nihil aliud esse docui, quam *locum,* quod et hic aliqui codices ex glossa habent, plures vero *nomen.*

° *numerum obtinent*] Gu. sec. *numerum obtinebunt:* tert. *obtinent numerum:* quart. [et Bern. a] *obtinent nomen*: impr. incert. *numerum optinent:* Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *nomen obtinent.*

Cap. XIII. 1. ° *veram gloriam*] Gu. pr. sec. quint. impr. veteres omnes, etiam Rom. Gryph. et Ald. *veram iustitiae gloriam:* Gu. quart. *verae iustitiae gloriam.* Deinde Gu. pr. quint. omnes impr. veteres *volent.* Postea, omisso vocabulo *iustitiae,* Gu. pr. *fungantur officiis,* ed Gryph. *fungatur officiis.* Gu. sec. et quart. *iustitiae fungatur officiis,* quint. omnesque impr. veteres *iustitiae fungantur officiis.* In hac varietate nihil reperias, quod praestet scripturae vulgatae, quam Gu. tert. incontaminatam servat. [Bern. d e *iustitiae* illo loco recte omittunt, singularem numerum tuentur a b d.]

° *ea quae essent*] Male impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et ea quae essent.*

libro superiore.] Cap. VII. et proximis inde. Pearc. *in libro,* nec aliter Goth.

° *libro superiore.*] Hoc in solo Gu. tert. reperio. In consensu MSS. reliquorum, omniumque impr. veterum, etiam Rom. Gryph. et Ald. scripsi *in libro superiore.* Vid. infra III, 18, 7. Cat. mai. XVII, 1. Dispar ratio erat supra cap. IX, 1.

2. ° *Sed ut facillime*] Gu. tert. *Sed ut facile.*

quales simus] Vin. *quales sumus,* probe. Non enim id agitur, ut videamur, *quales simus,* sed *ut videamur tales esse, quales* re vera *sumus.* [At alius aliam virtutem habet, quam elucere velit.]

° *quales simus*] Gu. quart. [Bern. a c] et impr. incert. *quales sumus.*

° *tales esse videamur*] Verbum *esse* Gu. sec. omittit.

etsi in eo ipso vis maxima est] Etsi in eo plurimum situm est, ut re

3 tamen quaedam praecepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte aetate habet caussam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam (quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse) aut aliquo casu atque fortuna: in hunc oculi omnium coniiciuntur, atque in eum, quid agat, quem ad modum vivat, inquiritur: et tamquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum.
4 Quorum autem prima aetas propter humilitatem et obscuritatem in hominum ignoratione versatur, hi simul ac iuve-

vera simus ii, qui videri volumus: tamen, ut facilius tales esse videamur, quales sumus, aliqua praecipienda sunt.

° *vis maxima est*] Gu. tert. *sit.* Idem mox *volumus.*

3. *causam celebritatis et nominis*] Non dicit *celebritatem et nomen,* quod in adolescentulos non cadit; sed *causam celebritatis et nominis,* id est, incitamenta et stimulos inclarescendi.

mi Cicero, arbitror] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *arbitror mi Cicero.*

casu atque fortuna] Goth. *casu aut fortuna.* Librarius *casum* ad adversa, *fortunam* ad secunda retulisse videtur. Sed *casum et fortunam* prope idem significare docui ad Cornel. Nepot. Cim. c. IV, 3. Differunt tamen nonnihil *casus* et *fortuna*: ille ad tempus accidit; haec constantior est. In Servio Tullio, quo exemplo hic interpretes utuntur, utrumque apparet. Ille *casu,* visa circa caput flamma, primum regiae domus oculos in se convertit; deinde *fortuna,* cum reginae favore ceteris praeferretur, ad summos honores adspiravit.

° *atque fortuna*] Gu. tert. quart. exc. Bedae et Eybi *aut fortuna.*

atque in eum] Goth. Vin. Ven. qu. Ald. *in eo,* quod et in suis codd. pluribus Aldus invenit. Si *anquiritur* retinemus, quod in quibusdam scriptis est, *in eo* praefero, quod *in aliquem anquirere* vix reperiri, cum Davisio et Pearcio crediderim. Si vero *in eum* scribimus, convenientius est *inquirimus,* quod in Vin. sex Angl. et aliis pluribus repertum. Sed *in eo anquiritur* malo.

° *atque in eum*] Gu. quart. quint. omnes impr. veteres, etiam Rom. *atque in eo,* sed accusativum tuentur antiquiores. Verbum *anquiritur,* quod est a Lambino, nemo dicit, in quo libro sit repertum. Graevius quidem adnotat, in edd. et MSS. ita esse, sed de suis codicibus, quos testes nominatim citare solet, nihil addit. Pearcio itaque Ernestoque praeeuntibus, *inquiritur* reduxi, quod scripti Gu. exc. Bedae atque Eybi veteresque impr. omnes tuentur. Non equidem diffiteor, esse locos, in quibus difficulter iudicare possimus, magisne eis *anquirere,* an *inquirere* conveniat. Nec tamen ideo transierim in sententiam Ernesti V. C. confidenter decernentis, *anquirere* idem esse, quod *inquirere,* nec differre haec verba, nisi pronuntiatione.

quemadmodum] Gu. tert. *aut quemadmodum*: quint. a correctore *et quemadmodum.*

° *ita nullum*] Exc. Bedae omittunt *ita*: Gu. tert. *ita nullum ipsius potest nec dictum esse nec factum occultum.*

4. ° *prima aetas*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *aetas prima.* Paullo post iidem *in hominum ignorantia.*

in hominum ignoratione versatur] Id est, hominibus ignotus est. Lib. III, 17, 14 *Quotus enim quisque reperietur, qui, impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria.*

° *hi simul ac*] Nonius, in voc. *Spectare,* dedit *qui simul ac*: Gu. pr. sec. tert quart. impr. Magont. et incert. *ii simul ac.* In proximo exc. Bedae atque Eybi *esse coeperint.*

nes esse coeperunt, magna spectare et ad ea rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modo non invidetur illi aetati, verum etiam favetur. Prima est igitur adolescenti commendatio ad gloriam, si 5
qua ex bellicis rebus comparari potest; in qua multi apud maiores nostros exstiterunt: semper enim fere bella gerebantur. Tua autem aetas incidit in id bellum, cuius altera 6
pars sceleris nimium habuit, altera felicitatis parum. Quo 7
tamen in bello, cum te Pompeius alae alteri praefecisset, magnam laudem et a summo viro, et ab exercitu consequebare equitando, iaculando, omni militari labore tolerando.

° *magna spectare*] Gu. tert. *debent magna spectare et ad ea rectis studiis contendere*: quart. *contendere debent.*

° *et ad ea*] Nonius [Bern. c] *atque ad ea.*

eo firmiore animo] Eo confidentius, eo minus timide.

° *quod eo firmiore*] Gu. sec. omittit *eo*. Conf. ad I, 21, 9. Deinde Gu. pr. *animo faciant.*

5. *Prima igitur est adolescenti commendatio*] Quoniam Romana gens bellicis studiis plurimum tribuebat, haud facile in ea quisquam ad honores adspirabat, cuius industria non satis in bello erat cognita.

° *prima igitur est*] E Gu. pr. sec. tert. quart. et ex ed. Gryph. reposui *Prima est igitur.* Postea Gu. tert. transponit *ex rebus bellicis.*

adolescenti] Vinar. *adolescentis.*

si qua] Si qua *gloria,* non *commendatio,* ut Marsus.

in qua multi exstiterunt] In quo gloriae genere multi sese ostenderunt, emerserunt. *Exsistere* est, se proferre, alios praestare, eminere. Cic. pro Sext. c. 42 *Qui igitur primi virtute et consilio praestanti exstiterunt.*

° *fere bella*] Gu. sec. *fera bella*: quint. *bella fere.*

6. *cuius altera pars*] Caesariana, cuius *causam impiam* dixit cap. VII, 8.

altera felicitatis parum] Pompeiana, quam fortuna destituit.

7. *alae alteri*] Singulis legionibus duae equitum alae sive turmae adiiciebantur, quae non ex equitibus Rom. sed ex provincialibus constabant. Illae latera legionum muniebant, et Romanos adolescentes nobiles habebant praefectos. Unam igitur ex duabus turmam Cicero filius duxit, quam *alteram* dicit Cicero, etsi legionis nomen non adscriptum est. Id mirum quidem et absurdum videtur Graevio, qui *alteri* delet: sed qui in eius sententiam concesserit, novi neminem. Pearcius peculiarem aliquam et ignotam *alterius* significationem esse suspicatur. Vide Bosium ad Cornel. Nep. Eumen. c. I, 6. [Omnes auxiliares copias veteri instituto in alam dextram et sinistram divisas esse docet Liv. 31, 21, cumque postea socii non fere essent nisi equites, altera ala, cui Cicero filius praeerat, pars illa dimidia copiarum equestrium auxiliarium in exercitu Pompeii habenda est. Alia significatio *alae* est, qua singularum gentium auxilia equestria appellantur, v. c. ala Trevirorum, sed ne talis alae praefectum fuisse iuvenem nobilissimum putes, facit verbum adiectum.]

a summo viro] Pompeio.

° *et ab exercitu consequebare*] Praepositionem Gu. pr. suppressit: quart. dedit *persequebare.*

omni militari labore] Goth. et Vin. plures Ald. Venetae tres *omnia militari labore*: Ven. qu. *omniaque militari labore.* Pith. et quid. Ald. *omnem militarem laborem tolerando.*

° *omni militari labore*] Gu. tert. *omnem militarem tolerando laborem*: quart. quint. omnesque impr.

Atque ea quidem tua laus pariter cum re publica cecidit.
8 Mihi autem haec oratio suscepta non de te est, sed de ge-
9 nere toto. quam ob rem pergamus ad ea, quae restant. Ut
igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera animi,
quam corporis: sic eae res, quas persequimur ingenio ac
10 ratione, graviores sunt, quam illae, quas viribus. Prima
igitur commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate in
11 parentes, tum in suos benivolentia. Facillime autem, et in

veteres *omnia militari labore tolerando.*

tua laus pariter cum republ. cecidit] Ex quo Pompeius cecidit, qui reipubl causam defendit, ipsa respubl. et cum ea tua laus periit, quam consecutus es a Pompeianis. Nunc enim nulla pro patria pugnandi facultas datur.

* *tua laus pariter*] Gu. quart. *pariter tua laus.* Paullo post ex *cecidit* corrector Gu. quinti fecit *occidit,* quod esset *occidit.*

8. * *suscepta non de te est*] Gu. quint. *suscepta est non de te*: impr. incert. *suscepta de te non est.* Deinde Gu. tert. et unus Oxon. *sed de toto genere iuvenum,* quod glossema aeque turpe est, atque illud in exc. Pith. et in cod. Baliol. *sed de hominum genere toto.*

de genere toto] De universa commendatione prima ad gloriam.

quamobrem pergamus] Omnes impr. veteres et Gryph. *quamobrem ad ea, quae restant, pergamus.*

9. * *in reliquis rebus*] Gu. tert. *reliquis in rebus*: quart. *in rebus reliquis.*

* *multo maiora sunt opera animi*] Adverbium *multo,* quod Gu. pr. in *multa* mutat, tert. omittit. Gu. pr. sec. et quint. transponunt *opera sunt animi.* [Item sic Bernenses praeter e.]

* *sic hae res*] Pronomen *hae,* quod Gu. pr. quart. et impr. uterque Lips. omittunt, e Gu. sec. tert. Beda, impr. Magont. Lugd. 1527. et Gryph. mutavi in *eae.*

persequimur] Quas tractamus, quas consequi studemus.

* *quas persequimur ingenio ac ratione*] Omnes Gu. [et plerique Bern.] atque ed. Gryph. *quas ingenio ac ratione persequimur*: exc. Bedae atque Eybi *quas ing. ac rat. prosequimur.* Fortasse Cicero scripserat *quas ingenio ac ratione consequimur.* Saepe haec verba a librariis confunduntur. Ita supra n. 7. in Gu. quarto scriptum erat *persequebare,* quum *consequebare* debuisset. Conf. Drakenb. ad Liv. XXVII, 20. princ.

graviores sunt] Goth. Vin. quinque Anglic. Rom. Venet. Arg. Manut. Victor. Lambin. Fabric. Pearc. Facciol. *gratiores;* quod, quia de studiis adolescentiae agitur, ex quibus aliqua commendatio sperari potest, ad Ciceronis mentem propius accedere puto.

* *graviores*] MSS. Gu. exc. Bedae atque Eybi librique, quos mihi inspicere licuit, ante Lambinum typis exscripti omnes dederunt *gratiores.* Ne sic quidem repudiare ausim scripturam alteram, quam Hier. Wolfius in margine exhibet atque adnotatione commendat.

* *quas viribus*] Uterque impr. Lips. *quas viribus corporis.*

10. * *tum pietate*] Gryph. et Camerar. *cum pietate.*

tum in suos benivolentia] *Tum* abest a Goth. Vin. octo Ald. Rom. Venetis duabus; nec necessarium est. * Gu. pr. sec. quint. impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lips. 1507. omittunt *tum,* in cuius locum corrector Gu. quinti reponit *et.* [Tollendum igitur, cum etiam Bernenses omnes omittant: pietas in maiores natu, benivolentia in aequales suos unam quandam commendationem virtutis efficiunt.]

optimam partem, cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros, bene consulentes rei publicae, contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et in- 12
nocentiae, et iuris scientiae, P. Mucii commendavit domus.
Nam L. quidem Crassus, cum esset admodum adolescens, 13
non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam

11. *Facillime autem et in optimam partem*] Copula *et* non est in Ven. tert. Ald. Lamb. Fabric. *facillime et in optimam* Ven. sec. et Argent. sine *autem*. Sed hoc in *et* conversum videtur, quod cum Pearcio omitti posse existimo, nec tamen deleo. *In optimam partem* est, ad ipsorum decus et laudem.

* *Facillime autem*] Impr. Venet. 1498. ac Lips. uterque expellunt *autem*. Postea Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. transponunt *et sapientes bene consulentes viros*.

ad claros et sapientes viros] Vide lib. I. c. 34. pr. Lael. c. 1. pr. Goth. *et ad sapientes*.

* *frequentes sint*] Exc. Bedae atque Eybi *frequentes fuerint*. Revocavi *frequentes sunt* e MSS. Gu. veteribusque impr. omnibus, etiam ex Rom. Gryph. et Camerar. Idem fecit Ernestus.

opinionem afferunt populo] Eam de se spem faciunt populo. In Goth. deest *populo*.

* *eorum fore se similes*] Gu. tert. *eorum fore similes se*: Nonius, in voc. *Opinio, eorum se fore similes*. Goth. et impr. Lugd. 1527. pronomen *se* excernunt, quos Ernestus imitatus est.

* *quos sibi ipsi*] Male uterque Lips. *quos sibi ipsis*. Gu. quint. *sibi*, rectius vero Nonius *ipsi* omittit.

* *delegerint*] Gu. pr. sec. veteresque impr. mei omnes, etiam Gryph. *delegerunt*. Vulgatam tuentur Gu. tert. quart. quint. [cum Bern. a b d] et Nonius.

12. *P. Rutilii*] P. Rutilius Rufus et iuris et philosophiae perstudiosus fuit, in iure civili Mucii pontificis, in philosophia Panaetii auditor. Consul fuit cum Cn. Manlio anno IↃCXLVIII. [649. a Chr. 105.] inde Q. Mucio, Asiae proconsuli, legatus. Ibi cum Asiam a publicanorum iniuriis defendisset, accusatus ab equestri ordine ac damnatus, reliquam vitam exsul in Asia exegit, nec data potestate Romam redire voluit. Vide lib. III. c. 2. extr. Lael. c. XXVII, 6. [et nostram annotationem ad divin. in Q. Caec. c. 17.].

* *P. Mucii*] Hic P. Mucius Scaevola P. F. Q. N. P. PRON. pater Q. Mucii pontificis, de quo supra I, 32, 4. et Lael. I, 3. frater patruelis Q. Mucii auguris, de quo ad Lael. I, 1. fuit consul et pontifex M. Primus ius civile fundavit, primusque hanc scientiam in familiam Muciam intulit. Vide Graevium ad h. l. Ernestumque in clave Cic.

13. *Nam L. quidem Crassus*] Crassus enim excipiendus est, quem nullius clari viri adsectatio ad famam commendavit. De eo vide lib. I, 30, 9. infra cap. XVI, 11.

ad modum adolescens] Vel XXI. annos natus, auctore Cicerone lib. III. de orat. c. 20. Brut. c. 43. vel XIX. si auctori dialogi de oratoribus c. 34. extr. credimus. Hac aetate qui sunt *adolescentuli* et *admodum adolescentes* multi dicuntur. Vide quae dixi ad Cornel. Nep. Eumen. c. I, 4. Attic. c. 2. pr. Dodwell. annal. Quintil. n. 3, 4 et 5. pag. 1120. et p. 1173. Burmann. Masson. vita Plin. iun. ad a. IↃCCCXXXV.

* *sed sibi ipse*] Imperite Gu. quart. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sed sibi ipsi*. Deinde Gu. tert. *maximam peperit laudem*. Postea quart. *ex accusatione*, omisso *illa*.

laudem ex illa accusatione nobili et gloriosa. et qua aetate qui exercentur, laude affici solent, ut Demosthenem accepimus, ea aetate L. Crassus ostendit, id se in foro optime iam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

ex illa accusatione nobili] Qua repetundarum [maiestatis potius] postulavit C. Carbonem eloquentissimum hominem, nec tamen absolutum. Vide lib. IX. ep. 21. extr. lib. I. de orat. c. 10 et 11. lib. II. c. 40. [Ellendt. in prolegg. ad Cic. Brut. p. LXXI.]

et qua aetate] Goth. Vin. Oxon. omnes, Rom. Venet. tres *ex qua aetate.*

° *et qua aetate*] Hoc edidit Aldus 1561. Scripti Gu. omnesque impr. veteres, etiam Gryph. et Camerar. dederunt *Ex qua aetate.*

exercentur] In schola declamando.

laude affici] *Laudibus* eadem exemplaria fere.

° *laude affici*] Gu. quint. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *laudibus affici*: Gu. tert. *maxima laude affici.*

° *ut de Demosthene accepimus*] Procul dubio Crassum cum Demosthene comparavit Cicero, quod uterque adolescentulus in forum prodiit: ille, quum anno aetatis XIX. Carbonem repetundarum postularet: hic, quum annos natus XVIII. tutores male administrati patrimonii sui accusaret. Hanc comparationem quia ex verbis Tullii, ut nunc leguntur, difficulter intelligas; acute Ruhnkenius in adn. ad Rutil. Lup. lib. II. de figur. sent. et eloc. p. 108. paucorum verborum traiectione sententiam iuvandam locumque ita constituendum censet, *ea aetate, ut de Demosthene accepimus, L. Crassus ostendit,* cet. [Refutavit e Plutarcho iam Beierus. Nimirum Demosthenes prima illa adversus tutores actione cum intellexisset quantum sibi deesset, tum demum improbum illum exercitationum laborem suscepit, quo postea nobilitatus est.] E. Gu. pr. atque ed. Gryph. recepi *ut Demosthenem accepimus.* Hanc scripturam etiam Graevius e MS. Pithoeano adnotavit, eamdemque in suo exemplo reperisse videtur scholiastes MS. Gu. qui adnotationi ad h. l. praescripsit: *Ut Demost.* Optimum sensum parient verba *ut Demosthenem accepimus,* si *fecisse* extrinsecus adsumatur. Eiusmodi ellipses Tullio sunt usitatae. Supra I. 6, 5 *Ut in astrologia C. Sulpicium audimus, in geometria S. Pompeium ipsi cognovimus, multos in dialecticis, plures in iure civili.* In Verr. IV, 18 *Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut - - - salutem viri proderet.* [Verum est, sed tamen nihil probant adversus veterem scripturam, quam Bern. a b c e servant, dum d habet *in Demosthene.*]

optime iam facere] Goth. duo Oxon. *optime iam impraemeditatum facere*: Oxon. unus Vinar. Rom. Venet. Argent. *praemeditatum facere.* Tamen codices Victor. Lang. Fabric. et plures Aldi non habent *inpraemeditatum.*

° *optime iam facere*] Gu. sec. *oblume iam facere*: tert. *optime facere,* omisso *iam*: quart. et quint. *optime iam impraemeditatum facere*: omnes impr. veteres *optime iam praemeditatum facere.* Paullo post Gu. quart. *cum laude praemeditari.*

quod etiam tum] *Etiam* suspectum est Graevio et Pearcio, quod hic vel transponit, vel in *cum* mutat: *id se in foro optime iam facere, quod tum poterat domi etiam cum laude meditari.* Vide an ita interpretari liceat: quod eo adhuc tempore, quo iam in foro causas agebat, poterat domi cum laude meditari. *Meditari* vero est, declamando se exercere in umbra. Vide ad lib. I, 40, 9.

° *etiam tum*] Rectissime explicat patruus *eo adhuc tempore.* Hanc significationem pluribus exemplis adserit Schwartzius ad Tursellinum de particulis.

Sed cum duplex ratio sit orationis, quarum in altera 14
sermo sit; in altera contentio: non est id quidem dubium, quin contentio orationis maiorem vim habeat ad gloriam (ea est enim, quam eloquentiam dicimus) sed tamen difficile dictu est, quanto opere conciliet animos comitas affabilitasque sermonis. Exstant epistolae, et Philippi ad Alexan- 2
drum, et Antipatri ad Cassandrum, et Antigoni ad Philippum filium, trium prudentissimorum, (sic enim accepimus)

Cap. XIV. 1. *cum duplex ratio sit orationis*] Vid. lib. I. c. 37. pr.

° *ratio sit orationis*] Gu. quart. *sit orationis ratio*: quint. et omnes impr. veteres *sit ratio orationis*.

° *in altera sermo sit*] Gu. tert. *in una sermo sit*: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in altera sit sermo*.

non est id quidem dubium] Goth. Vin. et vulgati omittunt *quidem*: pro *id* in Goth. est *illud*, in Arg. nec *id* nec *illud* exstat.

° *id quidem*] Utramque particulam Gu. quintus, posteriorem omnes impr. veteres omittunt.

quin contentio orationis maiorem vim habeat ad gloriam] Comprobant hanc lectionem exemplaria mea; sola Ven. qu. *orationis plurimum valeat et maiorem vim habeat*: in Oxon. quibusd. et aliis est, *plus* (al. *plurimum*) *possit, et maiorem vim habeat etiam ad gloriam*.

° *maiorem vim habeat*] Gu. tert. atque ed. Wolf. *plurimum possit et maiorem vim habeat*: Gryph. *plurimum valeat et maiorem vim habeat*. Paullo post Gu. quart. *eadem enim est*.

ea est enim, quam eloquentiam dicimus] Haec in parenthesi dicta esse, quis non videt? Vulgata interpunctio lectorem perturbat.

difficile dictu est] Incredibile est. Nam et id *difficile dictu* dicitur, quod eloqui facile quidem est, difficulter vero credi potest. Vide Lael. c. VII, 2.

quantopere] Goth. *quanto opere*. ° E Gu. pr. et Goth. scripsi *quanto opere*. Deinde est in impr. Venet. 1498. *conciliat*.

animos hominum comitas] *Hominum* deest in Goth. Vin. tredecim Aldinis et Venetis tribus: est vero in Arg. et Ven. qu. E recentioribus illud Pearcius omisit.

° *animos hominum*] Eieci vocabulum *hominum*, quod cum libris a patruo indicatis et Pearcio Gu. pr. sec. quart. quint. exc. Bedae atque Eybi, impr. Magont. Venet. 1498. Lips. 1513. et Gryph. condemnant.

2. *Philippi ad Alexandrum*] Philippi Macedonis ad Alexandrum Magnum filium.

° *et Philippi*] Copula deest Gu. tertio.

Antipatri ad Cassandrum] Antipater, Cassandri pater, post Alexandrum Macedoniae potitus est. Is duos epistolarum libros reliquit, quorum Suidas meminit.

° *Antipatri*] Omnes Gu. Goth. et impr. Magont. *Antipatris*. Deinde Gu. quart. et quint. *Antigonis*: impr. Magont. *Antigonii*.

Antigoni ad Philippum filium] *Filium* omittunt Ven. sec. et tert. Argent. servant vero codices plerique, in his Goth. et Vin. Chapmannus id a Cicerone additum non putat, quod *Antigonus Soter* intelligatur, Philippi tutor et vitricus, ut *privignus* potius, quam *filius*, subintelligatur. Ego Antigonum, illum Asiae regem, unum ex Alexandri successoribus, significari puto, cui Demetrius Poliorcetes filius fuit, vulgo etiam notus, sed praeter eum alius etiam Philippus nomine. Testis est Plutarchus, qui in Demetrio princ. p. 889. *Antigonum ex Stratonice duos filios suscepisse* scribit, *Demetrium et Philippum*: *esse aliquos, qui Demetrium non ipsius, sed fratris filium fuisse tradant. Philippum, non multis annis Demetrio minorem, ante patrem e vita ereptum.* Τὸν Φίλιππον οὐ πολλοῖς ἔτεσι τοῦ Δημητρίου νεώτερον ὄντα,

quibus praecipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benivolentiam alliciant, militesque blande appellando de-
3 leniant. Quae autem in multitudine cum contentione habe-
4 tur oratio; ea saepe universam excitat. Magna est enim admiratio copiose sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam et sapere plus, quam ceteros, arbitrantur.
5 Si vero inest in oratione mixta modestiae gravitas, nihil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt in ado-

συνέβη τελευτῆσαι. At Chapmannus parum credibile esse putat, patrem, praetermisso Demetrio, summae spei iuvene, ad hunc praecepta scripsisse. Cui vero exploratum est, utrum ad Philippum omnes, an etiam ad Demetrium scriptae fuerint Antigoni aliquot epistolae? Quid prohibet, minori filio vivendi praecepta dare, etiamsi maiorem habeat carissimum? Philippum autem non puerum, sed adolescentem iam, mortuum, ex eiusdem Plutarchi apophthegmatibus disco, ubi p. 182. is dicitur in castris paternis, et ea aetate fuisse, quae a libidine maxime arcenda est. Cum enim hospitium sibi legisset apud viduam, quae tres habebat filias forma insignes, vocato ad se eo, qui hospitiis designandis praeerat, *Nonne*, inquit, *filium mihi ex istis angustiis expedies?* Asiatico ergo Antigono potius, quam Macedonico, haec tribuenda sunt, quem virum prudentem, et aetate iis proximum fuisse constat, cum quibus a Cicerone coniungitur. Apud Vincentium Bellovac. lib. IV. specul. hist. c. 20. ita scriptum reperio: *et Antigoni ad Philippi filium.* Hic fortasse Philippum Aridaeum, Alexandri fratrem intelligi voluit, de quo dubito.

° *ad Philippum filium*] Postrema vox haud comparet in Gu. pr. impr. incert. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. Eadem in Gu. quinto punctis notatur. [Legitur in Orell. omnibus.]

° *prudentissimorum*] Gu. sec. addit *virorum.*

blande appellando deliniant] Goth. *blando sermone appellando.* Vin. et vulg. *blando* (al. *blande*) *appellando sermone*, quod a Pearcio renovatum video, quia ita in Anglicanis etiam scriptum reperit, ut in ceteris plerisque alii. *Blando sermone appellare* quid sit, quisque intelliget.

° *blande appellando*] Sic editur ex Lamb. et Guilielm. libris. Nec muto, licet in Gu. MSS. omnibusque impr. veteribus *blando sermone appellando* reperiatur. [Sicut editur unus Bern. c, *blande appellando sermone* a, *blando app. sermone* b e, *blando app.* (sine *sermone*) d. Non dubito quin verum sit *blande appellando*, eamque scripturam explicatam olim puto interpretatione marginali *blando sermone*, unde confusiones in contextu ortae.]

° *deliniant*] Gu. quart. *leniant.* Cum Iac. Gronovio scripsi *deleniant.* [Dubia tamen res, nec de Bern. habet nisi c. Infra cap. 16, 6 siletur de libris. Pro Clu. 5, p. Mil. 35 meliores libri *delin.* habent.]

3. *universam excitat*] Cum vulgatis Goth. et Vin. *universam excitat gloriam*: quid. *excitat turbam*, utrumque ex glossa. *Universam* intelligit *multitudinem.*

° *universam excitat*] Gu. tert. *universam gloriam excitat.* Ceteri cum vulg. *universam excitat gloriam.*

4. ° *Magna est enim*] Transponit Gu. tert. [Bern. c] *Magna enim admiratio est.*

° *intelligere etiam*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et intelligere etiam*: Gu. quart. *intelligere etiam sapere.*

5. ° *mista modestiae*] Ex omnibus Gu. ex Goth omnibusque impr. veteribus rescripsi *mixta.* Gu. tert. *mixta cum modestia.*

nil admirabilius fieri potest] *Fieri* hic est *esse.* Vide ad Lael. c. XV, 7. Pro *nil* Vinar. Rom. *nihil*, ut aliis etiam locis fortasse restituendum est.

lescente. Sed, cum sint plura caussarum genera, quae elo- 6
quentiam desiderant, multique in nostra re publica adolescentes et apud iudices, et apud senatum dicendo laudem assecuti sint, maxima est admiratio in iudiciis: quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione et defensione constat: 7
quarum etsi laudabilior est defensio, tamen accusatio probata persaepe est. Dixi paullo ante de Crasso. Idem fecit 8
adolescens M. Antonius. Etiam P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum, in iudicium vocavit. Sed hoc quidem non est 9

° *nil admirabilius*] Recepi *nihil* ex omnibus Gu. atque ed. Gryph.

6. *cum sint plura causarum genera*] In meis omnibus est *plurima*, non *plura*, quod tamen praefero.

° *cum sint plura*] Hoc est in Gu. pr. sec. et quart. Transponit tert. *cum plura sint.* Inepte quint. et impr. vetusti omnes *cum sint plurima.*

° *desiderant*] Gu. pr. sec. et tert. [itemque Bern. a b c d] *desiderent,* quod Ernestus [iure] requirebat. Deinde Gu. tert. omissa copula, *multi in nostra.* [Bern. c addit post *iudices: et apud populum,* et nihil impedit, quominus recipiatur.]

° *laudem assecuti sint*] Gu. pr. *laudem seculi sint:* tert. *laudem maximam consecuti sunt:* quart. quint. Goth. omnesque impr. veteres, etiam Gryph. *laudem assecuti sunt.* Librarii parum periti crediderunt, quia praecesserat *desiderant,* hic etiam indicativum necessarium esse.

maxima admiratio] Goth. Vin. Rom. et vulg. cet. *maxima etiam admiratio:* et paullo ante *assecuti sunt.* Utrumque et *sunt* et *sint* abesse posset.

° *maxima admiratio est*] Gu. pr. sec. tert. impr. Lugd. 1527. et Gryph. *maxima est admiratio,* quem verborum ordinem praetuli. Gu. quart. *Maxima enim est admiratio:* impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et Lips. uterque *Maxima etiam admiratio est.*

7. *Nam et ex accusatione*] Graevius *et* e Pith. codice adiecit, quod ceteri omnes merito respuunt, omisitque Facciolatus.

° *Nam ex accusatione*] Omissa praepositione Gu. pr. *Nam accusatione:* tert. *Ex accusatione enim.* [Mox Bern. a c *et ex def.*]

constat] Ratio iudiciorum.

quarum etsi laudabilior] Quarum ex numero. Vid. ad cap. 7. pr.

etiam accusatio probata persaepe est] Adolescentibus quidem laudi erat, claros viros in republ. administranda minus integre versantes in iudicium vocare, in eosque, quasi canes generosos, incitari, qui noxias feras persequuntur. Vide Plutarch. in Lucull. princ. Plin. lib. IX. epist. XIII, 2. supra c. XIII, 13.

° *tamen etiam accusatio*] Sustuli *etiam,* praeeuntibus Gu. pr. atque ed. Gryph. [Non sufficit ea ratio contra reliquorum codd. consensum.] Deinde perverso ordine in Gu. sec. et quarto *probata est persaepe,* in tert. legitur *persaepe probata est.*

8. *M. Antonius*] Avus M. Antonii triumviri, cum accusavit Cn. Papirium Carbonem, [consulem a. 113. a Chr.] Vid. lib. IX. ep. 21. extr. [ubi sutorio atramento absolutus dicitur, i. e. ut puto, corruptis iudicum tabellis.]

P. Sulpicii] Vid. lib. II. de orat. c. 25. Lael. c. I, 5.

° *Etiam P. Sulpicii*] Particulam *etiam* Gu. sec. quint. Goth. impr. Venet. 1498. et Gryph. omittunt. Mutato verborum ordine Gu. tert. *Etiam accusatio P. Sulpitii eloquentiam illustravit.*

° *inutilem civem*] Perniciosum. Vide ad lib. III, 13, 12.

° *C. Norbanum*] Gu. pr. *M. Orbanum:* sec. *G. Norbanum:* quart

saepe faciendum, nec umquam nisi aut rei publicae caussa, ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi, ut duo Luculli; aut patrocinii, ut nos pro Siculis; pro Sardis, pro M. Albucio Iulius. In accusando etiam M'. Aquillio L. Fufii cognita

Cui Norbanum: quint. *Gneum Norbanum*.

9. *Ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi*] Haec desunt in Goth. et Vin. etiam in principibus edit. quae ex uno libro Langius restituit. In Vinar. est: *reipublicae*: *eam ut duo Luculli. aut patrocinii.* Pro *causa* scriptum est *eam*. Hinc apparet, librarium legisse, *aut ulciscendi causa, ut duo Luculli.* Iteratio nominis *causa* errori locum dedit, quae hodie in vulgatis semel tantum legitur.

* *ut ii, quos ante dixi, aut ulciscendi*] In meis quoque exemplaribus omnibus haec desiderantur. [Leguntur in Bern. c e.]

ut duo Luculli] M. et L. Luculli, fratres, qui Servilium Augurem peculatus accusarunt, a quo patrem suum repetundarum postulatum dolebant Cicer. lib. IV. Acad. c. 1. de provinc. consul. c. 9. Plutarch. Lucull princ. p. 491.

aut patrocinio] Sic cum Goth. Graev. *patrocinii* vero codd. VII. Manutiani, Ven. qu. Victor. Ald. Lamb. Fabric. Wolf. Pearc. Facciol. ut subintelligatur *causa*: *pro patrocinio* in sola Arg. reperio.

* *aut patrocinio*] Praetuli *aut patrocinii* tum ex aliorum codicibus, tum e Gu. pr. sec. et tert. [Bern. a c.]

ut nos pro Siculis] Ut ego Siculos a Verris iniuriis ultus sum, cum in ea provincia paullo ante quaestor fuissem.

pro Sardis: *pro M. Albucio Iulius*] Etsi librorum nullus est dissensus, constat tamen inter omnes, Iulium Caesarem Strabonem pro Sardis dixisse, non pro Albucio, quem potius accusavit. Cum enim T. Albucius praeturam in Sardinia male gessisset, Caesar illum Sardorum nomine reum postulavit. Vide Cicer. divinat. c. 19. in Pison. c. 38. de provinc. cons. c. 7. Idem fecit et Mucius, augur, teste Appulei. in apolog. sec. p. 316. Cicer. Brut. c. 26. Hanc ob causam Lambinus et Facciolatus verba *pro M. Albucio* pro adsiticiis delent: quibus accedo, quod *Albucius* non *Marci*, sed *Titi* praenomen habuit, ut constat ex Brut. c. 26. et lib. I. de fin. c. 3. Graevius tamen ita Ciceronem scripsisse putat, *ut nos pro Siculis, pro Sardis Iulius, Mucius Albucium*: Pearcius *pro Sardis Mucius et Iulius.*

* *pro Sardis*: *pro M. Albucio Iulius*] Mihi placet emendatio Paulli Manutii, *pro Sardis contra Albucium Iulius.* [Facilior etiam est Orellii *in Albucio.* Nam Bern. b a pr. man. *pro in Albucio* habet, sed *pro* deletum est a correctore: in Bern. a fuit quidem *pro M. Albucio*, sed *pro* deletum et ex *M.* factum est *in.* Causaque erroris patet: nam cum semel M. mendose scriptum esset pro *in*, necesse videbatur addere *pro.*] Longissime a vero aberrasse videntur Graevius et Pearcius, quorum alter *pro Sardis Iulius, Mucius Albucium*, alter *pro Sardis Mucius et Iulius* legendum esse coniecit. Mucium pro Sardis, aut contra Albucium dixisse, nusquam apud Ciceronem legimus. Scaevolae quidem auguris nec aetati, nec dignitati, nec instituto vitae accusatio ista consentanea videtur. Verba igitur Appuleii apolog. p. 316. ubi accusavisse dicitur *C. Mutius A. Albutium*, ex ipso Cicerone, unde Apuleius exempla, quae ibi adfert, desumsit, emendanda sunt ita, *C. Iulius T. Albucium.* Contra a T. Albucio Q. Mucium repetundarum accusatum esse, testatur ipse Cicero Brut. c. 26 *Mucius autem augur, quod pro se opus erat, ipse dicebat*: *ut de pecuniis repetundis contra T. Albucium. Is oratorum in numero non fuit*: *iuris civilis scientia, atque omni prudentiae genere praestitit.* Conf. de fin. I, 3. Ascon. in divin. c. 17. Pighium ad a. DCXXXII. Rupert. ad Pompon. de O. I. p. 186. Nec tamen Albucius Scaevolam condemnavit, quod apparet ex Cic. de or. II, 70. princ. *Bella etiam est*

industria est. Semel igitur, aut non saepe certe. Sin erit, 10
cui faciendum sit saepius, rei publicae tribuat hoc muneris, cuius inimicos ulcisci saepius, non est reprehendendum. Modus tamen adsit. Duri enim hominis, vel potius vix 11
hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id cum 12
periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator nominere: quod contigit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui iuris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter 13

familiaris reprehensio, quasi errantis. Ut cum obiurgavit Albius Granium, quod cum eius tabulis quiddam ab Albucio (ita duo MSS. Gu.) *probatum videretur, et valde absoluto Scaevola gauderet, neque intelligeret, contra suas tabulas esse iudicatum* Hunc locum, aliis immerito suspectum, Io. Mich. Heinzius V. C. probe interpretatus est.

* *Iulius*] Gu. tert. et quart. *Iulius Caesar.*

In accusando etiam Manio Aquilio L. Fufii cognita industria est] Vide Cicer. lib. II. de orat. c. 47. Brut. c. 62. Liv. epit. 70. *Fusii* recte scriptum in Goth. non *Fufii*, ut in aliis quibusdam. *Furius* dicitur ab Appuleio eo, quem dixi, loco, quod idem est. Sic *Papirii* et *Papisii*, *Valerii* et *Valesii.*

* *M'. Aquilio*] Gu. sec. *Mamilio:* ceteri omnesque impr. veteres *Manilio.* Scripsi *M'. Aquillio*, per duo *l*, quod, in monumentis certissimae auctoritatis repertum, viris doctis probatur.

* *L. Fufii*] Omnes scripti Gu. veteresque impr. *L. Fusii* exhibent. Contendunt viri doctissimi, iam ante Ciceronis aetatem *Fusios*, qui tum *Furii* dicti sint, appellari desitos esse. Tamen in Gudii inscriptionibus L. FUSIUS L. F. SABINUS habetur. Et apud Muratorium p. CIↃCCCXIV. n. 11. non solum est FUSIUS PATERNUS sed etiam FUSIA. Nihilo minus laudo factum eorum, qui in Cicerone nomen *L. Fufii* et hic, et c. 62. et alibi ex bonis libris [hoc loco Bern. a b c] reduxerunt.

10. *Sin erit, cui faciendum sit saepius*] Magis paullo placet Facciolati lectio, *sin erit, cur faciendum sit*, et deinde *tribuatur.* In duobus Aldi codd. fuit *cur*, in septem *tribuatur.*

* *Sin erit, cui*] Gryph. *Sin erit cur.* Postea solus inter meos Gu. tert. *tribuatur hoc muneris*: quart. *tribuat hoc munus.*

hoc muneris] Hoc officium, reipubl. causa hunc laborem suscipiat. Ita fere *munus* usurpatur cap. XX, 7. XXI, 11.

saepius] Sic et Ven. qu. ceteri vulgati cum Goth. et Vin. *saepe.*

* *ulcisci saepius*] Gu. quart. quint. omnesque impr. veteres mei *ulcisci saepe.*

11. * *videtur*] Gu. tert. *esse videtur*: quint. *videtur esse.*

periculum capitis] In Vin. *capitis* deest.

12. * *Id cum periculosum*] Gu. quart. impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *id tum periculosum*: Lugd. 1527. et Wolf. *id enim tum peric.* Statim Gu. tert. transponit *est ipsi.* Deinde Wolf. *tum sordidum*, omisso *etiam.*

ut accusator nominetur] *Nominere* (vel *nomineris*) plures codd. Manut. omnes fere Oxon. Ven. qu. *nominare* Goth. Illud Pearcius et Facciol. reposuerunt.

* *accusator nominetur*] E Gu. pr. quart. quint. cum Gryph. et Iac. Gronovio dedi *nominere.* Gu. sec. *nominare*: tert. *nominer.* Postea quart. impr. Magont. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *quod contingit.*

contigit] In re non optata hic utitur verbo *contigit*, ut infra c. XIX, 5. Cat. mai. c. XIX, 18.

M. Bruto] Vide in Brut. c. 34.

tenendum est, ne quem umquam innocentem iudicio capitis
14 arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam
quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad
salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum
15 pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni, nocentem aliquando,
modo ne nefarium impiumque, defendere. Vult hoc multi-
16 tudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis
est, semper in caussis verum sequi: patroni, non numquam
17 veri simile, etiam si minus sit verum, defendere: quod

13. * *tenendum est*] Gu. quart. *retinendum est.* Deinde exc. Bedae atque Eybi *ne umquam*, omisso *quem*.

iudicio capitis arcessas] Vinar. duo Oxon. Venet. tres, Arg. *in iudicio:* Manut. *in iudicium.* Langius et Facciolatus, *ne quem umquam innocentem capitis arcessas*: quibus accedit Heumannus. Cicero tamen pro Flacco c. 6 *Cn. Pompeium contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret.*

* *iudicip capitis arcessas*] Eyb. impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *in iudirio.* Gu. pr. *arcessat.*

* *fieri nullo pacto potest*] Gu. tert. Goth. atque ed. Gryph. *fieri nullo modo potest*: Gu. quart. exc. Bedae atque Eybi *modo nullo fieri potest.*

14. * *a natura ad*] Gu. quart. *a natura datam ad salutem et ad conservationem hominum.*

15. *item habendum est religioni*] Id est, aeque, similiter. Vid. ad lib. I. c. 1. pr. Etsi itaque Goth. Vin. vulgati habent *ita:* illud tamen, quod in Langii, Aldi et Graevii membranis fuit, praeferendum; quoniam in Nonii quoque vetustis exemplaribus cap. V, 64. legi, testatur Fabricius. Vulgo cum Rom. addunt *religioni contrarium:* sed *contrarium* a scriptis, meis etiam, abest.

* *ut hoc fugiendum est, item habendum est*] E Gu. sec. et ex Nonio in voc. *Religio*, scripsi *item est habendum.* Idem verborum positus auctoritate antiquissimi Nonii Gu. reddendus est Nonio in voc. *Nocens.* Gu. pr. tert. exc. Bedae atque Eybi *ut hoc fugiendum, ita est habendum:* Gu. quart. et quint. *ut hoc fugiendum est, ita est habendum*: omnes impr. veteres, etiam Gryph. Gron. et Pearc. *ut hoc fugiendum est, ita habendum est.* Foedum glossema est, quod inquinavit et aliorum libros non nullos, et ex nostris Gu. quart. impr. incert. Venet. 1498. Utrumque Lips. ac Lugd. 1527. *ita habendum est religioni contrarium.*

modo ne nefarium] Ita Fabricius [e Nonio] h. l. emendavit, qui antea depravatus erat. In vulgatis enim erat *nocentem aliquando et nefarium,* in Goth. *nocentem aliquando nefarium inpiumque.* Graevii codex [et Bern. c d] Fabricianam emendationem comprobat, quam et nuperi editores admisere.

* *modo ne nefarium*] Pro his verbis, quae Gu. tert. omittit, ceteri mei cum vulg. exhibent *et nefarium.* Utque solent mala serpere, exc. Bedae atque Eybi *nocentem quandoque et nefarium.* Veram scripturam servavit Nonius in voc. *Religio*, et in voc. *Nocens.* Postea impr. Rom. incert. Venet. 1498. ac Lips. 1507. *Vult haec multitudo.*

* *defendere*] Hoc verbum Gu. tert. omittit.

16. *in causis*] Omissa haec in Vinar.

verum sequi] Quaerere, exquirere, ex eius praescripto pronuntiare.

etiamsi minus sit verum] Etiamsi non plane, vel non sit verum. Multas Ciceroni gratias habeant causidici, quibus eo auctore malis causis colorem dare licet. Religiosior est Quintilianus, qui lib. II, 15, 32. et lib. XII,

scribere (praesertim cum de philosophia scriberem) non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio. Maxime autem et gloria paritur, et gratia defensionibus: 18
eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur. ut 19
nos et saepe alias, et adolescentes, contra L. Sullae dominantis opes pro S. Roscio Amerino fecimus: quae, ut scis, exstat oratio.

Sed expositis adolescentium officiis, quae valeant ad 15
gloriam adipiscendam, deinceps de beneficientia ac de liberalitate dicendum est. Cuius est ratio duplex. nam aut 2
opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est haec posterior, locupleti praesertim: sed illa lautior, ac splendidior, et viro forti claroque dignior. Quamquam 3
enim in utroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen

1. minus licentiae oratoribus concedit.

17. *scriberem*] Heumannus legit *scribam*.

non auderem] Erant ergo iam illis temporibus, quibus haec Ciceronis facilitas displicebat.

° *nisi idem placeret*] Gu. tert. et quart. *nisi id pl.*

18. *gloria paritur*] Goth. *paratur.*

° *paritur*] Gu. sec. a manu prima et exc. Bedae *paratur,* Eyb. *parantur.* Deinde impr. Magont. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et gratia defensoribus.*

° *eoque maior*] E MS. Cur. impr. Magont. et Colon. Ernestus laudat *eaque maior.* In meis exemplaribus, etiam in Magont. nihil tale reperio: neque est in scriptura vulgata, quod displicere debeat.

° *videatur*] Impr. veteres cum Gu. quinto *videtur.*

19. *adolescentes*] Natus tum erat annos XXVI. Gellius lib. XV, 28. Quintil. lib. XII, 6, 4.

° *pro S. Roscio Amerino fecimus*] Verbum *fecimus,* quod librarius Gu. quinti omiserat, corrector codicis revocavit.

exstat oratio] In vulgus exiit, in manibus hominum est.

Cap. XV, 1. ° *adolescentium*] Gu. tert. impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *adolescentum.* Postea Gu. quart. et a manu prima quint. etiam Goth. *quae valent.*

° *deinceps*] Impr. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *deinde.*

de beneficientia] Vide supra ad c. VI, 8.

° *ac liberalitate*] Gu. pr. sec. et quint. [omnesque Bern.] *ac de liberalitate*: tert. *et de liberalitate*: quart. *et liberalitate.* Reduxi praepositionem. Vide supra ad. I, 14, 1. Paullo post Gu. quart. *Cuius est duplex ratio.*

2. *lautior ac splendidior*] Honestior, ut ipse maluit n. 8. [speciosior] et ad gloriam aptior. Vide cap. 19. tot. Ita etiam Vincent. Bellov. Ambros. lib. II. c. 15. ad h. l. respiciens: *multo frequenter splendidior multoque clarior.* Heumanno placet *latior ac splendidior,* quod et Chapmannus maluit.

° *lautior*] Gu quart. *laudabilior*: corrector quinti, erasa scriptura priore, *latior.* Displicebat his et aliis quibusdam vox *lautior,* quam ignorabant idem significare, quod ditior, copiosior et ad bene de multis promerendum magis idonea. Conf. Parei lex. critic. in voc. *Lautus.*

3. *in utroque*] Nullus liber *in utraque,* ut quidam volunt. [Inventus tamen est unus Oxon.]

tenendum est, ne quem umquam innocentem iudicio capitis
14 arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum
15 pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. Vult hoc multi-
16 tudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis est, semper in caussis verum sequi: patroni, non numquam
17 veri simile, etiam si minus sit verum, defendere: quod

13. ° *tenendum est*] Gu. quart. *retinendum est.* Deinde exc. Bedae atque Eybi *ne umquam*, omisso *quem*.

iudicio capitis arcessas] Vinar. duo Oxon. Venet. tres, Arg. *in iudicio:* Manut. *in iudicium.* Langius et Facciolatus, *ne quem umquam innocentem capitis arcessas*: quibus accedit Heumannus. Cicero tamen pro Flacco c. 6 *Cn. Pompeium contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret.*

° *iudicio capitis arcessas*] Eyb. impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *in iudicio.* Gu. pr. *arcessat.*

° *fieri nullo pacto potest*] Gu. tert. Goth. atque ed. Gryph. *fieri nullo modo potest*: Gu. quart. exc. Bedae atque Eybi *modo nullo fieri potest.*

14. ° *a natura ad*] Gu. quart. *a natura datam ad salutem et ad conservationem hominum.*

15. *item habendum est religioni*] Id est, aeque, similiter. Vid. ad lib. I. c. 1. pr. Etsi itaque Goth. Vin. vulgati habent *ita:* illud tamen, quod in Langii, Aldi et Graevii membranis fuit, praeferendum; quoniam in Nonii quoque vetustis exemplaribus cap. V, 64. legi, testatur Fabricius. Vulgo cum Rom. addunt *religioni contrarium:* sed *contrarium* a scriptis, meis etiam, abest.

° *ut hoc fugiendum est, item habendum est*] E Gu. sec. et ex Nonio in voc. *Religio*, scripsi *item est habendum.* Idem verborum positus auctoritate antiquissimi Nonii Gu. reddendus est Nonio in voc. *Nocens.* Gu. pr. tert. exc. Bedae atque Eybi *ut hoc fugiendum, ita est habendum:* Gu. quart. et quint. *ut hoc fugiendum est, ita est habendum*: omnes impr. veteres, etiam Gryph. Gron. et Pearc. *ut hoc fugiendum est, ita habendum est.* Foedum glossema est, quod inquinavit et aliorum libros non nullos, et ex nostris Gu. quart. impr. incert. Venet. 1498. Utrumque Lips. ac Lugd. 1527. *ita habendum est religioni contrarium.*

modo ne nefarium] Ita Fabricius [e Nonio] h. l. emendavit, qui antea depravatus erat. In vulgatis enim erat *nocentem aliquando et nefarium,* in Goth. *nocentem aliquando nefarium inpiumque.* Graevii codex [et Bern. c d] Fabricianam emendationem comprobat, quam et nuperi editores admisere.

° *modo ne nefarium*] Pro his verbis, quae Gu. tert. omittit, ceteri mei cum vulg. exhibent *et nefarium.* Utque solent mala serpere, exc. Bedae atque Eybi *nocentem quandoque et nefarium.* Veram scripturam servavit Nonius in voc. *Religio*, et in voc. *Nocens.* Postea impr. Rom. incert. Venet. 1498. ac Lips. 1507. *Vult haec multitudo.*

° *defendere*] Hoc verbum Gu. tert. omittit.

16. *in causis*] Omissa haec in Vinar.

verum sequi] Quaerere, exquirere, ex eius praescripto pronuntiare.

etiamsi minus sit verum] Etiamsi non plane, vel non sit verum. Multas Ciceroni gratias habeant causidici, quibus eo auctore malis causis colorem dare licet. Religiosior est Quintilianus, qui lib. II, 15, 32. et lib. XII,

scribere (praesertim cum de philosophia scriberem) non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio.
Maxime autem et gloria paritur, et gratia defensionibus: 18
eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur. ut 19
nos et saepe alias, et adolescentes, contra L. Sullae dominantis opes pro S. Roscio Amerino fecimus: quae, ut scis, exstat oratio.

Sed expositis adolescentium officiis, quae valeant ad 15
gloriam adipiscendam, deinceps de beneficientia ac de liberalitate dicendum est. Cuius est ratio duplex. nam aut 2
opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est haec posterior, locupleti praesertim: sed illa lautior, ac splendidior, et viro forti claroque dignior. Quamquam 3
enim in utroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen

1. minus licentiae oratoribus concedit.

17. *scriberem*] Heumannus legit *scribam*.

non auderem] Erant ergo iam illis temporibus, quibus haec Ciceronis facilitas displicebat.

° *nisi idem placeret*] Gu. tert. et quart. *nisi id pl.*

18. *gloria paritur*] Goth. *paratur.*

° *paritur*] Gu. sec. a manu prima et exc. Bedae *paratur,* Eyb. *parantur.* Deinde impr. Magont. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et gratia defensoribus.*

° *eoque maior*] E MS. Cur. impr. Magont. et Colon. Ernestus laudat *eaque maior.* In meis exemplaribus, etiam in Magont. nihil tale reperio: neque est in scriptura vulgata, quod displicere debeat.

° *videatur*] Impr. veteres cum Gu. quinto *videtur.*

19. *adolescentes*] Natus tum erat annos XXVI. Gellius lib. XV, 28. Quintil. lib. XII, 6, 4.

° *pro S. Roscio Amerino fecimus*] Verbum *fecimus,* quod librarius Gu. quinti omiserat, corrector codicis revocavit.

exstat oratio] In vulgus exiit, in manibus hominum est.

Cap. XV, 1. ° *adolescentium*] Gu. tert. Impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *adolescentum.* Postea Gu. quart. et a manu prima quint. etiam Goth. *quae valent.*

° *deinceps*] Impr. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *deinde.*

de beneficientia] Vide supra ad c. VI, 8.

° *ac liberalitate*] Gu. pr. sec. et quint. [omnesque Bern.] *ac de liberalitate*: tert. *et de liberalitate*: quart. *et liberalitate.* Reduxi praepositionem. Vide supra ad I, 14, 1. Paullo post Gu. quart. *Cuius est duplex ratio.*

2. *lautior ac splendidior*] Honestior, ut ipse maluit n. 8. [speciosior] et ad gloriam aptior. Vide cap. 19. tot. Ita etiam Vincent. Bellov. Ambros. lib. II. c. 15. ad h. l. respiciens: *multo frequenter splendidior multoque clarior.* Heumanno placet *latior ac splendidior,* quod et Chapmannus maluit.

° *lautior*] Gu quart. *laudabilior*: corrector quinti, erasa scriptura priore, *latior.* Displicebat his et aliis quibusdam vox *lautior,* quam ignorabant idem significare, quod ditior, copiosior et ad bene de multis promerendum magis idonea. Conf. Parei lex. critic. in voc. *Lautus.*

3. *in utroque*] Nullus liber *in utraque,* ut quidam volunt. [Inventus tamen est unus Oxon.]

tenendum est, ne quem umquam innocentem iudicio capitis
14 arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam
quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad
salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum
15 pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugien-
dum est, item est habendum religioni, nocentem aliquando,
modo ne nefarium impiumque, defendere. Vult hoc multi-
16 tudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis
est, semper in caussis verum sequi: patroni, non numquam
17 veri simile, etiam si minus sit verum, defendere: quod

13. ° *tenendum est*] Gu. quart. *retinendum est.* Deinde exc. Bedae atque Eybi *ne umquam*, omisso *quem.*

iudicio capitis arcessas] Vinar. duo Oxon. Venet. tres, Arg. *in iudicio:* Manut. *in iudicium.* Langius et Facciolatus, *ne quem umquam innocentem capitis arcessas*: quibus accedit Heumannus. Cicero tamen pro Flacco c. 6 *Cn. Pompeium contendisse a D. Laelio, paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret.*

° *iudicio capitis arcessas*] Eyb. impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *in iudicio.* Gu. pr. *arcessat.*

° *fieri nullo pacto potest*] Gu. tert. Goth. atque ed. Gryph. *fieri nullo modo potest*: Gu. quart. exc. Bedae atque Eybi *modo nullo fieri potest.*

14. ° *a natura ad*] Gu. quart. *a natura datam ad salutem et ad conservationem hominum.*

15. *item habendum est religioni*] Id est, aeque, similiter. Vid. ad lib. I. c. 1. pr. Etsi itaque Goth. Vin. vulgati habent *ita:* illud tamen, quod in Langii, Aldi et Graevii membranis fuit, praeferendum; quoniam in Nonii quoque vetustis exemplaribus cap. V, 64. legi, testatur Fabricius. Vulgo cum Rom. addunt *religioni contrarium:* sed *contrarium* a scriptis, meis etiam, abest.

° *ut hoc fugiendum est, item habendum est*] E Gu. sec. et ex Nonio in voc. *Religio*, scripsi *item est habendum.* Idem verborum positus auctoritate antiquissimi Nonii Gu. reddendus est Nonio in voc. *Nocens.* Gu. pr. tert. exc. Bedae atque Eybi *ut hoc fugiendum, ita est habendum:* Gu. quart. et quint. *ut hoc fugiendum est, ita est habendum*: omnes impr. veteres, etiam Gryph. Gron. et Pearc. *ut hoc fugiendum est, ita habendum est.* Foedum glossema est, quod inquinavit et aliorum libros non nullos, et ex nostris Gu. quart. impr. incert. Venet. 1498. Utrumque Lips. ac Lugd. 1527. *ita habendum est religioni contrarium.*

modo ne nefarium] Ita Fabricius [e Nonio] h. l. emendavit, qui antea depravatus erat. In vulgatis enim erat *nocentem aliquando et nefarium,* in Goth. *nocentem aliquando nefarium inpiumque.* Graevii codex [et Bern. c d] Fabricianam emendationem comprobat, quam et nuperi editores admisere.

° *modo ne nefarium*] Pro his verbis, quae Gu. tert. omittit, ceteri mei cum vulg. exhibent *et nefarium.* Utque solent mala serpere, exc. Bedae atque Eybi *nocentem quandoque et nefarium.* Veram scripturam servavit Nonius in voc. *Religio*, et in voc. *Nocens.* Postea impr. Rom. incert. Venet. 1498. ac Lips. 1507. *Vult haec multitudo.*

° *defendere*] Hoc verbum Gu. tert. omittit.

16. *in causis*] Omissa haec in Vinar.

verum sequi] Quaerere, exquirere, ex eius praescripto pronuntiare.

etiamsi minus sit verum] Etiamsi non plane, vel non sit verum. Multas Ciceroni gratias habeant causidici, quibus eo auctore malis causis colorem dare licet. Religiosior est Quintilianus, qui lib. II, 15, 32. et lib. XII,

scribere (praesertim cum de philosophia scriberem) non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio. Maxime autem et gloria paritur, et gratia defensionibus: 18
eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur. ut 19
nos et saepe alias, et adolescentes, contra L. Sullae dominantis opes pro S. Roscio Amerino fecimus: quae, ut scis, exstat oratio.

Sed expositis adolescentium officiis, quae valeant ad 15
gloriam adipiscendam, deinceps de beneficientia ac de liberalitate dicendum est. Cuius est ratio duplex. nam aut 2
opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est haec posterior, locupleti praesertim: sed illa lautior, ac splendidior, et viro forti claroque dignior. Quamquam 3
enim in utroque inest gratificandi liberalis voluntas, tamen

1. minus licentiae oratoribus concedit.

17. *scriberem*] Heumannus legit *scribam.*

non auderem] Erant ergo iam illis temporibus, quibus haec Ciceronis facilitas displicebat.

* *nisi idem placeret*] Gu. tert. et quart. *nisi id pl.*

18. *gloria paritur*] Goth. *paratur.*

* *paritur*] Gu. sec. a manu prima et exc. Bedae *paratur,* Eyb. *parantur.* Deinde impr. Magont. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et gratia defensoribus.*

* *eoque maior*] E MS. Cur. impr. Magont. et Colon. Ernestus laudat *eaque maior.* In meis exemplaribus, etiam in Magont. nihil tale reperio: neque est in scriptura vulgata, quod displicere debeat.

* *videatur*] Impr. veteres cum Gu. quinto *videtur.*

19. *adolescentes*] Natus tum erat annos XXVI. Gellius lib. XV, 28. Quintil. lib. XII, 6, 4.

* *pro S. Roscio Amerino fecimus*] Verbum *fecimus,* quod librarius Gu. quinti omiserat, corrector codicis revocavit.

exstat oratio] In vulgus exiit, in manibus hominum est.

Cap. XV, 1. * *adolescentium*] Gu. tert. Impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *adolescentum.* Postea Gu. quart. et a manu prima quint. etiam Goth. *quae valent.*

* *deinceps*] Impr. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *deinde.*

de beneficientia] Vide supra ad c. VI, 8.

* *ac liberalitate*] Gu. pr. sec. et quint. [omnesque Bern.] *ac de liberalitate*: tert. *et de liberalitate*: quart. *et liberalitate.* Reduxi praepositionem. Vide supra ad. I, 14, 1. Paullo post Gu. quart. *Cuius est duplex ratio.*

2. *lautior ac splendidior*] Honestior, ut ipse maluit n. 8. [speciosior] et ad gloriam aptior. Vide cap. 19. tot. Ita etiam Vincent. Bellov. Ambros. lib. II. c. 15. ad h. l. respiciens: *multo frequenter splendidior multoque clarior.* Heumanno placet *latior ac splendidior,* quod et Chapmannus maluit.

* *lautior*] Gu quart. *laudabilior*: corrector quinti, erasa scriptura priore, *latior.* Displicebat his et aliis quibusdam vox *lautior,* quam ignorabant idem significare, quod ditior, copiosior et ad bene de multis promerendum magis idonea. Conf. Parei lex. critic. in voc. *Lautus.*

3. *in utroque*] Nullus liber *in utraque,* ut quidam volunt. [Inventus tamen est unus Oxon.]

altera ex arca, altera ex virtute depromitur: largitioque, quae fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus
4 sis, eo minus in multos uti possis. At qui opera, id est virtute et industria benefici et liberales erunt, primum quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adiu-
5 tores habebunt. Deinde consuetudine beneficientiae paratiores erunt et tamquam exercitatiores ad bene de multis
6 promerendum. Praeclare epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benivolentiam Macedonum consectetur. *Quae te, malum,* inquit, *ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos*

* *in utroque inest*] Gu. quart. *insit.*

ex arca depromitur] Alterius quasi fons est dives arca, alterius virtus. Opus enim est prudentia, iustitia, industria, ut aliis utilitates adferas.

* *Ita benignitate*] Gu. tert. *Itaque benignitate.* Aliquanto post idem *in plures sis usus.*

4. *opera, id est, virtute et industria*] Pearcius Ciceronem scripturum potius fuisse putat, *opera et industria, id est, virtute*: nunc vero verba *id est virtute* delenda censet. Sed *virtus* hic potest intelligi de specie virtutis, quae ἀνδρεία est.

* *profuerint*] Impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *profuerunt.* Statim Gu. sec. *eo plures ad bene faciendum.* Deinde quart. *habebunt adiutores.*

adiutores habebunt] Dum eos benevolos sibi reddiderunt, eorum studiis adiuti pluribus benefacere poterunt.

5. * *beneficentiae*] Gu. pr. sec. atque ed. Gronovii *beneficientiae,* quemadmodum ipse Graevius initio huius capitis, et plerisque aliis locis, edidit. [Antea *dein* Bern. a b c d.]

paratiores] Alacriores et promtiores.

6. *epistola quadam*] Sic Graev. e Palat. pr. et suo cod. nostri et alii *in epistola quadam,* fortasse melius etiam.

* *epistola quadam*] Gu. omnes, [itemque Orelliani omnes praeter Bern. c] exc. Bedae atque Eybi veteresque impr. *in epistola quadam,* quod mihi quoque melius videtur. Valer. Max. VII, 2, 10. extern. *Age, Philippi quam probabilis epistola, in qua Alexandrum quorumdam Macedonum benevolentiam largitione ad se attrahere conatum sic increpuit.*

Quae te, malum, inquit, ratio] Sic cod. Graev. pr. et ante eum Erasm. Ven. qu. Fabric. *quid te, malum, inquit, rationis* Aldus et alii, pro quo Vinar. Venetae tres et Arg. *quod te, malum, inquit, rationis.* Goth. *quae te mala inquit ratio in istud induxit.* Sed placuit viris doctis, *malum* hic indignantis et exclamantis particulam putare.

* *Quae te, malum, inquit, ratio*] Hoc est in impr. Lugd. 1527. Anemoec. et Wolf. Male Gu. pr. *Quid te malum inquit rationis*: sec. tert. quart. quint. exc. Bedae atque Eybi primique impr. *Quod te malum inquit rationis.* Etiam apud Ioannem Sarisb. policrat. VIII, 2. legitur *Quod te malum rationis.* Meliori scripturae favet Valer. Max. loco iam indicato: *Quae te, fili, ratio in hanc tam vanam spem induxit, ut eos tibi fideles futuros existimares, quos pecunia ad amorem tui compulisses?* [Illas scripturas peperit ignorata significatio interiectionis *malum.* Nam *rationis* plerique omnes etiam Bern. (praeter c). *Quae* servant Bern. a b c d.]

* *fideles putares fore*] Gu. sec. et quart. *putares fideles fore*: tert.

pecunia corrupisses? An tu id agis, ut Macedones non te regem suum, sed ministrum et praebitorem sperent fore? Bene *ministrum et praebitorem;* quia 7
sordidum regi: melius etiam, quod largitionem, corruptelam esse dixit. Fit enim deterior, qui accipit, atque ad idem semper exspectandum paratior. Hoc ille filio: sed prae- 8
ceptum putemus omnibus. Quam ob rem id quidem non dubium est, quin illa benignitas, quae constat ex opera et industria, et honestior sit, et latius pateat, et possit prodesse pluribus. Non numquam tamen est largiendum, nec 9

exc. Bedae atque Eybi *fideles fore putares.*

* *An tu id agis*] Impr. Magont. *Tu id agis*, omisso *An.*

sed ministrum ac praebitorem sperent fore] Quae post haec verba leguntur, *bene ministrum ac praebitorem*, in libris fere omnibus, vulgatis etiam nonnullis, omissa sunt. *Praebitor* est ταμίας.

sperent fore] Goth. et Vin. *putent.*

* *sperent fore*] Loco horum verborum, quae Gu. pr. omittit, tert. et exc. Bedae atque Eybi *existiment?* Gu. sec. quint. omnesque impr. veteres dederunt *putent?* Initium turbandi fuit, quod librarius aliquis a verbis *ministrum et praebitorem* ad eadem in proximo recurrentia aberraverat. Tunc hiatum correctores, quisque ex ingenio suo explere tentaverunt. Certe a scriptis Gu. ab exc. Bedae atque Eybi omnibusque impr. veteribus absunt ista *Bene ministrum et praebitorem.* Gu. quart. omnia haec *ut Macedones - - - quia sordidum regi* ignorat. Veram scripturam ex optimis codicibus restituerunt Anemoecius, Gruterus, Graevius [habet etiam Bern. c].

7. *quia sordidum*] Goth. *quid sordidius regi:* Ven. qu *quo quid sordidius regi:* Vin. Rom. *quod sordidum regi.*

* *quia sordidum regi*] Quum proxime praecedentia plerisque libris excidissent, eoque nexus sententiae ruptus esset, trepidarunt hic etiam correctores. Hinc Gu. tert. *quod sordidum est regi*: quint. exc. Bedae atque Eybi *Quid sordidius regi?* omnes impr. veteres *quod sordidum regi*: Gryph. [et Bern. plerique] *Quo quid sordidius regi?* [Quod maxime probarim.]

* *melius etiam, quod*] Gu. pr. tert. quint. exc. Bedae atque Eybi et impr. veteres *Melius etiam, quam*: Gu. sec. *melius etiam quia:* quart. *Melius largitionem quam corruptionem dixit esse.*

* *esse dixit*] Hoc tenent Gu. tert. atque ed. Anemoec. Ceteri scripti et impr. veteres transponunt *dixit esse.*

* *Fit enim deterior*] Nonius in voc. *Exspectare,* dedit *Est enim deterior.*

* *atque ad idem*] Gu. tert. *et ad idem*: impr. Magont. Rom. Venet. 1498. et uterque Lips. *atque ad id idem*: Nonius *atque etiam ad idem.*

8. * *Hoc ille*] Gu. quint. *Haec ille.*

* *non dubium est*] Impr. veteres mei omnes, etiam Rom. *non est dubium.*

* *quae constat*] Indicativum tuentur et scripti Gu. et impr. veteres omnes. Ernestus sine libris, ut solet, *quae constet* reposuit. Hoc equidem reperio in ed. Anemoec. 1541. sed exemplar Anem. quod 1539. exscriptum est, hic a scriptura librorum meliorum non recedit. [Sed *constet* est in Bern. a b c, ipsaque ratione defenditur.] Gu. quint. *quae constat ex opere.*

* *et honestior*] Abest copula Gu. quarto et impr. Lugd. 1527.

latius pateat] Supra n. 2 *splendidior, quae latius manet.*

9. * *Non numquam tamen*] Gu. quart. excludit *tamen* Deinde quint. transponit *largiendum est.*

hoc benignitatis genus omnino repudiandum est: et saepe idoneis hominibus de re familiari impartiendum, sed dili-
10 genter atque moderate. Multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Quid autem est stultius, quam quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis?
11 Atque etiam sequuntur largitionem rapinae. Cum enim dando egere coeperint, alienis bonis manus afferre cogun-
12 tur. Ita, cum benivolentiae comparandae caussa benefici esse velint: non tanta studia assequuntur eorum, quibus
13 dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Quam ob rem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus. modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.

* *hoc benignitatis genus*] Postremum vocabulum Gu. pr. ignorat. Potest id quidem abesse. Ad divers. epist. II, 8, 6 *Cum hoc ad te litterarum dedi.* Vide Cortium ad epist. I, 7, 2. et ad VI, 21, 6. Drakenb. ad Liv. XXX, 13, 13 et patruum ad Cic. pro Rosc. Amer. c. XXIII, 2.

repudiandum est] Apud Lactant. lib. VI, 11, 11. *est* recte omittitur.

* *repudiandum est*] Beda *est* omittit, quod tamen reliqui mei omnes servant. Solet Cicero illud repetere. Vid. c. XIV, 15. et ad l. I, 8, 4.

idoneis hominibus] Non iis, *qui restituere ac referre gratiam possunt,* quae impudens sane Lactantii calumnia est: sed dignis, sed probis, qui beneficia sustinere possunt. Addit itaque *indigentibus,* (Lactant. eod. l. *egentibus*) ut inopes significari pateat. Hanc Ciceronis mentem esse, discere poterat ille ex cap. 18. haud longe a princip. et c. 20.

* *indigentibus*] Hoc verbum glossam redolet. Quia abest a Gu. tert. et ab exc. Bedae atque Eybi, sustuli.

impertiendum] Goth. *impartiendum.* Vid. ad lib. I, 26, 9. * Impr. Lugd. 1527. Anemoec. et Gryph. etiam Gu. quart. sed a correctore, *impartiendum.* Vide supra ad I, 42, 8. Exc. Bedae atque Eybi *impendendum est.*

sed diligenter] Id est, cum dilectu, non obvio cuique, sed dignis. Vinar. *sed id diligenter,* haud ineleganter.

* *atque moderate*] Gu. tert. *et moderate.*

10. *patrimonia effuderunt*] Ut Milo, qui tria patrimonia effudit, ut Curio, ut Caesar, horumque plures simillimi.

11. *egere coeperint*] *Coeperunt* Goth. et Vin.

* *egere coeperint*] Gu. pr. sec. quart. quint. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Anemoec. *coeperunt,* quod non spreverim. [Etiam Orelliani praeter Bern. c. Nec impedit quidquam quominus restituatur] Paullo post Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *inferre coguntur,* quemadmodum legisse videtur etiam Io. Sarisber.

12. * *tanta studia assequuntur*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *tanta assequuntur studia.*

13. *claudenda est res familiaris*] Quinque Ald. codd. *claudenda res est.*

* *claudenda est res familiaris*] Gu. quart. *est claudenda res fam.* Placet positus elegantior *claudenda res est familiaris* e Gu. sec. [et Bern. a b] et ex Aldi libris. Tamen ordinem vulgatum retinent exemplaria Nonii in voc. *Reserare.*

* *ut pateat omnibus*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *ut omnibus pateat.* Deinde Gu. tert. *modus autem adhibendus.* Tum idem, et Beda, et Eybus *isque ad facultates referatur.*

Omnino meminisse debemus id, quod a nostris hominibus 14
saepissime usurpatum, iam in proverbii consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. Etenim quis potest 15
modus esse, cum et idem qui consuerunt, et idem illud alii desiderent?

Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri pro- 16
digi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, et visceribus, 2
et gladiatoriis muneribus, ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino sint relicturi. Liberales autem, 3

14. *saepissime usurpatum*] Goth. *saepissime* omittit.

° *usurpatum*] Beda *usurpatum est.*

° *iam in proverbii consuetudinem*] Gu. tert. *iam in proverbium consuetudinemque*: quart. Beda, impr. Magont. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *iamque in proverb.*

largitionem fundum non habere] Quasi pertusum dolium, quod, etiamsi plurimum ingeras, nihil tamen continet, numquam expletur. Largitio enim numquam eorum famem satiat, in quos suas opes effundit. Itaque nullum modum habet.

15. ° *modus esse*] Gu. quint. omnesque impr. veteres transponunt *esse modus.*

cum et idem] Goth. Vin. Rom. et plures vulgati, *cum et hi (hii) qui consueverunt, et illud idem alii.* Ven. qu. *cum idem et qui consueverunt, et illud idem.* Fabricius *idem* antique scriptum putat, pro *iidem,* ut saepe alibi. Vulgata lectio hoc sibi vult: *cum idem et illi, qui consueverunt* accipere, *et alii desiderent.*

° *et idem qui consuerunt*] Haec verba Gu. pr. temere omisit. Gu. tert. dedit *et iidem qui consuerunt*: quart. quint et impr. Magont. *et hii qui consueverunt*: incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *et hi qui consueverunt*: Gryph. *idem et qui consueverunt.* Postea omnes impr. veteres *et illud idem.*

Cap. XVI. 1. ° *Omnino duo sunt genera*] Goth. et omnes impr. veteres transponunt *genera sunt.* Statim ed Gryph. *quorum alteri prodigi dicuntur.*

° *prodigi, qui*] Gu. tert. *Prodigi sunt, qui.*

2. *epulis*] Epulae et senatui dabantur in Capitolio aut in templis, et universo populo in foro. Vide Abram. ad orat. in Pison. c. 25. p. 706. ed. Graev. et in Vatin. c. 13. p. 267. ad Philipp. II. c. 45. p. 643.

visceratiombus] Carnibus crudis coctisve populo divisis.

gladiatoriis muneribus] Ita cod. Graev. nostri et alii *gladiatorum.* Eorum locus erat amphitheatrum.

° *gladiatoriis muneribus*] Hoc iam ante Graevium e Palat. pr. placebat Grutero. Guelpherbytanis [et Bern. praeter c] haeret vulgatum illud *gladiatorum muneribus* [nec deterius est altero].

ludorum] Scenicorum, quales erant tragoediae, comoediae, mimi, posterioribus maxime temporibus.

venationum] Cum nobiles ferae, leones, pantherae itemque elephanti, vel cum aliis bestiis, vel etiam cum hominibus pugnantes, in amphitheatro conficiebantur.

° *memoriam aut brevem*] Gu. quart. *aut brevem, memoriam.*

° *aut nullam omnino sint relicturi.*] Gu. tert. Goth. atque ed. Gryph. *aut nullam omnino sunt relicturi*: Gu. quart. *aut omnino nullam sunt relicturi*: impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. Lips. 1507. et Lugd. 1527. *aut nullam sint relicturi omnino*: Lips. 1513. *sunt relicturi omnino.*

qui suis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuvant, aut opitulantur in re vel quaerenda, vel
4 augenda. Itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem de divitiis scripsit: in quo multa praeclare: illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum: taliumque sumtuum facultatem fructum divitiarum putat.
5 Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla
6 posui, multo et maior videtur, et certior. Quanto Aristoteles gravius et verius nos reprehendit, qui has pecuniarum

3. * *suis facultatibus*] Pronomen deest in Gu. quarto. Deinde idem dedit *aut captivos.*

aes alienum suscipiunt amicorum] *Amicorum causa,* sine verbo *suscipiunt,* Goth. Vin. Rom. ex glossa. *Aes alienum amicorum suscipiunt,* qui aut sua pecunia, quod illi debent, dissolvunt; ut Plinius lib II. ep. 4. aut alios, ut ad levandam miserorum inopiam stipem conferant, rogant, quos ἐρανιστάς vocabant Exemplo est Epaminondas apud Cornel. Nep. c. III, 4.

* *suscipiunt amicorum*] Gu. sec. et quart. *suscipiunt causa amicorum*: quint. omnesque impr. veteres *suscipiunt amicorum causa.*

in filiarum collocatione adiuvant] In dotem aliquid conferentes. Vide Plin. eod. loco et lib. VI. ep. 32.

* *in filiarum collocatione adiuvant*] Gu. pr. et sec. *in filiarum collocationem adiuvant*: tert. *in collocatione adiuvant filiarum.*

in re vel quaerenda] In parandis facultatibus necessariis. Goth. Vin. et Vulg. *vel in re quaerenda.*

* *in re vel quaerenda*] Ita Graevius ex suo codice edidit, et ante eum Wolfius. Ceteri *vel in re quaerenda.*

4. *Theophrasto*] De quo lib. I. c. 1. extr.

quem de divitiis scripsit] Goth. Vin. *in quo de divitiis scripsit*: quod non idem significat. Theophrastum vero *de divitiis*, περὶ πλούτου, scripsisse, testis est Laërtius lib. V, 47.

* *quem de divitiis scripsit*] Inepte Gu. quint. impr. Magont. et incert. *in quo vere de divitiis scripsit.* Deinde Gu. quart. *in quo multa praeclara dixit.* Postea omnes impr. veteres *illud absurdum.*

taliumque sumtuum facultatem] Maximam ex divitiis voluptatem et utilitatem capere putat eos, qui talia munera populo suis sumtibus apparare possint. *Fructus* est fruitio. Vid. cap. XVIII, 13. Lael. c. XXIII, 6.

* *sumtuum facultatem*] Gu. tert. *facultatem sumptuum.*

5. * *pauca exempla posui*] Hunc verborum ordinem Graevius optavit ex suo codice, cui adstipulantur Gu. pr. sec. quart. octo Aldi atque ed. Gryph. At Gu. tert. *pauca posui exempla*: quint. et vulg. *exempla pauca posui.*

* *multo et maior*] Gu. quart. *multoque maior videtur esse certior*: quint. *multo maior*: ed. Gronov. *multo etiam maior.*

6. *Quanto Aristoteles gravius et verius*] Haec in superstitibus Aristotelis libris non legi constat, nec cum eius de ludis iudicio satis conveniunt, quod legitur lib. IV. Nicomach. c. 2. Muretus a Cicerone scriptum opinatur: *Quanto Aristo gravius?* quod Aristo Stoicus fuit philosophus celeberrimus. Fortasse Cicero scripsit *Aristo Chius,* quod Stoici cognomen fuit: cum alter *Aristo, Ceus,* Peripateticus fuerit. Vide quae dixi ad Cat. mai. c. I, 8. [At libros ὑπομνημάτων περὶ κενοδοξίας Aristonis, qui huc maxime pertinent, Panaetius apud Diogenem Laertium VII. §. 163 iudicavit Aristonis non Stoici, sed Peri-

effusiones non admiremur, quae fiunt ad multitudinem deleniendam. at ii, qui ab hoste obsidentur, si emere aquae 7
sextarium mina cogerentur, hoc primo auditu incredibile

patetici esse. Quapropter h. l. si *Aristonis* nomen restituendum, *Ceus* is videtur esse appellandus.] In Goth. *quanto* deest.

nos] Qui in liberis rebus publ. talibus pecuniarum profusionibus delectamur. Duo verba *nos reprehendit* Langius et Facciolatus expunxerunt, deinde *non admiretur* legunt. Speciosior haec, quam verior, est emendatio.

qui has effusiones pecuniarum non admiremur] Ursinus negatione detracta legit,' (ut est in Rom.) *qui has effusiones pecuniarum admiremur*, tamquam praeclaras scilicet. Pith. exc. duo codd. Manut. *non admirentur*, et paullo ante *hos reprehendit*: cod. Graev. *admiretur*. Sed primam personam et negationem ea, quae sequuntur, retinendam suadent, ubi *nos mirari* iteratur, eadem significatione, qua antea, de re incredibili, inusitata, insolenti, parum probata. Ciceronis enim haec mens est: Aristo, ut gravem philosophum decet, iure nos reprehendit, quod has tantas pecuniarum effusiones non tamquam novas et insanas admiremur, sed eas quasi consuetudine probatas feramus. Sic lib. III, 19, 3 *Hoc qui admiratur, is se, quid sit vir bonus, nescire fateatur*. Alia huius significationis exempla Pearcius adfert ex lib. IV. de fin. c. 22. med. lib. I. de nat. deor. c. 3.

* *pecuniarum effusiones*] Omnes impr. veteres cum Gu. quinto *effusiones pecuniarum*. Deinde Gu. pr. *non ammiretur*: tert. *effusiones admiramur*, abiecta negatione.

* *quae fiunt*] Impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *quae sunt*. Nullus gratificatur Ernesto, qui legendum censet *quae fiant*.

7. *at ii, qui cum ab hoste obsidentur*] Pearcius, cui non apparet, unde infinitivi, *videri*, *mirari*, pendeant, corrigit: *Ait, ii, qui ab hoste obsidentur*. Multum dissentio. Ad infinitivos verbum *ait, dicit*, commodius subintelligens, quo nihil est usitatius. Heumanno scribendum videtur: *At si, qui ab hoste obsidentur, emere*. Retineo lectionem ante Graevium vulgatam, *at ii, qui ab hoste*, nec video, cur Graevius maluerit *qui cum ab hoste*, servato tamen *si*, quod sequitur.

* *at ii, qui cum ab hoste obsidentur*] Particulam *cum*, quam praeter Graevianum nullus liber agnoscit, alii merito repudiaverunt. Gu. quint. omnesque impr. veteres *ab hostibus obsidentur*.

emere aquae sextarium mina] *Sextarius* est sexta pars congii, XII. cyathos capiens: *mina*, Graecis μνᾶ, constat centum drachmis; drachma denario Rom. par habetur, florenis nostratibus XX. sive X. uncialibus numis.

cogerentur] In Pal. pr. est *cogantur*, quod Pearcius substituit. Postulat hoc tempus id, quod praecedit, *admiremur*.

* *mina cogerentur*] Gu. pr. sec. et quart. [cum Bern. a b d Bas.] *cogerentur mina*: Palat. pr. puto glossatoris culpa, *mina argenti cogantur*. Illud *cogantur* viris doctis merito placet, [legiturque in Bern. c] In dissensu tamen omnium reliquorum librorum mutare nihil audeo. Imperfectum coniunctivi vice praesentis alibi quoque apud Ciceronem fungitur. Ut ad divers. epist. XIII, 47 *Sed tamen, ut scires, eum non a me diligi solum, verum etiam amari, ob eam rem tibi haec scribo.* [Sunt sane pauca eius generis exempla, sed h. l. imperfectum historice explicari poterit *si, quod interdum factum est, cogantur.*]

primo auditu] Hoc in solo cod. Graevii fuit: ceteri *primo*, sine *auditu*, quod ex glossa accessit.

* *primo auditu*] Vocabulum *auditu*, quod a meis quoque omnibus abest, ab antiquissimo Anemoecii Graeviique optimo libro accessit, et dictum videtur, ut *primo adspectu*.

nobis videri, omnesque mirari: sed, cum attenderint; ve-
8 niam necessitati dare: in his immanibus iacturis, infinitisque sumtibus, nihil nos magno opere mirari; cum praesertim neque necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur; ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus; eaque a levissimo quoque: in quo tamen ipso una

nobis videri] *Nobis* omisit Vin. et unus Aldi cod. Rom. Venet. pr. et qu. habet vero Goth. Ven. sec. et tert.

° *nobis videri*] Impr. Magont. *nobis* omittit.

omnesque mirari] Quasi rem indignissimam, quasi intemperantiam a viro alienissimam.

omnesque mirari] Gu. sec. *atque mirari,* abiecto nomine *omnes.* Paullo post Gu. pr. omnesque impr. veteres *necessitati dari.*

cum attenderint] Rem perpenderint, quae causa talis emtionis sit, perspexerint. Subintelligitur autem *omnes,* nec cum *nobis* copulandum est.

veniam necessitati dare] Excusatos habere eos, qui vitae servandae causa rem vilissimam tanti emant. Goth. *dari.*

8. *in his immanibus iacturis*] Cum immanes hae iacturae infinitique sumtus fiant, nos tamen, recte et more agi, putare. *Iacturae* sunt largitiones, profusiones.

° *magnopere*] Gu. sec. *magno opere.*

cum praesertim] His ratio continetur, cur *vere reprehendat,* non cur *nihil magnopere miremur.*

° *nec necessitati*] E Gu. pr. sec. tert. atque ed. Wolfii scripsi *neque necessitati.* Postea Gu. quart. et Gryph. *neque dignitas augeatur.*

ipsaque illa delectatio] Vin. *delinitio* Goth *delinatio.* Ven. qu. *delenitio,* fortasse ex *delectatio,* quod meliores codices et plures habent.

° *ipsaque illa delectatio*] Gu. tert. *illaque ipsa delectatio*: quart. quint. omnesque impr. veteres *ipsaque illa delinitio:* Ioannes Sarisber. policrat. VIII, 2 *ipsaque illa delectatio delinitae multitudinis.*

sit ad breve exiguumque tempus] *Sit* locum suum in scriptis mutat, in Vinar. post *exiguumque* legitur, in exc. Pith. cod. Graev. et uno Oxon. omittitur; quidam post *tempus* addunt *duratura sit.*

° *sit ad breve exiguumque tempus*] Verbum *sit* Gu. pr. et sec. [et Orelliani plerique] omittunt. Idem abest ab ed. Gryph. ubi legitur *ad breve tempus exiguumque.* Gu. quint. impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *ad breve exiguumque sit tempus:* Gu. tert. *ad breve exiguumque tempus permaneat:* quart. *ad breve exiguumque tempus duratura sit*: impr. Lugd. 1527. *duratura sit tempus*: Io. Sarisb. l. c. *ad breve exiguumque tempus sit.*

eaque a levissimo quoque] Haec verba in margine ab aliquo adscripta fuisse, iam pridem suspicatus est S. R. Heumannus noster in parergis crit. p. 38. idemque nuper visum est celeberrimo Facciolato. Parum tamen abest, quin Lactantium hunc locum ante oculos propositum habuisse credam, lib. VI, 11, 22 scribentem: *Quid enim dicendum est de iis, qui populari levitate ducti vel magnis urbibus suffecturas opes exhibendis muneribus impendunt?* deinde n. 23 *Sic quotidie levissimorum hominum patrimonia in res supervacuas prodiguntur.* Ipse Cicero infra cap. XVIII, 9 *Haec benignitas est gravium hominum atque magnorum.* Si vulgata lectio proba est, suspecta verba non de iis intelliguntur, qui ludicris delectantur, sed qui iis populum oblectant; eaque ita parenthesi includentur, ut *exiguumque tempus* et *in quo* connecti possint. Quamquam ut id fiat, nihil est necesse: cum *in quo* absolute possit intelligi, *in hoc facto,* ἔργῳ. Vide ad Cornel. Nep. Ages. c. VII, 3.

° *eaque a levissimo quoque*] Ut haec apta sint orationi Tullianae, sic

cum satietate, memoria quoque moriatur voluptatis. Bene 9
etiam colligit, haec pueris, et mulierculis, et servis, et ser-
vorum simillimis liberis, esse grata. gravi vero homini, et
ea, quae fiunt, iudicio certo ponderanti, probari posse nullo
modo. Quamquam intelligo, in nostra civitate inveterasse, 10
et iam bonis temporibus, ut splendor aedilitatum ab opti-
mis viris postuletur. Itaque et P. Crassus, cum cognomine 11
dives, tum copiis, functus est aedilicio maximo munere, et

videntur accipienda esse: cumque ea delectatio sit *a levissimo quoque*, i. e. ad levissimum quemque pertineat, sive levissimum quemque maxime capiat. Simili significatione *esse ab aliquo* dicitur in illo de or. I, 13 princ. *Sed vide, ne hoc, Scaevola, totum sit a me.* Hunc sensum, opinor, vidit Car. Langius, quum scriberet, in proximis. *In quo tamen ipso* intelligendum esse *levissimo quoque.* Gu. pr. *eaque a levissimo quoquo:* quart. impr. Rom. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. post *quoque* adiiciunt *animo.* Meliorum codicum scripturam tenet etiam Ioannes Sarisb.

una cum satietate] Quam primum satiati spectando sint oculi, memoria quoque voluptatis intereat, praesertim si priorem aliae excipiant non minores.

9. *colligit*] Goth. et Vin. ut plures vulg. *colligitur.*

° *colligit*] Gu. quart. quint omnesque impr. veteres *colligitur.* Deinde Gu. quart. *haec pueris, mulieribus et servis.*

simillimis] Goth. *similibus.*

° *et ea, quae fiunt*] Ernestus, omnibus libris reclamantibus, *fiant* edidit.

probari nullo modo] Constat sibi in suo iudicio Cicero. Vide lib. VII. epist. 1. cumque eo consentit Plin. lib. IX. ep. 6.

° *posse nullo modo.*] Gu. tert. *nullo modo posse.*

10. ° *intelligo*] Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. *intellego.*

iam a bonis temporibus] Goth. Vin. edit. principes *iam bonis temporibus:* Palat. pr. Graev. pr. Oxon. unus, tres alii Anglic. Pearcii, *etiam bonis temporibus*, quod recepit Pearcius. *Bona tempora* sunt, quibus antiqui mores, nec dum corrupti, viguerunt. Iam illis temporibus, non *ab* illis temporibus, hic mos inveteravit.

° *iam a bonis temporibus*] Hoc a Victorio et Langio proditum ab optimo Fabricii duobusque Guilielmii libris commendatur. Scripti Gu. [et Bern. plerique] omnesque impr. veteres praepositionem abiiciunt. Quia e Palat. pr. Gruterus, et ex suo Graevius, [et e Bern. c Orellius] *etiam bonis temporibus* adnotaverat: ex eo Iac. Gronovius *et iam a bonis temporibus* edidit. Mihi prae ceteris placet *et iam bonis temporibus,* quod ex omnium antiquissimo codice Anemoecius publicavit. Exquisitior significatio particulae *et,* pro *et quidem* usurpatae, librariis imperitis alibi quoque offensioni fuit. Vide ad III, 33, 7 et ad somn. Scip. II, 7 [Ego prorsus in maioris Heusingeri iudicio acquiesco.]

splendor aedilitatum] Aediles praeter cetera et ludos curabant. Ab his itaque postulabatur, ut ludos quam apparatissimos ederent, quos ad deorum honorem pertinere credebant. His enim festi dies maxime celebrabantur. Quod qui facerent, ad ceteros honores plures habebant suffragatores.

° *ab optimis viris*] Gu. tert. *a bonis viris.*

11. *P. Crassus*] Videtur fuisse P. Licinius Crassus, non ille quem *Mucianum* cognominarunt, (Gell. lib. I. c. XIII, 9) qui multo maior fuit, sed M. Crassi, Romanorum ditissimi, pater, qui consulatum gessit a. IↃCLVII. [a. Chr. 97] Hoc paullo minor fuit L. Crassus, quem proxime nominat.

° *cum cognomine dives*] Gu. tert.

paullo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo, Q. Mucio, magnificentissima aedilitate functus est: deinde C. Claudius, Appii filius: multi post, Luculli, Hortensius, Silanus. Omnes autem P. Lentulus, me consule, vicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus. Magnificentissima vero nostri Pompeii munera secundo consulatu: in quibus omnibus quid mihi placeat, vides.

et quart. et Corrad. in quaestura p. 313 *tum cognomine dives*. Deinde ed. Gryph. *tum etiam copiis*.

° *et paullo post*] Haec interpunctione minore, quam fecerant editores, a praecedentibus secrevi.

L. Crassus] Orator ille, de quo ad lib. I, 30, 9. Crassi, Scaevolae et Claudii aedilitates ornatissimas commemorat Verrina VI. c. 59. extr.

° *cum omnium hominum*] Gu. quint. eiicit *omnium*. In sec. locus ita concipitur, *cum omnium hominum iustissimo moderatissimoque Mucio*.

Q. Mucio] Scaevola, pontifice, de quo supra c. XIII, 12. Lael. c. I, 3. Plin. lib. VIII. c. 16 *Leonum simul plurium pugnam Romae princeps dedit Q. Scaevola, P. filius, in curuli aedilitate*. [anno 651.]

C. Claudius] C. Claudius Pulcher, qui aedilis fuit M. Antonio, A. Postumio coss. a. IↃCLV. primusque elephantos pugnantes in circum produxit, quod A. Manutius et Facciolatus, non adsentiente Plinio lib. VIII c. 7. ad P. Crassum referunt. Vide Valer. Max. lib. II, 4, 6.

° *Appi. I.*] Sic in duas syllabas contractum *Appii* nomen edidit Graevius, procul dubio ex antiquo codice suo. Similiter paullo post Gu. pr. quint. impr. Venet. 1498. uterque Lips. atque Anemoec. *Pompei* pro *Pompeii* exhibent. Nec dubitamus, quin contracta horum genitivorum forma plerisque priscorum scriptorum locis reddenda sit. Sed parcendum est criticorum quorumdam stomacho, qui, quoties aliquid ab ipsorum more abhorrens Ciceroni ex aevi prioris monumentis restitutum vident, antiquariorum sordibus eloquentiae parentem inquinari clamitant. Vide, si res tanti videbitur, quae adnotavi ad inscriptionem Mallii de metris.

Luculli] L. et M. Luculli, fratres. Plin. lib. VIII. c. 7. Plutarch. in Lucull. p. 492.

° *Luculli*] Impr. Lugd. 1527. et Gryph. *Lucullus*.

Silanus] D. Iunius Silanus, qui Ciceroni in consulatu successit. Goth. *Sillanus*.

12. *P. Lentulus*] P. Cornelius Lentulus Spinther, de cuius aedilitate Valer. Max. lib. II, 4, 6. Plin. lib. IX. c. 34. lib. XIX. c. 1. extr. Hunc Cicero respicit, cum lib. I. epist. VII, 28 scribit: *Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui*.

° *vicit superiores*] Gu. tert. *superiores vicit*, quart. *vicit superiorem hunc*: omnes impr. veteres *Hunc etiam Scaurus imitatus*.

Scaurus] Ascon. Pedian. in argum. orat. pro Scauro p. 1002. ed. Graev. *M. Scaurus, M. filius, qui princeps senatus fuit, aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo ut in eius impensas opes suas absumserit, magnumque aes alienum contraxerit.* Vide Plin. lib. VIII. c. 7. Lib. XXXIV, c. 7. lib. XXXVI. c. 2 et 15. med. Repete et ad lib. I, 39, 3. dicta. [Ad annum 696 u. c. 58 a Chr. pertinet.]

secundo consulatu] Anno ab U. C. 699. [a. Chr. 55]. Hoc consulatu theatrum a se constructum dedicavit, et ludos magnificentissimos edidit: Cicer. lib. VII. epist. 1. Plutarch. in Pompei. p. 647. Dio Cassius lib. XXXIX. Tacitus lib. XIV. annal. c. 20. Plin. lib. VIII. c. 7 et 20. Abram. ad orat. in Pison. c. 27.

° *secundo consulatu*] Gu. sec. *fuerunt secundo consulatu*.

in quibus omnibus] De quibus

Vitanda tamen est suspicio avaritiae. Mamerco, ho- 17
mini divitissimo, praetermissio aedilitatis consulatus repul-
sam attulit. Quare et, si postulatur a populo, bonis viris 2
si non desiderantibus, at tamen approbantibus, faciundum
est, modo pro facultatibus; nos ipsi ut fecimus: et, si 3
quando aliqua res maior atque utilior populari largitione
adquiritur; ut Oresti nuper prandia in semitis decumae
nomine magno honori fuerunt. Ne M. quidem Seio vitio

quid mihi placeat. Ita *in multis dicere* lib. I, 39, 7. Possis etiam interpretari, *quod haec omnia attinet.* Sic *in moribus* lib. I, 15, 2. Lege Heumann. ad Cicer. orat. post redit. in sen. c. XII, 4. Bengel. ad lib. VII. epist. 16. pr.

Cap. XVII. 1. * *est suspicio*] Gu. pr. sec. tert. [Bern. a b d] *suspicio est*: exc. Bedae atque Eybi *suspicio avaritiae est.* Neutrum verborum positum spreverim. [Sed illum codicum auctoritatis causa restituere debebat.]

Mamerco] Goth. Vin. Rom. et vulg. plures *Nam Mamerco*, quod et Facciol. retinuit. Mamerci Aemiliae fuerunt gentis, quae patricia fuit. Ea cum multis olim honoribus functa esset, postea aliquamdiu iacuit.

* *Mamerco*] Hoc servat Gu quart. solus inter meos [sed Bern. a b c d Orellii]. Corruperunt pr. et quint. *Nam Marco*: sec. tert. et omnes impr. veteres *Nam Mamerco.*

homini divitissimo] Haec sola eius memoria exstat. *Divitissimo* fuit in libris Lang. Fabric. et Graevii: in meis et vulgatis *ditissimo.* Vide ad Cornel. Nep. Alcib. c. 2. pr.

* *divitissimo*] Ita Gu. pr. tert. et quint. [et Bern. a b c d] Perperam sec. *doctissimo:* quart. omnesque impr. veteres *ditissimo.*

praetermissio aedilitatis consulatus repulsam attulit] Quod, cum ditissimus esset, aedilis fieri noluerat, ne ludis edendis sumtus esset suscipiendus, non obtinuit consulatum.

2. *Quare et*] Quare faciendum est, ut aedilicia munera edantur, et si postulatur a populo, et si quando aliqua res maior atque utilior hac largitione acquiritur. Heumannus rescribit *Quare id si postulatur.*

postulatur a populo] Si populus postulat. Aliter vero cap. XVI, 10 *Ut splendor aedilitatum ab optimis viris postuletur.* Hic non optimi viri sunt, qui postulant, sed populus, qui nemini honores defert a popularibus largitionibus paullo alieniori. Vide et c. XX, 6.

* *faciendum*] Gu. sec. *faciundum.*

nos ipsi ut fecimus] De aedilitate Ciceronis vid. Verrin. VII. c. 14. in ea trinos ludos fecit (pro Mur. c. 19). Siculorumque liberalitate ad annonam urbis levandam usus est. Plutarch. Cicer. p. 864.

* *nos ipsi ut fecimus*] Gu. tert. *ut nos ipsi fecimus.*

3. *res maior atque utilior*] Goth. Vin. *maior aut utilior.*

* *maior atque utilior*] Gu. quint. *et utilior*, sed a corr. *aut utilior*, quod omnes impr. veteres occupavit.

Oresti] Orestae Aureliae gentis fuerunt: ex ea C. Orestes a Cn. Aufidio adoptatus, auctore Cicerone pro domo c. 13. Cn. Aufidius Orestes dictus, consulque fuit a. u. 682, [a. Chr. 71] quem hic a Cicerone significari putant.

prandia in semitis decumae nomine] Decimas bonorum vel fructuum suorum cum aliis diis, tum Herculi vovebant, vel felici alicuius rei eventu laeti, vel, ut omnia prospere cederent, precaturi. Id non mercatores tantum faciebant, quae opinio Orestem hunc feneratorem finxit; sed et nobilissimi quique. Hac vero religionis specie Orestes aliique populares homines ad apparanda plebi prandia, eamque liberalitate sua deleniendam abusi fortasse sunt: vel ad eius exemplum decimae non tam deo, quam populo datae sunt. Aliam coniecturam [falsam] adfert Chapmannus. Cum Orestes, inquit, patronus esset oppidi vel

datum est, quod in caritate asse modium populo dedit. Magna enim se, et inveterata invidia, nec turpi iactura,
4 quando erat aedilis, nec maxima liberavit. Sed honori summo nuper nostro Miloni fuit, qui gladiatoribus emtis

agri alicuius, uti mos erat apud nobiles Romanos, unde decumae populo Rom. quotannis penderentur pro instituto veteri in provinciis: Orestes decumae eius nomine, ut clientes suos sublevaret, prandia ipse populo Rom. in semitis extra urbem praebere voluit.

* *honori fuerunt*] Gu. sec. *honore fuerunt*: tert. et quint. *honori fuere*.

Ne M. quidem Seio] Equiti Rom. diviti, cuius mentionem facit Cicero pro Plancio c. 5. Varro lib. III. de R. R. cap. II, 7. cap. VI, 3. cap. X, 1. Plin. lib. XV. c. 1. [Sed non eques Rom. ille dicendus fuit, cum aedilis fuerit.]

in caritate asse] Sic Goth. ut Victor. Grut. et Graevius antea ediderunt. Sed Vin. Magont. Rom. et Venetae *in caritate annonae asse*. Hoc et in quinque Anglicanis fuit, et necessarium videtur Pearcio, cum, quid carum fuerit, eo omisso non appareat. Itaque et alibi a Cicerone plene dicitur. Lib. III, 12, 3 *In Rhodiorum inopia et fame, summaque annonae caritate*. Cap. XXIII, 1 *Sitne boni viri in maxima caritate annonae familiam non alere*.

* *in caritate*] Vocabulum *annonae*, quod libri viliores hic adiiciunt, merito repudiant Gu. pr. sec. tert. et quint. [et Bern a b c d]. Ex orationis contextu commode intelligitur, quemadmodum in Verr. III, 93 *Biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit. Num aut in vilitate nummum arator quisquam dedit; aut in caritate de aestimatione frumenti questus est? At uberiora cibaria facta sunt caritate*. Pro dom. c. 5 *Erat igitur et praesens caritas, et futura fames*.

asse modium populo dedit.] Vendidit frumenti modium asse. *Modius* frumenti mensura erat XXV. librarum Romanarum, vel paullo plus, minusve pro frumenti qualitate, (vide Plin. lib. XVIII. c. 7.) capiebatque XVI. sextarios. Servi quaternos modios frumenti in mensem accipiebant, adeoque singuli modii in septenos vel octonos dies sufficiebant. Hunc frumenti modum *asse dedit*, id est, numo aereo nostris *cruciatis* fere pari. Nam X. asses in denarium redibant, cui XII. cruciati respondere creduntur. Vid. supra ad c. XVI, 7.

* *populo dedit.*] Gu. quart. *dedit populo*.

aedilis] Ad cuius curam annona pertinebat.

* *quando erat aedilis*] Haec verba desunt Gu. tertio. Aedili vero haec largitio turpis non erat, tum quod ad aedilium curam annona pertinebat, tum quia talia munera ab aedilibus postulabantur. Conf. supra cap. XVI, 10. Liv. XXV, 2, 8 *Aedilicia largitio haec fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, et congii olei in vicos* (Perizon. legendum censet *viros*) *singulos dati*. Ita frumenti modios singulos populo ab aedilibus, modo quaternis, modo binis aeris, divisos commemorat idem historicus XXX, 26, 6. XXXI, 4. 5 et cap. 50, 1. XXXIII, 42, 8. Tali venditione autem pudori consulebatur eorum, qui donatum accipere nolebant. Vide schol. vet. et Cruquium ad Horat. sat. II, 5, 109.

4. *nostro Miloni*] Qui cum Ciceronem sibi quacumque ratione defendendum statuisset, ut Clodio resistere posset, qui gladiatorum sibi manum comparaverat, et ipse eorum se praesidio instruxit, et vim vi a republica repulit.

* *quod gladiatoribus*] E Gu. pr. et sec. scripsi *qui gladiatoribus*. Idem in exc. Pith. fuisse, adnotat Graevius. Elegans pronominis *qui* hic usus est. Cic. epist. ad divers. I, 9, 31 *Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est, qui meos cives - - - servis armatis obiici noluerim*. In Catil. III, 9 extr. *Id nonne divinitus factum esse puta-*

rei publicae caussa, quae salute nostra continebatur, omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. Caussa igitur lar- 5
gitionis est, si aut necesse est, aut utile. In his autem ipsis mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus 6
Q. F. magno vir ingenio in primisque clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quae haberentur amplissima. Dicebat idem Cotta, Curio. Nobis 7

tis? praesertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt. Sallust. orat. Lepidi n. 16 *Verum ego seditiosus, uti Sulla ait, qui praemia turbarum queror.* Phaedr. I, 12, 13 *O me infelicem, qui nunc demum intelligo.* Conf. infra ad III, 31, 8.

quae salute nostra continebatur] Quam me salvo salvam fore videbat Clodius, me everso ipsam quoque facile se eversurum sperabat.

* *P. Clodii*] Praenomen deest Gu. quarto.

5. * *optima est.*] Gu. tert. *est optima.*

6. *L. quidem Philippus*] Familiae Marciae orator egregius, (de quo dictum ad lib. I, 30, 9.) Consul fuit a. DCLXII cum Sex. Iulio Caesare, non a. DCLXXXXVII ut non nemini visum, qui non animadvertit, Ciceronem hic de mortuo loqui, non de eo qui superstes esset, id est, de patre, non de filio. Hic Catonis socer fuit, Augusti vitricus: ille superior et censor factus est a. DCLXVII. vide infra ad XXI, 6.

* *Philippus Q. F.*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *Philippus Q. Fabii filius.* Deinde Goth. Gu. quint. impr. Magont. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *vir magno ingenio,* incert. *ut magno ingenio.*

* *esse omnia*] Gu. tert. *fuisse omnia.* Deinde impr. incert. et uterque Lips. *quae habentur amplissima.*

C. Curio] Goth. Vin. vulgati: *dicebat idem Cotta, Curio:* quod doctis viris ideo non probatur, quod et copula omittitur et praenomen, cum tres Cottae fuerint, quodque et alibi ex C. praenominis nota, alia nomina finxerunt librarii. In uno Angl. Pearcius reperit *dicebat idem autem Curio,* unde coniicit, *dicebat autem idem C. Curio.* Fuit autem C. Scribonius Curio orator, consul a. DCLXXVII (non DCLXXII. ut alii) cum Cn. Octavio, eius Curionis pater, qui belli civilis postea fax fuit. Vide lib. II. ep. 2. Philipp. II, 18. Cockmann. variantis lectionis loco adfert, *dicebat idem coram Curio,* quod Heumanno probatur.

* *Dicebat idem C. Curio*] Ita recentiores, Langii coniecturam secuti, ediderunt, quum in scriptis atque editis *dicebat idem Cotta, Curio* legeretur. Primo Langius *Curionis* nomen, quod a duobus codicibus abesse videbat, abiiciendum esse putavit. Deinde mutata sententia, *Cottam* expulit. Quum tres ea aetate Cottae, Caius, Marcus et Lucius, consulares fuerint, Cottam sine praenomine a Cicerone appellari non debuisse arbitratur. Nos vero meminimus, Ciceronem in commemorandis dictis et factis virorum sua aetate clarorum saepissime praenomina omittere, etiam iis locis, ubi ob id ipsum, quia praenomina desunt, difficulter discernimus de quibus hominibus ei sermo sit. Ipsa *Cottarum* et *Curionis* nomina multis locis sine praenominibus adducit. Ut ad Attic. XII, 21. princ. Brut. 63. extr. c. 74. c. 90 et saepe. At ibi, inquiet fortasse aliquis, vel ex ante dictis, vel ex adiunctis, coniicere licet, quis Cotta significetur. Respondeo, simili ratione in eo quoque, quem nunc defendimus, Ciceronis loco nobis sine adiecto praenomine constare posse, cuius Cottae mentionem noster intulerit. Iam ex eo, quod Cicero Cottam prius, quam Curionem appellat, colligere posse videmur, id vel ideo factum esse, quod Cotta prior Curione consulatum adeptus, vel quod prior mortuus sit. Prius est falsum, quia Caius Cotta anno u. c. DCLXXVIII,

quoque licet in hoc quodam modo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini, quos
8 modo nominavi, sane exiguus sumtus aedilitatis fuit. Atque etiam illae impensae meliores, muri, navalia, portus, aquarum ductus, omniaque, quae ad usum rei publicae perti-
9 nent. Quamquam, quod praesens tamquam in manum da-

Marcus DCLXXIX. Lucius DCLXXXVIII consules fuerunt: Curio vero DCLXXVII, ideoque ante tres Cottas illos, consulatu functus est. Credibile igitur est, ex Cottis consularibus aliquem dici, qui Curione prior sit mortuus. Is C. Cotta fuit, qui quum ex consulatu Galliam sortitus, exque ea provincia triumphaturus esset, teste Ascon. in Pison. c. 26. ante diem triumphi mortuus est. Curionem vero anno DCC decessisse, eoque C. Cottae pluribus annis superstitem fuisse, ex Cic. ad divers. II, 2. discimus. Adde, quod verba Ciceronis *dicebat idem Cotta, Curio* manifeste indicant, de Cotta mortuo sermonem esse. L. Cottam igitur intelligere non licet, quem tum quoque, quum Cicero de officiis scriberet, in vivis fuisse, ex Philipp. II, 6 cognoscimus. Cui vero credibile fiat, M. Cottam gloriatum esse, *se sine ullo munere adeptum esse omnia, quae haberentur amplissima,* quum ille ex consulatu ignominiam et damnationem retulisset? Videmus igitur, etiam si Cicero Cottam, quod alibi etiam fecit, sine praenomine appellaverit, non tamen nec filio, nec cuiquam attento illius aetatis lectori obscurum esse potuisse, alium quam C. Cottam, summum oratorem, et cuius maxima familiaritate usus fuerat, intelligi non debere. Praeterea ex eo satis aperte perspicere mihi videor, Ciceronem hoc loco utrumque, et Cottam et Curionem nominare voluisse, quod, si alterutrum omisisset, paullo post ei fuisset dicendum, *quod contigit eorum neutri, quos modo nominavi.* Quod vero Graevius obiicit, Ciceronem, si utrumque nomen ponere voluisset, *dicebat idem Cotta et Curio* scripturum fuisse: miramur, viro doctissimo in memoriam non redisse, quam sollemne Ciceroni fuerit nomina propria ἀσυνδέτως componere. Neque id solum, ubi plures homines enumerantur, sed in duobus etiam fecit. Ita Brut c. 74 *Mitto C. Laelium, P. Scipionem.* Sine cunctatione igitur reduxi scripturam librorum prope omnium, a qua non ita multum aberrant Gu. pr. *Dicebat id est coacta,* omisso *Curionis* nomine: sec. *Dicebat idem Cocta Curio*: quart. *Dicebat autem idem Cotta Curio.* [Numeros Heusing. memento unione augere, si eos cum ratione Varroniana congruere vis.]

7. *nostro quidem anno*] *Suo anno* honores petit et consequitur, qui iusta aetate et eo anno, qui legibus constitutus est, ambit et obtinet, ut Cicero, qui anno aetatis XXXI. quaestor, a. XXXVIII. aedilis, a XLI. praetor, et a. XLIV. consul factus est. Vide orat. agrar. II. c. 2. pr.

8. * *meliores*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *meliores sunt.*

navalia] Loca munita et tecta, ubi in sicco stant naves e mari subductae, Graecis νεώρια, de quibus Aristoph. Scholiast. ad Acharn. 921. Vide Serv. ad Virgil. lib. XI. Aen. v. 326.

omniaque quae] Goth. *omnia quae ad usum.* Vid. ad lib. I. 4. pr.

* *omniaque, quae*] Codici Gothano favent Gu. pr. et sec. in quibus scriptum est *omniaque ad usum.*

9. *in manum datur*] Goth. Vin. et vulg. *in manu*: illud vero ex aliis codd. eruditi editores praeferunt. Medii aevi barbaries sexto casu magis delectabatur, eumque frequentius in quarti locum substituebat.

* *in manum*] Ut scripti Gu. in hanc scripturam, ita in alteram *in manu* veteres impr. omnes consentiunt.

tur, iucundius est: tamen haec in posterum gratiora. Thea- 10
tra, porticus, nova templa, verecundius reprehendo, propter Pompeium: sed doctissimi non probant, ut et hic ipse Panaetius, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus: et Phalereus Demetrius, qui Periclem, principem 11
Graeciae, vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit. Sed de hoc genere toto, in iis libris, quos de re publica scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum genere vitiosa est, tem- 12
poribus necessaria; et tum ipsa et ad facultates accommodanda, et mediocritate moderanda est.

in posterum] Postero tempore, apud posteros.

° *gratiora.*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *gratiora sunt.*

10. *Theatra, porticus*] Quae voluptati, non necessitati, inserviunt.

nova templa] Vetera templa conservanda putat, numerum eorum augeri, novasque superstitiones, externas praesertim, in rempubl invehi, cum plerisque Romanis inutile censet.

° *nova templa*] Impr. Lips. 1507. *nova templa non laudo, sed verecundius repr.*

verecundius reprehendo] Etsi Pompeius hoc tempore non supererat, sanctior tamen eius memoria erat Ciceroni, quam ut eius acta sine gravi causa reprehenderet, et in hoc Caesareanis gratificaretur. Pompeius autem novum theatrum exstruxerat, idque templis et porticibus exornaverat parum utique necessariis. Vide Abram. ad orat. in Pison. c. XXVII. p. 715. ed. Graev.

doctissimi] Summi philosophi.

° *non probant*] Gryph. *improbant.*

° *ut et hic ipse*] Copulam *et* ignorat Gu. tert.

11. *Phalereus Demetrius*] Demetrius *Phalereus* cognomine, ὁ Φαληρεύς. Vid. ad lib. I. c. 1.

Periclem] Vid. lib. I, 30, 10. Goth. Vin. [Bern. [c e] *Periclen*, Graeca terminatione. ° Impr. Magont. *Periclen.* Vide supra ad I, 40, 8.

° *vituperat*] Gu. quart. quint. et impr. veteres omnes *vituperabat.*

in praeclara illa propylaea] Graeci προπύλαια vocant *vestibula*, qualia Pericles templo Palladis, quod in arce erat Athenarum, adiecerat, per quae quinque aditus in illud urbis praesidium patebant. Eorum claves singuli archontes singulis tantum diebus adservandas habebant, ne tyrannidis adfectandae potestas esset: easque qui adservabant ἐπιστάται dicebantur. [His veriora facile nunc ex aliquo compendio Graecarum antiquitatum disces. De ἐπιστάτῃ vide C. Fr. Hermanni librum § 127.] In haec Pericles bis mille ac duodecim talenta insumserat. Plutarch. in Pericle p. 160. Suidas et Harpocration. in προπύλαια, Meursius in Cecropia c. 6.

coniecerit] Goth. cum sex. Ald. *proiecerit:* Vin. Ven. tres, Arg. *proiecit.*

° *coniecerit*] Hoc tuentur Gu. quatuor. Minus bene quint. *proiecerit:* omnes impr. veteres *proiecit.*

° *Sed de hoc genere toto*] Postrema vox abest Gu. tert.

° *quos de rep. scripsi*] Gu. tert. *scripsimus.*

12. *Tota igitur ratio*] Tota haec largiendi species per se vitiosa, aliquando tamen, temporibus eas poscentibus, necessaria est. Vid. ad lib. I, 10, 3.

temporibus] Goth. *tempore.*

° *temporibus*] Gu. quint. *tempore.*

et tum ipsa] Sic et mei libri: al. *et tamen ipsa*, quod Aldus maluit.

° *et tum ipsa et ad*] Ita Gu. duo priores et impr. Magont. At Gu. quart.

18 In illo autem altero genere largiendi, quod a liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus caussis af-
2 fecti esse debemus. Alia caussa est eius, qui calamitate premitur, et eius, qui res meliores quaerit, nullis suis rebus
3 adversis. Propensior benignitas esse debebit in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In iis tamen, qui se adiuvari volent, non ut ne affligantur, sed ut altiorem gradum adscendant, restricti omnino esse nullo modo debemus: sed in deligendis idoneis iudicium et diligentiam adhibere. Nam praeclare Ennius:

Benefacta male locata, malefacta arbitror.

et quint. prius, tert. posterius *et* omittunt. Impr. incert. ac Venet. 1498 *et tamen ipsa et ad*: uterque Lips. ac Lugd. 1527 *et tamen ipsa ad.* [*Ipsum* Bern. a b c d, sed variant in altera particula, *cum, tum, tamen.* Apparet scribendum esse *tum ipsum,* quod idem fere est quod *tum maxime,* sicut *nunc ipsum* pro hoc ipso tempore non raro dicitur; *tum ipsum* num quo alio loco inveniatur nescio nunc quidem, sed non dubito quin inveniatur, et vix egere puto probatione.]

Cap. XVIII. 1. *In illo autem altero genere largiendi*] De primo genere, quod prodigorum est, dixit cap. 16 et 17, nunc de liberalibus agit.

° *altero genere*] Vocabulum *altero,* quod Gu. tert. omittit, quint. transponit sic *genere altero.*

in disparibus causis] Non eodem modo erga omnes affecti esse debemus, quorum diversa est ratio, cumque alia est rerum περίστασις.

2. ° *Alia causa est*] Gu. tert. *Alia est enim causa.* Idem postea *qui res quaerit meliores.* Deinde Gryph. *nullis rebus suis adversis.*

qui res meliores quaerit] Qui rem suam familiarem aut dignitatem augere cupit, qui ad altiorem gradum enititur.

3. *In iis*] In eos, qui rerum suarum statum rectius constituere volunt, non debemus esse minus liberales. Lib. III. ep. VIII, 28 *Cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.* Quidam quod Lambinus adscripsit, *in eos* maluerunt: sed qui Latinos scriptores, Ciceronem certe, minus familiariter norunt. Lib. I. c. XIV, 3 ubi vulgo, *et qui aliis nocent, ut in alios liberales sint,* non temere in cod. Pith. scriptum est *in aliis.* Lib. III. ep. VIII, 8 *Studia mihi eorum placere, quod in te bene merito grati essent.* Vide ibi Cortium. Cornel. Nepos Phoc. c. 4. extr. *In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ausus sit eum liber sepelire.* Similia plura collegit ad Caesarem lib. II. Gall. XXXII, 2. V. Cl. Oudendorpius.

° *se adiuvari volent*] Pronomen abest a Gu. quinto.

° *non ut ne*] Coniunctionem *ut* Gu. pr. sec. tert. quart. [et quattuor Bern. cum Bas.] et impr. Magont. omittunt. Gu. quint. post rasuram [et Bern. e] *non ut affligantur*: Gryph. *non solum ut ne affl.* [Apparet *ut* tollendum esse.]

° *sed ut altiorem*] Gu. tert *sed ut ad altiorem*: quart. *sed ad altiorem,* omisso *ut.*

restricti omnino esse nullo modo] In Goth. et Vin. itemque in Magont. et Rom. *omnino* desideratur: nec fuit illud in decem Manut. codd. Facciolatus igitur e suo cod. legit *restricti animo esse nullo modo debemus.* Hoc a vera lectione longius distat, quam vulgata, in qua nihil est, quod Cicerone indignum sit. Si quid tamen abundare videtur, tollatur potius *nullo modo,* quod adverbii *omnino* explicatio esse potest. Scri-

Quod autem tributum est bono viro et grato, in eo cum 4
ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. Temeritate enim 5
remota, gratissima est liberalitas: eoque eam studiosius ple-
rique laudant, quod summi cuiusque bonitas commune per-
fugium est omnium. Danda igitur opera est, ut iis bene- 6
ficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis
posterisque prodatur, ut iis ingratis esse non liceat. Omnes 7
enim immemorem beneficii oderunt: eamque iniuriam in
deterrenda liberalitate sibi etiam fieri; eumque, qui faciat,
communem hostem tenuiorum putant. Atque haec benigni- 8
tas etiam rei publicae est utilis, redimi e servitute captos,

psit fortasse Cicero *restricti omnino esse non debemus:* grammaticus aliquis *nullo modo* inter versus adiecit. Sed praestat nihil mutare.

* *omnino esse nullo modo*] Gu. tert. *omnino nullo modo esse*: veteres impr. omnes *nullo modo esse,* omisso *omnino.*

4. * *tributum est*] Gu. tert. *tributum bono viro et grato est.*

in eo cum ex ipso fructus est] *In eo* est, id cum fit, cum tribuitur, fructus capitur cum ex ipso bono viro, tum ex aliis. Vid. ad lib. III, 14, 9.

* *in eo cum ex ipso*] Gu. quint. *tum in eo ex ipso*: impr. Magont. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. *in eo tum in ipso*: incert. et Lugd. 1527. *in eo tum ex ipso.* Postea Gu. sec. *tum etiam ceteris,* omissa praepositione.

5. *Temeritate enim remota*] Si non temere largitus fueris et sine dilectu.

gratissima est liberalitas] Iis etiam, ad quos minime pertinet.

* *eoque eam studiosius*] Gu. pr. *eoque et studiosius:* tert. *eoque studiosius eam:* quart. omittit *eam.* Gryph. *eoque eam studiosissime.*

commune perfugium] Vid. cap. XX, 8.

6. * *ut iis beneficiis*] Ita reposuit Graevius, cui Gu. tert. [et Bern. b] adstipulatur: quart. *hiis:* ceteri *his.* Eadem varietas prope eorumdem librorum reperitur etiam paullo post in verbis *ut iis ingratis esse.*

quorum memoria liberis posterisque prodatur] Corn. Nep. Hannib. c. VIII, 2 *De Magonis interitu duplex memoria prodita est.* Vide ibi plura.

ut his ingratis esse non liceat.] Ut non possint esse ingrati, nisi in omnium reprehensionem incurrere velint.

7. *immemorem beneficii*] Vin. Rom. *immemores;* sed unum *immemorem omnes odisse* Cicero dicit.

* *immemorem*] Hoc in omnibus MSS. Gu. at in omnibus impr. veteribus est *immemores.* Paullo post impr. incert. *in deterenda.*

eamque iniuriam in deterrenda liberalitate] Sic omnes libri, quos vidi: pauci, *in deterenda liberalitate,* in quibus Palat. pr. unus Oxon. duo alii, quos Fabric. commemorat. Si vera est vulgaris lectio, ita interpretanda videtur: eamque iniuriam, dum liberalitas deterretur, i. e. liberales homines a benefaciendo deterrentur, sibi etiam fieri putant.

* *sibi etiam fieri*] Abest *etiam* a Gu. pr.

* *eumque qui faciat*] Gu. sec. *eundemque qui faciet:* impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *eumque qui facit.* Deinde Gu. tert. *communem tenuiorum hostem.*

8. * *Atque haec benignitas etiam*] Gu. quart. *Atque etiam haec benignitas.*

* *utilis est*] Gu. pr. sec. quint. [Bern. plerique] et Gryph. *est utilis,* quem ordinem etiam Lactantius VI, 12, 15 ubi Ciceronis haec verba adlegat, servavit. Verbum *est* omittit Gu. tert.

locupletari tenuiores: quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiose videmus.
9 Hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Haec est gravium hominum, atque magnorum: illa quasi assentatorum populi, multitudinis levitatem
10 voluptate quasi titillantium. Conveniet autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum; in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus et confiniis aequum et facilem, multa multis de iure suo cedentem: a litibus vero, quantum liceat, et

redimi e servitute] Goth. *ex servitute.*

* *e servitute captos*] Gu. quart. *ex servitute:* tert. et quidam codices Lactantii *captivos*, quemadmodum supra c. XVI, 3. Gu. quartum aberrasse vidimus.

* *locupletari tenuiores*] Gu. tert. *tenuiores locupletari.* Paullo post Gu. sec. ut Graev. pr. *volgo.* In fine periodi Gu. tert. *copiose vidimus.*

ab ordine nostro] Senatorio.

Crassi] L. Crassi, de quo proxime c. XVI, 11.

9. * *Hanc ergo*] Lactantius, loco quem paullo ante indicavi, *Hanc ego.* Idem in margine, puto ex antiquo libro, Wolfius adnotavit: atque ita Ciceronem scripsisse puto. [Receperunt Beierus et Orellius.] Solitam hanc esse librariis aberrationem, multis exemplis docet Drakenb. ad Liv. XXXVII, 53, 11.

longe antepono] *Longe* deest in Goth. Vin. et plerisque Oxon. nec id Aldus in suis reperit: habet tamen Venet. qu. Lamb. cod. Pith. et Graev.

* *longe antepono*] Adverbium, quod in plerisque MSS. et impr. vetustis omnibus omissum revocavit Anemoecius, tuetur Lactantius et Gu. tert.

* *Haec est gravium hominum*] Gu. tert. *Haec enim est:* quart. *Hoc ergo est:* quint. sed hic a corr. *Haec est enim.* Deinde tert. verba *atque magnorum* omittit. Idem postea dedit *illa vero quasi.* Aliquanto post impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *levitatem et voluptatem.*

* *quasi assentatorum populi*] Particulam *quasi*, quae in Palat. pr. a correctore erat, suspectam habebat Gruterus. Ea si est a Cicerone, pro *fere, plerumque* videtur accipienda esse. Ita paradox. VI, 3, 7 *Quod ei generi possessionum minime quasi noceri possit.*

10. *Conveniet autem*] Vincent. Bellov. *convenit*, ut principes edit.

* *Conveniet*] Gu. quart. impr. Magont. Venet. 1498. Lips. 1507. Lugd. 1527. et Gryph. *Convenit.* Postea Gu. pr. sec. quart. quint. exc. Bedae atque Eybi veteresque impr. mei omnes *tum in dando.*

* *contrahenda*] Gu. sec. et impr. Lips. 1513. *contrahendo.* Deinde Gu. pr. *venudundo.* Nimirum librarius hic invenerat *vendundo.* Transponunt Beda et Eybus *emendo, vendendo.*

vicinitatibus] Rom. Venet. sec. tert. *in vicinitatibus*, Ven. pr. *in civitatibus. Vicinitates* et *confinia* non sunt *vicini* et *confines*, sed illa domorum et praediorum inter se contingentium communitas, quae inter horum dominos intercedit. *Vicini* autem dicuntur, qui communi pariete, *confines* qui communi limite disterminantur.

* *vicinitatibus*] Impr. Magont. et incert. *in civitatibus*: Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in vicinitatibus.*

* *aequum et facilem*] Copula non est in Gu. pr. sec. tert. quart. nec displicet ἀσύνδετον.

de iure suo cedentem] *Concedentem* Vin. Rom. Venetae, Arg. sed *cedentem* etiam Vincentius et Gothan.

* *de iure suo*] Omnes Gu. etiam exc. Bedae atque Eybi *de suo iure.*

nescio an paullo plus etiam quam liceat, abhorrentem. Est 11
enim non modo liberale, paullum non numquam de suo
iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda 12
autem ratio est rei familiaris, quam quidem dilabi sinere,
flagitiosum est: sed ita, ut illiberalitatis avaritiaeque absit
suspicio. Posse enim liberalitate uti, non spoliantem se 13
patrimonio, nimirum is est pecuniae fructus maximus. Recte 14
etiam a Theophrasto est laudata hospitalitas. Est enim, ut
mihi quidem videtur, valde decorum, patere domus hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam rei publicae est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam vehemen- 15

Deinde Gu. quint. a correctore, Beda et Eybus omnesque impr. veteres *concedentem*. In fine periodi Gu. tert. *quantum deceat abhorrentem*.

quantum liceat] Quantum sine incommodo, rei familiaris et famae detrimento fieri possit.

nescio an paullo plus] Paullo plus fortasse, quam commode fieri possit. In Goth *an* omissum est.

11. *liberale*] Libero homine dignum.

* *decedere*] Gu. tert. *cedere*. Deinde quart. *sed interdum est fructuosum*.

12. * *Habenda autem est*] Gu. tert. *Habenda etiam est:* quart. *Habenda autem ratio rei familiaris est*. Scripsisse Ciceronem puto *Habenda autem ratio est*, quod servant Gu. pr. sec. exc. Bedae atque Eybi. Postea Gu. pr. *dilabi* omittit, quod ceteri scripti et impr. veteres, excepto Lugd. 1527. omnes in *delabi* mutant.

flagitiosum est] Res familiaris neglecta satis causae est, cur non a publicae tantum, sed et a suae rei administratione aliquis submoveatur.

13. *nimirum is est*] In Goth. Vin. Rom. *is* omissum: itaque Pearcius edidit.

* *nimirum is est*] Gu. pr. *nimirum pecuniae est:* tert. *nimirum est pecuniae maximus fructus:* quint. *nimirum pecuniae fructus est*. Pronomen *is*, quod scripti mei veteresque impr. omnes ignorant, reduxit Anemoecius. [Eam ego elegantiam hoc loco non accipio: nam quod quaeritur, expressum est verborum collocatione et vi quae in ultimo est posita.]

pecuniae fructus] Cap. XVI, 4.

14. *ut mihi quidem videtur*] Vulgo *quidem* excludi video: id vero a Lactantio etiam lib. VI, 12, 9. servatum est. Deinde Goth. *patere domus*.

* *ut mihi quidem*] Particulam *quidem*, quam Goth. et omnes impr. veteres abiecerant, servant Gu. omnes, nec Anemoecius eam abesse passus est.

* *patere domus*] Cum Gothano Gu. pr. sec. quart. [Bas. Bern. a b c d] impr. Magont. incert. et uterque Lips. *domus*, quod mutare non debuerant recentiores. Vide Drakenb. ad Liv. III, 29, 5. et Oudendorp. ad Suet. Claud. c. 25. [cf. nostram annotationem ad Verr. lib. IV. c. 4.] Gu. tert. transponit *patere hominum illustrium domos*.

* *illustribus hospitibus*] Gu. pr. *hospitalitatibus illustribus:* reliqui quatuor *hospitibus illustribus*, de quo verborum positu decem Aldi codices [et Bas. Bern. a b c] consentiunt.

* *idque etiam reip. est ornamento*] Gu. sec. *idque etiam est:* tert. *Itaque reip. est*: quart. *idque est reip. ornamentum, homines extraneos*, uterque omisso *etiam*.

15. *Est autem etiam*] Goth. Vin. Rom. *est etiam*.

* *Est autem etiam*] Abest *autem* a Gu. pr. et impr. vetustis omnibus.

ter utile iis, qui honeste posse multum volunt, per hospites
16 apud externos populos valere opibus et gratia. Theophrastus quidem scribit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia praeberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset.

19 Quae autem opera, non largitione, beneficia dantur, haec tum in universam rem publicam, tum in singulos civis
2 conferuntur. Nam in iure cavere, consilio iuvare, atque hoc scientiae genere prodesse quam plurimis, vehementer
3 et ad opes augendas pertinet, et ad gratiam. Itaque cum multa praeclara maiorum, tum quod optime constituti iuris

honeste posse multum] Qui, quantum licet, sine malis artibus potentes esse volunt.

° *posse multum volunt*] Goth. exc. Eybi omnesque impr. veteres *posse multa volunt:* Gryph. *multum posse volunt.* Paullo post Gu. tert. Beda et Eybus *apud extraneos populos.*

16. ° *Theophrastus quidem scribit*] Gu. sec. et quart. *Theophrastus quidem scripsit:* omnes impr. veteres *Theophrastus scribit quidem.*

Cimonem Athenis etiam] Non solum cum ruri esset, Cimonis domus hospitibus patuit; sed Athenis etiam cum esset, curavit, ut Laciadae in villa sua per villicos hospitio exciperentur. *Pearcius.* Mihi *etiam in suos curiales* copulandum videtur. Pro *Athenis* mallem *Atheniensem.* Neque enim apud Ciceronem, ut apud Plautum, *Cimon Athenis* dictus videtur, qui est *Atheniensis.*

° *Cimonem Athenis etiam*] Pro *Athenis* patruus malebat *Atheniensem.* Mihi veri simile fit ex *Atheniensem* factum esse *Athenis etiam.* Ita molesta hic particula *etiam* delenda erit. Et plane sic, ut nos emendandum censemus, ex antiquo codice, opinor, hunc locum in margine adscripsit Wolfius.

in suos curiales Laciadas] *Curias* dicit Romanorum more quos Graeci δήμους, *pagos. Laciades* est, qui est ex Λακιᾳ δήμῳ. Itaque male *Lacides* scribitur in Rom. et apud Pausan. lib. I. Attic. c. 37. Eadem Plutarchus refert ex Aristotele in Cimone p. 484.

° *instituisse*] Male Gu. tert. *videtur instituisse:* impr incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *dicitur instituisse.*

° *imperavisse*] Gu. tert. quart. atque ed. Wolfii *imperasse.*

ut omnia praeberentur] *Omnia praebet,* qui gratuito hospitio excipit. Quicumque Laciades in Cimonis villam ex aliquo itinere devertebat, domini sumtu ibi pernoctare poterat. Vide Theopomp. apud Athen. lib. XII. p. 533.

devertisset] Ita recte cod. Graev. [et Bern. a b d e] non *divertisset,* ut vulg. nec *divertissent,* ut Goth. cuius librario *Laciades* pluralis numeri esse visum, cum Graece sit Λακιάδης.

° *devertisset*] Gu. quart. et quint. *divertissent:* tres reliqui omnesque impr. veteres *divertisset.*

Cap. XIX, 1. *In universum rempubl.*] Ab iis, qui reipubl. vel armis, vel consilio prosunt.

2. *in iure cavere*] Rationem et formam consulentibus praescribere, quam in contrahendis rebus et in actionibus forensibus sequantur: petitorem, vel eum, unde petitur, consilio regere, ne iuris inscientia peccet.

° *quam plurimis*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *multis.*

ad opes augendas] Non divitias magis, quam alios tuendi facultatem intelligit. Vid. ad lib. I, 3, 7.

3. ° *Itaque cum multa*] Gu. pr.

civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio: quam quidem ante hanc confusionem temporum 4
in possessione sua principes retinuerunt: nunc, ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic huius scientiae splendor deletus est: idque eo indignius, quod eo tempore hoc conti- 5
git, cum is esset, qui omnis superiores, quibus honore par esset, scientia facile vicisset. Haec igitur opera, grata mul- 6
tis, et ad beneficiis obstringendos homines accommodata. Atque huic arti finitima est dicendi gravior facultas, et 7
gratior, et ornatior. Quid enim eloquentia praestabilius,

ac tert. *Itaque tum propter multa:* sec. et quart. *Itaque tum multa.*

tum quod optime constituti iuris] Tum illud est praeclarum, quod iuris scientia semper in honore fuit. Male Goth. Vin. et vulg. *quam optime.* Vide verbosam iuris scientiae commendationem lib. I. de orat. c. 44 et 45. Aliter, ubi causae servit, de eadem sentit pro Muren. c. 9. ad 13.

* *tum quod optime constituti*] Gu. sec. omnesque impr. veteres *tum quam optime constituti*: Gu. tert. *tum quod optime constituta*: Beda *tum eisdem optime constituta.* Idem paullo post *cognitio fuit atque interpretatio.*

4. *ante hanc confusionem temporum*] Ante haec tempora, quibus omnia confusa sunt: dum pristinus honos, et hominibus et rebus detractus, iis datus est, quibus non debetur.

in possessione sua principes retinuerunt] Nam iuris interpretes olim patricii tantum erant. Vide pro Muren. d. l.

* *in possessione sua*] Gu. tert. *in possessionem suam.* Deinde idem et impr. incert. *principes nostri retinuerunt.* Paullo post Gu. tert. *nunc vero ut honores.*

* *ut omnes dignitatis gradus*] Hoc est in Gu. duobus. Tert. *ut omnis dignitas gradus*: quart. quint. omnesque impr. veteres *ut omnis dignitatis gradus.* Deinde quint. *sic etiam huius.*

5. *hoc contigit*] Accidit, de re non optata. Vid. ad cap. XIV, 12.

* *hoc contigit*] Gu. pr. et a manu prima quint. etiam impr. Magont. Rom Lips. 1507. et Lugd. 1527. *hoc contingit.*

cum is esset] Cum is viveret. Servium Sulpicium intelligi, Lambinus vidit, cum alii ad Caesarem hoc traherent. De summo illo horum temporum iure consulto vid. Gell. lib. II. c. 10. pr. et alibi.

6. * *Haec igitur opera*] Gu. tert. omittit vocabulum *opera,* quod Gryph. ita transponit *Haec igitur grata opera.*

* *obstringendos*] Corrector Gu. quinti omnesque impr. veteres *astringendos.* Proximum nomen *homines* in Gu. quarto deest.

7. *finitima est*] Coniuncta, proxima.

gravior facultas et gratior] Heumanno duplex haec lectio videtur, quarum alterutra tantum retinenda. Delet igitur postremam, *et gratior,* in parerg. crit. p. 36. Comprobant coniecturam duo codices Oxon. in quibus eadem desunt. Eloquentia apud Romanos maiore in honore fuit, quam iuris scientia: quippe quae et plus ingenii postulabat, et plures sibi beneficiis obstringebat, quorum fortunas, dignitatem, famam et vitam tuebatur; denique multos ad honores sola provehebat.

* *gravior facultas et gratior*] Omissa copula Gu. quart. *facultas gravior gratior.* Cetera exemplaria mea nihil hic mutant, [nec Orellii codices. Mihi tamen locus corruptus videtur: nam quo pertinere dicimus, quod cum iuris peritia *grata* vocata sit, eloquentia *et gratior et ornatior* dicatur? debebat certe *gratior etiam.* Porro *gravior* comparativus loco positus est non suo. Quocirca Gern-

vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum,
8 qui defensi sunt, gratia? Huic ergo a maioribus nostris est
9 in toga dignitatis principatus datus. Diserti igitur hominis,
et facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum caussas, et non gravate, et gratuito defendentis, bene-
10 ficia et patrocinia late patent. Admonebat me res, ut hoc
quoque loco intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum,

hardi et Beieri iudicium probo, legendumque censeo *dicendi facultas et gravior et ornatior.*]

° *Quid enim eloquentia*] Gu. sec. *Quid eloquentia enim:* quart. *Quid est eloquentia,* omisso *enim.* Deinde idem cum Goth. et impr. Magont. *laudabilius, praestabilius*: Rom. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *laudabilius et praestabilius.*

admiratione audientium] Nulla enim ars est, quam magis admirentur, qui audiunt.

spe indigentium] Nulla, quam ii, qui eius praesidio indigent, ad propulsanda pericula plus valere credant.

8. *Huic quoque ergo*] Numquam dubitavi, quin altera particula abundaret, et ab iis adiecta esset, qui eloquentiae primas partes dari nollent, quas iurisprudentiae deberi putarent. Non aliter sensisse video celeberrimum Facciolatum, a quo editum: *Huic ergo a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus.* Ei *ergo* et *quoque* ex una librariorum nota factum videtur, ex qua alii *ergo,* alii *quoque* collegerunt.

° *Huic quoque ergo*] Merito suspectum illud *quoque* excernit Gu. tert. neque id conspiceretur in quinto, nisi corrector erasa particula *ergo,* reponere illud maluisset. Hunc sequitur impr. Lugd. 1527. [Omnes Bern. retinent *quoque.*]

in toga dignitatis principatus] Restituit hoc ex uno cod. suo Langius, cum in ceteris, ut in vulg. et scriptis, meis etiam, esset *in tota dignitate* vel *dignitatis.* Postea et in uno alterove eamdem scripturam repererunt Lambinus, Fabricius, et in uno Oxon. Cockmann. [in Bern. c e Orellius]. Addidit hoc Cicero, ne eloquentiam, pacis artem, qua togati cives Rom. utebantur, militari virtuti praeferre videretur.

° *in toga dignitatis*] Gu. pr. *in totas dignitatis*: sec. *in toto dignitatis:* ceteri omnesque impr. veteres *in tota dignitate.* Deinde Gu. quint. *principatus est datus.* [Bern. b d *in tota dignitatis.*]

9. *facile laborantis*] *Libenter* interpretare cum Manutio, non gravate. Lib. II. epist. XVI, 6 *Quod autem in maritimis facillime sum, moveo nonnullis suspicionem, velle me navigare.* Lib. IV. epist. IV, 2 *Sed tamen idem facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae.* Lib. VII. ep. XXVI, 5 *Ita ego, qui me ostreis et murenis facile abstinebam, a beta etiam et malva deceptus sum.* Epist. XXVII, 6 *Libenter tibi me et facile purgassem.* Lib. XIV. epist. I, 3 *Quae si fato facta putarem, ferrem paullo facilius.* Haec ideo adiicienda fuerunt, quia alii quidam errarunt.

gratuito defendentis] Antea patrio more gratuitam patroni praestabant operam: postea, labente illo, lex Cincia lata est, qua cautum, ne quis ob causam orandam mercedem pacisceretur, aut munera acciperet. Vid. Lips. ad Tacit. lib. XI. annal. c. 5. Plin. lib. V. epist. 21. in primis Frid. Brummer. diss. de lege Cincia. In Goth. scriptum est *gratuitu,* ut *fortuitu*: quam formam me legere non memini, nisi in Suetonii Caes. c. 27. ubi in Tornacensi libro ita etiam scriptum est, fortasse recte. Vide ibi Burmann.

° *et gratuito*] Gu. quint. veteresque impr. omnes *sed gratuito.*

10. ° *hoc quoque loco*] Gu. tert. eiicit *quoque.*

ne dicam interitum] Id est, *prope dixerim, interitum.* Si *interitum*

deplorarem: ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri. Sed tamen videmus, quibus exstinctis oratoribus, quam in paucis spes, quanto in paucioribus facultas, quam in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint, ne multi qui- 11 dem, aut iuris periti esse, aut diserti: licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem iudicibus et magistratibus, vigilantem pro re alterius, eos ipsos,

dixisset, omnem spem eloquentiae reparandae exclusisset. Melius vero ominaturus *intermissionem* vocat, quasi eloquentia ad tempus ita interquieverit, ut aliquando reviviscere possit.

de me ipso] Qui eloquentiae tanta ornamenta debeo, eaque curia, foro, rostris pulsa, minore dignitate sum, iamque minus regnare videor.

* *de me ipso*]. Non male Gu. pr. et quint. *me de ipso*. Transponit quart. *aliquid de me ipso*. Contra libros et sine ratione idonea Pearcius *de me ipse* edidit. Pronomen *ipse* quibus locis eodem, quibus diverso casu cum aliis pronominibus iungendum sit, subtilius, quam hodie a plerisque fieri solet, iudicandum est. Hoc loco *de me ipse* frigidum videtur, quum librorum, nostrorum etiam, omnium scriptura significandi vim habeat efficacissimam. Ex antegressis verbis *intermissionem eloquentiae, ne dicam interitum, deplorarem* satis dilucide intelligitur oppositio illa: *ne* non de eloquentia, sed *de me ipso aliquid viderer queri*. In talibus nihil contra libros veteres statuendum esse, censent eruditiores. Vide Drakenborchium et quos ille laudat ad Liv. II, 19, 5.

quibus exstinctis oratoribus quam in paucis spes] Hoc loquendi genus exemplis illustravi ad Cornel. Nepot. Timoleont. c. II, 2. Attic. c. XVIII, 3.

quam in paucis spes] Quam pauci adolescentes sint, quos priorum oratorum similes futuros sperare possis.

quanto in paucioribus]. Sic etiam Goth. *quam in paucioribus*. Vin. et vulg.

quam in multis sit audacia] Non *audacia opprimendi alios*, ut sinistre quidam interpretatur, sed audacia patrocinia suscipiendi et causas defendendi.

11. *Cum autem omnes non possint*] Goth. *cum autem non possint omnes*, positu verborum paullo meliori.

* *omnes non possint*] Gu. tert. quart. et Goth. *non possint omnes*.

beneficia petentem] *Beneficia* sunt vel publica vel privata. Hic publica maxime intelligo, id est, vel magistratus urbanos, populi beneficio dari solitos, quos saepe *beneficia* Cicero vocat; (vid. post redit. ad Quir. c. 2. Cort. ad Sallust. Iug. c. LXXXIV, 3.) vel militares honores, quibus a proconsulibus et propraetoribus ad aerarium delati ornabantur. Vid. Cicer. lib. V. epist. XX, 19. pro Balbo c. 28. ibique Graev. Casaubon. ad Sueton. Tiber. c. 12. [Magis etiam in eodem genere privata, tribunatus militum, praefecturas, quibus petitionibus refertae sunt Ciceronis epistolae.]

* *beneficia petentem*] Gu. pr. *petentes*, sed idem deinde servat *commendantem*. Paullo post vero dedit *vigilantes*, et paucis interiectis *rogantes*.

petentem] Paullo ante alium casum verbo *licet* adiecit c. XVIII, 6 *Ut his ingratis esse non liceat*. Tamen, ut hic, maluit etiam lib. I. c. 26. extr. *Haec praescripta servantem licet magnifice, graviter animoseque vivere*. [Cf. nostram annot. ad Cic. in Verr. V, 18. et in gramm. §. 601.]

commendantem iudicibus et magistratibus] Huius rei exempla habes apud Cicer. lib. I. epist. IX, 58. Senec. de brevit. vit. c. 6. Plin. lib. III. epist. XX, 5. Cum Oxoniensibus mei etiam, *iudicibus, magistratibus*, sine copula.

* *commendantem*] Exc. Bedae at-

qui aut consuluntur, aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt, plurimum gratiae consequuntur, latissimeque eorum
12 manat industria. Iam illud non sunt admonendi (est enim in promtu) ut animum advertant, cum iuvare alios velint,
13 ne quos offendant. Saepe enim aut eos laedunt, quos non debent: aut eos, quos non expedit. si imprudentes, negli-
14 gentiae est: si scientes, temeritatis. Utendum etiam est excusatione adversus eos, quos invitus offendas, quacumque possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: ceterisque operis et officiis erit id, quod violatum est, compensandum.

que Eybi *commendare*, et sic adfert Corradus quaestur. p. 352.

° *iudicibus et magistratibus*] Copulam *et*, quam scripti Gu. [Bernenses] Eybus omnesque impr. veteres omittunt, Beda et Gryph. in *aut* mutant. [Sed satius est codd. obsequi, vide c. XVII, 6.] Deinde Eybus dedit *vigilare*, Corradus *invigilare*.

aut consuluntur aut defendunt] Etsi, cum vulgatis et pluribus scriptis, mei etiam *consulunt* habent: apparet tamen eos tantum sequendos, in quibus est *consuluntur*, cum iureconsulti intelligantur.

° *aut consuluntur*] Hoc tuentur Gu. duo primi. Ceteri cum Beda, Eybo, Corrado et vulg. *aut consulunt*. Statim Beda, Eybus et Corradus *rogando*.

latissimeque manat] Late spargitur, vulgatur, multorum sermone celebratur.

° *latissimeque eorum*] Gu. tert. *eorumque latissime*.

12. *animum advertant*] Sic Pal. pr. et Graev. vulgo *animadvertant*.

° *animum advertant*] Mei omnes et hic *animadvertant*, et infra c. XX, 4. *animadvertendum* exhibent. Deinde Gu. quart. *cum iuvare aliquos velint*: omnes impr. veteres *cum alios iuvare velint*.

13. *laedunt*] Heumann. in parergis crit. p. 137. *laedant* emendavit: libri vero omnes *laedunt*.

° *quos non debent*] Apud Nonium, in voc. *Expedire*, antiquus liber Gu. dedit *quos non debeant*.

° *si imprudentes*] Transponit Beda *si scientes, temeritatis: si imprudentes, negligentiae est*.

14. *Utendum etiam est*] Goth. *Utendum est etiam*, ut fere semper.

° *Utendum etiam est*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi cum Goth. *Utendum est etiam*, transposito *etiam*, quod quart. temere abiecit.

adversus eos] Vide ad lib. I. c. 11. pr.

° *quacumque possis*] Placet e Gu. pr. *possit*, ut intelligatur *fieri*, quae ellipsis Ciceroni familiaris est. Epist. ad divers. V, 19. extr. *Quare tu, si simul placebit, statim ad me venies: sin idem placebit atque eodem, nec continuo poterit*, (hoc erat in MS. Graev. et sic edidit Victor.) *omnia tibi ut nota sint faciam*. Lib. XIV, 1, 9 *Amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit*. Lib. XVI, 19, 1 *Demetrium redde nostrum, et aliud, si quid potest, boni*. Infra c. XXI, 3 *Danda est opera omnino si possit*, cet. conf. ad III, 10, 8. [*Si quid potest* (wo möglich) accipio, ut Terentianum *quantum potest* (so viel möglich), reliqua aliam explicationem habent, et h. l. *possis* certissimum est.]

ceterisque operis] Male mei libri *certisque*.

° *ceterisque operis*] Quum in omnibus editis legeretur *certisque*, locum, ut nunc editur, Anemoecius restituit, cui Gu. omnes assentiuntur.

id quod violatum est] *Id* non est in Goth. Vin. et vulg.

° *erit id, quod violatum est*] Pronomen *id* Gu. quint. impr. veteres

Sed cum in hominibus iuvandis aut mores spectari, 20
aut fortuna soleat: dictu quidem est proclive, itaque vulgo
loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non
fortunam sequi. honesta oratio est. sed quis est tandem, qui 2
inopis, et optimi viri caussae non anteponat, in opera
danda, gratiam fortunati et potentis? A quo enim expedi- 3
tior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est
voluntas nostra propensior. Sed animadvertendum est dili- 4
gentius, quae natura rerum sit. nimirum enim inops ille,
si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, ha-
bere certe potest. Commode autem, quicumque dixit, pe- 5
cuniam qui habeat, non reddidisse: qui reddiderit, non
habere: gratiam autem et qui retulerit, habere: et qui ha-

omnes etiam Grut. et Gron. invitis melioribus libris omittunt. Loco verbi *est* in Gu. quarto *fuerit erit*, in ed. Anemoec. *videbitur* reperio. Haec varietas facit, ut laudem duo primos Gu. qui plane abiiciunt verbum *est*, quod tamen in alterum corrector invexit.

compensandum] Victor. *pensandum.*

Cap. XX, 1. *dictu quidem est proclive*] Dictu est facilius, quam factu.

° *dictu quidem est proclive*] Gu. pr. quart. et quint. *dictum*. Iidem lib. I, 3, 6. et cap. XXI, 5. simili errore *factum* pro *factu* obtrudebant. Verbum *est* Gu. quart. omittit. Paullo post sec. orthographiae priscae tenax dedit *volgo.*

° *se in beneficiis*] Gu. duo postremi omnesque impr. veteres *sese.*

honesta oratio est] Verba horum hominum probanda sunt; sed ipsi ea factis refutant. Sic Terent. I. Andr. I, 114.

2. *inopis et optimi*] *Inopis, et* quidem *optimi viri*, vel *et* tamen *optimi viri*. Postea n. 8 *Inopem, probum tamen et modestum.*

fortunati] A sola fortuna, non a moribus etiam, commendati.

3. *in eum fere est*] Vitiose Goth. *vere*. Hic *fere* est, *plerumque.*

° *in eum fere est*] Gu. pr. *in eum fere,* abiecto *est:* tert. *in eo est,* omisso *fere:* impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *in eo fere est.*

4. ° *Sed animadvertendum est diligentius*] Gu. tert. *Sed animadvertendum, quae sit natura rerum, diligentius,* sine *est.*

si bonus est vir] Goth. *qui si bonus,* quae duplex est lectio. Scripsit Cicero fortasse alterum, *qui bonus est vir.*

° *referre gratiam non potest*] Gu. tert. *non possit.* Vulgatam cum ceteris servat Nonius in voc. *Inops.*

5. *Commode autem*] Apte, eleganter, scite.

quicumque dixit] Quem primum haec sententia auctorem habeat, non constat. Duobus aliis locis Cicero eam retulit, pro Plancio c. 28. et post redit. ad Q. c. 9. Recte eam interpretatur Antonius Iulianus apud Gellium lib. I. c. 4. male vero Nonius cap. IV, 122.

° *pecuniam qui habeat*] Gu. pr. sec. atque ed. Anemoec. *habet.*

° *qui reddiderit non habere*] Solo Gu. pr. excepto, scripti veteresque impr. mei omnes copulam inferciunt, *et qui reddiderit, non habere,* [non Orellii nisi Bas. et Bern. e].

° *gratiam autem et qui retulerit, habere*] Haec desunt in Gu. pr. et quarto, librariis clausularum similitudine deceptis. Ceteri Gu. omnesque impr. veteres praeferunt *gratiam autem et qui reddiderit habere.*

6 beat, retulisse. At, qui se locupletes, honoratos, beatos putant, ii ne obligari quidem beneficio volunt. quin etiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint: atque etiam a se aut postulari, aut exspectari aliquid suspicantur: patrocinio vero se usos et
7 clientes appellari, mortis instar putant. At vero ille tenuis, cum, quidquid factum sit, se spectatum, non fortunam putat,

Anemoecius tamen et Gryph. *retulerit* ediderunt.

habere, et qui habeat] Lusus est in verbo *habere*. Aliter *pecunia*, aliter *gratia habetur*. *Pecuniam qui habet* ab reliquo mutuam, *non reddit* eam, quam diu *habet;* cum vero *reddidit*, eam *habere* desinit: *gratiam* autem et is, qui *retulit, habet*, (dum gratum animum retinet) et *qui habet* (grato in bene meritos animo est) eam *retulit* et quodam modo exsolvit.

6. *hi ne obligari*] Vin. Venet. *hii ne obligari*, id est, *ii*.

° *hi ne obligari*] Gu. pr. sec. quart. et impr. Magont. *hii:* Gu. tert. *ii*, quod recepi. [*Hi* Bern. omnes.]

quamvis magnum aliquod] Quantumvis magnum. Vid. ad lib. I, 43, 5. Pro *aliquod* est *aliquid* in Vin. Rom. Venetis, Arg. pluribus etiam Aldi codd. et ita Pearcius.

° *quamvis magnum aliquod*] Hoc servat Gu. pr. [et plerique eorum, quos Orell. contulit]. At sec. quart. atque ed. Gryph. *quamvis magnum aliquid*: tert. *aliquid quamvis magnum:* omnes impr. veteres *quamvis aliquid magnum*.

atque etiam a se] Septem codd. Aldi et Graev. pr. Ven. qu. ita scriptum habent: ceteri cum vulg. *aeque etiam*, quod in glossa Vinar. exponitur *tantumdem*. Facciolatus hic a plerisque vulgatis discedit, qui ita edidit: *Quin et iam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint. Aeque enim a se aut postulari aut exspectari aliquid suspicantur*. Sic tamen ante eum et Wolfius legit. Mihi antiquior est Graeviana lectio, Lambino et Fabricio probata: ex altera retineo tantum *aut postulari*, quod *aut* in omnibus exemplaribus est, si Graevii codicem excipias.

° *atque etiam a se*] Ita Gryph. dedit. In scriptis Gu. et in impr. veteribus meis omnibus est *aeque etiam a se*. A Graevio, qui sui codicis auctoritate particulam *aut* ante verbum *postulari* expulerat, omnes, etiam mei, libri dissentiunt. Transponit Gu. quart. *aut exspectari, aut postulari*. [Bern. a b c *atque* habent, unus c *aut* omittit.]

patrocinio vero tuo] Graevius e suo codice adiecit *tuo*, quod a ceteris omnibus exclusum est. Facciolatus mallet: *patrocinio vero dici se usos et clientes appellari*. Facilior est Heumanniana correctio, *patrocinio vero se usos clientes appellari*. Particula suspectior est, quod in Goth. Vin. sex Anglic. Rom. Venetis Arg. Ald. est *aut clientes*. Heumanno Pearcius haud immerito assentitur. Vulgata tamen ita intelligi potest: *patrocinio se usos esse, aut* adeo *clientes appellari, mortis instar putant*.

° *patrocinio vero tuo*] Pronomen *tuo*, quod ab uno Graev. codice accesserat, [inventumque est in uno Bern. c] quia rectius abesse videbatur, sustuli.

° *et clientes appellari*] Scripti Gu. [et Bernenses] et impr. veteres mei omnes *aut clientes appellari*. Tamen *aut* illud in Gu. quinto a corr. adscriptum est, quum librarius coniunctionem, plane ex virorum doctorum sententia, omisisset.

7. ° *cum, quidquid factum sit*] Gu. tert. et quint. sed hic a correctore, et omnes impr. veteres *cum quid factum sit*. [Unus Bern. c *quid*.] Deinde quart. quint. et impr. veteres *sese spectatum*.

° *non fortunam putet*] Et haec,

non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, a quibus exspectat (eget enim multis) gratum se videri studet. neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Videndumque illud est, quod si 8
opulentum fortunatumque defenderis, in uno illo, aut forte in liberis eius manet gratia. sin autem inopem, probum tamen et modestum, omnes non improbi humiles (quae magna in populo multitudo est) praesidium sibi paratum vident. Quam ob rem melius apud bonos, quam apud 9
fortunatos, beneficium collocari puto. Danda omnino opera 10
est, ut omni generi satis facere possimus. sed si res in

et plura verborum praecedentium in Gu. pr. desunt. Ceteri Gu. etiam Goth. cum XV. codicibus Aldi veteribusque impr. omnibus *non fortunam putat*, quod revocandum duxi. Aldus 1561. et Wolf. *cum quid factum sit, sese spectatum, non fortunam, putans*, ediderunt. Deinde Gu. tert. *nec modo illi*: quart. *et non modo illi.*

qui est meritus] Qui beneficium dedit.

a quibus exspectat] Similia beneficia.

gratum se videri studet] Sallust. Cat. pr. *Qui sese student praestare ceteris animalibus.* Vide ibi Cort. Sic *se volunt videri* cap. XXII, 9.

neque vero] Ita Goth. Ven. qu. et Aldus: *neque enim* Vin. Rom. Ven. tres, Arg. quatuor Aldi codd. In Facciol. cod. utraque particula omissa, scriptum fuit, *neque verbis auget:* hoc ille praeposuit. * Gu. quart. *nec modo*: impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *neque enim.*

sed etiam extenuat] *Etiam* deest in Vin. Rom. Venetis, Arg. * Particulam *etiam*, quam omnes impr. veteres ignorant, tuentur scripti Gu. Pro *extenuat* tert. dedit *attenuat.*

8. *Videndumque illud est quod*] De hac constructione vid. ad lib. I. c. 12. pr. Facciol. *videndum et illud est.* * Gu. tert. *Videndum est illud, quod:* quart. *Videndum etiam illud est, quod:* impr. veteres alii *Videndumque illud, quod,* alii *Videndumque illud idem, quod.* Paullo post Gu. quart. *fortunatumque defendis.*

in uno illo aut forte in liberis eius manet gratia] Unus ille, aut summum eius liberi se gratos praestant. Goth. Vin. Rom. et Venetae: *in illo uno aut in liberis forte eius.*

* *in uno illo*] Graevio hunc ordinem verborum e suo et ex Aldi codicibus praeferenti assentiuntur Gu. quatuor et Gryph. At Gu. quint. et vulg. *in illo uno.*

* *aut forte in liberis*] Gu. quint. et impr. Magont. *aut in liberis forte,* transposito *forte,* quod incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. omittunt. [Unus Bern. c *aut si forte,* quod recepit Orell.] Deinde Gu. tert. *eius remanet gratia.*

* *sin autem inopem*] Gu. tert. *Sin humilem:* quart. *Si autem inopem.*

probum tamen et modestum] Latini *probum* dicunt, qui modum in rebus servat, *improbum* qui modum transit. Hinc *probus* est modestus, *improbus* impudens, insatiabilis. Hanc significationem lexicis ignotam esse dicit Pearcius: adnotatam tamen video a Pareo in lexic. critic. et a Cerda ad Virgil. IV. Aen. 412.

* *sibi paratum*] Gu. pr. *sibi in eum paratum:* tert. *sibi omnes in eo paratum.*

9. * *melius apud bonos*] Gu. quart. *apud bonos melius.* In fine periodi tert. verbum *puto* omittit.

10. * *Danda omnino opera est*] Gu. tert. *Danda tamen opera est:* quart. *Danda igitur opera est*: exc.

contentionem veniet, nimirum Themistocles est auctor adhibendus; qui cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret: Ego vero, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quae viro.
11 Sed corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum: quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum
12 pertinet? Illum fortasse adiuvat, qui habet: ne id quidem semper: sed fac iuvare; utentior sane sit; honestior vero

Bedae atque Eybi *Danda tamen omnino opera est.*

si res in contentionem veniet] Si duo inter se erunt comparandi, et uter praeferendus sit, quaeretur.

° *si res in contentionem veniet*] Hoc libri meliores et Beda confirmant. Ab his non multum recedit scriptura Gu. quarti *venient.* At Gu. tert. atque Eybus *venerit* substituunt. Ita grammatici male seduli Ciceronis orationem ad suum Latinitatis sensum corrigere iam tum solebant. Quod Cicero dixit *si veniet,* perinde est, ac si dixisset *quoties veniet.* Loquutus est hoc loco non aliter, quam de invent. I, 32. *Si negabitur, aut ostendenda est similitudo earum rerum, quae ante concessae sunt, aut alia utendum inductione. Si concedetur, concludenda est argumentatio. Si tacebitur, aut elicienda est responsio, aut* cet. Supra I, 15, 4 *Sin erunt merita - - - maior quaedam cura adhibenda est.* Sic saepe alibi.

Themistocles est autor adhibendus] Themistoclis iudicium est sequendum. Valer. Max. lib. VII. c. 2. extr. 9 *Unicae filiae pater Themistoclem consulebat, utrum eam pauperi, sed ornato, an locupleti, sed parum probato collocaret. Cui is, malo, inquit, virum pecunia, quam pecuniam viro, indigentem.* Plutarch. in Themist. p. 121. *Τῶν μνωμένων αὐτοῦ τὴν θυγατέρα τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου προκρίνας, ἔφη, ζητεῖν ἄνδρα χρημάτων δεόμενον μᾶλλον, ἢ χρήματα ἀνδρός. Ex illis, qui filiae suae nuptias ambirent, cum probum praetulisset pecunioso, ait, virum se quaerere potius, qui pecunia egeret, quam pecuniam, quae viro.* Iisdem fere verbis id Themistoclis dictum refertur a Plutarcho in apophthegm. p. 185. Cum Cicerone Valerio Maximo magis convenit, quam Plutarcho. Illi enim, quid Themistocles ei responderit, narrant, a quo consuleretur, non quid ipse fecerit.

° *Themistocles est autor adhibendus*] Gu. quart. *est Themistocles auctor adh.*

cum consuleretur utrum] Cum unicae filiae pater eum consuleret, utri ex duobus filiam rectius collocari putaret. *Utrum collocaret* est, collocare deberet. Cornel. Nep. Eum. cap. 6 *Ad hunc Olympias cum litteras et nuntios misisset consultum, utrum repetitum Macedoniam veniret,* (venire melius esset) *et eas res occuparet.* Celsus lib. II, c. 15. extr. *Quemadmodum sani, neque firmi homines se gererent, praecepimus.* Ita enim ante Almeloven. corruptionem lectum est.

an minus probato] Vin. cum Rom. et ceteris vulg. *aut minus:* quibus auctoribus, non Cicerone, vulgus *utrum, aut* recte dici putat, et id in Plinii quoque panegyrico c. 84. aliqui tolerant. Sed vide append. meam ad Cellarii cur. post. p. 393.

° *an minus*] Perperam Gu. quart. quint. impr. Magont. Venet. 1498. et Lips. uterque *aut minus.*

° *Ego vero, inquit*] Particulam *vero*, quam impr. veteres omnes omittunt, una cum verbo *inquit* Gu. pr. excludit.

11 *quid ad unumquemque nostrum pertinet*] Quid divitiarum alienarum magnitudo ad nos pertinet? quid ea momenti habet in ferendo de hominum dignitate iudicio?

12. *utentior sane sit*] Haec scriptura aliquot codicum est aetate fere

quo modo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediant 13
divitiae, quo minus iuvetur, modo ne adiuvent: sitque omne
iudicium, non quam locuples, sed qualis quisque sit. Ex- 14
tremum autem praeceptum in beneficiis, operaque danda

principum, quos Langius, Lambinus, Gruterus, Graevius et Pearcius inspectos habuerunt. Nam et in tribus regiis Angl. ita legitur. Hoc Graevio elegans videtur, quod *uti* sit, sustinere impendia, se tueri, sustentare: quod et Gronovius satis probavit lib. II. de pecun. vet. c. 7. An vero *utentior* sit, qui plus impendit in cultum vitae, qui pluribus utitur ad vitam tuendam, quique maiores sumtus in se tuendo facit, non pauci sunt qui dubitant. Itaque Lambinus, qui in uno et altero codice pro eo *opulentior* reperit, non dubitavit, quin hoc verius, alterumque ex hoc truncato factum esset, atque ita plane cum Fabricio edidit: nec aliter legendum censet Heumannus. Plerique vero codices alii, in quibus et Goth. Vin. omnes Oxon. duo Londin. edit. Magont. Rom. Venetae, Victor. Manut. *potentior,* quod Facciolato et Pearcio praeeunte revoco. Nam quid efficiant divitiae, dicere vult Cicero, qui concedit eas aliquando iuvare. *Fac,* inquit, *iuvare.* Hinc fit, ut *potentior sit,* (non *utentior*) ut plus tibi et prodesse et obesse possit, non, ut *honestior.* Facilius tamen Lambinianam lectionem admitterem, nisi in paucissimis ea membranis esset.

* *utentior*] Hoc est in Gu. pr. et sec. [et Bern. a b c d.] Ceteri cum veteribus impr. omnibus *potentior.* Meliorum codicum scripturam, Turnebo, Grutero, Graevio Ernestoque probatam, non audeo repudiare. Est autem *utentior,* qui pleniore pecunia fruitur, ex eaque plus impendit, et sumtus maiores facit. Hac significatione verbi *utor* dixit Cicero Lael. VI, 9 *Denique ceterae res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus fere singulis: divitiae, ut utare: opes, ut colare: honores, ut laudere:* cet. Sallust. Catil. XVI, 4 *Sullani milites, largius suo usi.* Vid. ibi Cort. Horat. I. epist. 7, 57 *Et properare loco, et cessare; et quaerere, et uti.* Rutil. Lup. de fig. sent. et eloc. I, 5 *Proculeius cum filium suum moneret et hortaretur, audacter ex bonis ipsius sumtum faceret, quas in res vellet atque opus esset: nec tum denique speraret libertatem licentiamque utendi futuram, cum pater discessisset, cui vivo patre promisce omnia licerent.*

13. *ne impediant divitiae*] Ideo bonus vir non debet negligi, quod dives est: sed non ob id unum iuvandus est, quod plerisque aliis praestat opibus.

* *ne impediant divitiae*] Id est, concedi fortasse queat, divitias impedire non debere, quo minus iuvetur. De usu particulae *ne* in concessionibus vide Schwartzium ad Tursell. et Dukerum ad Liv. XXXI, 7, 8.

modo ne adiuvent] His verbis obelum adponit Heumannus.

* *modo ne adiuvent*] Sine caussa haec damnat Heumannus. Quemadmodum *modo ut* pro dummodo, ita *modo ne* pro dummodo non, eleganter dicitur. Acad. quaest. IV, 43 *Modo ne quis illud tam ineruditum absurdumque respondeat.* Lael. XVII, 1 *Modo ne summa turpitudo sequatur.* Ad divers. ep. VII, 1. princ. *Modo ut tibi constiterit fructus otii tui.* Vide ad h. l. Manutium, adde Tursellinum Schwartziumque de partic. et quae nos attulimus supra ad I, 25, 13.

sitque omne iudicium] Id tantum consideretur, qui mores cuiusque, non quae divitiae sint.

14. *in beneficiis operaque danda*] In beneficiis, quae ex opera danda constant, extremo loco praecipiendum est, ne amicum iniuste facientem adiuves aut defendas. Pearcius vulgatam lectionem corruptam putat, coniicitque: *In beneficiis opera danda est.* ‚Minus hoc simile videtur Ciceronianis.'

* *operaque danda est*] Verbum *est* tollunt Gu. et Oxon. MSS. omnes, Nonius in voc. *Contendere,* Eybus

est,. ne quid contra aequitatem contendas, ne quid pro in-
iuria. Fundamentum enim perpetuae commendationis et fa-
mae est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile.
21 Sed quoniam de eo genere beneficiorum dictum est,
quae ad singulos spectant: deinceps de iis, quae ad uni-
versos, quaeque ad rem publicam pertinent, disputandum
2 est. Eorum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad
universos civis pertineant, partim singulos ut attingant, quae
3 sunt etiam gratiora. Danda opera est omnino, si possit,
utrisque, nec minus, ut etiam singulis consulatur: sed ita,
4 ut ea res aut prosit, aut certe ne obsit rei publicae. C.

et impr. Magont. [Itemque Bernenses et Bas. Quapropter non morandum, quin abiicias.]

ne quid per iniuriam] Ita Graevius in prima edidit, ante eum Aldus, et ante Aldum Veneti in quibusdam exemplaribus. Nam cetera, et priora maxime, cum Magont. Rom. Victor. et plerisque MSS. in quibus decem Anglic. Goth. et Vin. habent *pro iniuria,* quod et Graevius in posteriore restituit, et Pearcius vindicavit.

* *per iniuriam*] Omnes Gu. et impr. veteres *pro iniuria.*

* *Fundamentum enim*] Gu. [et Orelliani] omnes, decem Ald. impr. Magont. Rom. et Wolf. *Fundamentum enim est*: tres Aldi atque Eybus *Fundamentum est enim.* Similiter trepidabant supra I, 7, 6.

Cap. XXI, 1. *quae ad singulos spectant*] Quae a singulis, a privatis proficiscuntur.

* *deinceps de iis*] Plerique *de his,* quidam *de hiis.* Gu. tert. pronomen una cum praepositione omittit.

ad universos] Quae a magistratibus, qui personam civitatis sustinent, exspectari possunt.

2. *Eorum autem ipsorum partim*] Aliqua. Vide ad Corn. Nep. Attic. c. VII, 2.

* *eiusmodi*] Gu. sec. *huiusmodi*: tert. *huiuscemodi.*

pertineant] Conferantur in universos, in totam civitatem, ita tamen, ut singuli nihil inde ferant. Ut si quis agris, viris, vectigalibus imperium augeat.

singulos ut attingant] Non paucos, sed omnes, ita ut *singuli* eorum beneficiorum participes fiant: quod fit in frumentariis largitionibus, congiariis, viscerationibus. Atque haec gratiora esse dicit.

* *etiam gratiora*] Coniunctio a Gu. sec. abest. Pro *gratiora* quart. dedit *graviora.*

3. * *Danda est opera omnino*] Gu. pr. sec. et quart. *Danda opera est omnino*, quod praetuli: tert. *Danda opera omnino est.*

si possit utrisque, nec minus] Quinque haec verba eiicienda esse dicit Heumannus: Facciolatus pro *utrisque* substituit *universis,* et reliqua etiam transponenda censet ita: *danda est opera omnino, ut universis, nec minus, ut etiam singulis, si possit, consulatur.* Tolerabilis mihi videtur vulgata. Danda, inquit, est opera, *ut utrisque consulatur,* (hoc enim verbum cum *utrisque* copulandum est) universis scilicet et singulis. Primam curam esse vult, ut universis pariter ac singulis, si id fieri possit, consulatur: non minus tamen, ut et singulis subveniatur separatim, cum imperium non augetur.

* *si possit, utrisque*] Gu. quart. *etiam si possit utrisque.* Lambin. *si possit, ut utrisque.* Hier. Wolfius coniiciebat *si possit, ut rei publicae.*

* *ut etiam singulis*] Gu. tert. *etiam ut sing.* Idem postea *Sed ea res ita fiat, ut aut prosit.*

aut certe non obsit] Goth. Vin. Oxonienses, Rom. Venetae, Arg.

Gracchi frumentaria magna largitio; exhauriebat igitur aerarium: modica M. Octavii, et rei publicae tolerabilis, et plebi necessaria. ergo et civibus, et rei publicae salutaris. In 5
primis autem videndum erit ei, qui rem publicam administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice deminutio fiat. Perniciose enim Philippus in tri- 6
bunatu, cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, et in eo vehementer se moderatum praebuit: sed cum in agendo multa populariter, tum illud male,

Pearc. *aut certe ne obsit*, optime. *Ut ne* Ciceroni perfamiliare est.

* *non obsit*] Hoc est in Gu. sec. quart. et a correctore in quinto. Reliqui mei [et Bern. omnes] omnesque impr. veteres *ne obsit*, quod cum Iunta et Langio retinendum censebat Iac. Gronovius. Ita epist. ad divers. XIII, 8 *Ego te plane rogo, - - - ut Albinio parcas, praedia Laberiana ne attingas.*

4. *C. Gracchi frumentaria magna largitio*] Rom. et Ven. pr. *C. Elii et P. Gracchi frumentaria magna largitio*: in ceteris Venetis et Arg. *C. Helii et P. Gracchi.*

* *C. Gracchi*] Gu. sec. *G. Gracci*: quart. et impr. Magont. *Celii Gracci*: incert. *Celii Gracchi*: Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *C. Helii et P. Gracchi*: Gryph. *T. Gracchi.*

frumentaria largitio] Sempronia C. Gracchi tribunicia lex de frumento, pauperibus semissibus et trientibus distribuendo, iubebat, ut frumentum publice emeretur, singulisque mensibus per singulas tribus vilissimo pretio plebi divideretur: eratque locus Romae constitutus, in quo frumentum publicum asservabatur una cum legibus frumentariis, qui dicebatur *horrea Sempronia.* P. MANUT. Auctores huius rei sunt Livii epit LX. Appian. Alex. lib. I. civ. p. 617. seq. Amstelod. Cicer. pro Sext. c. 48.

* *magna largitio*] Transponit Gu. tert. *largitio magna.* Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *magna largitio fuit.*

* *exhauriebat igitur*] Gu. pr. duo Aldi et Gryph. omittunt *igitur.*

modica M. Octavii] Fuit is Tib. Gracchi in tribunatu collega, frumentariae eius largitioni adversarius: [alius est ab illo collega Tib. Gracchi, nam frumentaria lex, quam abrogavit, auctore Cic. in l. l. est Gaii Gracchi, non Tib. cuius est agraria, non frumentaria. Trib. plebis fuit a. 634 u. c. 120 a. Chr. nat.] quam tamen non totam sustulit, sed tantum moderatus est, ut maius pretium in singulos modios statueret; minoris tamen, quam emtum esset, esurienti populo venderet. De Octavio vid. Cicer. in Brut. c. 62.

* *M. Octavii*] Gu. pr. *M. Octavi etiam reip.* Postea impr. Lips. 1513. *et plebei.*

plebi necessaria] In magna annonae caritate.

5. *publice deminutio fiat*] Ne publica auctoritate pauperiores fiant privati, et civium facultates exaequentur.

* *deminutio*] Omnes Gu. et impr. veteres *diminutio.*

6. *Philippus*] L. Marcius Philippus, trib. pl. a. DCXLIX. de quo ad c. XVII, 6. et lib. III, 22, 6.

cum legem agrariam ferret] Ferret, sed non perferret Rogationem quidem ad populum tulit: ea vero accepta non est.

antiquari] Reiici, suffragiis populi repudiari.

* *quam tamen antiquari*] Ordine mutato Gu. pr. *quam antiquari tamen.*

* *et in eo vehementer*] Copulam tollunt impr. Venet. 1498. Anemoec. et Nonius in voc. *Antiquari.*

sed cum] Quae vis sit huius coniunctionis post parenthesin, dixi ad lib. I. c. 1, 3.

non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent.
7 Capitalis oratio, et ad aequationem bonorum pertinens: qua
8 peste quae potest esse maior? Hanc enim ob caussam maxime, ut sua tenerent, res publicae civitatesque constitutae sunt.
9 Nam etsi duce natura congregabantur homines, tamen spe custodiae rerum suarum urbium praesidia quaerebant.
10 Danda etiam opera est, ne, quod apud maiores nostros saepe fiebat, propter aerarii tenuitatem assiduitatem-

° *tum illud male*] Perperam veteres impr. addunt *dixit*.

° *duo millia*] In maximo consensu et librorum, et monumentorum veterum, scripsi *milia*, uno *L*. Grammaticorum priscorum testimoniis nunc addo Plinii auctoritatem e Pompeii commento artis Donati, ubi haec disputantur: *Quaesitum est hoc ipsum, utrum* MILLE *diceremus, an* MILE? *id est, utrum per geminum L, an per unum? Sed Plinius Secundus in libris dubii sermonis ita expressit.* MILLE non debemus aliter dicere, nisi per geminum L. *Et quid facimus de numero plurali? Quomodo habemus dicere, dicit:* In numero plurali unum L ponere debemus et dicere MILIA, ut est *Milia multa dare leto*. Haec ex antiquissimo Pompeii codice Guelpherbytano. Cellarium, qui in orthogr. Lat. *millia* per duplex L ex Ancyrano monumento tuetur, fefellerunt negligenter exscriptae schedae Busbequii. In marmore, quod Augusti gesta narrat, ubique MILIA per simplex L scriptum esse, ex emendatioribus apographis hodie constat.

qui rem haberent] Quibus ad honeste vivendum satis esset, qui ex sua re familiari se suosque alere possent.

7. *Capitalis oratio*] Goth. Vinar. et Rom. addit *est*, quo carere possumus. *Capitalis* dicitur, quod perniciosa erat civitati, cum nihil aliud spectaret, quam bonorum aequationem. Hoc enim volebat intelligi, paucos esse divites: ceteram multitudinem inopia laborare, ideoque viam aliquam ineundam esse. qua tenuioribus consuleretur; eripienda aliis esse, quae his darentur. Eadem res iam antea saepe tentata fuerat. Vid. Varron. lib. I. rei rust. c. II, 9. et quos ibi nominant docti interpretes.

° *Capitalis oratio, et ad*] A Guelph. tert. abest copula, quam ceteri Gu. et omnes impr. veteres in *est* mutant. Lambinus *Capitalis omnino oratio, et ad:* Aldus et Wolfius *Capitalis omnino oratio est ad.* Sed adverbium *omnino*, quod in XV. suis non reperiebat Aldus, neque in Guelpherbytanis, nec in impr. veteribus conspicitur. Ortum videtur e compendio scripturae *oro*, quo vocabulum *oratio* quum alibi, tum in ed. Magont. exprimitur.

et ad aequationem] *Et* deest in aliquot Oxon. Goth. Rom. Ven. et aliis, haud male.

8. *ut sua tenerent*] Ita Graev. e Palatin et suo: *sua tuerentur* Vin. Aldi quatuor, Venetae, Arg. *tenerentur* Goth. quatuor Oxon. quinque Londin. ed. Aldi, Grut. Pearcii. *Sua* Ciceroni saepe *propria* significare, observatum est ad lib. I. c. 7 et 31.

° *ut sua tenerent*] Ita iam Ancmoecius ediderat. Gu. pr. et a correctore quart. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *ut sua tuerentur:* ceteri Gu. et Gryph. *ut sua tenerentur.* [Orellianorum librorum Bern. a d *tenerentur*, b *teneretur*, c e cum Bas. *tenerent*: apparet, opinor, auctoritatis plurimum pro veteri scriptura *tuerentur* esse.]

9. *duce natura congregabantur homines*] Vid. lib. I. offic. c. XLIV, 7. Lael. c. 8.

° *congregabantur homines*] Exc. Bedae atque Eybi *homines congregabantur.*

° *praesidia*] Gu. pr. hoc vocabulum, quod sec. plane omittit, mutat in *praesidium.*

10. *aerarii tenuitatem*] Inopiam.

que bellorum, tributum sit conferendum: idque ne eveniat, multo ante erit providendum. Sin quae necessitas huius 11 muneris alicui rei publicae obvenerit (malo enim, quam nostrae ominari; neque tantum de nostra, sed de omni re publica disputo) danda erit opera, ut omnes intelligant, si salvi esse velint, necessitati esse parendum. Atque etiam 12 omnes, qui rem publicam gubernabunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quae sunt necessariae. quarum 13

Exigua enim primis temporibus erant imperii vectigalia.

11. *Sin quae necessitas*] Ita quatuor Manut. codd. Lang. Fabric. Graev. e suis libris: nostri *si qua.*

° *Sin quae necessitas.*] Ita Gu. pr. [Bern. a b c] et Gryphius: ceteri *Sin qua.*

necessitas huius muneris] Facciol. legendum esse dicit *huius generis*: quod cur fieri debeat, mihi quidem non apparet. Nam *munera* sunt onera, quae civibus imperantur: quae et *munia* dicuntur, unde *municipes,* qui ea onera sustinent, et *immunes,* qui his ferendis carent. Cicero agrar. II. contra Rull. c. 17 *Imperabitur aliquid muneris*: *non recusabunt.* Vide Bynkershoek. observ. iur. Rom. lib. VIII. c. 11.

malo enim, quam nostrae, ominari] Etsi non unius codicis haec scriptura est, insolentior tamen ellipsis est, quam ut ad Ciceronem auctorem referri debeat. Dicunt enim, illum subintellexisse *alicui reipubl.* Ita non solet in suis scriptis reliquis. Mihi non dubium est, quin aliqua vox exciderit, qualis est *alii* vel *alteri* post *malo*, quae ab aliis ex coniectura suppleta est. Nam *alii* Lambinus etiam desiderabat, estque illud in Aldinis aliquot, tribus Fabric. nonnullis Oxon. Contra *alteri* exstat in Vin. Rom. Venetis, Argent. itemque in quatuor Aldinis, aliquot Oxon. et Londin. idque Pearcius in suum locum reposuit: qui tamen in addendis *alicui* interpretatur *alii cui,* ut lib. I. c. VII, 8 *aliqua perturbatione* pro *alia qua,* et ita *alteri* vel *alii* abesse posse concedit.

° *malo enim, quam nostrae ominari*] Ita meliores etiam mei. Sententia requirebat, *Malo enim ita dicere, quam dicere, nostrae reip. obvenerit.* Sed quia sic quoque imperio R male ominatus esset, dixit, quod idem significaret, *malo enim, quam nostrae ominari.* Glossatorum commenta sunt: *alienae,* quod in Gu. sec. corrector adscripserat [et est in Bern. c]; *alii,* quod Gu. tert. et quartus [Bern. a et Bas.]; *alteri,* quod [Bern. e] omnes impr. veteres exhibent.

neque tamen de nostra] *Neque tantum* sex Manut. tres Oxon. Venetae, Arg. Victor. Pearc. Facciol.

° *neque tamen de nostra*] E Gu. tert. et impr. Lugd. 1527. multisque aliorum libris post Pearcium et Facciolatum *neque tantum* edidi. Videntur haec cum praegressis ita cohaerere: Neque difficile fuit evitare omen illud infaustum, quod haec mea disputatio non ad nostram remp. tantum, sed generatim ad omnes civitates pertinet. Gu. quart. *non tamen de nostra:* impr. Rom. Venet. 1498. et uterque Lips. *neque enim tantum.* [*Tamen,* quod in Bern. omnibus legitur, verissimum est: dicit enim non opus esse ea deprecatione, quia disputatio suscepta sit non de Romana re publica, sed in universum de omni re publica.]

de omni republ.] De universa republ. de toto genere, ut supra cap. XIII, 8.

° *sed de omni*] Non male in Goth. coniunctio omittitur.

12. ° *gubernabunt*] Gu. tert. et a manu prima quint. *gubernant.*

quae sunt necessariae.] In quibus princeps locus est annonae.

° *necessariae*] Haud inepte Gu. pr. *necessaria.* Vide supra ad c. IV, 3 et Drakenb. ad Liv. XXXII, 29, 5. Quia vero sequitur *quarum,* praestat

qualis comparatio fieri soleat, et debeat, non est necesse disputare. est enim in promtu: tantum locus attingendus
14 fuit. Caput autem est in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritiae pellatur etiam minima suspicio.
15 Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora me fortuna reservasset, et tum essem natus, si quando Romani dona accipere coepissent! *non essem passus diutius eos*
16 *imperare.* Nae illi multa saecula exspectanda fuerunt.

vulgata. [Gravius est quod Bern. c addit *ad victum,* et verum puto, quod aliae res multae necessariae sunt, quarum curam magistratus non gerunt.]

13. *comparatio*] Quo modo comparentur. Male Vin. Rom. Ven. pr. *operatio,* Ven. sec. alii *apparatio.*

° *quarum qualis comparatio*] Transponit Gu. sec. *quarum comparatio qualis*: impr. Magont. et Rom. *quarum qualis operatio*: Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *apparatio.*

° *soleat et debeat*] Gu. pr. et sec. [Bern. d cum Bas.] *debeat et soleat.*

° *tantum locus*] Gu. sec. *tantum autem locus*: quart. *tamen locus.*

14. *Caput autem est*] Praecipuum munus, primaria cura esse debet. Lael. c XIII, 3 *Caput esse ad beate vivendum securitatem.*

15. *C. Pontius*] C. Pontius Herennius, Samnitium imperator, qui Romanos ad furcas Caudinas sub iugum misit, ipse postea captus, in triumpho ductus et securi percussus. Vide de Senect. c. XII, 9. Liv. lib. IX, 2 et lib. XI. epit. Flor. lib. I. c. 16. Haec vero dixit Pontius, cum M' Curius aurum a Samnitibus sibi oblatum respuit. Vide Valer. Max. lib. IV, 3, 5. Plutarch. apophth. p. 194. [Hoc vero non est credibile, quoniam Curius biennio post supplicium Pontii cos. fuit et Imperator. Dictum illud a M. Catone expositum vel si mavis compositum puto in Originibus.]

me fortuna reservavisset] Goth. et septem Aldi *reservasset,* ut Facciol. ceteri mei *servasset.*

° *me fortuna reservavisset*] Ita cum Graevio Gu. quart. At impr. incert. *me fortuna servasset.* Ceteri impr. veteres *fortuna me servasset.* E Gu. pr. sec. tert. et quint. *me fortuna reservasset* edidi, quod ex aliis libris iam restituerant Anemoec. et Gronov. [Miror Bern. a b c habere *reservavisset,* d e tantum *reservasset*]

° *et tum*] Omnes impr. veteres cum Gu. quarto *et tunc.*

si quando] Hoc in uno Graevii cod. fuit: in ceteris *si* deest, quod tamen abesse commode non potest. In Goth. lego, *natus qm̄. Romani,* quod alia manu mutatum est *qn̄.* id est, *quando.* Illud quidem *quoniam* significat, sed ex *quum* fortasse factum est.

° *si quando*] Conditionalis particula, quae unico Graevii codici debetur, etiam a meis libris omnibus abest. [Et non intelligo cur non abesse possit.] Postea Gu. tert. *eos diutius imperare,* transposito *eos,* quod quart. plane ignorat.

16. *Nae illi multa saecula exspectanda fuerunt.*] Goth. *nec illis multa saecula exspectanda fuerunt*: Vin. Rom. *ne illi quidem multa.* Vulgata lectione nihil adhuc melius repertum. Multa utique saecula Pontio exspectanda fuisse dicit, si ea demum aetate vivere voluisset, qua Romani dona accipere coepissent. A Pontii vero morte, quae incidit in a CDLXII. ad Hirtium et Pansam coss. ante quem annum haec Cicero scripsit, sunt anni CCXXXVII. Si iam ante annos CX. prima de repetundis lex lata est: anni quidem non CXXVII. inter Pontium et illam latam interfuerunt; sed *saecula* non intelliguntur magis centum ac plurium annorum, quam aetates hominum, quae XXX. circiter annis constant. Vide Censorin. de natali die cap. 17. pr.

° *Nae illi*] In libris antiquis *ne* scribitur. Huius scripturae sensus ambiguus efficit, ut in Gu. tert. quart.

modo enim hoc malum in hanc rem publicam invasit. Itaque facile patior, tum potius Pontium fuisse, si quidem in illo tantum fuit. Nondum centum et decem anni sunt, 17
cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, et proximae quaeque duriores: tot rei, tot damnati, tantum Italicum bellum propter iudiciorum metum excitatum: tanta, sublatis legibus et iudiciis, expilatio direptioque sociorum, ut imbecillitate aliorum, non nostra virtute valeamus.

Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abstinens. 22

quint. et in impr. veteribus prope omnibus perperam legatur *ne illi quidem,* in Lips. 1513. *nec illi quidem,* in Gryph. *nec illi.*

modo enim] Ab annis non ita multis, centum circiter ac paucioribus.

° *modo enim*] Quemadmodum hic *modo* de annis circiter centum, ita alibi *mox, nuper, proxime,* de tempore non admodum brevi sunt accipienda. Vid. Oudendorpius ad Sueton. Aug. c. 7. princ.

° *in hanc remp.*] Gu. quart. *in rep. hac.*

° *tum potius*] Omnes impr. veteres [et unus Berns. e] *tunc potius.*

° *si quidem in illo tantum fuit roboris*] Inutile glossatoris supplementum mihi videbatur vox *roboris.* Hanc, quia Graevius testatur ab optimo suo codice abesse, [ut abest a Bern. c] resecui. [Causa nondum mihi quidem satis videtur esse probata. Si absit *roboris,* explicarim *in illo* esse pro eo quod est *in ea re,* nimirum, ut dona accipiant Romani. *Tantum roboris* est tanta, tamque pertinax virtus, quanta fuisse traditur.] Sententia est, *si quidem in illo,* quod Pontius tum vixit, *tantum fuit,* ut in ea re populi R. imperium verteretur. Cic. lib. II. ad divers. ep. 8 *In eo mihi sunt omnia.* Lib. VI. ep. 10 *Quae sunt in fortuna, temporibus regentur.* Q. Cic. de petit. cons. c. 1. extr. *Perfice, ut sciant, quantum in his putes esse.* Curt. VII, 7, 27 *Quantum in uno te sit, scio.*

17. *Nondum centum et decem anni sunt*] L Pisonis Frugi tribunatus incidit in a. IↃCIV. Cicero haec scripsit a. IↃCCVIX. [Varr. 605 et 710.] Ergo vix anni CV. intersunt. Vide de tribunatu Pisonis Cicer. in Brut. c. 27. idque confer cum cap. 15. lib. III. in Verr. c. 84. lib. IV. c. 25. In Vin. est *decem et centum.*

de pecuniis repetundis lex] Quae ab auctore, L. Calpurnio Pisone, *Lex Calpurnia* dicta est.

° *lata est lex*] Praetuli *lata lex est* e Gu. pr. et sec. [Bern. a b d.] Male tert. *data est lex.*

Italicum bellum] Quod et *sociale* dicitur: de quo Flor. lib. III, c. 18. Liv. epit. 71. Id excitatum esse ab iis significat, qui repetundarum iudicia metuerent. Liviis enim legibus causam dicere iubebantur, qui corruptelae munerum suspecti essent. Iis vero legibus senatus resistebat, et ab equitibus ad se transferre iudicia parabat.

iudiciorum metum] Goth. *metus.*

sublatis legibus] Sullae primum, tum Iulii Caesaris dictatura.

° *expilatio*] Gu. tert. *aerari expilatio.* Frustra. Conf. infra III, 8, 5.

imbecillitate aliorum] Quia nemo est, qui Romanos vincere audeat, qui nunc quidem facile vinci possent.

° *aliorum, non nostra*] Gu. pr. quint. impr. Magont. et uterque Lips. *aliorum, non in nostra:* Gu. tert. *aliorum magis, quam nostra:* quart. *aliorum animorum, non nostra.*

Cap. XXII. 1. *Africanum*] Scipionem Africanum minorem, cui Panaetius familiaris fuit, et in pluribus expeditionibus comes haesit.

abstinens] Quod continuerit manus ab alienis, nihil aliis eripuerit, munera non acceperit.

Quid ni laudet? sed in illo alia maiora. Laus abstinentiae,
2 non hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus Paullus tantum in aerarium pecuniae invexit, ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum. at hic nihil domum suam

* *quod fuerit abstinens*] Placet ex optimo meorum Gu. sec. *quod fuerat abstinens.* Repudiaverunt hanc scripturam homines, quibus falso persuasum erat, post *quod* coniunctivum requiri. In Verr. IV, 17 *Non tibi obiicio, quod hominem, dignissimum tuis moribus spoliasti.* [At temporis ratio habenda.]

* *Quidni laudet?*] Male Gu. pr. quart. et omnes impr. veteres *quidni laudetur?* Goth. *quidni laudem?* Deinde Gu. quart. *sed in illo tempore et alia maiora.*

alia maiora.] *Alia* non est in Vinar.

Laus abstinentiae] *Laus enim abstinentiae* Rom. Venetae, Arg. Lamb. Fabric. Pearc.

* *Laus abstinentiae*] Hoc solus inter meos servat Gu tert. Nam ceteri Gu. cum Goth. impr. Magont. et incert. corruperunt *laus sapientiae:* impr. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Gryph. *Laus enim abstinentiae.*

* *non hominis est solum, sed etiam temporum illorum.*] Sic in Verr. I, 21 *Ita enim tum aequabiliter omnes erant huiusmodi, ut haec laus eximiae virtutis et innocentiae non solum hominum, verum etiam temporum illorum esse videatur.* Paucioribus verbis defungitur infra III, 31, 2 *Ista laus non est hominis, sed temporum.*

* *temporum illorum*] Quibus omnes erant abstinentes, nec aliena quisquam corripiebat. Non propria igitur Africani haec laus fuit, sed communis cum omnibus, quos illa aetas tulit.

* 2. *Macedonum gaza*] Quam describit Plutarchus in Aemilio Paullo p. 272. Vellei. Pat. lib. I, c. 9 *bis millies centies HS.* aerario eo triumpho collatum scribit, id est, centies et quinquies centena millia florenorum, vel, ut vulgus loquitur, *decem milliones et quingenta millia florenorum,* vel paullo minus.

Paullus] L. Aemilius Paullus, Africani minoris pater naturalis.

* *potitus est Paullus*] Gu. pr. excludit verbum *est.* Quia mihi vix dubium videbatur, quin a glossatore accesserit, sustuli.

tantam in aerarium pecuniam] Sic Graev. e suo et Palat. cod. alii, ut nostri, *tantum in aerarium pecuniae.*

* *tantam in aerarium pecuniam*] Hanc antiquiorum codicum scripturam non mutem, quamvis in omnibus Gu. et impr. veteribus legatur *tantum in aerarium pecuniae,* sive quod est in Gu. tert. *tantumque pecuniae in aerarium.* Hic etiam postea *ut unius hominis praeda.*

finem attulerit tributorum.] Plutarchus in Aemilio Paullo p. 275 *Tantum pecuniae in aerarium intulit, ut populus usque ad Hirtii et Pansae consulatum tributum conferre necesse non habuerit.* Cicero vero haec scripsit proximo ante eorum consulatum anno.

at hic nihil domum suam] Ordo verborum auctorem habet Graevium, ac potius priorem eius et Palatinos codd. Vulgati, *at hic nihil in domum suam intulit praeter memoriam nominis sempiternam.* Ab iisdem codd. est *detulit,* pro quo nostri et vulgati libri *intulit,* unus Aldi *attulit,* Oxon. *retulit.* Non discedo tamen a Graevio, quod ex Macedonia domum suam *nihil detulisse* dicitur. Aliis locis facilius admitterem *intulit;* vel *retulit,* ut apud Cornel. Nepot. Timoth. c. 1 ubi Graevius *detulit* praefert.

* *at hic nihil domum suam*] Gu. pr. sec. [Bern a b d e] Goth. impr. Magont. *at hic nihil domum suam intulit*: tert. *at hic in domum suam nihil intulit*: ceteri Gu. et impr. veteres *at hic nihil in domum suam intulit.* [Unus Bern. c. Graevianam

praeter memoriam nominis sempiternam detulit. Imitatus 3
patrem Africanus, nihilo locupletior Karthagine eversa.
Quid? qui eius collega fuit in censura, L. Mummius, num- 4
quid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quam domum suam, maluit. quamquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior. Nul- 5
lum igitur vitium taetrius est (ut eo, unde egressa est, referat se oratio) quam avaritia, praesertim in principibus
rem publicam gubernantibus. Habere enim quaestui rem 6
publicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam et ne-

scripturam tuetur.] Paullo post Gu. tert. *Imitatus est patrem.*

3. *patrem*] Patrem naturalem, Paullum.

nihilo locupletior] Qui nulla re locupletior fuit, postquam Carthaginem evertit.

° *nihilo locupletior*] Gu. quart. et a manu prima quint. omnesque impr. veteres *nihil locupletior.* Meliores libri dissentiunt.

4. ° *in censura fuit*] Edidi ex omnibus Gu. *fuit in censura,* qui positus placuit Ciceroni supra I, 40, 4 *Cum haberet collegam in praetura Sophoclen.*

L. Mummius] Qui consul, victis Achaeis, Corinthum evertit. Vid. lib. I. c. 11. Paradox. V, 2. Vellei. Pat. lib. I. c. 13.

copiosissimam urbem] Corinthum, Graeciae lumen, auro, argento, aere refertam.

° *cum copiosissimam*] Hoc in utroque Magontiacensi exscriptum esse video: ut mirer, non nullos adfirmare, *qui copiosissimam* a Fusto propagatum esse.

Italiam ornare] Signis, tabulis, vasis pretiosis.

° *mihi videtur*] Omnes impr. veteres *videtur mihi.* Pronomen Gu. quart. atque ed. Anemoec. abiiciunt.

5. *vitium taetrius*] Goth. ut Graev. cod. *deterius,* quod vero levius est, quam *taetrius,* et h. l. alienum.

° *vitium taetrius*] E quatuor Gu. octo Ald. Graevii primo, exc. Bedae atque Eybi *vitium taetrius est* edidi, quod Victorius et Pearcius iam receperant. Gu. quint. *vitium est tetrius.*

unde digressa est] Ita e suo cod. Graevius rescripsit, et ita unus Oxon. [et unus Bern. c.] ubi vulg. et ceteri MSS. *egressa est.*

° *unde digressa est*] Hoc apud Nonium quoque, in voc. *Referre,* legitur. Nihilo secius alteram scripturam *egressa est,* quam cum plerisque aliorum libris mei omnes, etiam Beda et Eybus, retinent, ut elegantem et Ciceroni, quam librariis, familiariorem revocavi. In Bruto c. 21 *Illa oratorum propria et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur a proposito ornandi causa.* Quinctilian. II, 4, 15 *Sed ut eo revertar, unde sum egressus.* Idem III, 9, 5 *Egressio vero, vel, quod usitatius esse coepit, excessus - - - ornamentum partium est earum, ex quibus egreditur.* Et IV, 3, 12 *Hanc partem παρέκβασιν Graeci vocant, Latini egressum, vel egressionem.*

° *referat se*] Beda *referatur,* Eybus *revertatur.*

principibus rempubl. gubernantibus] Goth. Vin. Rom. *et rempubl.* quam copulam rectius omittunt editores nostri.

° *remp. gubernantibus*] Copulam quam plerique libri his interponunt, sui Palatinique codicis auctoritate Graevius expunxit. Factum Beda quoque comprobat [et unus Bern. c].

6. *Habere enim quaestui rempubl.*] Rei publicae procuratione locupletari, publica in suam utilitatem convertere. Prisci Romani, honore contenti, de republ. nihil capiebant, nec reipubl. magis vectigalibus, quam suis, se suosque alebant. Gratuitam tum quisque reipubl. operam praestabat, mercenariamque hanc, quam

7 farium. Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re, nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedaemoniis, sed etiam omnibus opulentis populis prae-
8 dixisse. Nulla autem re conciliare facilius benivolentiam

solam hodie novimus, ingenuis hominibus indignam putabat.

* *quaestui remp.*] Vocabulum *quaestui* in Gu. sec. deest, in quarto transponitur *remp. quaestui.*

* *etiam et nefarium*] Beda et Eybus *etiam,* Gu. quart. *et* omittunt.

7. *quod Apollo Pythius oraculum edidit*] In his formulis, quae non infrequentes sunt, pronomina relativa propriam significationem non servant. Neque enim dicas, *quod Apollo oraculum edidit, id videtur omnibus praedixisse.* Nam *oraculum praedicere* in usu non est. Itaque *id* ad rem ipsam potius refertur, quae praedicta est, quam ad nomen. Vide, quae adnotavi ad Cornel. Nepot. Thrasyb. c. 1, 2. Sed haec invito fortasse Cicerone scribuntur, qui non *Oraculum edidit,* sed *oraculo edidit* reliquit. Ita enim Vinar. quatuor Oxon. Rom. Venetae, Ald. Grut. et plures. Graevius quidem an Latinum hoc sit, dubitat: sed Cicero ipse ad Brut. epist. 2. extr. *Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta.* Liv. lib. XXIX, 10 *Responsum oraculo editum.* Curt. lib. III, 1, 16 *Editam esse oraculo sortem.* Id lib. V, 4, 11 *Subit animum memoria regis oraculo editae sortis.* Lib. VI, 9, 18 *Qualis sors edita esset Iovis Hammonis oraculo.* Vellei. Pat. lib. I, 10, 4 *Quae vox, veluti oraculo emissa, magna parte eum spoliavit sanguinis sui.* Hoc satis erit exemplorum a Graevio desideratorum. Scilicet *oraculum* est, non tantum responsum divinum, sed etiam locus, unde responsa dantur. Unde *oraculo edi* vox dicitur, quae ex templo emittitur. Etsi itaque *oraculum edi* frequentius dicitur, et ita Goth. plures Aldi codices, et unus Graevii habent: tamen quod *oraculum praedicere* insolens est, et altera lectio a plerisque recepta est, oblitterari eam cum Facciolato non patior.

* *oraculum edidit*] Ita Gu. sec. tert. quart. quint. [Orelliani omnes praeter Bern. e] impr. incert. et Gryph. At Magont. Rom. Venet. 1498. ceterique vulgati [cum Bern. e] *oraculo edidit.* Gu. pr. a glossatore arripuit: *Itaque quod Apollo Pythius verum est et idem Spartam nulla,* omissis verbis *oraculo edidit:* quae, quia perquam commode abesse possunt, a mala manu suspicor accessisse. [Restituendum *oraculum* et acquiescendum in explicatione maioris Heusingeri.]

oraculum] Oraculum illud, quod Apollo ediderat Alcameni et Theopompo regibus, his verbis adfert Plutarchus in institut. Lacon. p. 239. *Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.* Idem est apud Scholiast. Aristoph. ad *Εἰρήν.* v. 622.

* *nulla re alia*] Vocabulum *alia,* quod Gu. pr. sec. et tres Aldini proscripserant, eieci. Cicero, nisi fallor, Pythicum oraculum Latino versu expressum acceperat tali:

Sparte nulla re, nisi avaritia,
peritura est.

Numeros igitur poëticos etiam in oratione obliqua servavit. Nec verba oraculi *ἄλλο δὲ οὐδὲν* apud Plutarchum leguntur: ut dubitare possis, an ea recentior aliquis, et ipse forsan Aristophanis scholiastes, hexametrum expleturus, de suo addiderit. [Debilis ratiocinatio. De Bern. *alia* in uno cod. d omittitur.]

nisi avaritia perituram] Goth. et Vin. ut vulg. *esse perituram.* Manet hoc etiam in Pearciana.

* *perituram*] Gu. pr. sec. quint. et omnes impr. veteres *esse perituram:* Gu. quart. *perituram esse.* [Graevio *esse* tollenti adstipulatur unus Bern. c.] In proximo quint. omittit *id.*

id videtur] Goth. *id* omisit.

* *sed et omnibus*] Restitui *sed etiam* e scriptis Gu. omnibus atque ex ed. Gryph.

8. * *re conciliare facilius*] Gu. quart. *re facilius conciliare.* Nimirum verebatur librarius, ne vicinitas verborum *re conciliare* ambiguitatem

multitudinis possunt ii, qui rei publicae praesunt, quam
abstinentia et continentia. Qui vero se populares volunt, 9
ob eamque caussam aut agrariam rem tentant, ut possesso-
res suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus
condonandas putant: ii labefactant fundamenta rei publicae;
concordiam primum, quae esse non potest, cum aliis adi-
muntur, aliis condonantur pecuniae: deinde aequitatem, quae
tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Id enim 10

pararet. Sed ita coniunxit Cicero supra I, 10, 12 *re fugienda,* et alibi similia.

abstinentia et continentia.] Hae virtutes contrariae omnino sunt *avaritiae. Abstinentia* est a rebus alienis, *continentia* a suis. Ubi verbi causa licet uti rebus tuis, sed tamen moderate uteris, *continens* es: *abstinens* vero, si non attigeris res alienas, etsi id fieri per te possit impune. *Maturant.*

9. *Qui vero se populares volunt*] Ita Goth. Rom. Venetae tres, Arg. recte: Vinar. *qui vero res populares volunt,* quod ex *esse* corruptum. Oxon. quatuor, Ven. qu. et Facciol. *qui vero populares esse volunt* Credibile mihi est, Ciceronem scripsisse, *qui vero se populares esse volunt,* ut saepe loquitur. Supra c. XX, 7 *Gratum se videri studet.* Lib. I. c. 31, 9 *In omni sermone omnibus affabilem et iucundum se esse volebat.* Catil. I, 2 *Cupio me esse clementem.* Vide Heumann. ad orat. pro Archia c. V, 5.

* *Qui vero se populares volunt*] [Sic Bas. et Bern. a b c e.] Pronomen *se* Gu. sec. ignorat. Corrector quinti fecit *Qui vero se populares esse volunt,* quemadmodum legendum esse patruus coniiciebat. Restituo e Gu. tert. *Qui vero populares se esse volunt.* Hoc priscis, et maxime Ciceroni familiare est. Supra I, 19, 11 *Principemque se esse mavult, quam videri.* Infra III, 4, 4 *Qui bonos se viros haberi volunt.* Eod. lib. c. XVII, 9 *Quae vult illa quidem videri, se esse prudentiam.* De or. I, 47 *Ut nihil mallent se esse, quam bonos viros.* Ibid. II, 41 *Ut talis videatur, qualem se videri velit.* In oratore c. 25 *Non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet.* Ibid. c. 33 *Iudicem me esse, non doctorem volo.* Epist. ad divers. I, 9, 44 *Qualem me et esse et numerari volo.* Brutus epist. 17 *Et potentia, quae supra leges se esse velit*: ubi miror, Ernestum malle *se* deleri. Eamdem elegantiam e Guelph. pr. restituo Ciceroni de or. I, 24 *Quo praesente ego ineptum esse me minime vellem:* pro quo *ineptus esse minime vellem* ediderunt. Conf. Cort. ad Sallust. Catil. I, 1.

agrariam rem tentant] Leges agrarias ferre conantur, ut agri, quos alii possederunt, his erepti plebi dividantur.

* *agrariam rem*] Gu. tert. *rem agrariam.*

* *suis sedibus pellantur*] Hoc est in Gu. tert. Mutato positu pr. *pellant suis sedibus*: ceteri [etiam Bern.] omnesque impr. veteres *pellantur suis sedibus.*

pecunias creditas] Vide c. 23. extr.

* *ii labefactant*] A Gu. omnibus, [omnibusque praeter Bern. c Orellianis] a Goth. et ab omnibus impr. veteribus abest *ii.* Anemoecius tamen edidit *hi labefactant.*

concordiam primum] Ex glossa addunt *tollunt* Ven. sec. et tert. Argent. Ald. sed id verbum respuunt Goth. Vin. Rom. Ven. pr. et qu. Lamb. Fabric.

* *concordiam primum*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *concordiam primum tollunt.*

* *aliis condonantur*] Gu. sec. *alii condonantur*: quint. *cum aliis condonantur.*

est proprium (ut supra dixi) civitatis atque urbis, ut sit
11 libera et non sollicita suae rei cuiusque custodia. Atque
in hac pernicie rei publicae ne illam quidem consequuntur,
12 quam putant, gratiam. Nam cui res erepta est, est inimicus: cui data, etiam dissimulat, se accipere voluisse: et maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne vi-
13 deatur non fuisse solvendo. At vero ille, qui accipit iniuriam, et meminit, et prae se fert dolorem suum: nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi, quibus iniuste ademtum est, idcirco plus etiam valent. Non

10. *ut supra dixi*] Cap. XXI, 8.

* *ut supra dixi, civitatis*] Gu. tert. *civitatis, ut supra dixi.*

et non sollicita] *Et non,* pro *nec,* observatum ad lib. I, 2, 6.

suae rei cuiusque custodia] Goth. non habet *cuiusque,* quod Io. Frid. Gronovius mutat in *cuique,* ut est in duobus MSS. Manutii et duobus Oxon. Sed vide ad lib. I, 7, 4.

* *suae rei cuiusque custodia*] Reponentibus *cuique* accedit Gu. tert. [et Bas. ignobilis liber.] Vulgatam defendit Iac. Gronovius.

11. *in hac pernicie reipubl.*] Cum hanc rem in reipubl. perniciem tentent, cum reipubl. ea plurimum noceant.

quam putant gratiam] Goth. et Vin. *gloriam,* quos sequuntur cum Rom. vulgati plures, sed temere. *Gratiam* est iam in Ven. qu. Ald. et Lamb. in Ven. tert. *griam* legitur, qui fons est erroris.

* *consequuntur, quam putant, gratiam*] Gu. quart. *sequuntur*: quint. et primi impressorum *quam putant gloriam.*

12. *cui res erepta*] Cui sua erepta sunt. *Res* de omni possessionum genere dicitur. In Rom. et Venetis lego, *erepta, est inimicus, cui data est.*

* *cui res erepta*] Gu. pr. quart. et a manu prima quint. omnesque impr. veteres *cui res erepta est inimicus:* Gu. tert. *cui res erepta est, inimicus est.* Deinde omnes Gu. [Bern.] et impr. veteres *cui data est, etiam.* [Restituendum igitur verbum.] Postea impr. primi *etiam si dissimulat.*

in pecuniis creditis] Graevius in posteriore editione ex antiquioribus et emendatioribus libris legit *in iis pecuniis creditis*: quod Pearcius cupide amplectitur, de iis pecuniis creditis intelligens, quae novis tabulis condonantur. Huius lectionis vestigium mihi nullum occurrit.

occultat suum gaudium] Goth. Vin et Ven. pr. *occultant,* et postea *videantur,* scilicet *homines:* quod non audeo reprehendere.

* *occultat suum gaudium*] Gu. tert. *suum occultat gaudium*: quart. quint. et impr. Magont. *occultant suum gaudium,* iidemque paullo post *videantur.* Male in sequentibus Gu. sec. *non fuisse solvendum.*

13. *ille qui accipit iniuriam*] In Goth. *ille* omissum. [Bern. c *accepit* bene.]

et meminit] Memoriam iniuriae retinet; etiam si videatur aequo animo ferre.

et prae se fert] Quin etiam aliquando non dissimulat dolorem, sed eum vultu et verbis prodit.

* *et prae se fert*] Gu. sec. quart. et quint. [Bern. a b] *et prae sese fert.* [Nondum legi alibi.] Deinde tert. et Beda *suum dolorem.*

nec si plures sunt] Et licet plures sint, ideo tamen non plus etiam valent. Vide Tursellin. Schwartzii de partic. cap. CXLIV, 19. p. 561. cap. CLII, 21. pag. 612.

* *ademtum est*] Gu. quart. *est ademtum.* Postea pr. *idcirco etiam plus valent.*

enim numero haec iudicantur, sed pondere. Quam autem 14 habet aequitatem, ut agrum multis annis, aut etiam saeculis, ante possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat?

23 Ac propter hoc iniuriae genus Lacedaemonii Lysandrum ephorum expulerunt; Agin regem, quod numquam antea apud eos acciderat, necaverunt. Exque eo tempore 2 tantae discordiae secutae sunt, ut et tyranni exsisterent, et optimates exterminarentur, et praeclarissime constituta res

Non enim numero haec iudicantur, sed pondere.] In his rebus non multitudo eorum, qui amici sunt vel inimici, consideranda est, sed causa benivolentiae odiive. Contra Plin. lib. II. epist. XII, 5 ***Numerantur enim sententiae, non ponderantur.***

° *Non enim numero*] Gu. tert. ***Non enim haec numero, sed pondere, iudicantur***: quart. ***Non enim haec numero iudicantur, sed pondere.***

14. ***ut agrum habeat***] Pro ***agrum habere.*** Nec tamen hoc minus est usitatum. Lael. c. 16 ***Nec enim illa prima*** (sententia) *vera est ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.* Deinde eod. l. *Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis.* Vid. Gesner. ad Quintil. lib. VII, 1, 35.

aut etiam saeculis] Hominum aetatibus. Vide ad cap. XXI, 15.

Cap. XXIII. 1. *propter hoc iniuriae genus*] Propter tentatam bonorum aequationem et condonatas debitoribus pecunias creditas.

° *Ac propter hoc iniuriae genus*] Ita solus Gu. quart. Nam pr. *Hac propter iniuriae genus.* Voluit fortasse *Hoc propter.* Ceteri Gu. et omnes impr. veteres *At propter hoc.*

Lysandrum] Non Aristocliti filium, cuius vitam Cornelius Nepos et Plutarchus separatim narrarunt, qui non fuit ephorus: sed Lysandrum Libyos filium, illo toto fere saeculo posteriorem, de quo idem Plutarchus in Agide p. 798.

Agin regem] Qui, Lysandro ephoro constituto, eoque adiutore, possessiones aequare, et agros tenuioribus dividere voluit: oppressus vero ab adversaria factione, et in vincula coniectus a nonnullis ibi periisse traditur, Lysander in exsilium eiectus est. Vide Plutarchum eo, quem dixi, loco haec multis narrantem. Pausanias vero [vehementer errans] in Arcadic. lib. VIII, c. 10 et 27 Agin ad Mantineam pugnantem ab hostibus interfectum scribit.

° *Agin*] Scripti et impr. veteres *Hagim*, al. *Hagin*, al. *Agim*, unus *Nagim*. Gu. pr. transponit: *Hagim regem necaverunt, quod numquam* cet.

° *apud eos acciderat*] Gu. quint. impr Magont. et Rom. *acciderat apud eos.* Gruterus, haec verba plane abesse, malebat.

2. *Exque eo tempore*] Lib. I. c. 34 pr. *exque his*: ubi plura. Sic paullo post *cumque*, n. 5. *remque* n. 5 et 7 *isque* ibid. Goth. et quid. alii *ex quo eo*, pro *exque eo*, Facciol. *ex eoque*, ut unus Oxon.

° *Exque eo tempore*] Hoc est in Gu sec. [Bern. a b c] Pronomine abiecto, pr. *Exque tempore.* Gryph. Grut. et Gron. cum Gu. tert *Ex eoque tempore.* Ceteri Gu. omnesque impr. veteres *Ex quo eo tempore.*

tyranni exsisterent] Machanidas et Nabis.

° *ut et tyranni*] Copulam Gu. duo postremi, Goth. veteresque impr. excepto incerto, omnes insontem expulerunt.

optimates exterminarentur] Ut cum ephoris nobilissimi in exsilium pellerentur. *Exterminare* non est *occidere* et *tollere,* ut Rothius interpretatur; sed e civitate eiicere.

3 publica dilaberetur. Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam
reliquam Graeciam evertit contagionibus malorum, quae a
4 Lacedaemoniis profectae manarunt latius. Quid? nostros
Gracchos, Ti. Gracchi, summi viri, filios, Africani nepotes,
5 nonne agrariae contentiones perdiderunt? At vero Aratus
Sicyonius iure laudatur, qui cum eius civitas quinquaginta
annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem

dilaberetur.] Mansit tamen postea etiam aliqua pristinae reipubl. species vel umbra. Vide quae dixi ad Cornel. Nepot. praef. n. 5. p. 3.

° *praeclarissime constituta resp. dilaberetur.*] Gu. tert. *praeclarissime resp. constituta dilaberetur:* quart. *praeclarissima instituta:* impr. Magont. *praeclarissime constituta reip. dilaberentur*: incert. *praeclarissime constitutae respublicae dilaberentur.*

3. *contagionibus malorum*] Dum in reliquis Graeciae civitatibus, exemplum Lacedaemoniorum secutis, reipublicae fundamenta pari modo labefactata, idque venenum toti genti infusum est.

° *evertit contagionibus malorum*] Gu. tert. *contagionibus malorum evertit.* Inepte quart. et impr. incert. *cogitationibus malorum.*

quae a Lacedaemoniis profectae] Lambinus non dicit, se invenisse *profecta* in duobus MSS. suis, ut Pearcius adscribere non dubitavit: sed illud *profecta* libris invitis, quod ipse fatetur, induxit, ut ad *mala* referretur. Si vero Fabricio fides, Lambinus postea priorem lectionem revocavit. Vide quae Fabricius ad calcem editionis suae adnotavit, et quae de iis in praefat. ad adnotationes suas dixit. Manutius tamen e duobus exemplaribus suis *profecta* adfert, quod Pearcio tantopere placet, et id in Goth. quoque est.

° *profectae manarunt latius.*] Gu. sec. *profecta emanarunt latius.* Hoc inde natum est, quod olim non singula vocabula separatim, sed plura inter se connexa, scribebant. Gu. tert. *profectae latius manaverunt*: quart. *profectae narrantur latius.* Scribentibus *profecta manarunt* nullus nostrorum adstipulatur, [nec Orellianorum]. Non minus eleganter *contagiones proficisci* alicunde dicuntur, quam epist. ad divers. IX, 14 extr. *Ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est.* Nec valde dissimile est, quod de div. II, 44 pr. *contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam* dicitur.

4. *Gracchos*] Vide lib. I. c. 22. med. lib. II. c. 12. extr. et cap. 21.

° *Quid? nostros Gracchos*] Gu. pr. *Quid enim nostros Greccos*: sec. et impr. Magont. *Quid nostros Graccos.*

° *Africani nepotes*] Gu. tert. *et Africani nep.* Idem postea *prodiderunt.*

5. *Aratus Sicyonius*] Qui patriam Sicyonem, Peloponnesi urbem, a tyrannis oppressam et male habitam, in libertatem restituit. Vide Plutarchum in eius vita.

° *quinquaginta annos*] Gu. pr. et quint. *annis*, quod non deterius est. Supra c. XXII, 14 *Agrum multis annis, aut etiam saeculis, ante possessum.* [Non quadrat hoc exemplum, cum sit *ante.*] Sueton. Calig. c. 59 *Vixit annis XXIX. imperavit triennio et X. mensibus, diebusque VIII.*

a tyrannis] Ab Abantida, Pasea, illius patre, et Nicocle, quem tandem Aratus oppressit et in exsilium egit.

Argis] Ubi, amisso patre Clinia, quem Abantides interemerat, a paternis hospitibus educatus fuerat.

° *profectus Argis*] Gu. sec. sed a corr. *ab Argis.*

clandestino introitu] Cum scalis noctu admotis moenia transcendisset, et cum paucis in urbem introiisset.

° *Nicoclem*] Goth. *Modoclem*,

improviso oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerant eius civitatis locupletissimi, restituit, remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in 6
bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos, quos ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, et quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis aequum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hereditatibus, multa emtionibus, multa dotibus tenebantur sine iniuria: iudicavit, neque illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum 7
igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia: Alexandriam se proficisci dixit, remque integram ad

Rom. et Venet. *Methodeum*, sed Plutarchus *Nicoclem* vocat.

° *Nicoclem*] Sic est in Gu. tert. et sic appellat Polybius in exc. de virt. et vit. lib. X. p. 1389. Corruperunt Gu. pr. *Nietoclem*, sec. *Niecloclem*, quart. *Midoclem*, quint. *Modoclem*, omnes impr. veteres *Methodeum*. Deinde Gu. omnes, Goth. impr. Magont. et incert. *improviso pressisset*.

oppressisset] Goth. et Vin. *pressisset*, quod praecedens vocabulum in *o* desiit.

° *qui fuerant eius civitatis*] Gu. pr. sec. et tert. [et Bern. plerique] *qui locupletissimi fuerant eius civitatis*: quart. *qui locupletissimi fuerant restituit eius civ.* Postea tert. *suo adventu liberavit*.

6. ° *et possessionibus*] Gu. quint. *et in possessionibus*. Deinde pr. *esse difficultatem*. Postea quint. impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *quos et ipse rest.*

° *iniquissimum arbitrabatur*] Gu. pr. sec. tert. quart. [Bern. a d Bas.] et Gryph. *iniquissimum esse arbitrabatur*.

possessiones moveri] Ita Graev. cod. et Goth. [et Bern. c e] ceteri *movere*, quod Pearcius servat.

° *moveri*] Gu. tert. *removere*. Ceteri scripti et omnes impr. veteres *movere*. [Quod revocandum videtur.] Deinde Gu. tert. et quart. *non minus aequum*.

non nimis aequum] Unus Oxon. *non minus iniquum*. Causam varietatis ostendi ad Cornel. Nep. Alcib. c. 7. pr.

dotibus tenebantur] Goth. et Vin. *detinebantur*.

° *tenebantur*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *detinebantur*.

neque illis] Praesentibus possessoribus.

neque his] Male Pearcius intelligit, qui illas possessiones sine iniuria tenebant: sunt potius, qui possessionibus iniuste eiecti fuerant, sed ab aliis.

7. *Cum igitur statuisset*] Cum certissimum esse intellexisset ad res perturbatas restituendas opus esse pecunia.

pecunia] Goth. *pecuniam*.

° *constituendam pecunia*] Gu. pr. *pecuniam*. Vocem *constituendam* tert omittit, transponit quart. *ad eam rem const. opus esse pecunia*.

proficisci velle] *Velle* non est in Goth.

° *Alexandriam se proficisci velle*] Gu. sec. [et Bern. b] et hic, et aliquanto post *Alexandream*. Vide supra ad I, 22, 4. Verbum *velle* sustuli, Gu. quinto, Goth. [malis auctoribus] et ipso Ciceronis more ita iubentibus. Epist. ad divers. IX, 2 *Proficisci ad te statim dixit*. Similiter grammatici, quibus insolens videbatur, praesens infinitivi loco futuri temporis adhiberi, interpolaverant ista lib. I. ep. 7. haud procul a fine: *Quae ne per populum quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt*. Ibi etiam dederunt non nulli *se assequi posse*. Sed illud

reditum suum iussit esse: isque celeriter ad Ptolemaeum, suum hospitem, venit, qui tum regnabat alter post Alexan-
8 driam conditam: cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, caussamque docuisset, a rege opulento vir summus
9 facile impetravit, ut grandi pecunia adiuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus caussas cognovit et eorum, qui aliena tenebant, et eorum, qui sua amiserant: perfecitque aestimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam

posse viri docti eiecerunt auctoritate codicum meliorum, quibus accedunt sex Guelph. Paullo ante in eadem epistola codex reliquis Guelpherbytanis vetustior exhibet [contra Medic.] *Non dubito, quin adeptus intelligas, te facillime obtinere summum atque altissimum gradum civitatis.* Ibi quoque editur *posse obtinere.* Nec spreverim, quod lib. II. ep. 16. in MSS. duobus reperi, *De nobis id existimare, non arbitror.* Hic etiam in vulgatis est *existimari posse.* Adde patruum ad Vechneri hellenol. I, 2, 14. extr.

° *ad reditum suum*] Gu. tert. *usque ad reditum suum esse iussit.* Aliquanto post quart. *qui tunc regnabat.*

ad Ptolemaeum] Philadelphum, eius filium, qui primus post Alexandrum in Aegypto regnaverat.

regnabat alter] Scilicet Alexandriae, quam Alexander quidem condiderat, sed conditam non viderat.

8. ° *cui cum exposuisset*] Gu. pr. sec. tert. quint. multique aliorum codices, etiam impr. Magont. *qui cum exp.* Nimirum *qui* scribebant veteres pro *cui.* Vide Cortium de orthogr. diss. I. c. 2. n. 3. Deinde Gu. quart. *se patriam liberare velle.*

° *patriam se liberare velle*] At iam liberarat, tyranno expulso? Nondum vero concordiam restituerat, cum exsules vi recuperare vellent, quae amiserant, et, ne res ad tyrannidem rediret, metuendum esset. Vide Plutarch. p. 1032. Deinde nec liberam suae rei possessionem cuique restituerat, nec aere alieno civitatem exsolverat. Hoc vero saepe etiam dicitur *liberare.* Vide lib. XV. epist. 4. pr. Graev. ad Philipp. II. c. 38. p. 599.

causam docuisset] Non *docuit causam Ptolemaeum* (*Ptolemaeo* dicerem, si Pearcium imitarer) *cur vellet patriam suam liberare;* sed ostendit, quantum negotii sibi conficiendum esset, si utrisque satisfacere vellet, et exsulibus, et bonorum, quae hi amiserant, possessoribus. De hac significatione *causae* vide Manut. ad lib. I. epist. 1. p. 11. Graev.

grandi pecunia] Talentis CL. Plutarch. p. 1033. quae centum quinquaginta circiter florenorum sunt millia. Ea nostra aestimatione non ita grandis summa videtur: priscis autem illis temporibus longe minora erant possessionum pretia.

° *adiuvaretur.*] Gu. quart. *adiuvetur*: quint. *iuvaretur.*

9. ° *Sicyonem*] In Gu sec. glossator supra versum adscripsit *ad.* Non minus perversae diligentiae originem debet, quod in quinto omnibusque impr. veteribus legitur *in Sitionem.* Paullo post quart. *causam cognovit.*

cum quibus] Vid. ad lib. I, 35, 2.

aliena tenebant] Goth. Vin. *detinebant,* ut n. 6.

° *tenebant*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *detinebant.*

° *perfecitque aestimandis*] Gu. sec. sed hic a correctore, quart quint. omnesque impr. veteres *praefecitque*: Gu. tert. *praefecitque eos*: sec. *aestumandis.*

aestimandis possessionibus] Aestimatione possessionum. Vid. ad lib. I, 2, 4.

ut persuaderet aliis] Goth. Oxonienses et Londin. cum principibus edit. Rom. Venetis, Arg. Ald. *ut persuaderent,* quod a Pearcio revocatum

accipere mallent, possessionibus cederent: aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes concordia constituta sine querela discederent. O virum magnum, dignum- 10
que, qui in nostra re publica natus esset! Sic par est agere cum civibus, non (ut bis iam vidimus) hastam in foro ponere, et bona civium voci subiicere praeconis. At ille Grae- 11
cus, id quod fuit sapientis et praestantis viri, omnibus consulendum putavit. Eaque est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnis aequitate eadem continere. Habitent gratis in alieno? Quid ita? 12

est. Ita *quindecim principes* intelliguntur. Pearcius tamen *persuaderetur* mallet.

° *ut persuaderet aliis*] Haec et proxima usque ad verbum *cederent* exciderunt Gu. primo. Gu. sec. ac tert. *ut persuaderent aliis*: ceteri omnesque impr. veteres *et ut persuaderent aliis*.

quod tanti esset] Accipere pretium possessionum, quo aestimatae fuerant a quindecimviris.

suum recuperare] In possessionem paternorum praediorum restitui.

° *Ita perfectum est*] Gu. quart. *Itaque perfectum est*. Deinde omnes impr. veteres *ut omnes constituta concordia*.

sine querela discederet] Ut sibi ius suum obtinuisse a iudicibus viderentur, laetique essent eventu illius iudicii. Vide ad orat. pro Roscio Am. c. 49.

10. ° *dignumque, qui*] Omissa copula Gu. quart. *dignum qui*. Deinde pr. et sec. [et omnes Bern. praeter e] *in rep. nostra*, transposito pronomine, quod a quarto plane abest.

ut bis iam vidimus] Quod primum Sulla, deinde Caesare dictatore factum vidi.

hastam in foro ponere] Bona civium plus licitantibus vendere. Vid. ad c. VIII, 12.

° *voci subiicere*] Omnes Gu. etiam Goth. et impr. veteres *subiacere*, quod est a *subiacio*. Ita *subteriacio*, *occado*, *occano*, *requaero* et similia in libris antiquis reperias. Vide Cortium ad Sallust. fragment. p. 954.

11. ° *At ille Graecus*] Gu. tert. *Atque ille Graecus*. Deinde idem et quart. *id quod sapientis et praestantis viri fuit*.

summa ratio et sapientia] In Palat. pr. *et sapientia* defuit, quod Grutero abesse posse videtur.

° *Eaque est summa*] Verbum *est* ignorat Gu. quart. Postea quint. a manu prima veteresque impr. omnes *et sapientia summi civis*.

boni civis] Goth. Vin. *summi civis*.

commoda civium non divellere] Goth. Vin. Rom. et plures vulg. *commoda civium defendere, non divellere*: ab aliis vero MSS. nonnullis verbum *defendere* abest. *Non divellere commoda civium* est, omnium utilitati pariter consulere: non, una civium parte neglecta, alteram tueri.

° *commoda civium non divellere*] Gu. quart. *commoda civium non divellere, sed defendere*: quint. et omnes impr. veteres *commoda civium defendere, non divellere*.

12. *Habitant gratis in alieno*] Heumanno ante haec verba aliquot versus excidisse videntur, quibus legum agrariarum mentio facta esset. Vide eius parerga crit. p. 26. Ceteri nihil ad complendam sententiam desiderant. Pearcius post Manutium Lambin. Fabric. *habitent* edidit ex praescripto septem Anglicanorum, et quorumdam aliorum MSS. In Vin. prima manu scriptum est, *habitant*, secunda vero *habitatur*, quod etiam est in Ven. sec. et Arg. *habitet* Ven. tert.

° *Habitant gratis in alieno*] E

Ut, cum ego emerim, aedificarim, tuear, impendam, tu, me invito, fruare meo? Quid est aliud, aliis sua eripere,
13 aliis dare aliena? Tabulae vero novae quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum: eum tu habeas, ego non habeam pecuniam?

24 Quam ob rem ne sit aes alienum, quod rei publicae noceat, providendum est; quod multis rationibus caveri potest: non, si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores

Gu. sec. et impr. incert. restitui *Habitent,* quod ex suis libris iam fecerant Turnebus, Gruterus, Pearcius, [et inventum est in Bern. a b c Bas.] In proximo perperam Gu. quart. *quod ita est, ut cum ego emerim.*

Quid ita?] Quam ob causam?

° *aedificarim*] Gu. tert. quart. [Bern. c Bas.] impr. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *aedificaverim.* Postea Gu. quart. *fruaris meo.*

tuear, impendam] In cultum eorum multa impendam, sarta tecta aedificia conservem.

Quid est aliud] Annon hoc est aliis sua eripere, aliis dare aliena? Ita ut editum, mei quoque libri: quidam Manut. codd. *quid est aliud, quam aliis;* duo Oxon. *quid est aliud nisi aliis,* male. Vide ad Philippic. II, 4. infra lib. III, 13, 4.

° *Quid est aliud*] Corrupte Gu. tert. *Hoc quid est aliud, quam aliis:* quart. *Quid aliud est aliis sua eripere, quam aliis dare aliena.*

° *aliis dare aliena?*] Gu. sec. *aliis aliena dare.*

13. *Tabulae vero novae*] Quibus publica auctoritate debita abolentur, et pecuniae creditae debitoribus ex aliqua parte condonantur. *Novae* dicuntur, quod priores abolentur.

quid habent argumenti] Quid sibi volunt aliud?

mea pecunia] Quam ego tibi credidi, tu numquam reddis atque ita meo damno locupletaris.

° *eum tu habeas*] Gu. tert. *et cum tu habeas*: quart. impr. Rom. Venet. 1498. Lips. 1507. ac Lugd. 1527. *et eum tu habeas:* Magont. *cum tu habeas.*

Cap. XXIV, 1. ° *caveri potest*] Gu. tert. *provideri potest.*

non si fuerit, ut locupletes suum perdant] Goth. *si non hoc fuerit,* et sic duo Ald. quatuor Oxon. *si non fuerit* Vinar. tres Ald. sex Oxon. tres Ven. *si hoc non fuerit* Rom. Ven. qu. Interpretum vitio hunc locum esse obscuratum, concedo: ut vero ii, qui eorum errores corrigere voluerunt, minus errarint, non parum vereor. Antea levi mutatione facta scribendum opinabar: *Si fuerit*: (aes alienum) *at locupletes suum ne perdant.* Sed nunc ita quoque locum in pluribus exemplaribus sanum corrumpi sentio. Probo itaque hanc lectionem, quae in plerisque ante Lambinum vulgatis est: *Quod multis rationibus caveri potest, si non fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum.* Ab iis vero dissentio, qui *si fuerit* ad aes alienum referunt. *Est ut* significat *accidit, evenit, fieri potest.* Praeter alios id docuit Burmannus ad Petron. CXXVII. p. 605. qui aliquod nomen subintelligi posse putat, e. g. *facultatem.* Multa Terentii, Lucretii, Horatii aliorumque loca et ille, et Lambinus ad Horatium, lib. III. od. I, 9 et Vechnerus meus collegit in hellenolex. lib. II. c. 10. p. 539. Ipsum Ciceronem ita fere locutum supra observavi ad cap. VIII, 20 *Haec enim est una res prorsus, ut non multum differat inter summos et mediocres viros.* Ita alibi etiam explicavi illud pro Milon. c. 13 extr. *Ille erat ut odisset primum defensorem salutis meae.* Huic vero loco ea, quam dixi, significatio mirifice convenit. *Aes alienum multis rationibus caveri posse* dicit, *si non fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum,* id est, si nullo umquam modo fieri sperarique possit, ut locupletes, qui pecunias crediderint, suum perdant, sive a de-

lucrentur alienum. Nec enim ulla res vehementius rem 2
publicam continet, quam fides: quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Numquam vehe- 3
mentius actum est, quam me consule, ne solveretur. Armis et castris tentata res est ab omni genere hominum et ordine: quibus ita restiti, ut hoc tantum malum de re publica tolleretur. Numquam nec maius aes alienum fuit; 4
nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim

bitoribus defraudentur, atque hi illorum detrimentis crescant. Nam si omnibus constiterit, solutionem rerum creditarum necessariam esse, nec fraudandi spes cuiquam relicta fuerit; fore, ut ad contrahendum aes alienum omnes tardiores, de dissolvendo eo, quod contractum fuerit, plerique sollicitiores futuri sint. Hanc Ciceronis sententiam esse, ea quae sequuntur comprobant, cum se consule facillime dissolutum dicit aes alienum: quod fraudandi spe sublata, solvendi necessitas consecuta fuerit. Graeviana lectio, quocumque modo interpreteris, implicatum tenebit lectorem: cum Cicero de praecavendo aere alieno loquatur, eiusque praecavendi rationem eam, quam dixi, commendet, non de eius dissolvendi modo agat; atque ipse orationis contextus ac propria verborum vis ab illa depravatione attentos animos revocet.

° *non si fuerit*] Ut impr. Rom. ita Gu. tert. *si hoc non fuerit*: Gu. quart. quint. et impr. mei veteres *si non fuerit,* quod placebat patruo. Scripturam ex Langii, Fabricii et quinque Aldinis MSS. receptam tuentur etiam Gu. duo primi [et Bern. b d, neque multum abeunt a et c, quorum ille *non sic fuerit,* alter *nam si fuerit* habent.] Hanc retinendam atque in hunc modum censeo accipiendam: non autem caveri potest, ne sit aes alienum, quod reip. noceat, si ita ratio ineatur, ut locupletes suum perdant, cet. Ita de or. II, 69 *Me quidem hercule valde illa movent stomachosa et quasi submorosa ridicula: non, cum a moroso dicuntur.* Ibi verba postrema sic interpretor: sed non illa movent, cum a moroso dicuntur. Elegantem et optimis usitatissimam particulae adversativae omissionem multis exemplis illustrant Sanctius in Minerva IV, 7. p. 702 et quos laudat Drakenb. ad Liv. I, 25, 3. [Tu vero sic explicabis: *non si* aes alienum in civitate *fuerit,* faciendum est (id quod sumitur ex *providendum est*) *ut* cet. Verba *quod multis modis cavendum est* per parenthesin accipienda sunt.]

2. ° *quae esse nulla potest*] Gu. tert. *quae esse nullo modo potest.*

3. *Numquam vehementius actum est*] Primum a tribunis plebis, novas tabulas et leges agrarias proponentibus; tum et ab aliis, qui cum Catilina vel coniuraverant, vel, fortuna illi adspirante, societatem coituri erant. Vide Sallust. Catil c. 13. extr. c. 14. pr. et c. 17. Dio Cassius lib. XXXVII. Cicero orat. II. Catil. c. 8 et proximis.

° *Numquam vehementius*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Numquam enim vehementius.* Male.

ne solveretur] Vin. et Venet. *ne solverentur,* sc. *res creditae.*

° *ne solveretur*] In Gu. sec. corrector fecit *ne solverentur* et adscripsit *pecuniae.* Illud *solverentur* haesit etiam impr. Magont. et incerto.

° *Armis et castris*] Vocabulum *armis* Gu. pr. omittit: tert. *Armis enim et castris.* Neuter bene.

°*. quibus si restiti*] Ex omnibus Gu. atque ed. Gryph. scripsi *quibus ita restiti.*

ut hoc tantum malum] Ita mei libri: *totum malum* Palat. sec. septem Anglic. Victor. et Pearc.

° *ut hoc tantum malum*] Gu. sec. [et Bern. a b] *ut hoc totum malum,* tert. [Bern. c] et Gryph. *ut totum hoc malum.* [Mihi quidem *tantum* videtur inutile, *totum* ad rem pertinens.]

4. ° *nec facilius*] Gu. pr. *ut fa-*

5 spe sublata, solvendi necessitas consecuta est. At vero hic nunc victor, tum quidem victus, quae cogitarat, ea perfecit, cum eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare, etiam si caussa
6 non esset. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt ii, qui rem publicam tuebuntur: in primisque operam dabunt, ut iuris et iudiciorum aequitate suum quisque teneat: et neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur, neque locupletibus ad sua vel tenenda,

cilius: fortasse pro *aut facilius*. Deinde quart. post *dissolutum* omittit *est*.

° *Fraudandi enim*] Coniunctionem Gu. quart. a correctore habet. In proximo impr. Magont. et Rom. *specie sublata,* Lips. 1507. *sublata spe,* Lips. 1513. *sublata specie.*

solvendi necessitas] Pal. pr. *vendendi necessitas.*

5. *At vero hic nunc victor*] Vinar. quinque Anglic. editiones principes, Victor. Ald. *hic noster victor, nunc quidem victus*: Lambin. *at vero hic noster victor,* (vel *hic noster, nunc victor*) *tunc quidem victus*: nec aliter Pearcius, nisi quod *tum* maluit, quam *tunc*. Caesar significatur, cui mortuo etiam nunc parebat civitas tamquam victori. Vid. c. VII, 4. In Graeviana lectione, quae in Goth. etiam est, *nunc victor* intelligi potest, ut *ante malorum* apud Virgil. V. Aen. 202. Vide Vechneri hellenolex. lib. I. part. II, 12. pag. 229.

° *At vero hic nunc victor*] Ita est etiam in Gu. sec. quart. [Bern. a b c] et in ed. Anemoec. Sed Gu. pr. tert. et omnes impr. veteres *At vero hic noster victor*: Gu. quint. *At vero hic noster nunc victor.* Suspicor, glossatorem aliquem, pronomen *hic* explicaturum, adscripsisse *noster*. Deinde Gu. quint. et Goth. *tunc quidem*: impr. veteres omnes *nunc quidem.*

tum quidem victus] Catilinaria coniuratione a Cicerone detecta et oppressa, Caesar quoque se victum senserat, qui a multis eius particeps fuisse credebatur, quique, quod maximo aere alieno laboraverat, novis rebus semper studuerat.

quae cogitarat, ea perfecit] Ut aestimatione possessionum creditores quarta parte crediti [i. e. numeratis antea usuris] fraudarentur. Vide Sueton. Caes. c. 42. Caes. lib. III. civil. c. 1.

° *cogitarat*] Gu. pr. *cogitaret,* sec. *cogitavit,* quart. *cogitaverat.*

cum eius iam nihil interesset.] Devicta enim Gallia, superatoque deinde Pompeio, iam pridem egere desierat, omniaque in sua potestate habuerat. Si vero ante istum Galliae proconsulatum a creditoribus suis novis tabulis liberari potuisset, maximis se difficultatibus expedivisset.

Tanta in eo peccandi libido fuit] Hoc satis invidiose dictum, Caesarem peccare solitum, etiamsi peccandi caussam non habuisset. Hic enim summus furor esse solet. Ipse quidem probabiles sui consilii causas adfert lib. III. civil. c. 1. Vide et Appian. Alex. lib. II. civil. p. 751.

° *Tanta in eo*] Gu. tert. *Tanta enim in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum peccare eum delectaret.*

6. ° *Ab hoc igitur*] Gu. sec. *igitur* omittit.

° *ut aliis detur, aliis auferatur*] Gu. sec. *ut alii detur, aliis auferatur.* Ita codex idem supra c. XXII, 9 *Aliis adimuntur, alii condonantur pecuniae.* Sed vide I, 14, 4 et II, 23, 12. Gu. tert. *ut aliis dentur, aliis auferantur sua:* quint. *ut aliis detur, aliis auferatur sua.*

° *in primisque operam dabunt*] Copulam Gu. sec. resecat, nec eam quint. habet, nisi a corr.

propter humilitatem] Goth. Vin. et vulgati *propter imbecillitatem* ut Facciolat. Alterum tamen est in codd.

vel recuperanda obsit invidia: praeterea quibuscumque rebus vel belli, vel domi poterunt, rem publicam augeant imperio, agris, vectigalibus. Haec magnorum hominum 7
sunt: haec apud maiores nostros factitata: haec genera officiorum qui persequuntur, cum summa utilitate rei publicae magnam ipsi adipiscentur et gratiam, et gloriam. In 8
his autem utilitatum praeceptis Antipater Tyrius, Stoicus, qui Athenis nuper est mortuus, duo praeterita censet esse a Panaetio, valetudinis curationem, et pecuniae. quas res a summo philosopho praeteritas arbitror, quod essent faciles: sunt certe utiles. Sed valetudo sustentatur notitia sui cor- 9

Langii, Aldi, Guilielm. Palat. et Anglic.

* *propter humilitatem*] Hoc est etiam in scriptis Gu. et in ed. Anemoec. sed omnes impr. veteres *propter imbecillitatem* dederunt.

tenenda] *Tuenda* Oxon. unus, Ven. qu. Lang. *utenda* Palat. pr.

* *tenenda*] Gu. quart. *tuenda*.

quibuscumque rebus] Quacumque ratione potuerunt.

* *vel belli*] Gu. pr. *vel belluis*, pro *bellicis*: tert. et Goth. *vel bellis*: Gryph. *vel bello*. Nihil muto. Pro Plancio c. 33. *Qui belli, qui domi de patria bene merentes?* Supra c. V, 1 *Neminem neque ducem belli, nec principem domi, magnas res - - gerere potuisse*. Vide Heinsium ad Ovid. met. XII, 185 et Perizonium ad Sanct. IV, 4, 128. Postea Gu. sec. *potuerint*, impr. Lips. 1513. *potuerunt*.

7. * *Haec magnorum*] Gu. tert. et quint. *Haec opera magnorum*.

* *apud maiores nostros*] Pronomen Gu. pr. ignorat. Postea quint. transponit *haec genera qui officiorum*.

qui persequuntur] Duo Manut. codd. *qui sequuntur*.

* *magnam ipsi adipiscentur*] Anemoecius et Facciolatus ediderunt *magnam sibi adipiscentur*, quod verum puto. Vide patruum ad Nepot. Attic. XXII, 2. Gu. tert. et quint. *magnam ipsi adipiscuntur*. Deinde copula ante vocabulum *gratiam* a quarto abest, quinto vero a correctore est addita.

8. * *utilitatum praeceptis*] Gu. pr. *utilitatis praeceptis*.

Antipater Tyrius] Qui aequalis Catoni Uticensi, et in eius contubernio aliquamdiu fuit. Plutarch. in Caton. min. p. 761. Fuit et poëta, teste Cicer. lib. III. de orat. c. 30 et Quintil. lib. X, 7, 19. Plin. lib. VII. c. 51. Dicitur etiam *Antipater Sidonius*. [Hunc poëtam extemporalem esse alium ab illo philosopho, pauloque vetustiorem dudum demonstratum est.]

* *qui Athenis nuper est mortuus*] Gu. tert. et quint. *qui nuper Athenis mortuus est*: impr. uterque Lips. *qui Athenis nuper mortuus est*.

duo praeterita censet] Vin. unus Ox. et vulg. *duo praecepta censet esse a Panaetio praetermissa, valetudinis*. Nostra vero lectio in Goth. pluribus Aldi, Guil. Palat. et Anglic. fuit codicibus, propagata etiam a Victor

* *duo praeterita*] Hoc sistunt scripti Gu. omnes. At impr. veteres *duo praecepta censet esse a Panaetio praetermissa*. Gu. sec. *censet a Panaetio*, omisso *esse*.

sunt certe utiles] Heumannus haec aliunde accessisse credit, quod et mihi videtur. [Aliis minime: nam concessio est non sine aliqua causa Panaetium reprehensum esse.]

9. *Sed valetudo*] Coniunctionem *sed* Facciolatus supervacaneam putat, Heumannus mutat in *scilicet*. Ut vero *autem* saepe continuat orationem (vid. ad lib. I, 22, 10.) ita et *sed*. Si propriam significationem retinere mavis, interpretare: *Sed*, ut aliquid de his

poris; et observatione, quae res aut prodesse soleant, aut obesse; et continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi caussa; et praetermittendis voluptatibus; postremo
10 arte eorum, quorum ad scientiam haec pertinent. Res autem familiaris quaeri debet iis rebus, a quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia, et parsimonia: iisdem
11 etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur: quem nos ista fere aetate cum essemus, qua es tu nunc, [e Graeco] in Latinum convertimus.

dicatur, quae Panaetius omisit, *valetudo sustentatur.* [Post parenthesin redit ad rem.]

et observatione, quae res] Vinar. quatuor Oxon. plures Manut. Rom. Venetae, Arg. Facciol *et observatione earum rerum, quae res.* In Goth. plura hic desunt. Pearcius cum Victorio, verbali nomini verbi constructionem datam, censet, quasi dixisset, *observando,* vel *dum observantur, quae res aut prodesse soleant, aut obesse.* Tale esse dicit illud c. VI, 12 *spe sibi id utile futurum.* Haec et mea facio.

* *et observatione, quae res aut*] Gu. tert. et quint. *et observatione earum rerum, quae aut:* quart. et omnes impr. veteres *et observatione earum rerum, quae res aut.* Nec displiceret repetitio eiusdem nominis *rerum, quae res.* Vide ad I, 31, 2. Sed quia dissentiunt codices antiquiores, utique adsentior viris doctis, qui nomini constructionem verbi a Cicerone hic accommodatam esse existimant. Ita supra I, 13, 3 *Astrictos iure iurando, se redituros esse.* De or. II, 83 *Tum promissio, si audierint, probaturos.* Tale est illud epist. ad divers. II, 16, 9 *Non enim te celavi sermonem T. Ampii, quam abhorrerem ab urbe relinquenda.* Sic legendum esse hunc locum, persuasum est mihi, ex quo vidi, in antiqua bibliothecae Gu. membrana verbum *vidisti,* quod vulgo post nomen *Ampii* adiiciunt, omissum esse.

* *et continentia*] Gu. quart. *at et continentia.* Deinde pr. *in victu atque cultu,* omisso *omni*: quart. *in omni victu omnique cultu tuendi corporis causa.*

et praetermittendis voluptatibus] Non placet ad haec iterare ex superioribus *continentia in.* Valetudo sustentatur praetermittendis iis rebus, quae voluptatis tantum causa sine ratione expetuntur.

* *et praetermittendis*] Copula abiecta Gu. pr. et sec. *praetermittendis*: tert. et quint. *et in praetermittendis.* Aliquanto post iidem *postremo arte illorum.*

arte eorum] Medicorum, quos domi suae plerique Romanorum principes habebant. Plures enim medici tum servi erant.

10. * *iis rebus, a quibus*] Gu. quint. *his a quibus,* omisso *rebus*: impr. Magont. Venet. 1498 uterque Lips. ac Lugd. 1527. *his rebus, quibus,* sine praepositione.

a quibus abest turpitudo] Non sordidis, non turpibus artibus. Vid. lib. I. c. 26 extr. et c. 42.

* *iisdem etiam*] Gu. pr. sec. tert. quint. [Bern. a b] et Gryph. *eisdem etiam*: Gu. quart. *etiam eisdem.*

11. *Xenophon Socraticus*] Socratis auditor, cuius *oeconomicus* liber ad nos pervenit.

* *persecutus est*] Gu. tert. *est persecutus.* Idem paullo post *fere ista aetate.*

qua es tu nunc] Annum filius tum agebat XXI. Vid. ad lib. I. cap. 1. pr.

* *e Graeco in Latinum convertimus*] Verba *e Graeco* Gu. pr. [solus] omittit. Accessisse ea videntur a magistro, qui se operae pretium facturum putabat, si lectores Ciceronis ignorare non sineret, Xenophon-

Sed utilitatum comparatio, quoniam hic locus erat 25
quartus, a Panaetio praetermissus, saepe est necessaria.
Nam et corporis commoda cum externis, et externa cum 2
corporis, et ipsa inter se corporis, et externa cum externis
comparari solent. Cum externis, corporis, hoc modo com- 3
parantur: valere ut malis, quam dives esse. Cum corporis,
externa hoc modo: dives esse potius, quam maximis cor-
poris viribus. Ipsa inter se corporis sic: ut bona valetudo
voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem, 4
ut gloria divitiis, vectigalia urbana rusticis. Ex quo genere 5

tem Graece scripsisse. Tali additamento Ciceroni hoc loco non magis opus erat, quam in illis Tusc. quaest. III, 14 *Itaque apud Euripidem a Theseo dicta laudantur. Licet enim, ut saepe facimus, in Latinum illa convertere.* Gu. tert. mutat *e Graeco transtulimus*, eiectis verbis *in Latinum.* In quinto, ubi librarius haec omnia omiserat, corrector supplevit *e Graeco transtulimus in Latinumque convertimus.*

in Latinum] *Sermonem*, quod Cicero maluit, quam *linguam*, quod nos hodie fere solum novimus.

Cap. XXV, 1. *utilitatum comparatio*] Rerum utilium, duarum vel plurium, inter se comparatio.

° *quoniam hic locus*] Gu. pr. *quando hic locus.* Idem postea *saepe necessaria*, omisso *est.*

locus erat quartus a Panaetio praetermissus] Hoc non ita accipiendum est, ac-si Panaetius tres priores locos simul cum hoc praetermiserit: sed hic locus est quartus, de quo Cicero sibi dicendum proposuit, quem vero Panaetius non attigit. Vide lib. I. c. 3. extr.

2. *cum externis*] Quae fortunae bona nos quidem dicimus.

3. ° *hoc modo comparantur*] Verbum *comparantur* Gu. tert. et unus Aldi excludunt.

valere ut malis] Poëticus fere verborum ordo Erasmi quoque oculos advertit, Pearcium vero tantum non offendit, qui praefert *ut valere malis*, vel cum uno Anglic. et alio C. Stephani, *valere utrum malis.* Quanto melior est vulgata?

° *valere ut malis, quam*] Gu. tert. *valere malis, an dives esse.*

dives esse potius] Pearcius hic iterum tentat, *dives esse potius sit, quam.* Cur non potius explicamus veterem lectionem: ut *dives esse potius* velis, quod verbum ex *malis* subaudiendum, non inculcandum.

° *dives esse potius*] Rectissime patruus *velis* ex *malis*, quod praecesserat, intelligit. Ita ex *noli* subintelligitur *velis*, lib. XII. ad divers. ep. 30 *Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere.* Vide Paullum Manutium ad orat. pro Quinct. c. 26.

° *maximis corporis viribus*] Gu. sec. et impr. incert. *maximus corporis viribus.* Agnoscimus in hoc Aristarchi alicuius facinus, cui parum apta videbatur illa compositio, *dives potius, quam maximis viribus.* Rectius iudicabit, qui legerit adn. Cortii ad Sallust. Catil. 18, 4. Gu. tert. et quint. *maximis viribus corporis.*

° *sic: ut bona valetudo*] Gu. pr. *si bona valitudo:* omnes impr. veteres *comparantur sic, ut bona val.*

° *anteponatur*] Gu. pr. et sec. *ante ponatur*, divise.

4. *Externorum autem*] Dicendum erat *externa autem:* subintelligitur vero *e numero:* quasi dicat, *ut gloria* e numero *externorum divitiis* anteponatur.

vectigalia urbana] Reditus ex possessionibus urbanis, qui uberior et certior erat, quam ex rusticis. Hoc noverat Atticus, qui, ut scribit Cornel. Nep. in eius vita c. 14. extr. *nullos habuit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumtuosam villam,*

comparationis illud est Catonis senis: a quo cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, Bene pascere. Quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Male pascere. Quid quartum? Arare. Et, cum ille, qui quaesierat, dixisset, Quid fenerari? Tum Cato, Quid
6 hominem, inquit, occidere? Ex quo, et multis aliis, intelligi

neque in Italia, praeter Ardeatinum et Nomentanum, rusticum praedium: cuiusque *omnis pecuniae reditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus.*

5. *Ex quo genere comparationis*] In Palat. pr. *comparationis* nomen omissum est, idque ita fieri debuisse censet Heumannus.

illud est Catonis] Columell. lib. VI. praefat. *In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademque quaestuosissima. Propter quod nomina quoque et pecuniae et peculii tracta videntur a pecore: quoniam id solum veteres possederunt. Et adhuc apud quasdam gentes unum hoc usurpatur divitiarum genus; et nunc apud nostros quidem colonos alia res uberior nulla est. Ut etiam M. Cato credidit, qui consulenti, quam partem rei rusticae exercendo celeriter locupletari posset, respondit, si bene pasceret; rursusque interroganti, quid deinde faciendo satis uberes fructus percepturus esset, adfirmavit, si mediocriter pasceret. Ceterum de tam sapiente viro piget dicere, quod eum quidam auctores memorant eidem quaerenti, quodnam tertium in agricolatione quaestuosum esset, adseverasse, si quis vel male pasceret.* Plin. lib. XVIII. c. 5 *Cato interrogatus, quis esset certissimus quaestus, respondit, si bene pascas: quis proximus, si mediocriter pascas.*

* *illud est Catonis*] Catonis responsio similis est illi Demosthenis, quem, ut est apud Cic. in Bruto c. 38. quaerenti, *quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem, et idem tertium, respondisse ferunt.*

Bene pascere] Cato non pastoris industriam, sed sufficientem pecori pascuorum ubertatem requisivisse videtur.

Satis bene] Hoc Columellae et Plinio est *mediocriter*. Vide quae dixi ad Nepot. Cim. c. 2. pr. ad lib. III. de offic. c. 14. pr. Bunemann. ad Lactant. lib. VI, 13, 7.

Male pascere] Exiguum pecoris numerum in macro agello alere. Haec autem lectio solius est codicis Palat. pr. ceteri *bene vestire*, ut Goth. et Vin. Rom. vel *vitire*, ut Lang. Sed ceteri libri corrupti videntur ab iis, qui Catone indignum iudicium hoc putarunt. Vulgata haud melior est illa lectio, quam Pearcius excogitavit, *non male pascere*. Hanc coniecturam et libri, et testes refutant.

* *Male pascere*] Haec et proxima *Quid quartum?* Gu. pr. et Palat. sec. omittunt, ut coniungantur *Quid tertium? Arare.* [Bern. a b verba *Quid tertium? male pascere* omittunt.] Et dubitari queat, an Cicero inter eos auctores fuerit, quos Columella indignum aliquid sapientia Catonis tradidisse arguit. Veriorem tamen puto codicis Palat. primi scripturam, [quae etiam Bernensis c est]. Quatuor Gu. omnesque impr. veteres *bene vestire* obtrudunt.

Arare] Agri ergo culturam pastione minus fructuosam putavit. Pluribus enim coeli et tempestatum iniuriis subiacet, quas vitare nulla prudentia potest.

Quid hominem, inquit, occidere] Non negat, fenerari rem esse quaestuosam: sed eam non magis iustam esse censet, quam latrocinium. Non quodque tamen fenus, sed illud tantum vitae genus damnasse videtur, cui unus ex fenore quaestus est. Id enim turpe senatori Rom. et odiosum erat. Vide lib. I. c. 42. pr. An ipse Cato fuerit fenerator, hic idoneus quaerendi locus non est. Sunt certe, qui negent.

debet, utilitatum comparationes fieri solere, recteque hoc adiunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. Sed toto hoc de genere, de quaerenda, de collocanda pe- 7
cunia, etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis viris ad Ianum medium sedentibus, quam ab ullis philoso-

* *Quid hominem, inquit, occidere?*] Gu. tert. quint. et impr. incert. *Quid, inquit, hominem occidere?* Haec traiectio prope fidem facit Gu. quarto, verbum *inquit* omittenti.

6. * *Ex quo et multis*] Gu. pr. *Ex quo ex multis*, ut suspicari liceat, antea fuisse *Ex quo et ex multis*. Gu. quart. *Ex quo et multis aliis rebus.*

* *fieri solere*] Omnes impr. veteres *solere fieri.*

* *recteque hoc adiunctum esse*] Gu. sec *recteque hoc adiunctum est.* Particulam *que* quart. omittit, Gryph. in *et* mutat. Pronomen *hoc* in Gu. quinto est a correctore. Deinde tert. transponit *quartum officiorum exquirendorum genus.*

7. * *Sed toto hoc de genere*] Gu. tert. et quint. *Sed de hoc genere toto.*

vellem etiam de utenda] *Vellem* in Goth. Vin. Rom. et prius vulgatis deest, ut in ceteris omnibus, excepto uno Langii. Pearcius id omisit.

* *vellem etiam de utenda*] Haec omnia Gu. quart. omittit. Verbum *vellem*, quod ex uno Langii libro accessit [habetque unus Bern. c], mihi importunissimum videtur. Nulla caussa erat, cur Cicero optaret, ut trapezitae, de quo feneratorum genere hic sermo est, utendae pecuniae praecepta darent. Certe nec filium eis instituendum traditurus, nec erectioris ingenii quemquam adolescentem ad hanc scholam ablegaturus erat. Et parum noverit homines augendae rei familiari unice intentos, si quis non animadvertit, quam crebro sermonibus suis, quos de re pecuniaria plerumque instituunt, salutaria pecuniae utendae praecepta admisceant. Plautus quidem in Curcul. III, 10. Lyconem danistam sic inducit philosophantem: *Qui homo mature quaesivit pecuniam, Nisi eam mature parsit, mature esurit.* [Infelix disputatio, quasi iste *usus* sit pecuniae, si comparcas. *Vellem* ad sensum unice aptum est, cum sit pro eo quod est: de utenda tamen minime accommodate praecipiunt.]

a quibusdam optimis viris] Langius hoc εἰρωνικῶς dictum vult, a quo Gronovius dissentit, qui *bonos* dici ait, quod eorum intersit maxime, cum bonis sentire, qui pacem, otium, rempubl. tranquillam et salvam cupiant.

* *a quibusdam optimis viris*] Proprie haec accipienda esse, iam ante Gronovium censuerat Pareus in lex. crit. voc. *Boni viri.* Quamvis vero sciam, divites homines ac feneratores, quod a perditorum civium consiliis abhorrentes plerumque cum bonis sentiant, *bonos viros* interdum dici: tamen a me nullo modo impetrare possum, ut credam, sine εἰρωνείᾳ a Cicerone *optimos viros* dici potuisse danistas, quos supra I, 42, 2. genus hominum invisum esse fatebatur, et quos hoc ipso loco non sine μυκτηρισμῷ *ad Ianum medium sedentes* appellat. Feneratores igitur *optimos viros* dixit non alia significatione, quam qua T. Roscium, pessimum hominem, in orat. pro Roscio Amer. c. 8. et 36. *optimum virum* dixerat. [Nihil aliud opinor esse quam homines a litteris doctrinaque alienos. Vide cap. I, 3.]

ad medium Ianum sedentibus] Goth. *ad ianuae medium.* Vin. *ad medium ianuae.* Nugae. Illum urbis vicum intelligit, in quo mercatores et feneratores sedebant, atque hi quidem medii. Hinc *medius Ianus* locum significat, in quo pecunia fenore dabatur. Horat. lib. II. sat. III, 18.

- - *Postquam omnis res mea Ianum*
Ad medium fracta est, aliena negotia curo
Excussus propriis.

Idem lib. I. epist. I, [54]

8 phis ulla in schola disputatur. Sunt tamen ea cognoscenda. pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.

O cives, cives, quaerenda pecunia primum est,
Virtus post numos: haec Ianus summus ad imum
Perdocet.

Vide Ciceron. Philippic. VI, 5. extr. [*Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela sit? Quis unquam in illo Iano inventus est, qui L. Antonio mille nummum ferret expensum?* Hinc apparet, opinor, tres ad forum Ianos fuisse, unumque medium inter Basilicam Pauli et Atrium Libertatis, non, quae summa disputationis est eius, quam Beierus ad h. l. instituit, duos tantum appellatumque esse totum inter superiorem et inferiorem Ianum spatium Ianum medium.]

* *ad medium Ianum*] E Gu. pr. e cod. Pithoei et ex ed. Gryph. scripsi *ad Ianum medium.* Hunc positum suadent etiam Gu. reliqui, novem Aldini et alii, in quibus est *ad ianuae medium.* Impr. veteres omnes dederunt *ad medium ianuae.*

* *ab ullis philosophis ulla in schola*] Gu. pr. *ab illis phil.* Ab eodem, a tert. et ab ed. Wolf. *ulla* abest. Omnes scripti Gu. et impr. Magont. antiquo more *scola* sine aspiratione dederunt.

8. * *Sunt tamen ea*] Pronomen Gu. pr. expellit. Idem cum quarto et Goth. in fine libri exhibet *persequamur.*

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD

MARCUM FILIUM.

LIBER TERTIUS.

Publium Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africa- 1
nus appellatus sit, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere eius aequalis, Numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nec minus solum, quam cum solus esset. Magni- 2
fica vero vox, et magno viro, ac sapiente digna: quae declarat, illum et in otio de negotiis cogitare, et in solitudine secum loqui solitum; ut neque cessaret umquam, et inter-

Cap. I, 1. *P. Scipionem*] Eius Publii filium, de quo ad lib. I, 18, 9.

appellatus sit] Vulgo *appellatus est:* sed ita Nonius cap. IV, 4. et 11. et aliquot MSS. Heumannus *sit* in *sic* mutat.

* *qui primus Africanus appellatus sit*] Nonio, in voc. *Aequalis* et in voc. *Appellare,* haec ita adferenti adsentiuntur Gu. pr. sec. et quart. [Bern. a c Bas.] Ceteri cum vulg. dederunt *appellatus est.* Antiquus Nonii codex Gu. pro *primus* utroque loco exhibet *primo.* Vide tamen viros doctos ad Liv. VI, 11, 7.

fere eius aequalis] Nam aliquot annis eo posterior, eique consuli quaestor fuit. Etsi vero tota vita ab eo dissensit, tamen et in adversario, quae praeclara sunt, laudavit.

* *qui fuit fere eius aequalis*] Gu. pr. *qui fuit ei fere aequalis:* sec. atque ed. Gryph. *qui fuit eius fere aequalis*: tert. *qui fere eius fuit aequ.* Vulgatam tuentur exemplaria Nonii, in voc. *Aequales.*

Numquam se minus otiosum] Ludit in ambiguo verbo, quod et vacuum a muneribus publicis, et a labore feriatum significat.

* *quam cum otiosus*] Gu. quint. *quam cum otiosus esset.* Deinde uterque impr. Lips. *nec se minus solum.*

2. *Magnifica vero vox*] Vincentius Bellov. *vere*, sed male. Nam *vero* est *certe,* et satis adfirmat.

* *et magno viro ac sapiente digna*] Gu. tert. *et magno ac sapiente viro digna:* quart. Goth. omnesque impr. veteres *et sapiente digna.*

* *de negotiis*] Gu. quart. *de negotio.* Idem postea *ut non cessaret.*

ut neque cessaret umquam, et] *Neque, et* coniungi, observavi ad lib. I, 19, 9. Paullo post n. 9 *Et otio fruor, nec eam solitudinem languere patior.*

cessaret] Otiosus esset, vacaret.

dum colloquio alterius non egeret. Ita duae res, quae
languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo.
3 Vellem nobis hoc idem dicere liceret: sed si minus imitatione tantam ingenii praestantiam consequi possumus, vo-
4 luntate certe proxime accedimus. Nam et a re publica forensibusque negotiis armis impiis vique prohibiti, otium
persequimur: et ob eam caussam, urbe relicta, rura pera-
5 grantes, saepe soli sumus. Sed nec hoc otium cum Afri-
6 cani otio, nec haec solitudo cum illa comparanda est. Ille
enim requiescens a rei publicae pulcherrimis muneribus

interdum] Numquam cessabat: interdum colloquio alterius non egebat. Natura enim patitur, hominem hominis colloquium aliquando non desiderare.

Itaque duae res] Duo codd. Aldi et quid. alii, *ita duae res*, quod Facciolato praeeunte recipio. * E Gu. pr. ed. Anemoec. et Wolf. scripsi *Ita duae res*. [Temere factum, nec reliqui libri adstipulantur.] Gu. tert. *Itaque hae duae res*. Idem postea transponit *otium et solitudo eum acuebant*.

languorem afferunt] Torporem: quae ad agendum pigros reddunt.

3. *Vellem nobis*] Goth. et Vinar. cum Rom. et pluribus, *vellem et nobis*. Sed *et* abest a XII. Aldinis.

* *Vellem nobis*] Ita scripti, etiam nostri. Male impr. veteres omnes et Facciol. *vellem et nobis*.

vere dicere] In Goth. *vere* non est. Id multis locis a librariis accessit. * Sustuli adverbium, quod Gu. pr. sec. et quart. omittunt, quint. transponit *dicere vere*. Supra I, 22, 7 *Licet eadem de Pausania Lysandroque dicere*. [Orellius libros suos secutus servavit.]

* *proxime accedimus*] Non placet Gu. pr. *accedemus*, nec quart. *accedamus*. In hoc deest *proxime*.

4. *armis impiis*] Antonii, qui tum militari praesidio septus in senatum venire solebat. Vid. Philipp. II, 8 et 44. Philipp. V, 7. Ex his vero perspicitur, hos libros extremo illo anno perpolitos fuisse, quo Antonius consul fuit, oratione Philippica secunda iam vulgata. Vid. lib. XVI. Attic. ep. 11. ex qua aliqua adscribo ad cap. II, 8.

* *otium persequimur*] Gu. quint. a manu prima et unus Aldi *consequimur*: Gu. quint. a correctore, sex codices Aldi, impr. Magont. incert. et Lips. 1507. *prosequimur*: Lips. 1513. *prosequemur*. Possis inde suspicari, olim fuisse *otium sequimur*. Ita Cic. pro Muren. c. 27 *Qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt*. Tamen *otium persequi* dixit etiam Horatius epod. I, 7.

rura peragrantes] *Rura* in uno cod. Langii defuit, unde et ille et Lambin. *peregrinantes* rescripserunt. Sed Cicero non *peregrinabatur* magis, quam *rura*, id est, praedia et villas suas, *peragrabat*, et in iis philosophiae maxime vacabat.

5. *nec otium hoc*] Praesens hoc otium meum. Sic postea *haec solitudo cum illa*, id est, mea cum superiore illa Africani.

* *Sed nec otium hoc*] E Gu. sec. quart. quinto et XIII. Aldinis reduco *Sed nec hoc otium*. [Sic etiam Bern. a b c, sed c *neque*, quod Orellius recepit, levi, ut puto, soni causa motus.]

comparanda] Par putanda, ut *conferendus* dicitur lib. I. cap. XXII, 7. et 13.

6. *a reipubl. pulcherrimis muneribus*] A functione munerum publicorum, ab administranda republ.

* *a rei p. pulcherrimis*] Transponit Gu. tert. *a pulcherrimis muneribus rei p. otium sibi aliquando sumebat, et a coetu frequentiaque hominum*.

otium sibi sumebat aliquando, et a coetu hominum frequentiaque interdum, tamquam in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem otium negotii inopia, non 7
requiescendi studio, constitutum est. Exstincto enim senatu deletisque iudiciis, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? Ita qui in maxima ce- 8
lebritate, atque in oculis civium quondam viximus; nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et saepe soli sumus. Sed quia 9
sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere; sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni: propterea et otio fruor, non illo quidem, quo debeat is, qui quondam peperisset otium civitati;

sumebat] Suo arbitratu, et ut commodum erat, non ut alii volebant.

7. * *non requiescendi*] Ita MSS. sed omnes impr. veteres *nec requiescendi.* Deinde Gu. pr. *studio consecutum est.*

constitutum est] Causa nostri otii est negotii inopia.

Exstincto senatu] Non de senatoribus bello exstinctis, sed de libertate senatui ademta loquitur, cum curia armatis obsideretur ab Antonio.

iudiciis deletis] Cum praetores, M. Brutus et Cassius ex urbe fugere coacti essent: quorum epistolas habemus apud Ciceronem lib. XI. inter primas.

* *deletisque iudiciis*] Omissa copula, Gu. pr. *deletis iudiciis.*

in foro] In iudiciis, non in *concione populi,* ut quidam interpres, parum in Ciceronis lectione versatus.

8. *Itaque qui*] Goth. *ita cum in maxima celebritate,* et postea *vixerimus,* ut Rom. at Vinar. *ita qui vixerimus.* Sed nihil mutandum est. Aldi quoque meliores libri habent, *ita qui,* ut Pearc. et Facciol. vel *itaque in maxima,* vel *itaque qui in.*

* *Itaque qui*] Ex quatuor Gu. consentientibus quatuor Aldinis, impr. Magont. Venet. 1498. utroque Lips. Gryph. Anemoec. Wolf. Pearc. et Facciol. revocavi *Ita qui.* Conf. ad huius capitis n. 2. Gu. quint. *Itaque nos qui.* [Orellianorum librorum unus Bern. e *ita,* et c *itaque in.*] Deinde quart. *qui maxima celebritate,* omisso *in.*

* *atque in oculis civium quondam viximus*] Copulam *atque* abiicit Gryph. Pro *viximus* in Gu. pr. quart. et a manu prima in quinto, in novem Ald. in impr. Magont. et Venet. 1498. est *vixerimus.* [Sic etiam Bern. a b c e cum Bas. et elegantius sine dubio habebitur.]

sceleratorum] Qui caedes minantur.

quibus omnia redundant] Magna veteranorum manu ab Antonio comparata, et perditis quibusque ad illam causam adiunctis.

* *nunc fugientes - - redundant*] Adlegat Nonius in voc. *Redundare.*

et saepe soli sumus] Heumannus haec delet. Leguntur et n. 4. Goth. ea sine copula habet.

9. *ab hominibus doctis*] Philosophis. Alii sunt *eruditi,* (quos cum *doctis* coniungit lib. II. cap. II, 10.) quibus verborum eruditio curae est.

* *eligere minima oportere*] Impr. veteres omnes transponunt *minima oportere eligere.*

* *excerpere ex his ipsis*] Non male Gu. pr. sec. et quart. [Bas. Bern. a] *his* omittunt. [Non equidem probarim.] In tert. erat *ex is ipsis,* in impr. Magont. *in hiis ipsis.* Deinde Gu. quart. *si quid esset boni.*

non illo quidem] In Facciolati cod. *quidem* non est, qui pro eo *ta-*

nec eam solitudinem languere patior, quam mihi adfert ne-
10 cessitas, non voluntas. Quamquam Africanus maiorem lau-
11 dem meo iudicio assequebatur. Nulla enim eius ingenii
monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. Ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum, quas cogitando consequebatur, neque otiosum, nec solum umquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut

men substituendum putat. Sed vide ad lib. I, 27, 9. lib. II, 6, 9.

* *non illo quidem*] Ut MS. Facciol. ita Gu. sec. omittit *quidem*.

quo debeat is] Rectius, si quid video, duo Aldi *debebat*. Vide ad lib. I. c. 9. pr. Hoc verbum abest in Venet. quart.

* *quo debeat is*] Uterque impr. Lips. [et Bern. c] *quo debebat is*. Ita malebat etiam Gesnerus in chrestomath. Cic. CXXIV. extr. Hoc ad vernaculae, illud ad Romanae linguae morem propius videtur accedere. De orat. II, 26 *Quae mihi videntur ii melius nosse, qui dialectici appellantur, hi autem nostri ignorare, qui non minus nosse debeant.* Or. c. 51 *Quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi, summi ipsi oratores esse debeant.* Adde supra I, 9, 1. Gu. tert. quint. tres Oxon. impr. incert et Anemoec. ex glossa arripuerunt *quo debeat uti is*. Etiam in Gu. sec. glossator supra *debeat is* adscripsit *frui*. [*Debeat* non recte videtur dici, quandoquidem non sequitur *peperit*, sed *peperisset*, quicum recte non coit nisi *debebat*.]

* *peperisset otium*] Gu. quart. et duo Oxon. *peperisset pacem et otium*. Vocabulum *pacem* ex interpretatione irrepsit.

10. *maiorem laudem assequebatur*] Quod mentis in eo vigor erat maior, cuius sola agitatione otium suum oblectabat, ut a solitudine abstraheretur. Heumannus iis accedit, qui *minorem laudem* legunt.

vel meo iudicio] Meo etiam, non aliorum tantum iudicio. In Goth. Vin. Ven. pr. lego *maiorem laudem me vel meo iudicio*: in quinque MSS. Angl. *me* et *vel* omissum, deletque id Pearc. et Victorius.

* *vel meo iudicio*] Iubentibus Gu. tribus prioribus atque ed. Gryph. [adstipulantibus etiam Bern. b c d Bas.] delevi particulam *vel*, cuius vis a scopo Ciceronis aliena videtur. Non ille ex animi sententia Scipioni maiorem, quam sibi, laudem tribuit; sed, quod, arrogantiae crimen vitans, se ipsum agnoscere callide dissimulat, id agit, ut alii iudicent, Africano se maiorem laudem mereri. [Certe aliis iudicandum relinquit, quod supra modum decerneret, si scripsisset *vel*.] Gu. tert. transponit *Africanus meo iudicio maiorem laudem*: quart. corrupit *me vel modo iudicio*: quint. [itemque Bern. e] et impr. Magont. *me vel meo iudicio*.

11. *Nulla enim eius*] Omnia mea exemplaria, *nulla tamen eius ingenii monumenta;* sed parum ad Ciceronis mentem.

* *Nulla enim*] Hoc tuetur Gu. pr. etiam sec. a manu prima. Nam corrector huius fecit *Nulla tamen*, quod tres reliquos et impr. veteres omnes occupavit. Paullo post a Gu. tert. et ab impr. Lips. 1513. *mandata* temere abest.

solitudinis munus] Nihil quod in solitudine ab eo peractum vel compositum fuerit.

* *agitatione*] Gu. sec. *exagitatione*.

consequebatur] Goth. *sequebatur*.

* *consequebatur*] Gu. tert. *assequebatur*: quart. *persequebatur*.

* *nec otiosum*] E Nonii exemplaribus in voc. *Consequi*, scripsi *neque otiosum*.

cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scri-
bendi operam omne studium curamque convertimus. Itaque 12
plura brevi tempore eversa, quam multis annis stante re
publica, scripsimus.

Sed cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera et 2
fructuosa, nec ulla pars eius inculta ac deserta sit: tum
nullus feracior in ea locus est, nec uberior, quam de offi-
ciis, a quibus constanter honesteque vivendi praecepta du-
cuntur. Quare quamquam a Cratippo nostro, principe 2
huius memoriae philosophorum, haec te assidue audire at-
que accipere confido: tamen conducere arbitror, talibus

* *a solitudine*] In Gu. pr. et sec. postrema vocalis proxime praecedentis vocabuli praepositionem absorbuit. Deinde quart. dedit *distrahamur*.

* *scribendi operam*] Gu. quint. impr. Magont. et Rom. *operam scribendi*.

12. *plura*] Nam et libros aliquot rhetoricos et plerosque philosophicos post id tempus scripsit, quo respubl. Caesaris armis est oppressa.

* *brevi tempore*] Gu. sec. *in brevi tempore*.

Cap. II, 1. *frugifera et fructuosa*] Laudatur ager, qui non solum *frugifer* est, sed et *fructuosus*, id est, ex quo reditus impensam superat. Vide Cat. de R. R. cap. 1, 6. Hoc Cicero ad philosophiam transfert, ex qua non ita magna mercede fructus capiuntur uberrimi.

* *et fructuosa*] Gu. tert. *ac fructuosa*. Postea quart. *ulla* omittit.

deserta sit] Ita rarius Cicero, frequentius *est*, ubi *cum* se refert ad *tum*. Et fortasse *sit* a librariis est, cum in aliquot exemplaribus esset *tamen* (quod in meis etiam reperio) pro *tum*. [Non tam raro illud fieri, abunde hodie expositum est.]

* *tum nullus*] Hoc tuentur Gu. pr. ac tert. Proxime accedit scriptura sec. *tunc*. At quart. quint. et omnes impr. veteres *tamen*: quod satis commodum sensum facit, si *cum* praecedens pro *licet, quamvis* accipias. Ita saepe noster, ut epist. ad divers. I, 2. extr. *Senatus auctoritas gravissima intercessit*: *cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta*. Nihil tamen mutem. Gu. tert. transponit *nullus in ea locus feracior est*: quart. *nullus in ea locus est feracior*. Deinde sec. *nec verior*, quart. *neque verior*. Hic etiam in fine periodi *praecepta dicuntur*.

feracior] Hoc *frugifero* respondet, sicut *uberior* idem est, quod *fructuosior*. Male Vinar. et Ven. pr. *veracior*: unde vides, non oculis, sed auribus vitia esse arrepta. Confer. Lactant. lib VI, 2, 15.

locus] Pars. Vid. ad lib. I. cap. 6. pr.

2. *a Cratippo nostro*] Familiari utrique nostrum. Lib. I. de divin. c. 3. med. *Cratippus quoque familiaris noster*. Lib. II. de div. 49. et 53 *Cratippus noster*. De eo vide ad Lib. I. c. 1. pr. Quid. *Cratippo vestro*.

* *principe huius memoriae*] Gu. quart. *principe magistro huius mem.* Postea tert. *haec te audire assidue atque concipere*: quart. *haec assidue accipere atque audire*, omisso *te*: impr. veteres omnes *hoc te assidue audire atque accipere*.

huius memoriae philosophorum] Priscis illis *parem* dicere non audet, *simillimum* tantum esse concedit lib. II. c. 2. extr.

haec te] Vin. *hoc te*.

audire atque accipere] *Audiunt* omnes, quibus praecepta traduntur; sed non omnes *accipiunt*, sive, quod idem est, *arripiunt*. Vid. ad Cornel. Nep. Attic. cap. I, 3.

aures tuas vocibus undique circumsonare; nec eas, si fieri
3 possit, quidquam aliud audire. Quod cum omnibus est
faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tum haud
4 scio, an nemini potius, quam tibi. Sustines enim non
parvam exspectationem imitandae industriae nostrae, magnam
5 honorum, non nullam fortasse nominis. Suscepisti onus
praeterea grave et Athenarum, et Cratippi: ad quos cum
tamquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus,
inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis aucto-
6 ritatem, et magistri. Quare quantum conniti animo potes,

undique] Hoc abundare videtur Pearcio: sed est *ab omnibus partibus*. [Mox *circumsonari* Bern. c, sicut coniecerat Beierus, quem Orellius redarguit laudato loco epist. VI, 18, 4 *personare aures eius huiusmodi rebus non est inutile*. Nimirum et locus circumsonat, personat, resonat aliqua voce, et vox circumsonat, personat, et aliquando etiam resonat locum.]

° *si fieri possit*] Gu. quint. *posset*.

quidquam aliud audire] Alia fortasse audierat a Gorgia, vinolento rhetore, quem familiarem habuerat. Vid. lib. XVI. epist. XXI, 11.

3. ° *est faciendum*] Verbum *est* Gu. pr. omittit, tert. in *sit* mutat.

° *ingredi cogitant*] Gu. pr. *ingredi putant cogitant*. Ernestus malit *cogitent*.

haud scio an nemini potius] Nemini fortasse magis. Lib. I. ad Q. F. epist. I, 10 *Ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini*. De hac formula dixi ad Cornel. Nep. Timol. c. 1. pr. Vide et ad Cat. mai. c. XVI, 9.

° *tum haud scio*] Hoc est in Gu. sec. Ceteri Gu. omnesque impr. veteres *tamen haud scio*.

4. *Sustines enim non parvam exspectationem*] Magna de te spes est, fore ut imiteris industriam paternam, honores adipiscaris et aliquam gloriam.

° *non parvam exspectationem*] Gu. quint *non parvas exspectationes im. nostrae ind. magnas hon. fortasse non nullam nominis*.

5. *Suscepisti onus*] *Onerant*, quae ei, cui adsunt, aliquam decori vel honesti observandi necessitatem imponunt, idque negligenti degenerem animum exprobrant. Ciceroni filio igitur *oneri* erant Athenarum urbs et Cratippus, id est, turpe ei futurum, inertiamque exprobraturum erat, nisi doctior ac melior inde rediisset. Nemo eum tantum praeceptorem et urbem dedecorantem non odisset et reprehendisset. Hanc *oneris* significationem disces ex Plin. lib. I. epist. VIII, 5. lib. II. epist. IV, 3. et epist. VI, 5. epist. XI, 13. lib. III. ep. III, 7. ep. XVIII, 3. lib. VIII. ep. XXIV, 8. paneg. c. 24. pr. et 73. extr.

° *Suscepisti onus praeterea grave*] Gu. tert. *Suscepisti praeterea onus grande*. Etiam in quarto et in marg. quinti legitur *grande*.

ad mercaturam bonarum artium] Ad mercandas bonas artes. Male vulgus de loco intelligit, et ad nostras academias transfert. Ita vero legendum auctoritate librorum et Nonii c. III, 134. V, 34. non *mercatum*, ut quidam.

° *inanem redire*] Gu. pr et tert. interponunt *te*, quod etiam in sec. glossator supra versum adscripsit. Ceteri libri mei [et Orelliani, ut videtur, omnes] et Nonii exemplaria, in voc. *Merx et mercatura*, additamentum istud ignorant. Deinde post vocabulum *turpissimum* Gu. pr. verbum *est* omittit.

6. *conniti animo*] Goth. *anniti animo*.

° *quantum conniti animo potest*] Gu. tert. *quantum conari potes animo:* quint. a correctore *quantum niti*, et ante correctorem *in animo potes*. In quarto *quantum* deest, et

quantum labore contendere (si discendi labor est potius, quam voluptas) tantum fac ut efficias: neve committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed haec hactenus. Multa enim saepe ad te co- 7
hortandi gratia scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositae divisionis revertamur. Panaetius igitur, qui sine 8
controversia de officiis accuratissime disputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus, tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines et consultare de officio solerent, uno, cum dubitarent, honestumne id esset, de quo ageretur, an turpe: altero, utilene, an inutile: tertio, si id, quod speciem haberet ho-

postea mutatur *quanto labore contendere*. Pro *potes* sec. et impr. Lugd. 1527. dederunt *potest*. Aliquanto post quart. et impr. Magont. *quam voluntas*.

si discendi labor est] Elliptica loquendi ratio: plene dicendum fuisset, *si discendi labor* omnino labor *est*. Cap. XXI, 10 *Quae maior utilitas, quam regnandi, esse possit?*

* *si discendi labor est*] Elegantem hunc genitivi usum rectissime patruus explicavit. Simili modo noster de or. II, 84 *Nec illud tertium* (genus, quod est) *laudationum genus difficile est*. Ibid. III, 38 *Tertius ille* (modus, qui est) *modus transferendi verbi late patet*. Non igitur invitis libris interpolandus erat locus ille epist. ad divers. X, 3, 8 *Unus autem est, hoc praesertim tempore, per tot annos re publ. devexata, rei p. bene gerendae cursus ad gloriam*. Interpretare: unus est cursus ad gloriam, qui cursus est rei p. bene gerendae, sive, qui consistit in re p. bene gerenda. Vide ibi Cortium.

fac ut efficias] Pleonasmus Ciceronianus, pro *effice*.

* *ut cum omnia*] Gu. pr. sec. quint. [Bern. a b d e] impr. Magont. incert. et Lips. uterque *ut ne cum omnia*. Non multum recedit Gu. quart. *ut ne ve cum omnia*, [Bas. *ne cum*]. Et scimus, exemplo Graecorum Romanos geminandis negationibus interdum contentius negare. Vide Camerar. ad Cic. de or. I, 39. Popmam de usu antiq. locut. II, 9. Voss. de constr. c. 61. et quos laudat Oudendorp. ad Suet. Tib. c. 26. et patruus supra ad I, 20, 1.

tute tibi] Tu ipse tibi defuisse. Sic omnes libri mei: sed paullo ante Vin. Rom. et Ven. pr. itemque Oxon. fere omnes, *ut ne cum omnia;* Goth. *ut nec cum*.

7. * *Sed haec hactenus*] Gu. sec. impr. Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Sed hactenus*. Utrumque Ciceroni placuit. Ad divers. epist. IX, 24 *Sed haec hactenus*. Ad Attic. V, 13. et IX, 7 *Sed hactenus*. Ad eumd. XVI, 16 *Haec hactenus*. De divinat. II, 36 *Nunc hactenus*. Minus placet scriptura impr. Magont. *Sed hoc hactenus*.

propositae] Ab initio positae, factae. [Cf. ad lib. II, 11, 4.]

* *propositae divisionis*] Gu. quart. *divisionis propositae*.

8. *Panaetius*] Vide ad lib. I. cap. II, 11. cap. XXVI, 5.

* *accuratissime*] Gu. quint. *acutissime*. Idem postea *correptione quadam adhibita*. Vocabulum *adhibita* a Gu. pr. temere abest.

tribus generibus propositis] Repete lib. I. c. 3. extr.

* *de officio solerent*] Gu tert. *de officiis solent:* quint. atque ed. Wolf. *de officiis solerent*. Deinde tert. et quint. *cum dubitaretur*. Post uterque Lips. *honestum ni esset,* omisso *id*.

utilene, an inutile] Pearc. *utilene esset, an inutile:* et ita plane Goth.

* *utilene, an inutile*] Gu. pr. sec. atque ed Gryph. *utilene esset, inu-*

nesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, quo modo ea discerni oporteret: de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit
9 dicturum, nec id exsolvit, quod promiserat. Quod eo magis miror, quia scriptum a discipulo eius Posidonio est, triginta annis vixisse Panaetium, postea quam eos libros
10 edidisset. Quem locum miror a Posidonio breviter esse tactum in quibusdam commentariis; praesertim cum scribat,

tile: impr. Magont. *ne utile esset, an inutile.* Tanta varietas indicare videtur, Ciceronem nihil aliud, quam *utile an inutile* scripsisse. Atque ita Lambinus, haud scio an ex libris antiquis, edidit. [At *esset* certe omnes Orelliani.] Paullo post impr. Magont. et Rom. transponunt, *quod haberet speciem.*

* *oporteret*] Gu. quint. *oporteat.* Aliquanto post tert. et quint. *deinceps scripsit se dicturum.*

nec id exsolvit] *Id* abest a Goth. Vin. Rom. Venetis, aliis: haud incommode. Illud *nec* est, sed non, nec tamen, quod iam observavi ad Cornel. Nepot. Ages. I, 4. Phoc. II, 5. Eamdem rem Cicero lib. XVI. epist. II. ad Atticum ita exponit: *Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus Panaetius, absolvi duobus; illius tres sunt. Sed cum initio divisisset ita, tria genera exquirendi officii esse; unum, cum deliberemus, honestum an turpe sit, alterum, utile an inutile, tertium, cum haec inter se pugnare videantur, quomodo iudicandum sit: (qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile) de duobus primis praeclare disseruit, de tertio pollicetur se deinceps; sed nihil scripsit. Eum locum Posidonius persecutus: ego autem et eius librum arcessivi, et ad Athenodorum Calvum scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret; quae exspecto, quem velim cohortere, et roges, ut quam primum. In eo est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος.*

* *nec id exsolvit*] Hoc duo primi Gu. atque ed. Gryph. tuentur. Gu. tert. *nec solvit id*: quart. [cum Bas. et Bern. a b c d] *nec exsolvit id:* quint. *nec solvit*, omisso *id*: impr. veteres omnes atque ed. Gron. *non* [*nec* potius] *exsolvit, quod promiserat.*

9. *Posidonio*] Vide ad lib. I. c. 45. pr.

* *a discipulo eius Posidonio*] Ut supra I, 45, 2. ita hic et ubique scripti et impr. veteres mei unanimi consensu in *Posidonii* nomine duplicem sibilum admittunt. Etiam Nonii codex perantiquus Gu. in voc. *Locupletis,* exhibet *Possidonius.* Est quidem Graecis *Ποσειδώνιος*. Tamen prisci consonantes, potissimum in propriis nominibus, geminabant. Vide Cortium ad Sallust. Catil. princ. et ad cap. XVII, 3. quosque laudavi ad inscriptiones Nicaenas p. 10. ubi *Σάλλιος Ἀντωνίνου* dicitur Velleius Macrinus, qui erat *Salius Caracalli.* Transponunt Gu. quart. *a Possidonio eius discipulo,* quint. *a Possidonio discipulo eius.*

riginta annis] Sic ceteri libri mei [et Orelliani omnes]: *annos* Ald. et Facciol.

* *triginta annis*] Gu. tert. quart. atque ed. Wolfii *annos.* Vide supra ad II, 23, 5.

* *posteaquam eos*] Gu. pr. sec. tert. et quint. divise exhibent *postea quam*: quart. et omnes impr. veteres *postquam.* Pro *eos* Gu. pr. sec. quart. [plerique Orelliani] impr. Magont. et Rom. *illos,* Gu. tert. et quint. substituunt *istos.*

10. *miror*] Heumann. *et miror*: quia iam antea dixerat, *quod eo magis miror.*

breviter esse tactum] Goth. Vin. duo Oxon. Rom. et vulgati plures *tractatum,* quos et Facciol. sequitur.

* *breviter esse tactum*] Adverbium omittit Gu. quart. Idem et omnes impr. veteres dederunt *tractatum.*

* *cum scribat*] Gu. quart. *cum*

nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. Minime vero assentior iis, qui negant, eum locum a Pa- 11 naetio praetermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse: quia numquam posset utilitas cum honestate pugnare. De quo alterum potest habere dubitatio- 12 nem, adhibendumne fuerit hoc genus, quod in divisione Panaetii tertium est, an plane omittendum: alterum dubitari non potest, quin a Panaetio susceptum sit, sed relictum. Nam qui e divisione tripartita duas partes absolverit, huic 13 necesse est restare tertiam. Praeterea in extremo libro tertio de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. Accedit 14 eodem testis locuples, Posidonius, qui etiam scribit in qua-

scribit. Paullo post idem et manus prima in quinto omisit *tota.*

11. ° *eum locum a Panaetio*] Gu. tert. ignorat *locum,* quod vocabulum etiam aberat a quinto, nisi a correctore additum esset.

praetermissum] Negligentia vel oblivione non consilio, quod alii volebant. Vid. lib. I. cap. III, 9. cap. XLV, 9. lib. II. c. 25. pr.

sed consulto relictum] Ex verbo praecedenti *negant* subintellige *aiunt.* Vid. adnot. ad Cornel. Nep. Dat. VI, 4.

relictum] Oxon. unus et quid. al. *derelictum,* quo verbo alibi utitur. Infra c. 6 *communis utilitatis derelictio.* Hic tamen malo *relictum,* ut n. 12 *quin a Panaetio susceptum sit, sed relictum.* Sed tamen et hic Ven. tert. et quart. *derelictum.*

° *posset utilitas*] Gu. tert. et quint. *possit utilitas.* Eamdem varietatem adnotavimus supra ad I, 7, 5.

12 *De quo alterum*] Non *alterum de quo,* sed *de quibus,* dicendum erat, si haec coniungi voluisset, ut *unus de multis.* Itaque Heumannus *quorum alterum* rescribit. Ego vulgatam ita interpretor: *quod ad id attinet.* Exempla dabit Cortius ad Cicer. lib. I. epist. IX, 3. et 11. lib. II. ep. XVII, 3. lib. III. ep. XII, 3. et alibi. In libris nostris nihil variatur.

° *adhibendumne fuerit*] Impr. Magont. *ne adhibendum fuerit.* Sic idem liber supra n. 8 *ne utile esset, an inutile.* Veteres interrogandi particulam *ne* non semper postponere, docet Perizonius ad Sanct. IV, 15, 30. Ciceronem tamen ita locutum esse, non arbitror.

omittendum] Goth. et Vin. *obmittendum,* quod et in vetustiori cod. Vinar. Catonis et Laelii reperi, et in aliis saepe.

° *sed relictum*] Corrupte impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sed derelictum.*

13. ° *tripartita*] Hoc est in Gu. quart. quint. impr. incert. Venet. 1498. et Lips. utroque: ed. Gryph. *tripertita.* Ceteri Gu. et impr. Magont. ac Lugd. 1527. utuntur eo scripturae compendio, quo librarii plerumque syllabam *per,* saepe *par,* denotare solent. [*per,* quod certum sit, notatur e Bern. a.] Deinde Gu. quint. *duas partes absolvit.*

in extremo libro tertio] Vinar. *in extremo de hac parte,* omissis, *libro tertio,* fortasse recte. Extrema enim totius operis pars intelligitur.

14. *Accedit eodem*] Ad haec accedit. Vid. Vechneri hellenolex. lib. I. part. II. c. 12. p. 236.

° *Accedit eodem*] Nonii exemplaria, in voc. *Locupletis,* exhibent *Accedit eo,* quod et ipsum Ciceroni fuit usitatum. Impr. Lips. uterque *Accedit eidem.*

testis locuples] *Firmus et certus,* interprete Nonio cap. VI, 78. Vide ad c. 27. pr.

dam epistola, P. Rutilium Rufum dicere solere, qui Panaetium audierat, ut nemo pictor esset inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat) sic ea, quae Panaetius praetermisisset [et non perfecisset] propter eorum, quae perfecisset, praestantiam, neminem esse persecutum.

3 Quam ob rem de iudicio Panaetii dubitari non potest: rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium

P. Rutilium] Vid. ad lib. II, 13, 12.

dicere solere] Facciol. mallet *dicere solitum*. Sed et Rutilio superstite haec epistola a Posidonio scripta esse potuit.

audierat] Goth. Facciol. *audiverat*.

* *audierat*] Impr. veteres, excepto Lugd. 1527. omnes *audiverat*.

Coae Veneris] Goth. Vin. et plurimi codd. ut Rom. *qui Veneris eam partem*: duo Oxon. *qui in templo Veneris*: unus ex iisd. *qui in Choa Venere*. Vulgata lectio est a Victorio, eamque et in suis membranis reperit Balduin. Plin. lib. XXXV, 10 *Apelles etiam inchoaverat Venerem Cois, superaturus etiam suam illam priorem. Invidit vero mors peracta parte, nec, qui succederet operi ad praescripta lineamenta, inventus est.*

* *Coae Veneris*] Gu. pr. quemadmodum Mertonienses codices apud Cockmannum *in Choa Venere*. Et iam Aldus ex antiquissimo codice Tettii probavit *in Coa Venere*. Gu. tert. *iconiae Veneris*: quint *Choae Veneris*. Ceteri Gu. omnesque impr. veteres vocabulum *Coae* male omittunt. [Etiam Orelliani libri varie corrumpunt, omittit verbum dubium unus Bern. e.]

oris pulchritudo] Vultus inimitabili arte pictus.

imitandi] Ita pingendi, ut ori cetera responderent.

et non perfecisset] Omissa haec in Goth. uno Mureti, quinque Manut. In Vinar. desunt illa, *propter eorum, qui perfecisset:* duo Oxon. Rom. et vulg. *quae fecisset*, ut Victor. et Fabric. ediderunt; *perfecisset* Goth. et Ven. quart. Cum ea, quae *praetermittuntur*, nec *inchoëntur*, nec *perficiantur*: assentiendum est Mureto et Heumanno, qui, quae in multis MSS. non leguntur, repudiant: eaque et ego a ceteris secrevi. Pearc. tamen suspicatur, *promisisset et non perfecisset*, quod nec ipsum sperno.

* *et non perfecisset*] Gu. sec. *sed non perfecisset*. Muretus lib. XV. var. lect. cap. 9. non unum aliquem librum, quod perperam tradit Gruterus, sed plerosque testatur haec tria verba omittere, eaque abesse debere existimat. Eadem a Gu. quarto absunt, [sunt autem in iis omnibus, quos Orellius adhibuit.] Mureto Gruterus, Heumannus et patruus merito sunt adsensi. [Nobis Cicero studiose facere videtur ut inculcet Panaetium faciendi voluntatem habuisse.] Deinde Gu. quart. et omnes impr. veteres *propter eorum, quae fecisset*.

persecutum] Sic est in libris meis: edit. prim. *persecuturum*.

* *neminem esse persecutum*] Verbum *esse* omittunt Gu. pr. tert. quint. [Bern. b c d] et Gryph. Qua fide Facciolatus testetur, in edit. prim. legi *persecuturum*, equidem ignoro. Certe in meis impr. vetustis, etiam in Magont. sine ulla varietate exscriptum est *persecutum*.

Cap. III, 1. *de iudicio Panaetii*] Quid de hac parte iudicaverit. Certum enim est, eius iudicio hanc comparationem institui posse, ipsumque de ea dicere voluisse.

* *rectene autem*] A Gu. quarto *autem* abest. Eamdem particulam transponit impr. Magont. *recte autem ne*.

adiunxerit, an secus, de eo fortasse disputari potest. Nam 2 sive honestum, solum bonum est, ut Stoicis placet; sive quod honestum est, id ita summum bonum est, quem ad modum Peripateticis vestris videtur, ut omnia ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habeant: dubitandum non est, quin numquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque accepimus, Socratem exsecrari so- 3 litum eos, qui, primum haec natura cohaerentia, opinione

dubitari potest] Goth. a manu sec. Vinar. cum aliquot Grut. et Oxon. MSS. *disputari*, quod et Ven. pr. praestat: sed, ut editum, Goth. a prima manu, Venet. tres, Arg. Graevio ideo non placet *disputari*, quod veteres illo verbo non usi fuerint cum aliis de qua re contendendi significatione. *Disputare* enim esse, sermonem de ea habere, et sine contentione disserere.

* *dubitari potest*] E Gu. pr. et sec. ex antiquissimo Anemoecii, decem Aldi, omnibus Lambini, tribus Fabricii, optimis Palatinis, duobus Guilielmii et quinque Cockmanni codicibus, revocavi *disputari potest*, quod Grut. etiam et Iac Gron. servaverant. Quamquam verbo *disputare* dissentiendi et contradicendi per se non inest significatio, tamen interdum pro contendere, disceptare, in utramque partem disserere, sine alterius vocabuli adiectione, usurpatur. Terent. Andr. prol. 15 *Id isti vituperant factum; atque in eo disputant, Contaminari non decere fabulas.* Cic. de fin. II, 4 *Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci.* Quinctilian. I, 5, 34 *Quamquam circa hoc quoque disputatum est* In Gu. sec. alteram scripturam *dubitari* glossator adnotavit. Librarius quarti, incertus, quam scripturam sequeretur, verbum controversum plane omisit. [Tuentur etiam Bernenses omnes.]

2. * *solum bonum est*] Gu. sec. *solum est bonum.*

ut Stoicis placet] Vide paradox. I.

Peripateticis vestris] Goth. et Vinar. cum Rom. et Venet. omnibus *nostris*.

* *Peripateticis vestris*] Gu. tert. *nostris peripateticis*: quart. quint. omnes impr. veteres atque Ern. *peripateticis nostris*. Dissentiunt meliores nostri [et Orellii], nec video, quae Ciceronem caussa movere potuerit, ut Peripateticis se accenseret. Supra II, 2. extr. *Tamen haec nostra, finitima vestris, ignota esse nolui.* Conf. infra ad c IV, 15. Longe alia ratio erat supra c. II, 2. quum diceret *a Cratippo nostro*.

collocata] Goth. *collata*, quod cur non placeat, proxima docebunt.

* *collocata*] Gu. quart. *collecta.* Postea tert. et quint. *habeat instar momenti*, tert. *momenti instar habeantur*.

vix minimi momenti instar] Cicero lib. V. Tusc. c. 17 *Quam vim habet libra illa Critolai: qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram et maria deprimat.* Lib. V. de fin. c. 30 *Satis erit hoc praeceptum, in quo adiutores Stoicos optimos habemus, tantam vim esse virtutis, ut omnia, si ex altera parte ponantur, ne appareant quidem.* Vide infra cap. VIII, 2.

* *quin numquam*] Gu. quart. quint. novem Aldini et impr. Magont. *quin unquam.*

contendere] Comparari, praeferri.

3. *Socratem*] Lib. I. de leg. c. 12 *Recte Socrates exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura seiunxisset. Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium.* Vide cap. VII, 6. [Sed interpunctio, qua *primum* nimis anxie a pronomine diremit, vitiosa.]

* *exsecrari solitum eos*] Gu. quart. *exsacrari*: omnes impr. veteres, etiam Rom. *solitum execrari eos.*

4 distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut et quidquid honestum esset, id utile esse censerent; nec utile
5 quidquam, quod non honestum. Quod si is esset Panaetius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; ut ii, qui res expetendas vel voluptate, vel indolentia metiuntur: liceret ei dicere, utilitatem ali-
6 quando cum honestate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit; quae autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione peiorem, non videtur eius modi debuisse deliberationem introducere, in qua, quod

opinione distraxissent] Res esse diversas putassent.

* *distraxissent*] Gu. tert. *distinxissent.* Cum libris melioribus facit Nonius in voc. *Distrahere* et in voc. *Opinio.*

4. *ut quidquid honestum esset*] Quidam, *ut etiam quidquid*: sed *etiam* non est in libris meis et melioribus aliis.

* *ut quidquid honestum esset*] Placet e Gu. pr. sec. et sex MSS. Aldi *ut et quidquid.* Particulam *et* eleganter sequitur *nec.* Vide patruum ad Cat. mai. III, 2. Gu. tert. *ut quidquid honestum est, etiam id utile esse consentirent. Nec utile esse quidquam.* Verbum *consentirent* erat etiam in Gu. quinto a manu prima.

5. *si is esset*] Si talis esset philosophus, ut vulgus loquitur, vel ex eorum philosophorum numero. Lib. II. cap. II, 11 *Non enim sumus ii, quorum vagetur animus errore.*

efficiens utilitatis] Cap. XXXIII, 3 *efficiens voluptatis.* Pro leg. Manil. c. 3. pr. *appetentes gloriae.* Vide Vechneri hellenolex. lib. I. part. II. c. 18. p. 291.

* *ut ii, qui res expetendas*] Pro *ii* in Gu. pr. sec. quint [Bern. a] est *hi*, in quart. impr. Magont. et incert. *hii.* Nonius in voc. *Indolentia*, pronomine abiecto, *ut qui rem expetendam.*

indolentia] Doloris vacuitate, ἀναλγησίᾳ. Vox a Cicerone ficta, qua utitur lib. II. de fin. c. 4. Vid. Nonius cap. II, 453 ubi tamen *rem expetendam* legitur, non *res expetendas.* In Goth. est *insolentia*, in Vin. *indigentia.*

* *indolentia*] Male scripti [non tamen meliores Bern.] omnesque, quos inspexi, impr. veteres *indigentia.* Cicero de fin. II, 3. seqq. ubi de hoc Hieronymi Rhodii summo bono disputat, ἀναλγησίαν modo *nihil dolere*, modo *doloris omnis amotionem*, modo *cum dolor omnis detractus est*, modo *cum dolore caremus*, modo *ut ita dicam indolentiam*, modo *sine ulla molestia vivere*, modo *doloris vacuitatem* interpretatur.

utilitatem aliquando cum honestate pugnare.] Vinar. Rom. *honestatem aliquando cum utilitate pugnare*, perperam.

* *utilitatem aliquando cum honestate pugnare.*] Impressis vetustis, qui unanimi consensu *honestatem aliquando cum utilitate pugnare* obtrudunt, nullus MS. Gu. adstipulatur.

6. * *qui id solum bonum*] Nonius, in voc. *Species*, omittit *solum.*

nec decessione] Vinar. *discessione*, ut plures alii.

* *nec decessione*] Gu. tert. et quint. *neque discessione:* quart. *neque decessione*: omnes impr. veteres *nec discessione.* Paullo post Gu. quart. *non videbitur*, ed. Gryph. *non videatur.*

eiusmodi deliberationem introducere] Langius *inducere*, ut et Fabricii MS. Vinar. *huius modi deli-*

utile videretur, cum eo, quod honestum est, compararetur. Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenien- 7
ter naturae vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper: cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam, hanc compara- 8

berationem, atque ita Venetae. *Debuisse eiusmodi* Pearc.

* *eiusmodi debuisse*] Hoc in tribus libris Aldus reperit, atque ita e suis Lang. et Graev. ediderunt. Gu. pr. tert. quint. et duo Aldini *debuisse huiusmodi*: Gu. sec. quart. Aldi octo atque ed. Gryph. *debuisse eiusmodi*: omnes impr. veteres *huiusmodi debuisse.*

* *in qua, quod utile videretur*] Gu. tert. et quint. *in qua id quod utile.* Pro *videretur* Gu. sec. tert. quart. quint. et impr. Magont. dederunt *videtur.*

* *quod honestum est*] Ernestus sine libris [et contra veram rationem] edidit *esset.*

compararetur] Goth. et Vin. *comparetur,* nec aliter duo Anglicani, Venetae, et Facciol. Praefert tamen Pearcius, quod in regio quarto est: *quod utile videtur cum eo quod h. e. comparatur.*

* *compararetur*] Gu. pr. *compararet.* Ceteri omnesque impr. veteres *comparetur.*

7. *convenienter naturae*] Lactant. Lib. I, 20, 10 *Celebrantur ergo illi ludi cum omni lascivia convenienter memoriae meretricis.* Vide lib. I. c. 26. extr.

* *convenienter naturae vivere*] Gu. tert. *convenienter vivere naturae*: quart. *convenienter iure naturae vivere.*

* *id habet hanc, ut opinor*] Impr. Magont. ac Rom. *id habet, ut opinor, hanc.* Mox transponit Gu. quart. *semper congruere.*

cum virtute congruere] Convenienter naturae vivere esse nihil aliud, quam cum virtute congruere semper, cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Cicer. lib. I. de legib. c. 8 *Est autem virtus nihil aliud, quam in se perfecta et ad summam perducta natura.* Vide etiam lib. V. de finib. c. 9. Similis fere constructionis exemplum habes cap. V, 6.

* *cum virtute congruere*] Stoicis τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν idem erat, quod κατ' ἀρετὴν ζῆν. Vide, cuius verba hic adscripsit Graevius, Diog. Laërt lib. VII. s. 87. ibique Aldobrand. et Menag. Ex eadem Stoicorum schola Cic. de invent. II, 53. virtutis definitionem mutuatus est illam: *Virtus est animi habitus naturae modo atque rationi consentaneus.* Copulam *atque,* quam vulgata exemplaria ibi ignorant, e MS. perantiquo Gu. inserui, idque sententia flagitabat. Est autem *naturae modus atque ratio* nihil aliud, quam norma et praescriptum naturae. Ita pro Quinct. c. 7 *Existima, C. Aquilli, modo et ratione omnia Romae Naevium fecisse.*

* *cetera autem*] Habet Nonius in voc. *Legere.*

quae secundum naturam essent] Ut valetudo, sensuum integritas, robur, divitiae, gloria. Haec *secundum naturam esse* dicebant; quae iis adversa, *contra naturam.* Vide lib. I. Academ. c. 10. Utraque vero nec bona nec mala esse censebant, ideoque nec in optandis, nec in fugiendis ponebant.

ita legere] Sumere, amplecti; non expetere, nec optare. Quae autem *legenda* esse concedebant, ea *praeposita* vel *praecipua* dicebant; his contraria *reiectanea.* Vide lib. III. de finib. c. 15. lib. IV. c. 25 et 26.

8. *putant quidam*] Stoici.

* *putant quidam*] Gu. pr. *putantur quidem*: impr. Magont. et Rom. *putant quidem.* Gu. tert. *quidam* omittit. Deinde ordine verborum mutato Gu. quart. *non recte hanc comp. introd.* omnes impr. veteres *hanc comp. recte non esse introductam.*

tionem non recte introductam, nec omnino de eo genere
9 quidquam praecipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli umquam potest. In iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum, nullo modo, similitudines honesti esse
10 possunt. Haec enim omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant. ea communia sunt, et late patent: quae et ingenii bonitate multi assequuntur, et
11 progressione discendi. Illud autem officium, quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, et, ut iidem

* *nec omnino de eo genere quidquam*] Adverbium *omnino* Gu. sec. abiecit. Nonius, in voc. *Praecipere*, verba collocat ita, *nec omnino quidquam de eo genere*: Gu. quart. sic, *nec quicquam de eo genere omnino*.

9. *Atque illud quidem honestum*] Goth. *at illud quidem*.

honestum] Quod κατόρθωμα vocabant: de quo ad lib. I. c. 3.

* *vereque*] Gu. tert. *recteque*. Paullo post pr. *a virtute develli*.

id in sapientibus] *Id* abundat post *illud*: sed ita tamen alibi etiam loqui solet. Vide ad lib. I. cap. XXXV, 3 ad Philipp. II, 12. Schwarzius ad Tursellin. de partic. cap. CXXII, 17.

. *in sapientibus est solis*] Goth. *esse solis*, ut pendeat a *potest*.

* *in quibus sapientia perfecta non est*] Transponunt Gu. tert. et quint. *in quibus non est perfecta sapientia*, quart. *in quibus perfecta sapientia non est*. Postea pr. *ipsum quidem illud*, quart. *ipsum illud quidem honestum perfectum*.

ipsum illud quidem] Goth. *ipsum quidem illud perfectum*.

* *nullo modo, similitudines*] Glossatorum ingeniis debentur ista Gu. tert. quint. [itemque Bern. c e] atque ed. Gryph. *nullo modo, sed similit.* et, quod veteres impr. omnes occupavit, *nullo modo esse potest, sed similitudines* [*Vero* inculcat Bas.]

10. *Haec enim omnia officia*] Ita in meis scriptis exemplaribus et Ven. pr. est, non *haec igitur*, ut Ven. tres, Ald. Camer. et Facciol. Illam lectionem confirmant ipsius Aldi plures et meliores codd. et fortasse Anglic. In Goth. Ven. pr. et iisdem Aldi *omnia* abest. Antea h. l. ita interpungebam: *Haec enim omnia officia, de quibus his libris disputamus* (*media Stoici appellant*) *ea communia sunt*. Eo et Goth. me duxit, in quo lego, *quae media Stoici appellant*. Nunc vero, cum in Vinar. Rom. Venetis quatuor, Argent. Ald. sit *et ea communia sunt*, video *et ea* esse diversam, non unam lectionem, atque ita Ciceronem scripsisse colligo: *et communia sunt, et late patent*. Fortasse tamen utrumque, *et* atque *ea*, ex glossa est.

* *Haec enim omnia*] Coniunctionem Gu. pr. [et Bern. d] ignorat, in *igitur* mutant impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. A Gu. tert. [Bern. a b c Bas.] atque ed. Gryph. abest *omnia*.

* *his libris disputamus*] Non placet Gu. quart. *in his libris*. Vide supra ad II, 13, 1. Impr. Magont. *hiis libris disputavimus*, Rom. *iis libris disputavimus*. Deinde Gu. sec. *Stoici media appellant*. Postea omnes impr. veteres *et ea communia sunt*.

media] Repete lib. I. c. 3.

communia] Cum omnium hominum genere, ut ipse loquitur cap. 4. pr.

ingenii bonitate] *Naturae bonitatem* vocat lib. I. c. 2.

progressione discendi] Discendi opera, profectu, et recte agendi exercitatione.

11. * *iidem appellant*] Male Gu. quart. *quidam appellant*. Si quis

dicunt, omnes numeros habet; nec, praeter sapientem, cadere in quemquam potest. Cum autem aliquid actum est, 12
in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum: propterea quod vulgus, quid absit a perfecto, non fere intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat praetermissum. Quod item in poëmatis, in picturis usu 13
venit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti lau-

pronomen *iidem* una vocali scribere malit, habet auctores Gu. pr. sec. tert. impr. Magont. et Rom. qui et hoc loco *idem appellant*, et paullo post *ut idem dicunt* exhibent. De loco posteriore consentiunt etiam Gu. quart. et Nonii exemplaria, non modo in voc. *Cadere*, sed etiam in voc. *Numerum*.

omnes numeros habet] Metaphora est a palaestra, cuius omnes motus ad decus compositos qui perdidicerant, *omnes numeros habere* dicebantur. Vid. Senec. lib. VII. de benefic. c. 1. Quintil. lib. XII. cap. II, 12. p. 1069.

* *cadere in quemquam potest.*] Turbato verborum positu Gu. tert. et quint. *in quemquam cadere potest.* Dissentiunt meliores et Nonius in voc. *Cadere*.

12. * *Cum autem aliquid*] Gu. quart. *aliquod*.

* *compareant*] Hoc e MS. suo primus dedit Anemoecius, atque ita in Gu. quinto fecit corrector [videturque inventum esse in Bern. b]. At Gu. pr. [Bern. a d] *comparant:* sec. et a manu pr. quint. *comparent*: tert. quart. et primi impr. [cum Bern. e et Bas.] *comparantur*. [Bern. c *appareant.*] Paullo post Gu. sec. *videtur perfectum*, omisso verbo *esse*.

proptereaque vulgus] Legendum erat *propterea quod vulgus,* ut antea vulgatum fuit: operarum vero inscitia in Gruterianis et Graevianis factum *proptereaque,* quod multi, quasi verae scripturae praestaret, latius propagarunt. Adeo nihil vident multi, qui nobis veteres scriptores recensent. Redditur vero ratio, cur media officia perfecta esse videantur.

quid absit a perfecto] Quantum desit ad optimi perfectionem.

non fere intelligit] Plerumque minus intelligit. Suo more Cicero adverbio *fere* praeposuit negationem, quod observatum leges a Schwarzio ad Tursell. de partic. c. LXXXIV, 6 pag. 324. Goth. et Rom. *fere non ex toto intelligit.* Deinde Goth. *quantum autem intelligit.*

* *non fere intelligit*] Ab interpolatoribus habent Gu. quart. *fere intelligit non ex toto*: quint. *non fere quicquam intelligit*: impr. Magont. atque incert. *non fere ex toto intelligit*: Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *fere non ex toto intelligit.*

13. *Quod item*] Vinar. Rom. et Venet. quatuor *quod autem*. Eumdem errorem notavi ad lib. I. cap. IV, 2. Nonius cap. VIII, 39. hodie quidem habet *idem*.

* *Quod item*] Adverbium *item*, quod Gu. tert. omittit, Nonius, in voc. *Poematis*, in *idem*, Gu. quatuor et omnes impr. veteres in *autem* mutant.

in poëmatis] Sic et Nonius eodem, quem paullo ante dixi, loco. Adde Vechneri hellenolex. lib. I. part. 1. cap. 3. p. 27. Goth. tamen et Vinar. *poematibus,* quod retinet Pearcius.

* *in poematis*] Omnes Gu. et impr. veteres *in poëmatibus,* quod Gron. etiam atque Ern. propagaverunt. Ita correctores orationem Ciceronis ad aetatis suae consuetudinem quisque conformabant. [Servant tamen *poëmatis* Bern. a b.]

et picturis] Non. et aliquot Ald. [et Bern. a b d] *in picturis,* Vinar. et Venet. quatuor *et in picturis,* recte.

* *et picturis*] Copulam delevi auctoritate Gu. pr. quart. quatuor Ald. et Nonii. Praepositionem *in* cum patruo reducunt Gu. pr. sec. quart. quint. omnesque impr. veteres mei. Ed. Gryph. *in picturisque*.

usu evenit] Nonius *usu venit,* ut

dentque ea, quae laudanda non sint, ob eam, credo, caussam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui quidem, quid in una quaque re vitii sit, nequeant iudicare. Itaque cum sint docti a peritis, desistunt facile sententia.

4 Haec igitur officia, de quibus his libris disserimus, quasi secunda quaedam honesta esse dicunt, non sapientium modo propria, sed cum omni hominum genere communia.

Goth. Vin. omnes Venet. Arg. Ald. Pearc. vid. ad Cornel. Nep. Hannib. XII, 3.

* *usu evenit*] Gu. pr. sec. quart. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. atque Ern. *usu venit*. Vide Faërnum et Bentleium ad Terent. Phorm. I, 2, 33 et quae dicentur ad Cat. mai. III, 2. Tamen *usu hoc evenire* pertinaciter restat de fin. V, 2 [sed ne illic quidem verum est, redarguiturque bonorum codd. auctoritate. Vide accuratam ea de re Orellii disputationem in scholis Wolf. ad Tusc. I. § 73.] Proxima Gu. tert. ita pervertit *et in aliis quam pluribus*.

* *quae laudanda non sint*] Ad praesentem locum non satis accommodatum est *sunt*, quod exhibent Gu. tert. quart. quint. impr. Lips. 1513. ed. Gryph. et Wolf. Statim Gu. pr. *ob eam causam credo*.

* *quod insit in his aliquid*] Gu. quart. et impr. Magont. *in hiis*, Rom. *in iis*. Has duas voculas, antea in Gu. quinto omissas, corrector in margine adiecit. Easdem, puto haud insontes, exemplaria Nonii, in voc. *Capi*, proscribunt.

* *qui iidem, quid*] [Bern. a b d *qui iidem*] Gu. pr. *qui id idem*: sec. *qui quidem quicquid*: ceteri omnesque impr. veteres *qui quidem quid*, sive, quod est in impr. Venet. 1498. et in utroque Lips. *qui quidem quod*. Reduxi *quidem*, quod mihi suavius videbatur. Eumdem errorem emendaverunt viri docti in Lael. c. IV, 3.

cum sunt docti] Pearc. *cum sint docti*, ut est in Goth.

* *itaque cum sunt*] Cum Pearcio recepi *sint*, quod in omnibus scriptis et impr. antiquis reperio. Parum constat, an indicativus in libro vetere sit inventus. [Est in Bern. b d, nec potest aliter esse.] Impr. Magont. *Ita cum sint*.

facile desistunt sententia] Nonius cap. V, 26 *desistunt facile sententia*. Ordinem hunc verborum servat Goth. praepositionem vero addit *a sententia* cum Vinar. plerisque Oxon. Rom. et Venetis, quam servant et Grut. Olivet. et Facciolatus.

* *facile desistunt sententia*] Sequutus Gu. pr. quint. [Bern. a b c d] impr. incert. et Nonium, edidi *desistunt facile sententia*. Gu. sec. tert. quart. corrector quinti, impr. Venet. 1498. et Lips. uterque *desistunt facile a sententia*: Magont. et Lugd. 1527. *facile desistunt a sententia*.

Cap. IV, 1. *secunda quaedam honesta*] Secundaria, secundi ordinis, Vide Graev. lection. Hesiod. cap. IV. p. 20. ad Flor. lib. III, 21. pr.

* *secunda quaedam honesta*] Vox *honesta* a Gu. tert. et quart. abest. Praeterea hic posterior *secunda esse quaedam dicunt*: impr. veteres omnes *secunda quaedam honesta dicunt esse*.

esse dicunt] Goth. Vin. Rom. vulg. *dicunt esse*.

non sapientum modo] Moleste adiicitur *modo*, quod reiectaneum censet Heumannus. Fortasse *propria* rectius excluditur.

* *non sapientum modo*] Praetuli *sapientium* e Guelph. sec. et quart. [Bern. a b d Bas.] Vide Vossium de analog. II, 14. et Cortium ad Sallust. Catil. XI, 8. Particulam *modo* a mala manu accessisse, adsentior Heumanno. Paullo post transponit quint. *cum hominum genere omni*.

Itaque his omnes, in quibus est virtutis indoles, commo-
ventur. Nec vero cum duo Decii, aut duo Scipiones, fortes 2
viri commemorantur, aut cum Fabricius, Aristidesve iusti
nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab his iustitiae,
tamquam a sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim 3
horum sic sapiens est, ut sapientem volumus intelligi: nec ii,

his omnes] Ita Ven. quart. et Ald. ceteri libri *hii* vel *ii omnes*.

* *Itaque his omnes*] Hoc adversantibus libris antiquis se edidisse, fatetur Aldus. Huic emendationi certissimae codicis scripti ne desit auctoritas, adnotandum duxi, diserte ita legi in Gu. primo. Ceteri corruperunt *Itaque hi omnes*, al. *ii omnes*, al. *omnes hii*. [In Bas. et Bern. b c *iis* traditur legi.]

commoventur] Ad amorem alliciuntur, non possunt non ea amare. Lib. II. cap. IX, 5 *Vehementer amor multitudinis commovetur ipsa fama.* Ibid. paullo post: *Honestum decorumque per se nobis placet, animosque omnium natura et specie sua commovet.* Infra cap. 8. pr. *Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, commoveri necesse est.* Vide de amicit. cap. VIII, 9 et IX, 1.

2. *duo Decii*] Vid. lib. I, 18, 9.

Scipiones] Vide ibidem.

Fabricius] De Fabricio et Aristide infra c. 22.

Aristidesve] Ita Palat. pr. et unus Angl. [nunc etiam Bas. Bern. c d] omnes alii *aut Aristides*, ut in Lactantio quoque editur lib. VI. cap. VI, 26. Goth. *aut cum Aristides*. Suavius illud Grutero sonat: concederem, nisi alia fraus subesset. Adnotamentum scilicet est hoc *Aristidesve*, vel, ut vulgo, *aut Aristides*, quod satis arguunt ea, quae sequuntur. Nam in plerisque libris, etiam in Goth. Vin. sex Oxon. Rom. tribus Ven. et Arg. lego *iustus nominatur*, ac deinde, *tamquam a sapiente*, servato ubique singulari numero. Accedit Lactantius, qui ita hunc locum recitat. *Aut cum Fabricius aut Aristides iustus* (quid. *Fabricius fortis aut Aristides iustus*) *nominatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab hoc iustitiae petitur, tamquam a sapiente, exemplum:* Omnes Lactantii codices in *hoc*, non *his*, consentiunt. Vides ergo ita Ciceronem scripsisse: *aut cum Fabricius Iustus nominatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab hoc iustitiae, tamquam a sapiente, petitur exemplum.* Romanis hic tantum exemplis contentus est Cicero: paullo post et ad Graeca transit.

* *Aristidesve*] Gu. sec. tert. et quart. *aut cum Aristides*: reliqui [et Bern. a b e] omnesque impr. veteres *aut Aristides*. Patruo suspicanti, haec verba insiticia esse, favere videtur, quod sedes eorum variat in Gu. tert. et quart. in quibus ita collocantur: *aut cum Fabricius iustus nominatur, aut cum Aristides aut ab illis.* Postremum *aut* quart. habet a correctore.

* *iusti nominantur*] Gu. quart. *iustus nominetur*: ceteri omnesque impr. veteres *iustus nominatur*. Postea omnes mei *tamquam a sapiente.* [Unus Bern. c et *iusti nominantur* et *sapientibus*. Apparet autem ex codicum auctoritate aliter scribi non debere nisi *aut cum Fabricius aut Aristides iustus nominatur, aut ab illis fort. aut ab his iust. tamquam a sapiente.* Nimirum *sapiens* illa persona sapientiae humanae est, non illorum, qui nominati sunt, aliquis, id quod sane plurali numero diceretur.]

3. * *sic sapiens est*] Gu. tert. *sic sapiens fuit.* Ex hoc intelligere mihi videor, verbum *est* in Gu. pr. sec. quart. quint. [aliis] impr. Magont. ac Lugd. 1527. recte omitti. Satis enim commode *fuit* intelligitur ex *fuerunt*, quod sequitur. Deinde omnes impr. veteres *ut sapientem intelligi hic volumus.*

volumus intelligi]. Rom. *intelligi hic volumus.*

* *nec ii*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *nec hii:* Gu. quart. *ne hii:* quint. impr.. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *nec hi.*

qui sapientes habiti et nominati, M. Cato et C. Laelius, sapientes fuerunt; ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia similitudinem quamdam gerebant spe-
4 ciemque sapientium. Quocirca nec id, quod vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari: nec id, quod communiter appellamus honestum, quod colitur ab iis, qui bonos se viros haberi volunt, cum emolumentis

qui sapientes habiti et nominati] Codd. Angl. plures *habiti sunt et nominati*, et sic Pearc. Goth. *habiti nominati* sine copula. Glossa adiecta esse videtur.

* *habiti et nominati*] Gu. quart. cum vulgatis *habiti sunt et nominati*. Libris verbum *sunt* omittentibus, quos laudant Gruterus et Graevius, accedunt Gu. quatuor. Tamen in sec. corrector fecit *habiti et nominati sunt*. Vox *nominati* suspecta esse non debet. Ita pro Arch. extr. *Qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti*. Tusc. V, 3 *Quia Graecis σοφοὶ, sapientes a nostris et habebantur, et nominabantur*. Ibid. *Qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes et habebantur et nominabantur*. Adde, quae dicentur ad illa Cat. mai. VI, 15. *Ut sunt, sic etiam nominantur senes*. In proximis Gu. quint. et impr. Magont. *G. Laelius*.

M. Cato et C. Laelius] Vid. Lael. c. 1. pr. c. 2 et 5.

ne illi quidem septem] Septem Graeciae sapientes.

ex mediorum officiorum frequentia] Quia media officia frequenter adsequebantur, eorumque vita in his conservandis spectata erat, sapientum non dissimiles videbantur, quamvis a perfecta sapientia multum abessent. Vid. n. 7.

sapientum] Cod. Goth. Lactantii optimus *sapientium*.

* *sapientum*] Gu. pr. et sec. *sapientium*, de quo dixi ad huius capitis princ.

4. * *nec id, quod vere*] Gu. pr. tert. et quart. *ne id*.

quod vere honestum est] Primi ordinis honestum, a quo secunda honesta discernit.

cum utilitatis repugnantia] Goth. Vin. plurimique alii, *cum utilis repugnantia*: vetus liber Nannii *cum utilitatis ratione*. Vulgatam retineo, quae utilitatem honesto repugnantem significat.

* *cum utilitatis repugnantia*] Hoc e suo codice protulit Anemoecius, ex uno suorum Aldus, e duobus Fabricius, [e Bern. b c d Orellius.] Mei et vulg. *cum utilis repugnantia*. Deinde Gu. quint. et impr. Magont. *comparare*.

comparari] Goth. Vin. et Rom. *comparare*. Ita vero et pro Muren. c. 37 extr. *Si eos hoc nomine appellari fas est*. Liv. lib. I. c. 2 extr. *quemcumque eum dici ius fasque est*. Genuinum est *appellari licet* lib. I. c. 7. pr. *decet referri* lib. I. c. 10. pr. Heumannus *fas est comparari* obelo notat.

nec id quidem] Graevius *quidem* ex suo cod. sec. inculcavit, quod elegantius respuunt ceteri: Nam *nec quidem* vix Latinum est. Corrupta enim sunt, quibus id probatur, exempla. Goth. *nec id quod communiter*.

* *nec id quidem, quod*] Gu. tert. *ne id quod*. Ceteri et omnes impr. veteres *nec id, quod*. Deinde Gu. quart. *communiter appellatur honestum*.

communiter] Omnes, philosophi cum indoctis communiter. Vid. Cellar. antibarb. cap. 3. cur. poster. p. 333.

* *quod colitur ab iis*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. et Facciol. *quodque colitur*. Pro *iis*, quod Gu. tert. tenet, impr. Magont. *hiis*, ceteri scripti [et Bern. a d] et impr. veteres dederunt *his*.

* *qui bonos se viros haberi volunt*] Gu. tert. et quint. *qui bonos viros appellari se volunt:* omnes impr. veteres, etiam Rom. *qui bonos viros haberi se volunt*. Paullo post

umquam est comparandum. Tamque id honestum, quod 5
in nostram intelligentiam cadit, tuendum conservandumque
nobis est, quam illud, quod proprie dicitur vereque est
honestum, sapientibus. Aliter enim teneri non potest, si 6
quae ad virtutem est facta progressio. Sed haec quidem
de iis, qui conservatione officiorum existimantur boni. Qui 7
autem omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque
ea volunt praeponderari honestate, hi solent in deliberando
honestum cum eo, quod utile putant, comparare: boni viri
non solent. Itaque existimo, Panaetium, cum dixerit, ho- 8

Gu. quart. *nunquam est comparandum.*

5. * *Tamque id honestum, quod*] Gu. pr. *tam quod honestum in nostram.* Deinde tert. et quint. *cadit intelligentiam.*

in nostram intelligentiam cadit] Secundarium, quod omnes intelligere possunt.

* *conservandumque est nobis*] E Gu. pr. sec. quart. decem Aldinis et ex ed. Gryph. scripsi *conservandumque nobis est.* Gu. tert. et quint. *conservandumque est a nobis.* Iidem in fine periodi dederunt *a sapientibus.*

quam id] Goth. *quam illud.*
* *quam id, quod*] Omnes MSS. Gu. *quam illud, quod.* Hos sequor.
* *vereque est*] Verbum *est* om. Gu. tert. Paullo post quart. *tueri non potest.*

honestum sapientibus] Ne coniungas *dicitur sapientibus*, sed *conservandumque est sapientibus.* Unde post *honestum* incido cum Aldo, Olivet. et Facciol.

6. *Aliter*] Alioqui. Sic. lib. I, 39, 6. lib. II, 12, 3 et 6. Lael. c. XX, 10.

teneri non potest] Graevius *progressionem teneri* Latine dici negat. Tamen et *cursum tenere* dicimus, et *iter, viam*, et *fugam per medios hostes*, cum Virgilio, taliaque plura. Idem visum est Pearcio.

si qua est ad virtutem facta progressio.] Rom. Venetae Pearc. Facciol. *si qua ad virtutem est facta. Progressio ad virtutem* est virtutis inchoatio. Lib. I. Acad. c. 5 *Quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quaedam ad virtutem appellatur.*

* *si qua est ad virtutem facta*] Omnes scripti et impr. veteres mei [et Orellii] *si qua ad virtutem est facta.* Recepi igitur ex duobus Aldi libris *si quae ad virtutem est facta.* Saepe librariorum imperitia factum est, ut *si qua* pro *si quae* in exemplaria Ciceronis irrepserit. Vide Parei lex. crit. p. 1158. Ernesti indic. Latinit. in voc. *Si quae,* et adnot. nostra ad I, 16, 8. II, 21, 11. [Sed hoc quidem loco *qua* tutissimum est: cf. gramm. nostr. § 136 not.]

* *Sed haec quidem de iis*] Impr. veteres *Sed hoc.* Pro *iis* Gu. quart. et impr. Magont. *hiis*, reliqui [et Bern. a b d] *his* dederunt. Gu. tert. et quint. *de his accepimus,* et huius corrector *accipimus.* Utrumque glossatoris inepti commentum est, quale etiam illud, quod in sequentibus inquinavit quartum, *qui conservatione bonorum officiorum.*

* *existimantur*] Goth. et impr. Magont. *extimantur.* Hinc incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *aestimantur.*

7. * *metiuntur emolumentis*] Gu. tert. et quint. *emolumentis metiuntur.* Paullo post tert. *volunt ponderari.* Deinde sec. *ab honestate,* sed praepositionem corrector lineola subnotanda praesecuit.

* *hi solent*] Gu. pr. sec. quart. et impr. Magont. *hii.* In Gu. quinto corrector, erasa priore scriptura, rescripsit *hi.* Nec multum aberat, quin e Gu. tert. [Bas. Bern. b d] atque ed. Gryph. praeferrem *ii.* Conf. supra ad I, 38, 7.

mines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiam oportere.
9 Etenim non modo pluris putare quod utile videatur, quam quod honestum; sed haec etiam inter se comparare, et in
10 his addubitare, turpissimum est. Quid ergo est, quod non numquam dubitationem afferre soleat, considerandumque videatur? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id,
11 de quo consideretur. Saepe enim tempore fit, ut, quod turpe plerumque haberi soleat, inveniatur non esse turpe.
12 Exempli caussa ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest maius esse scelus, quam non modo hominem, sed etiam familiarem hominem occidere? Num igitur se astrinxit

8. *cum dixerit*] Heumannus *cum dixit* reponit.

* *cum dixerit*] Gu. tert. et quint. *cum dixit*, plane ex coniectura Heumanni. Placet.

* *homines solere*] Verbum *solere* Gu. tert. parum opportune eiecit.

hoc ipsum sensisse, quod dixerit] Nihil aliud voluisse, quam quod verba sonant.

* *non etiam oportere.*] Gu. quart. *etiam non oportere*: impr. Magont. Rom. et incert. *non oportere etiam.* Coniunctionem tamen haec viliorum librorum calumnia mihi non facit suspectam.

9. * *sed haec etiam*] Gu. sec. tert. quint. et Gryph. *sed etiam haec.* Particulam *etiam* Gu. quart. non male omittit.

* *et in his*] Gu. quart. et impr. Magont. *et in hiis.* Leg. *iis.*

* *addubitare*] Gu. quart. *aliquid dubitare turpissimum*, omisso *est:* omnes impr. veteres [cum Bern. d e] *dubitare turpissimum est.*

10. *Quid est ergo*] Goth. *igitur*, ut saepe. Exiguum enim in libris est discrimen. Paullo post Goth. *addubitationem afferre.*

* *Quid est ergo*] Omnes Gu. [Bern.] impressique Magont. et Rom. *Quid ergo est*, qui positus familiaris est Ciceroni. Goth. *Quid igitur est.*

* *dubitationem afferre*] Gu. quart. *afferre dubitationem*: impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *addubitationem afferre.*

* *quale sit id*] Gu. sec. *quale id*, sed a correctore *quale id sit:*

consideretur] Goth. *consideratur.*

11. *tempore fit*] Vide lib. I. c. 10.

turpe haberi soleat] In Goth. additur, *consideratumque videatur, quam quod inveniatur non esse turpe.* Nescio, quid haec glossa sibi velit, quae verba ex superioribus repetit.

* *quod plerumque turpe haberi soleat*] Suavius est, quod habent Gu. pr. tert. quart. quint. Aldi octo [Orell. praeter Bern. e] atque ed. Gryph. *quod turpe plerumque haberi soleat.* Deinde Gu. tert. *plerumque inveniatur esse non turpe.*. Idem postea *quod latius pateat.*

12. * *Quod potest maius esse*] Gu. quint. *Quid potest esse maius.* Omnes impr. veteres *Quod potest esse maius.*

familiarem hominem occidere] Hoc in gratiam percussorum Caesaris dicit, qui ex eius familiarissimis fuerunt.

* *familiarem hominem*] Posterius vocabulum impr. incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. male omittunt.

* *Num igitur*] Gu. quart. a manu prima quint. Goth. impr. Magont. et incert. *Non igitur.*

astrinxit] Sic et Goth. et Ven. tert. *abstrinxit* Ven. pr. unde *obstrinxit* factum in Rom. et aliis.

* *astrinxit*] Hoc servant Gu. omnes [itemque Orelliani praeter Bern. e, qui cum] Impr. Magont. *abstrinxit.*

scelere, si qui tyrannum occidit, quamvis familiarem? Po- 13
pulo quidem Romano non videtur, qui ex omnibus prae-
claris factis illud pulcherrimum existimat. Vicit ergo uti-
litas honestatem? Immo vero honestatem utilitas est conse-
cuta. Itaque, ut sine ullo errore diiudicare possimus, si 14
quando cum illo, quod honestum intelligimus, pugnare id
videbitur, quod appellamus utile, formula quaedam consti-
tuenda est, quam si sequemur in comparatione rerum, ab
officio numquam recedemus. Erit autem haec formula Stoi- 15
corum rationi disciplinaeque maxime consentanea: quam
quidem his libris propterea sequimur, quod, quamquam et
a veteribus Academicis, et a Peripateticis vestris, qui quon-

Post hunc typographi veteres prope omnes *obstrinxit* excuderunt.

si qui] Goth. Vinar. vulg. *si quis*. Ita et Pearc.

° *si qui*] Ita emendatiores Langii Fabriciique codices. [et Bern. a b c d]. Nostri cum vulg. *si quis*. Deinde Gu. quart. *tyrannum occiderit*. Inepte.

13. *Populo quidem Rom. non videtur*] Vide cap. 6. extr. et quae dixi ad Cornel. Nep. Milt. c. 3. extr. Idem de tyrannis Graecorum et ipsorum Ebraeorum iudicium fuisse, multis exemplis declaratum est.

° *Populo quidem R.*] Gu. pr. *Populo R. quidem*: tert. *Populo R. non videtur quidem*. Goth. *quidem* omittit.

Vicit ergo utilitas honestatem] Haec interrogative pronuntianda esse, viderunt Maturantius, Muretus, Gruterus, Pearcius, Gesnerus et Facciolatus: qui et ea, quae sequuntur, ex aliquot vetustioribus codd. in quibus unus Aldi est, recte emendarunt, cum vulgatum esset, *immo vero honestas utilitatem consecuta est*. Ita enim sibi repugnantia diceret Cicero, qui nihil utile esse statuit, nisi honestas antegressa sit. Vid. hoc cap. extr. cap. X, 3. XXI, 9. lib. II. c. 3 et Lael. c. 14. extr. Goth. *Vicit igitur*.

° *Vicit ergo utilitas honestatem*] Omnes impr. veteres *Vicit igitur utilitas honestatem*. Impr. Magont. his interrogationis signum iam addidit.

° *Immo vero honestas utilitatem secuta est*] Quod Muretus ex suis libris iam restituerat, *Immo vero honestatem utilitas est consecuta*, id omnibus litteris et sine ulla ambiguitate in Gu. tert. scriptum reperio. Prope accedit [Bas. *honestatem utilitas secuta est*] quart. *immo vero utilitas honestatem secuta est*. At quint. a corr. *immo vero honestas utilitatem consecuta est*.

14. *quod honestum intelligimus*] Quod in nostram intelligentiam cadit, ut est n. 5. vel, quod omnes perspiciunt esse honestum.

° *quod appellamus*] Gu. tert. *quod appellatur*.

formula quaedam] Praescriptum, norma, regula.

° *formula quaedam*] Male Gu. tert. quart. et a correctore quint. etiam Anemoec. *formula quaedam disputandi*.

° *si sequemur*] Gu. quart. et quint. *si sequamur*: impr. Lugd. 1527. *si sequeremur*. Deinde Gu. tert. *in comparatione rerum nunquam aberrabimus nec ab officio recedemus*.

15. ° *Erit autem haec formula*] Gu. pr. *Erit enim*: tert. *Haec autem formula erit*.

° *quam quidem his libris*] Gu. sec. *quidem* omittit. Pro *his* quart. et impr. Magont. *hiis*, Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. Gryph. Grut. Gron. et Ern. *in his*.

° *sequimur*] Impr. Magont. et Rom. *sequemur*. Ita variabant supra I, 2, 10.

quamquam a veteribus] Pearc. *quamquam et a veteribus*.

° *quamquam a veteribus*] E Gu.

dam iidem erant, quae honesta sunt, anteponuntur iis, quae videntur utilia; tamen splendidius haec ab eis disseruntur, quibus, quidquid honestum est, idem utile videtur, nec utile quidquam, quod non honestum; quam ab iis, quibus

16 honestum aliquid non utile, aut utile non honestum. Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. Sed redeo ad formulam.

5 Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra na-

pr. sec. et quint. scripsi *quamquam et a veteribus*, quod iam Pearcio et Facciolato placuerat. Post haec verba Gu. pr. adiicit *quondam*.

* *et a Peripateticis vestris*] Praepositionem male omittunt Gu. quart. omnesque impr. veteres. Pro *vestris* Gu. tert. quart. quint. olim vulgati atque Ern. dederunt *nostris*, quem errorem iam Corradus in quaestura p. 329. suorum librorum auctoritate expurgavit. Vide supra ad cap. III, 2.

qui quondam iidem erant, qui Academici] Ursinus, Aldus, Facciolatus et Heumannus haec verba, *qui Academici*, in aliquot libris omissa, merito pro adsiticiis respuunt, quorum exemplo ea resecui. Vide ad lib. I, 1, 3.

* *qui quondam iidem erant, qui Academici*] Verba *qui Academici*, iam dudum a viris doctis condemnata, proscribit etiam Gu. tert. [et Bern. b c.] Pronomine posteriore abiecto Gu. quart. [et Bern. d] *qui condam idem erant Academici*.

* *quae honesta sunt, anteponuntur iis*] Gu. tert. *quae sunt honesta, iis, quae utilia, anteponuntur*: quart. *quae videntur utilia, hiis, quae honesta sunt, anteponunt*. Etiam in quint. et in omnibus impr. vetustis perperam legitur *anteponunt*.

splendidius haec ab iis disseruntur] Gravius, generosius et maiore cum audientium admiratione. In Langii libris fuit *disserantur*, quod Fabricius probat.

* *quibus, quidquid*] Impr. Magont. *et quibus quicquid*. Postea Gu. quart. *quod non honestum est*: Lugd. 1527. *quod non est honestum*.

* *quam ab iis*] Gu. quart. et impr. Magont. *hiis*: Gu. pr. sec. plerique impr. veteres atque Ern. *his*.

* *quibus honestum*] In hac scriptura Gu. pr. cum Graevio facit, solus ex nostris. Nam quatuor Gu. etiam Goth. multi apud Aldum et impr. Magont. obtrudunt *quibus et honestum*: ceteri impr. veteres *quibus est honestum*: Grut. Gron. atque Ern. *quibus aut honestum*. [Sic Bern. c, quod, quia reliqui etiam Orelliani *et* habent, maxime videtur probabile.] Deinde pro *aliquid* Gu. tert. *quod*, impr. incert. ac Lugd. 1527. *aliquod* dederunt. Hoc pronomen impr. Lips. 1513. plane abiecit.

* *aut utile non honestum*] Gu. tert. *et utile aliquid, quod honestum non est*: Gryph. *aut utile non honestum est*.

16. *nostra Academia*] Cicero enim non Stoicus erat, sed Academicus, Stoicosque Academiae licentia in iis tantum sequebatur, quae probabiliora putabat.

licentiam dat ut liceat] De hoc loquendi genere, in quo aliquid redundare videtur, egi ad Corn. Nep. Milt. I, 2. Infra c. VIII, 7 *Hoc deliberantium genus, qui deliberant*.

* *licentiam dat*] Gu. tert. *dat licentiam*.

* *quodcumque maxime*] Impr. Magont. *quod cum maxime*. Postea Gu. pr. *id nostra in re*.

Cap. V, 1. * *aliquid alteri*] Quatuor Gu. et sex Aldini [et plerique Orell.] transponunt *alteri aliquid*. Hoc iam in suspicionem adducit pronomen, quod a Gu. tert. et ab exc. Bedae Eybique abest

* *hominis incommodo*] A corre-

turam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit convictum humanum et societa- 2
tem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, dirumpi necesse est eam, quae maxime est secundum naturam, humani generis societatem. Ut, si unum quodque membrum sensum 3
hunc haberet, ut posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari, et interire totum corpus necesse esset: sic, si unus quisque nostrum ad se rapiat commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumenti sui gratia, societas hominum et communitas evertatur necesse est. Nam, sibi ut quisque malit, quod 4

ctore Gu. sec. *ex hominis incommodo.* Deinde pr. sec. et quint. ordine verso *suum commodum augere,* quart. *et commodum suum augere.*

* *quam caetera, quae possunt*] Exc. Bedae Eybique *quam cetera cuncta:* Gu. sec. *quae possint.*

rebus externis.] Vinar. *in rebus externis.* Vid. ad lib. II, 25, 2.

2. *principio*] Primum. Vid. ad lib. I. c. 4. pr.

* *principio*] Huic respondet *Neque vero hoc solum* n. 5. Ita *vero* continuat orationem, praecedente *primum.* Vide ad I, 28, 9.

convictum humanum] Heumann. *hominum.*

* *Si enim sic*] Gu. quart. *Si ita enim.*

disrumpi] Goth. *dirumpi.*

* *disrumpi*] Ita exhibent Gu. pr. omnesque impr. veteres. Reliqui Gu. atque ed Gryph. *dirumpi.* [Cf. Schneideri Elem. L. L. p. 548.]

3. *sensum hunc haberet*] Ita sentiret, putaret.

* *sensum hunc*] Gu. tert. *hunc sensum.*

ut posse putaret] Goth. et Vincent. Bellov. *ut posset putare.*

* *ut posse putaret*] Impr. Lugd. 1527. *ut posset putare.*

valitudinem] Vires, robur.

* *traduxisset*] Gu. pr. *transduxisset*: sec. atque ed. Wolf. *traxisset.*

necesse est] *Esset* Pearcius restituit ex scriptis et prius vulgatis.

* *necesse est*] Gu. pr. sec. tert. quint. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. Lugd. 1527. Gryph. Facciol. Ern. *necesse esset.*

* *rapiat ad se commoda aliorum*] Gu. quatuor et Gryph. *ad se rap. com. aliorum:* quint. *ad se com. al. rap.* [*Rapiat ad se* tamen Bern. b c e.]

quod cuique possit] Vin. *quod* cui *possit,* quod est, *quod* et *cui possit*: Vincent. Bellov. *detrahatque cui possit.* Postea Goth. *sui emolumenti gratia.*

* *quod cuique possit*] Gu. quart. *quod aevi esset emolumenti gratia,* omisso *sui.* Deinde quint. *societas hominis.*

* *et communitas*] Gu. quint. omnesque impr. veteres, quos Facciol. sequitur, *communitasque.*

evertatur] Sic omnia mea exemplaria: quidam suspectae auctoritatis, *evertantur,* quod Ciceroni minus familiare est. Tamen et ille Lael. c. 1 extr. *C. Fannius et Q. Mucius ad socerum veniunt.* Cat. c. 1 *Laelium et Scipionem facimus admirantes.*

* *evertatur*] Hoc servant libri etiam mei omnes, excepto Gu. quarto, a quo verbum illud temere abest.

4. *Nam sibi ut quisque malit*] Hoc enim ab ipsa natura concessum est, ut, quae ad usum vitae pertinent, sibi quisque adquirere malit, quam alteri. Goth. *nam quod sibi quisque malit.*

ad usum vitae pertineat, quam alteri, acquirere, concessum est, non repugnante natura: illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus.
5 Neque vero hoc solum natura, id est iure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus res publica continetur, eodem modo constitutum est, ut non
6 liceat sui commodi caussa nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt; incolumem esse civium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinclis, damno coërcent.
7 Atque hoc multo magis efficit ipsa naturae ratio,

* *Nam sibi ut*] Minus eleganter Beda et Eybus *Nam ut sibi*.

* *illud natura*] Impr. veteres praeter Magont. omnes, etiam exc. Bedae atque Eybi *illud quidem natura*.

aliorum spoliis] Spoliis, quae aliis detracta sunt.

facultates, copias, opes] Vid. lib. II, 3, 1.

* *copias, opes augeamus*] Gu. pr. *copias augeamus opes*: quint. a correctore, etiam Beda et Eybus *copias opesque aug.* Verba *copias, opes* Gu. tert. omittit.

5. * *Neque vero*] Gu. tert. et impr. Magont. *Nec vero*: exc. Bedae atque Eybi *Neque hoc vero solum*.

iure gentium] Iure naturae, quod omnes gentes ipsa natura docuit, quoque illae inter se continentur. Lib. I, Tusc. c. 13 *Consensio quaedam gentium lex naturae putanda est.* Ita veteres philosophi describebant; aliter vero nostri. In Vinar. Rom. tribus Ven. et Arg. *natura, iure gentium,* sine *id est,* quod tamen servat Goth.

* *id est iure gentium*] Verba *id est* impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. omittunt, uterque Lips. in *et* mutat.

* *sed etiam legibus*] Gu. quart. excludit *etiam*.

resp. continetur] Vinar. et duo Oxon. quatuor Ven. *respublicae continentur,* quod Olivet. retinuit: *resp. continetur* Arg. Vitiose Graeviana *reip. continetur*.

* *res p. continetur*] Gu. tert. Beda et omnes impr. veteres *continentur*.

ut non liceat] Tres Ven. priores. Arg. Ald. Fabric. *ut non liceret,* quod Facciol. maluit.

* *ut non liceat*] Hoc tenent scripti Gu. at impr. veteres omnes *ut non liceret.* Paullo post Beda et Eybus transponunt *alteri nocere*.

6. * *hoc volunt*] Gu. sec. quart. et Goth. *et hoc volunt*.

incolumem esse] Pendet a *volunt.* Sic fere supra cap. III, 7.

* *exsilio*] Omnes impr. veteres *exiliis*.

* *vinclis*] Syncopen, quam et Fabricii, et Cockmanni meliores libri suaserant, etiam Gu. sec. et quint. [et a b c Bern.] confirmant. Eamdem ante oculos habuisse videtur librarius Gu. pr. qui sine sensu in codicem suum retulit *iudis.* Dixi ad I, 35, 11.

damno] Multa, ζημία. Vide Menag. amoenit. iur. p. 274.

7. *multo magis exigit*] Goth. *efficit,* quod Fabricius et Pearcius [et Orellius fere] omnium suorum librorum testimonio comprobari adfirmant.

* *Atque hoc multo magis exigit*] Gu. pr. *Atque multo magis efficit:* sec. quart. et quint. *Atque hoc multo magis efficit:* tert. et Beda *Atque hoc efficit multo magis.* Ex his et aliorum prope omnibus codicibus reduxi *efficit,* id est declarat, vincit. Ita saepe noster loquitur. Infra n. 13 *Ex quo efficitur.* Tusc. I, 11 *Efficiet enim ratio, ut - - mors aut malum non sit, aut sit bonum potius.* In Hortensio: *Quod efficit dialecticorum ratio.* Meminerimus autem, formulae initio capitis huius propositae, argumentisque deinde a iure gentium et a iure civili petitis confirmatae, certitudinem hic ex ipsa natu-

quae est lex divina et humana, cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volunt vivere) numquam committet, ut alienum appetat, et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. Etenim [multo] magis est secun- 8 dum naturam excelsitas animi et magnitudo, itemque communitas, iustitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiae: quae quidem contemnere, et pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi et excelsi est. Detrahere ergo de altero sui commodi caussa, 9

rae ratione ostendi. Dicit igitur Cicero, ipsam naturae rationem manifestius etiam, quam priora argumenta, declarare, immo cogere, nullo modo licere sui commodi caussa nocere alteri. Id ut omnibus probaret, plures conclusiones naturae principiis aptas deinceps ordinavit.

ipsa naturae ratio] Recta ratio. Primum argumentum duxit a gentium iure, quo illae inter se coniunctae sunt; alterum a iure civili; tertium ab immutabili naturae ratione, unde lex divina oritur. Heumannus non probat verba *lex humana.*

* *quae est lex divina et humana*] Naturae ratio *lex divina* dicitur, quia ea ipsa est mens dei. Eamdem, opinor, *humanam legem* appellari, quod a deo hominibus data in mente sapientis inest, eique omne genus humanum parere debet. Vide lib. II. de leg. c. 4.

volent vivere] Goth. *volunt.*

* *volent vivere*] Gu. sec. quint. exc. Bedae atque Eybi *volunt vivere*: Gu. tert. et Gryph. *vivere volunt.* Ern. coniiciebat *velint vivere.* Scripturam librorum meliorum reduxi. [Praestat tamen *volent,* quod Orellii codd. omnes praeter Bern. d tuentur.]

* *numquam committet*] Adducit Nonius in voc. *Detrahere.*

8. *Etenim multo magis est*] Quae ab his verbis leguntur usque ad illa n. 11 *illam vitam huic anteponit,* Facciolato videntur inserta, ad Ciceronis tamen ingenium, ipsius quoque iudicio, eleganter expressa, ut nihil tollere audeat. Certe et Nonius hinc aliqua citat.

* *Etenim multo magis*] Nonius in voc. *Excelsitas,* adverbium *multo* omittit. Videtur illud irrepsisse ex iis, quae praecesserant, *Atque hoc multo magis efficit ipsa naturae ratio.* Certe exaggeratione hic aeque facile carebimus, ac paullo post in illis *Itemque magis est secundum naturam.* [Rationes parum efficaces.]

* *excelsitas animi*] Ita et Goth. et Non. cap. VIII, 22. vulg. *celsitas.*

excelsitas] Omnes impr. veteres et exc. Eybi *celsitas.*

comitas] Multi, et ex meis etiam aliqui, in quibus Rom. *communitas.* Numquam enim in hoc verbo non discrepant librarii, quod scriptum fuit *cōitas.* Hic tamen *communitas* praeferendum videtur, quod etiam Vincent. Bellov. et Vinar. habet.

* *comitas*] Gu. pr. *committat:* sec. *comnitas,* sed ita ut manus prima dedisse videatur *committas:* quart. *cōitas iustitiae:* impr. Magont. incert. Lips. 1507. Lugd. 1527. exc. Bedae Eybique *communitas,* quod iure praetulit patruus. [Sic censemus etiam nos, etsi recens collatorum librorum *communitas* non inventa est nisi in Bern. e et a sec. manu in d. *Comitas* enim longe inferior virtus est, quam quae in hunc censum veniat. *Communitatem* autem intellige generis humani, ex qua nascitur et iustitia et liberalitas.] Aliquanto post Gu. quart. *et pro nihilo deiicere.*

ducere comparantem cum utilitate communi] Ea pro nihilo te ducere, qui ex altera parte utilitatem communem praeponderare videas. Sic n. 10 *imitantem Herculem illum.*

* *magni animi et excelsi est*] Gu. tert. excud. Bedae atque Eybi *magni animi est et excelsi*: Gryph. *et magni animi est, et excelsi.*

magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam
10 cetera generis eiusdem. Itemque magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis, aut iuvandis maximos labores molestiasque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio caelestium collocavit, quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis, ut ex-
11 cellas etiam pulchritudine et viribus. Quocirca optimo quisque et splendidissimo ingenio longe illam vitam huic ante-
12 ponit. Ex quo efficitur, hominem naturae obedientem, ho-

9. ° *Detrahere autem alteri*] Hanc ipsam periodum, quae Grutero suspecta erat, Beda atque Eybus in exc. suis interceperunt. Equidem e Gu. quinto et ex uno Aldi *autem* mutavi in *ergo*. Ita verba haec erunt necessaria consequutio legis naturalis a Cicerone modo propositae. [Sed cur consecutionem quaeramus, quae revera est altera pars illius legis? *Autem* in Orellianis omnibus legitur.] Praeterea ex *alteri* feci *de altero*, iubentibus ita Gu. pr. sec. quart. Goth. decem Aldinis, quibus Langii, Fabricii, Palatini, quatuor Oxonienses codices atque Anemoec. accedunt. Ita noster de fin. I, 9 *Detractis de homine sensibus, reliqui nihil est*. Infra c. VI, 11 *Si quid ab homine ad nullam partem utili, tuae utilitatis caussa detraxeris*. Adde ibid n. 12 et 14.

cetera generis eiusdem] Vid. ad lib. I. c. 4. pr.

° *generis eiusdem*] Gu. quart. *eiusdem generis*.

10. ° *pro omnibus gentibus*] Quamvis exteris, quamvis sermone, moribus et sacris discrepent.

° *si fieri possit*] Gu. tert. *posset*.

° *aut iuvandis*] Gu. sec. *adiuvandis*, sed a corr. *aut adiuvandis*: quart. *et iuvandis*. Deinde tert. *omnes labores molestiasque*.

imitantem Herculem] Goth. Vinar. Rom. et Ven. tres cum Arg. *imitantes*. De Hercule vid. lib. II. de fin. c. 36. lib. III. Tusc. c. 22.

° *imitantem*] Gu. tert. quint. exc. Bedae atque Eybi omnesque impr. veteres *imitantes*, [nullus Orell. praeter Bas.]

hominum fama] Vid. ad Cat. mai. c. XVII, 11.

in concilium] Goth. Vinar. et fere omnes Oxon. Rom. *in concilio* (vel *consilio*), quod cum Pearc. et Facciolato revocavi. Alterum librariorum est commentum, qui raro non ita errarunt.

° *in concilium caelestium*] Gu. sec. *in consilio caelestium*: tert. *in deorum concilio*: ceteri, exc. Bedae Eybique, omnes impr. veteres etiam Ern. *in concilio caelestium*.

vivere in solitudine] Non ab omnibus quidem hominibus, sed tamen a multitudine et frequentia remotum: alioqui inutilis esset pulchritudo, minor etiam voluptas.

abundantem] Goth. *abundantes*, ut antea *imitantes*. Sed *te* subintelligitur.

11. *et splendidissimo ingenio*] Vinar. Rom. et vulg. *splendidissimoque ingenio*. Facciolatus ad haec cognoscenda et posthabendam vitam solitariam haud ita magno ingenio opus esse dicit: at ne Cicero quidem aliter iudicat; quo quis vero splendidiori ingenio sit, eo magis eum colere ait hominum societatem.

° *et splendidissimo*] Gu. quint. Beda omnesque impr. veteres *splendidissimoque*.

12. *Ex quo efficitur*] Haec verba leguntur etiam apud Lactantium lib. VI. n. 2. ea tamen praeponenda esse n. 8. censet Facciolatus.

mini nocere non posse. Deinde qui alterum violat, ut ipse 13
aliquid commodi consequatur; aut nihil se existimat contra
naturam facere; aut magis fugiendam censet mortem, pau-
pertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquo-
rum, amicorum, quam facere cuipiam iniuriam. Si nihil 14
existimat contra naturam fieri hominibus violandis, quid
cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat?
Sin fugiendum id quidem censet, sed multo illa peiora 15
mortem, paupertatem, dolorem; errat in eo, quod ullum
aut corporis, aut fortunae vitium, animi vitiis gravius exi-
stimat.

13. * _aut nihil se existimat_] Gu. pr. sec. tert. quart. [Bas. Bern. a b c d] atque ed. Rom. _aut nihil existimat_ (sec. _aestimat_) _se facere contra naturam_ [quod contra observationem Goerenzianam est, pro vero tamen accipiendum]: quint. _aut nihil existimat contra naturam facere_: impr. Magont. _aut nihil se existimat facere contra naturam._

fugiendam censet mortem] Victor. _fugienda_ quod Gronovius probat. Vid. lib. II, 3, 16. Scripti aliquot et Ald. _fugiendum,_ ut Cat. mai. c. 2 _Tamquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit._

* _fugiendam_] Gu. tert. _esse fugiendam:_ impr. Lips. 1513. _fugiendum._ [_fugienda_ Bern. a c.]

* _mortem, paupertatem, dolorem,_ cet.] Cicero a maiore malo ad mala minora sensim procedit. Vis tamen sententiae per singulos descensionis gradus augetur.

amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum] Haec quinque verba respuit Facciolatus. In Goth. et haec et proxima usque ad illa, _dolorem errat in eo,_ omissa sunt, non iudicio, sed incuria librarii, qui, quae inter iteratam vocem _dolorem_ interiecta sunt, temere praeteriit.

* _cuipiam_] Omnes Gu. _cuiquam,_ [item Bas. et Bern. a b d, sed contra Beierum et Orellium unice probo Bernensium c e scripturam _cuipiam._ Neque enim negativa sententia est: ille censet, iniuria alicuius s. iniustitia adversus aliquem minus fugienda est quam mors, i. e. licet nonnunquam facere alicui iniuriam. Alia res est in iis, quae sequuntur, _errat in eo quod ullum_ cet. Nam quod dicit _errat,_ significat re vera _nullum_ corporis vitium gravius esse animi vitio.]

14. _hominibus violandis_] Violatione hominum. Vinar. Rom. Ven. omnes, Arg. Ald. _in hominibus violandis,_ quos Facciol. sequitur.

* _hominibus violandis_] Gu. tert. quart. quint. [Bern. c e] omnesque impr. veteres _in hominibus violandis._ Vide ad I, 9, 3.

* _quid cum eo disseras_] Gu. pr. _disserat._ In fine periodi Gu. tert. _ex homine tollit?_

hominem ex homine tollat] Tollit enim ex homine, quae maxime ei propria est, humanitatem.

15. _id quidem censet_] Vin. _sin fugiendum id quod censet et multo peiora paupertatem, dolorem._

* _sed et multo illa peiora_] A. Gu. pr. omnibusque impr. veteribus _sed_ abest. Copulam auctoribus Gu. quatuor eieci.

sed et multo illa peiora] Rom. Venet. Arg. _et multo,_ omisso _sed,_ quod Heumannus solum retinet, legens _sed multo illa peiora._

quod ullum] Male Vin. et vulg. _quod nullum aut corporis._

* _ullum_] Impr. Magont. incert. Venet. 1498. et Lugdun. 1527. _nullum._

fortunae vitium] Malum. Goth. _fortunae peritium,_ pro _periculum,_ opinor.

* _vitium animi vitiis_] Omnes Gu. [et plerique Orelliani] _vitium vitiis_

6 Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem
sit utilitas unius cuiusque et universorum: quam si ad se
2 quisque rapiet, dissolvetur omnis humana consortio. Atque
etiam si hoc natura praescribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam caussam, quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eamdem naturam omnium
3 utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes et eadem lege naturae: idque ipsum si ita est,
certe violare alterum naturae lege prohibemur. Verum au-
4 tem primum, verum igitur extremum. Nam illud quidem
absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri
nihil detracturos, commodi sui caussa; aliam rationem esse
5 civium reliquorum. Hi sibi nihil iuris, nullam societatem,

animi [quod quominus recipiatur nihil obstat]. Corrector codicis Gu. sec. eraso vocabulo *vitium*, rescripsit *incommodum*. Impr. Magont. *vicium viciis animae*. Rom. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *vitium animae vitiis*.

Cap. VI, 1. *unum debet esse omnibus propositum*] Id unum omnes spectare debent, ut aliorum pariter et sua commoda tueantur atque augeant.

° *ad se quisque rapiat*] E Gu. pr. ed. Gryph. et more Ciceronis scripsi *rapiet*. [Sic etiam Bern. a b c.]

° *dissolvetur*] Ern. coni. *dissolvatur*. Nonius, in voc. *Consortium*, dedit *dissolvatur necesse est omnis humana consortio*. Gu. tert. impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *consociatio*, quod etiam Gu. sec. habuit a librario, sed corrector litteras *cia* erasit.

consortio] Ita Non. cap. III, 39. Goth. Vinar. Ven. pr. et sec. at *consociatio* Ven. tert. et quart. Arg. Ald.

2. *Atque si etiam*] Goth. ante Graev. vulg. et Pearc. *atque etiam si*.

° *Atque si etiam*] Hoc in impr. antiquis reperio. Ex quatuor Gu. atque ed. Gryph. *Atque etiam si* restituo. Gu. sec. *Atque hoc si natura praescribit, ut homini homo*.

quicumque sit] Etiamsi servus, alienigena, barbarus sit.

quod is homo sit] Eiusdem sanguinis et generis, communi ratione praeditus.

° *quod is homo sit*] Gu pr. *quod huius modi sit:* sec. et quint. *quod homo sit*, omisso pronomine, quod tamen corrector postremi abesse non passus est. [Est etiam in Bern. praeter b omnibus] Errore manifesto tert. omisit verba *ob eam ipsam caussam, quod is homo sit*. Omnes impr. veteres *tamen* (Lugd. 1527. *tantum*) *quod is homo sit*.

° *omnium utilitatem*] Gu. pr. *hominum utilitatem*.

3. ° *idque ipsum si ita est*] Particulam *ita* uterque impr. Lips. haud inficete sustulit.

° *lege naturae prohibemur*] Auctoritate omnium Gu. et duodecim Aldi codicum reduxi *naturae lege*.

° *Verum igitur et extremum*] Particula *et* in nullo Gu. comparet. Afuit etiam ab Aldi libris, nec est in ed. Gryph. Vocabulum *verum*, quod iam praecesserat, Gu. quart. hic intelligere, quam repetere, maluit. Impr. Magont. corrupit *verum ergo extraneum*.

4. *commodi sui causa*] Vinar. Ven. pr. duodecim Manut. *sui commodi causa*, ut n. 7.

° *commodi sui causa*] Gu. pr. sec. tert. quart. impr. Magont. et Rom. *sui commodi causa*. [Etiam Orelliani prope omnes. Recipiendum igitur.]

5. *et nullam societatem*] A Goth. et Rom. *et* eleganter abest.

° *et nullam societatem*] Gu. tert.

communis utilitatis caussa statuunt esse cum civibus: quae sententia omnem societatem distrahit civitatis. Qui autem 6 civium rationem dicunt habendam, externorum negant, hi dirimunt communem humani generis societatem; qua sublata, beneficientia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. Quae qui tollunt, etiam adversus deos immortales impii iudicandi sunt. Ab iis enim constitutam inter homines so- 7 cietatem evertunt: cuius societatis artissimum vinculum est magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi caussa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quae vacent iniustitia. Iustitia enim una virtus omnium est domina 8

nullamque societatem. Cum patrui libris Gu. sec. quart. quint. et impr. Magont. copulam haud insontem proscribunt.

distrahit] Dissolvit, dirimit, ex amicis facit inimicos. Vide Heumannum ad orat. pro Deiot. c. 5 extr. infra c. VI, 16 Goth. *omnem communitatem societatem distrahit.*

6. * *Qui autem civium rationem*] Gu. tert. *Qui autem rationem suorum civium*: quart. *Qui autem civium dicunt rationem habendam*: quint. a corr. *Qui autem suorum civium rationem,* omnes impr. veteres *Qui autem civium rationem dicunt esse habendam.*

* *hi dirimunt*] Gu. tert. *ii:* quart. quint. impr. Magont. et Rom. *hii.* [In hac dicendi formula legitimus fere est usus pronominis *is, ii,* quod recte iudicavit Orellius.]

* *beneficientia*] Hanc orthographiam, ut alibi, ita hic, duo primi Gu. tuentur. [Cf. ad I, 7 pr.] Transponunt impr. Magont. et Rom. *liberalitas, beneficentia, bonitas.*

* *Quae qui tollunt*] Gu. tert. *tollent.*

7. * *Ab iis*] Hoc est in Gu. tert. pro quo quart. et impr. Magont. *Ab hiis,* reliqui mei omnes [et Bern. a d] dederunt *Ab his,* [quod probo.] Deinde transponit sec. *inter homines constitutam societatem,* tert. *constitutam societatem inter homines.*

* *cuius societatis*] Vocabulum *societatis* omittit Gu. tert. quod abesse poterat, quia *societatem* praecesserat. Nec tamen insolitae Ciceroni sunt eiusmodi repetitiones. Vide ad I, 31, 2.

* *arctissimum*] Gu. pr. sec. quart. a manu prima quint. [Bern. a b d Bas.] et impr. Magont. *artissimum.*

* *magis arbitrari esse*] Verbum *esse* Gu. pr. ignorat. Mutato verborum ordine tert. *arbitrari magis esse:* quart. *magis arbitrari contra naturam esse.*

* *vel etiam ipsius animi*] Gu. tert. *vel ipsius etiam animi.*

quae non vacent iustitia] *Non* in uno Manutii codice fuit, in alio eiusd. *iniustitia:* in ceteris omnibus est *quae vacent iustitia.* Hoc ex Marsi fere sententia interpretatur Facciolatus, quae iniuste tibi illata sint, quae non patiaris ex merito. Sed non haec est verborum vis. Graeviana lectio, quam retinui, non magis est Latina. Nam *iustitia non vacare* dici quidem potest is, qui iuste facit: *incommoda* vero, quae nobis accidunt immeritis, quis dicat *iustitia non vacare?* Lambinus plura putabat omissa esse, quae ex suo ingenio ita supplet: *Magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel animi*: et rursus magis esse secundum naturam hominem, si modo sine incommodo suo facere possit, homini consulere ac prodesse, quam omnia commoda vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi percipere, *quae vacent iustitia.* Hunc graviter reprehendit Muretus lib. XV. var.

et regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit: Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri,
9 homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi est vita mea utilior, quam animi talis affectio, neminem ut
10 violem commodi mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem tyrannum et immanem vir bonus, ne ipse frigore conficia-
11 tur, vestitu spoliare possit, nonne faciat? Haec ad iudicandum sunt facillima. Nam si quid ab homine ad nullam

lect. c. 9. atque ita emendandum censet: *vel ipsius etiam animi, servantem iustitiam.* Io. Frid. Gronovius *quae* mutat in *ne,* legitque: *ne vacet iustitia,* id est, careat. Pearcius rescribit, *quia vacat* (vel *vacet*) *iustitia,* id est, quia detrahere hominem homini sui commodi causa vacat vel caret iustitia. Quid Cicero velit, apparet; quid scripserit incertum est. Vincentius Bellovacensis, qui et ea, quae antecedunt, et quae sequuntur, recitat, haec verba *quae vacent iustitia,* omittit, sine quibus tamen cetera non cohaerent, nisi legas: *Iustitia enim est una omnium domina et regina virtutum.* Atque ita quidem ille. In Gothano totus hic versus omissus est.

* *quae non vacent iustitia*] Negandi adverbium, quod sensu parum commodo ex uno Aldi codice invexit Graevius, in meis libris nusquam est, [nec in Orellianis praeter Basil. subsestae fidei.] Cum Franc. Fabricio recepi *quae vacet iniustitia,* quod ex Ubaldini libro protulerat Aldus. Gu. pr. interpungit *quae vacent. Iustitia haec enim una virtus.*

8. * *haec enim una virtus*] Beda atque Eybus haec ita adferunt: *Iustitia enim una virtus* cet. Illi quidem extra orationis contextum vix aliter facere potuerunt. Nihilo minus hanc scripturam recepi, quam Ciceronianae disputationis consequutio requirere videbatur. Nec spreverim *Iustitia enim est una omnium domina et regina virtutum,* quod ex Vincentio Bellov. patruus adnotavit. Vocabula eadem, vel similia, deinceps iterata librariis saepissime fraudi fuerunt. Vide supra ad I, 31, 9. Ita sanandus videtur locus pessime affectus de or. II, 83 pr. *Fit autem, ut, cum maxima quasi oratoris scena videatur concio, concionis natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitemur.* Hic etiam alii codices *concio,* alii *concionis* omittunt. Utrumque vocabulum ibi retinendum esse, intellexi, postquam labes eiusdem loci plures ope MS. Gu, pr. absterseram. [Sine correctione locum, quemadmodum in libris mss. legitur, non intelligi omnes consentiunt. Nam ii quoque, qui *non vacent iustitia* scribunt, (inter quos Orellius est) correctione utuntur veteri nec tamen probabili. Mihi quidem longe facilius videtur *iniustitia* fieri ex *iustitia,* quam addi *non.* Porro autem servarim *haec enim una virtus,* ita ut e vacatione iniustitiae cogitetur *iustitia.* Quod qui difficile putarunt, ii olim videntur mihi fecisse *iustitia* pro *iniustitia.*]

* *una virtus*] Ab impr. incert. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. *una* abest. Paullo post transponit Gu. quart. *et virtutum regina.*

* *alteri, homini ad nullam partem utili*] Nomen *homini* Gu tert. excludit.

9. *Non enim mihi est*] Vinar. Rom. et Venet. pr. *Non est enim vita mea mihi utilior.* Hoc malo. Vid. ad lib. I, 19, 10 et ad Cat. mai. c. VII, 11.

* *Non enim mihi est*] Libris patrui *Non est enim vita mea mihi utilior* exhibentibus accedit impr. Magont. solus inter meos. Coniunctionem *enim* omittit Gu. quart.

* *neminem ut violem*] Gu. sec. *neminem violare.*

10. *Phalarim*] Vid. lib. II, 7, 16.

11. *ad iudicandum sunt facillima.*] Vide ad lib. I. c. 35 pr.

* *Haec ad iudicandum*] Gu. pr. *Ad iudicandum haec.* Statim quart.

partem utili, tuae utilitatis caussa detraxeris, inhumane fe-
ceris, contraque naturae legem. sin autem is tu sis, qui
multam utilitatem rei publicae atque hominum societati, si
in vita remaneas, afferre possis; si quid ob eam caussam
alteri detraxeris, non sit reprehendendum. Sin autem id 12
non sit eius modi, suum cuique incommodum ferendum est
potius, quam de alterius commodis detrahendum. Non 13
igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut
quid huius modi, quam detractio, aut appetitio alieni: sed
communis utilitatis derelictio contra naturam est; est enim
iniusta. Itaque lex ipsa naturae, quae utilitatem hominum 14
conservat et continet, decernit profecto, ut ab homine inerti
atque inutili ad sapientem, bonum fortem virum transferan-
tur res ad vivendum necessariae; qui, si occiderit, multum

a manu pr. quint. et impr. Magont. *facilima,* uno *l.*

ad nullam partem utili] Paullo ante dixit *ad nullam rem utili:* lib. I. c. 10 *qui nec sibi, nec alteri, ut dicitur.* Adde c. 23.

* *ad nullam partem utili*] Gu. quart. quint. impr. Magont. et incert. *utili ad nullam partem.*

* *tuae utilitatis*] Gu. [et Orelliani] omnes, impr. Magont. Rom. incert. et Gryph. *utilitatis tuae.* Deinde Magont. et Rom. *distraxeris.*

* *sin autem is tu sis*] Gu. quart. *Si.*

si quid ob eam causam] Vin. *quod ob eam,* sine *si.*

* *non sit reprehendendum*] Gu. quart. *non sit reprehendendus.* Voluit *non sis repr.*

12. *Sin autem id non sit eiusmodi*] Sic et mea exemplaria: Vinar. autem *sin autem hoc non sit.* Si non is fueris, qui hominum societati ac reipubl. multum prodesse possis: non licet tibi de alterius commodis detrahere.

detrahendum] Vinar. et vulg. *subtrahendum.*

* *detrahendum*] Impr. veteres omnes *subtrahendum*: Gu. tert. *aliquid detrahendum.*

13. * *Non igitur magis est*] Pro *igitur* Gu. tert. dedit *enim,* quod mihi a sciolo profectum, scriptura vero vulgata in hunc fere modum videtur accipienda: Non igitur ex eo, quod licet interdum viro bono, vitae suae conservandae caussa, aliquid ab homine ad nullam partem utili detrahere, efficitur, ut magis contra naturam sit morbus, egestas cet. Paullo post verba *Sed communis utilitatis* et reliqua, quae interpunctione maxima disterminabantur, ad hanc periodum revocavi.

* *aut quid huiusmodi*] Gu. tert. *aut si quid eius modi.* Ceteri Gu. omnes, impr. incert. et Gryph. *aut quid eiusmodi* [Sic igitur scribendum cum libris Orell.]: Magont. *aut eiusmodi,* omisso *quid.*

aut appetitio] Iidem cum Goth: *atque appetitio:* sola Ven. quart. *aut.*

* *aut appetitio*] Hoc est in Gu. tert. et a correctore in quinto. Ceteri scripti omnesque impr. mei veteres *atque appetitio,* quod prope malim. Tunc foret sententia, non detractio solum, sed etiam appetitio alieni. [Mihi quoque *atque* placet in parte aiente. Bernensium librorum auctoritas aequa est.] Paullo post Gu. quart. *est igitur iniusta.* Male.

14. * *decernit profecto*] Gu. pr. sec. tert. etiam quint. ante correctorem, *decernet.*

bonum fortemque] Copula abest a pluribus Manut. Goth. Vinar. et Ven. pr.

* *fortemque virum*] Etiam Gu. pr. sec. tert. impr. Magont. et Rom. tollunt copulam. Hos sequor.

de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, seseque diligens, hanc caussam
15 habeat ad iniuriam. Ita semper officio fungetur, utilitati consulens hominum, et ei, quam saepe commemoro, hu-
16 manae societati. Nam quod ad Phalarim attinet, perfacile iudicium est. Nulla enim nobis societas cum tyrannis, et potius summa distractio est: neque est contra naturam, spo-
17 liare eum, si possis, quem est honestum necare: atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum commu-

detraxerit] Si perierit, morte sua multum de communi utilitate detraxerit, id est, eius mors detrimentum reipubl. allatura sit.

modo hoc ita faciat] Hoc, quod lex naturae decernit. Abesse possent haec, *hoc ita faciat:* sed sunt in omnibus, atque eleganter etiam adsunt.

* *modo hoc ita faciat*] Gu. tert. omisso pronomine, *modo ita fiat.* Paullo post Facciolatus, nescio quibus auctoribus, *seque diligens* edidit.

seseque diligens] Nimis. Lib. I, 9, 6 *Nisi nosmetipsos valde amabimus.*

15. *Ita semper officio fungetur*] Goth. et Vin. cum Rom. quatuor Ven. Arg. Ald. *Itaque semper officio fungatur.* Non abeunt Aldini plures. Facciol. *ita semper officio fungatur,* quod meum facio.

* *Ita semper officio fungetur*] Solus inter meos Gu. sec. *Ita* exhibet, quod reliqui et omnes impr. veteres sollemni errore in *Itaque* mutant. [Bern. omnes *ita.*] Nec mihi *fungatur* placet, quod, scriptis Gu. dissentientibus, omnes impr. veteres pro *fungetur* obtrudunt. Sententia haec esse videtur: Ita si animo affectus, et liber ab amore sui vitioso, naturae legi obtemperaverit: ab honesto numquam aberrabit, atque etiam tum officio fungetur, quum res ad vivendum necessarias ab altero ad se transferet, eaque re humanae societatis consulet utilitati.

16. *Nulla enim nobis societas*] Vinar. Rom. Venetae, Arg. Pearc. *nulla est enim societas nobis,* bene, nisi illud *est* post *distractio* iteraretur. Goth. *nulla enim est nobis societas.*

* *nulla enim nobis societas*] Gu. pr. *Nulla enim est societas nobis.* Ceteri veteresque impr. omnes [et Bern. meliores] *Nulla est enim societas nobis.* Inde Pearcius *Nulla est enim nobis societas.* Gryph. *Nulla enim nobis cum tyrannis societas est:* quem ordinem verborum Facciolatus sequitur, omisso tamen *est.* Hoc verbum in sequentibus, post nomen *distractio,* Gu. tert. et Pearcius omittunt.

* *sed potius summa distractio est*] Pro *sed* [Bern. a b c] Gu. pr. sec. et quint. dederunt *et,* quod tamen secundi et quinti correctores, alter in *sed,* alter in *set* mutaverunt. Utique videri poterat ultima praecedentis vocabuli littera primam coniunctionis *set* absorbuisse. Merito tamen Cortius ad Cic. lib. IX. ep. 26. extr. Lambinum reprehendit, qui *sed* illud, omnibus libris suis reclamantibus, servasse se profitetur. Nepotem Cornelium ab eadem correctorum intemperantia defendit patruus ad vitam Pausan. III, 7. Similiter *ac potius,* pro *sed potius,* Cicero dixit supra I, 20, 9. et de orat. II, 18. Praeter meritum igitur Ernesto V. C. suspectum est illud de orat. II, 37 *Minime, inquit Antonius: ac sic decrevi philosophari potius,* cet.

17. *quem honestum est necare*] Vide cap. IV, 12.

* *quem honestum est*] Omnes Gu. et novem Aldini *quem est honestum.*

atque hoc] Heumann. *atqui hoc omne genus.*

* *atque hoc omne genus*] Adfert

nitate exterminandum est. Etenim ut membra quaedam 18
amputantur, si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere coeperunt; et nocent reliquis partibus corporis: sic ista in figura hominis feritas et immanitas beluae, a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est. Huius generis 19
sunt quaestiones omnes eae, in quibus ex tempore officium exquiritur.

hunc locum Nonius in voc. *Exterminatum*.

18. *si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere coeperunt*] Multa sunt, quae in paucis his verbis offendunt. Primum abundant *et ipsa:* deinde *sanguine et tamquam spiritu* cum re ipsa non satis conveniunt. Nam et amputantur, quae sanguine non carent. Nec *coeperunt* optime se habet. Haec omnia unus Vincentius Bellov. corrigit, in quo est: *si languere et tamquam spiritu carere coeperint, ne noceant reliquis partibus corporis.* Primum hic tollit *et ipsa,* quae manifesta glossa est: deinde *languere,* pro *sanguine,* non ex ingenio suo, sed e vetustiore codice restituit, quod et in suis membranis reperit Facciolatus, ac vulgato praetulit: denique *coeperint* habet, ut in Venet. tert. et Argent. est; et *ne noceant,* ubi vulgo *et nocent,* Ven. tert. vero et Argent. *et noceant.* Audeo sperare, hanc emendationem doctissimo cuique probatam fore.

* *si et ipsa sanguine et tamquam spiritu carere coeperunt*] *Ut cetera pars corporis tuta sit, membrum quod paulatim emoritur, abscindere* iubet Celsus de medic. V, 26, 34. extr. Quod Celsus *paulatim emori,* id Cicero *incipere sanguine et tamquam spiritu carere* dicit. *Sanguis* autem est vita. Sic Horat. I. od. 24, 15 *Num vanae redeat sanguis imagini?* Gu. quint. *sanguine tamquam spiritu,* male omissa copula. Nec mutem *coeperunt,* pro quo [Bern. c] impr. incert. *coeperint* substituit.

* *immanitas beluae*] Gu. tert. et quart. *belluae immanitas.*

a communi tamquam humanitate corporis] Idem Vincentius, qui aliquando sententiam magis, quam verba Ciceronis, exprimit: *a communi humanitate segreganda est.* Unus Oxon. *a communitate corporis.* Propius ad verum accedit Mureti coniectura, a Gronovio, Facciolato et Heumanno commendata, *a communi tamquam humanitatis corpore,* vel Pearcii, *a communis tamquam humanitate corporis.* Pearcius tamen in addendis Vincentii lectionem ex coniectura praefert, *a communi tamquam humanitate segreganda est; corporis* ex praecedentibus adductum putat.

* *a communi tamquam humanitate corporis*] De Mureti, Io. Frid. Gronovii et Facciolati sententia *humanitatis corpore* edidi, quum in Gu. tert. diserte ita scriptum reperissem. [Reliqui igitur itemque Orelliani codd. omnes *humanitate corporis,* quam confusionem casuum nonnumquam librariorum errore accidisse exemplis docet Orellius. Cf. cap. 4, 13.] Cave tamen putes, *humanitatem* hoc loco simpliciter *humanum genus* dici, quo sensu hanc vocem in Cicerone non memini me legere: sed *commune humanitatis corpus* est, cuius quasi membra sunt omnes ii, qui humanae rationis, humanorum motuum propensionumque humanarum non sunt expertes. Adverbium *tamquam,* quod in vulgata, etiam in episcopi Bellovacensis scriptura, inepte redundabat, nunc metaphoram vocabuli *corpore* eleganter mollit. Similiter Liv. III, 34, 7 *Duas deesse tabulas; quibus adiectis, absolvi posse velut corpus omnis Romani iuris.* Perperam Gu. quart. *a communitate tamquam humanitate corporis.*

19. * *sunt quaestiones omnes eae*] Gu. [et Orelliani] omnes atque ed. Gryph. ordine verso *quaestiones sunt,* [quod restituendum igitur].

7 Eiusmodi igitur credo res Panaetium persecuturum fuisse, nisi aliqui casus, aut occupatio consilium eius pere-
2 misset. Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa praecepta sunt, quibus perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid idcirco fugiendum
3 non sit, quod omnino turpe non est. Sed quoniam operi

Gu. pr. tollit pronomen *eae*, quod tert. transponit *eae omnes*. Impr. incert. Venet. 1496. uterque Lips. ac Lugd. 1527. abiecto *omnes*, ex *eae* fecerunt *hae*.

ex tempore] Quid officii sit, ex tempore existimatur, ex temporis ratione iudicatur. Vid. c. IV, 11.

* *ex tempore officium exquiritur*] Gu. tert. *officium exquiritur ex tempore*.

Cap. VII, 1. * *Eiusmodi igitur credo res*] Gu. tert. *Eiusmodi igitur res Panaetium arbitror:* quart. *Eiusmodi credo res*, omisso *igitur*.

persecuturum] Goth. *exsecuturum*. * *persecuturum*] Gu. pr. et sec. *persecutum*: quart. *consecuturum*.

aliqui casus] Oxon. Goth. Pearc. *aliquis casus:* Rom. cum vulg. *alius casus*.

* *aliqui casus*] Hoc ex Victorii, Aldi, Langii et Fabricii libris proditum sistit etiam Gu. sec. a librario. Corrector enim supra scripto fecit *aliquis*, quod etiam codices reliquos occupavit. [Bernenses omnes i. e. hac quidem in parte a b c d *aliqui* dicuntur habere.] Omnes impr. veteres *alius casus*.

* *consilium eius*] Ordine verso Gu. omnes et decem codices Aldi *eius consilium*.

peremisset] Sic etiam mea exemplaria. Erasmus mallet *praevenisset*, quod Manutius admisit, et est in marg. Venet. quart. *Perimere* vero est, tollere, in perpetuum reprimere. Cicero pro Sext. c 22. pr. *Si causam publicam mea mors peremisset.* Id. pro Planc. c. 42 *Sin autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset.* De harusp. resp. c. 11 *Si ludi non intermissi, sed peremti atque sublati sunt.* Hinc *peremtorium* dicitur, quidquid disceptationem perimit, et adversariorum tergiversationi finem statuit.

2. *Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa praecepta sunt*] Hoc quoque inter Ciceronis παροράματα, quae vocat, interpres ille refert, cuius censoriam gravitatem iam aliquoties vidimus: quasi certo plane constet, ita Ciceronem scripsisse; aut, si ita scripsit, Latine dicendi praecepta ab eo accipere debeat, qui gustum Latinitatis nullum habuit. *Ex superioribus libris* non recte dictum putat, pro *in libris*. Tamen et *ex* aliquando significare *in* observarunt Schwarzius ad Tursell. de particul. c. 77. pr. et Gesnerus in lexic. rustic. in *EX*. Iam vero et supra ad lib. I, 11, 12. observavimus, *esse* dici etiam pro *exstare, in promtu esse.* Vidimus etiam, *ex una re praecipitur* quid sit, ad eumd. lib. I, 16, 7. Sunt tamen, qui in Cicerone aliquid mutatum, et *ex* ita transponendum suspicantur: *ad quas ipsas consultationes superioribus libris satis multa praecepta sunt, ex quibus perspici possit.* Vide Pearcii addenda.

* *ad quas ipsas*] Gu. pr. omittit *ipsas*.

* *quid sit propter turpitudinem*] Gu. quart. verbum *sit* ignorat.

quid sit id, quod idcirco fugiendum non sit] Goth. *quid idcirco fugiendum non sit.* Hoc in suis quoque legit Pearcius, et iam vulgavit.

* *quid sit id, quod idcirco fugiendum*] Haec in Gu. tert. desunt. Gu. pr. sec. quart. [Bas. Bern. a c d] et Gryph. *quid sit quod idcirco:* Gron. et Ern. *quid quod idcirco.* Tanta varietas me movet, ut veram putem codicis Goth. [et Bern. b] et Pearcii scripturam *quid idcirco fugiendum*, quam recepi.

turpe non est] Goth. Vin. Rom. *non sit*, ut XI. codd. Manutii.

inchoato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium imponimus: ut geometrae solent non omnia docere, sed postulare, ut quaedam sibi concedantur, quo facilius, quae volunt, explicent: sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil, praeter id, quod honestum sit, propter se esse expetendum. Sin hoc non licet per Cra- 4
tippum: at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse

° *quia omnino turpe non est*] Ex omnibus Gu. [Bern.] septem Aldinis, impr. Magont. Gryph. atque Anemoec. dedi *quod omnino*. Pro *turpe non est*, quod in Gu. sec. impr. incert. aliisque reperio, Gu. pr. tert. quart. quint. impr. Magont. Gryph. atque Ern. *turpe non sit* dederunt.

3. ° *operi inchoato*] Gu. tert. et quint. *operi incoato*. Consentaneum est, in antiquissimis fuisse *incohato*. Hanc orthographiam, praeter grammaticorum priscorum suffragia, magnopere commendat Ancyrani monumenti auctoritas.

operi inchoato et prope iam absoluto] Sic Nonius cap. VI, 89. et quid. codd. sed vulgati, *inchoato prope tamen absoluto*, quidam *et prope tamen*.

° *et prope iam absoluto*] Ita ex Nonio ediderunt. Sed postquam vidi antiquissimum Nonium Gu. atque ed. Merceri cum codicibus scriptis Ciceronis atque impr. veteribus omnibus exhibere *prope tamen absoluto:* hanc scripturam, quam Grut. etiam et Gronov. retinuerunt, reducendam duxi. Saepe criticos, etiam doctissimos, offendit mos ille optimorum scriptorum particulam *tamen* sine praecedente *etsi* eleganter adhibentium. Vide Gron. ad Liv. XXIII, 19, 12. et quos laudavi supra ad I, 12, 4.

fastigium imponimus] *Fastigium* est, quod summae operis altitudini deest. Hic transfertur ad reliquam libri partem, quae perficienda restat.

ut geometrae solent] Vinar. *ut, si de aequalibus aequalia demas, quae relinquuntur, aequalia sunt, ut geometrae solent.* Sic ex margine multae grammaticorum adnotationes adsumi solent a librariis Cicer. lib. V. Tusc. c. 7 *Mathematicorum iste mos est, non philosophorum. Nam geometrae cum aliquid docere volunt, si quid ad rem pertinet eorum, quae ante docuerunt, id sumunt pro concesso et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est.*

° *geometrae*] Gu. quart. *geometriae.* Idem error etiamnum obsidet edita exemplaria Ciceronis Tusc. quaest. V, 39 *Quod sine oculis fieri posse vix videtur, geometriae munus tuebatur:* et Quinctiliani inst. orat. II, 21, 19 *Dicamus, has geometriae esse partes.* Utroque loco *geometrae* videtur reponendum esse. Scholion, quo MS. Vinariensem hic inquinatum esse patruus indicavit, totidem verbis legitur in impr. Magont.

° *non omnia docere*] Gu. quart. et Goth. *dicere.*

quae volunt] Goth. Vinar. et al. *quae velint.* Sic et Facciol.

° *quae volunt*] Gu. quart. *quae volent:* impr. veteres omnes et Ern. *quae velint.* Sequor scripturam librorum meliorum, quam firmant etiam exemplaria Nonii in voc. *Explicare.*

° *sic ego a te*] Duo primi Gu. *sic ergo a te:* tert. *sic ego te.*

si potes] Peripatetici enim non concedunt, sola honesta esse expetenda.

° *praeter id, quod honestum sit*] Verbum *sit* a Gu. pr. abest. Deinde impr. veteres omnes transponunt *esse propter se expetendum.*

expetendum] *Expetenda* esse dicebant, quae per se bona; cetera *legenda* vel *sumenda.* Vid. ad cap. III, 7. Goth. *appetendum.*

4. ° *Sin hoc*] Gu. pr. et impr. incert. *Si hoc.*

per Cratippum] Magistrum, Peripateticum. Vide ad lib. I. c. 1. pr.

° *per Cratippum*] Gu. tert. quint.

maxime propter se expetendum. Mihi utrumvis satis est: et tum hoc, tum illud probabilius videtur, nec praeterea
5 quidquam probabile. Ac primum Panaetius in hoc defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat) sed ea, quae vide-
6 rentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum: nihil honestum, quod non idem utile sit, saepe testatur: negatque ullam pestem maiorem in vitam hominum inva-
7 sisse, quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque

omnesque impr. veteres *propter Cratippum*. Statim Gu. tres primi et Goth. *aut illud certe*.

maxime propter se expetendum] Quae Peripateticorum sententia erat.

utrumvis] Alterutrum, quod concedes. Academici enim, quaecumque probabilia erant, undecumque arripiebant. Ad praesentem autem quaestionem alterutrum satis erat concedi.

cum hoc] Peripateticorum dogma.

* *et cum hoc*] Sic est in Gu. tert. [et Bern. a c d]. Ex reliquis quatuor omnibusque impr. veteribus cum Facciol. atque Ern. scripsi *et tum hoc*. Legitur quidem in nostris libris Lucull. c. 43. extr. *Distrahor*: *cum hoc mihi probabilius, tum illud videtur*: sed ibi quoque Camerar. et Gryph. *tum hoc* recte ediderunt. Dicta haec sunt, ut illa Lael. IV, 2 *Qui* (Socrates) *non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper*.

tum illud] Stoicorum scitum, *sola honesta esse bona*.

* *quidquam probabile*] Gu. quart. *quicquam probabilis*: quint. *quicquam probabile est*.

5. *Ac primum*] Vin. et Ven. pr. *at primum*.

* *Ac primum Panaetius in hoc*] Gu. pr. sec. tert. et quint. transponunt *Ac primum in hoc Panaetius* [recepitque iure suo Orellius]: quart. *Ac in hoc primum Pan.* Impr. Magont. *Ut primum P. in hoc loco*: incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *Ac primum P. in hoc libro*.

in hoc] Vin. Rom. et Ven. pr. *in hoc loco*: Ven. sec. et tert. *in hoc libro*. Utrumque ex glossa. In Goth. *in hoc* etiam omissum est.

* *pugnare aliquando posse dixerit*] Gu. quint. invertit *aliquando pugnare*: omnes impr. veteres *pugnare dixerit aliquando posse*.

neque enim ei fas erat] Neque enim poterat, cum esset Stoicus.

quae videntur utilia] Sic ab omnibus editum: Facciol. tamen *videantur*. Ego *viderentur* olim corrigebam, quod facilius mutatur in *videntur*. Nunc ita a Pearcio editum video.

* *quae videntur utilia*] Gu. pr. et quint. *viderentur*, atque ita Gryph. Wolf. et Ern. [et Orell. ex omnibus Bern.] ediderunt. Saepe haec in MSS. confunduntur. Etiam Gu. quart. infra n. 7. *videretur* in *videtur* corrupit.

6. * *quod non idem honestum*] Gu. quint. *idem* abiecit.

nihil honestum, quod non idem utile] Goth. Vin. et vulg. *nec honestum*: sed octo Ald. *nihil honestum*.

* *nihil honestum*] Hoc est in scriptis Gu. at in impr. vetustis omnibus *nec honestum*. Deinde Gu. pr. *non quod idem utile sit*: tert. *quod non idem sit utile*: quint. *quod non utile sit*, excluso *idem*.

* *saepe testatur*] Gu. tert. *saepe ipse testatur*.

in vitam hominum invasisse] Male *evasisse* Goth. Vin. et Ven. pr. *in vita* Ven. sec. non melius. Vid. cap. III, 3.

* *in vitam hominum invasisse*] Gu. sec. impr. incert. et Lips. 1513. *in vita hominum*. Conf. ad II, 21, 16. Gu. tert. et Gryph. omissa praepositione, *vitam hominum*: impr. Magont. et incert. *evasisse*.

non ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine errore diiudicaremus, si quando incidissent, induxit eam, quae videretur esse, non quae esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, 8
sed, ut dicitur, Marte nostro. Neque enim quidquam de 9
hac parte post Panaetium explicatum est, quod quidem mihi probaretur, de iis, quae in manus meas venerint.

Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, commo- 8
veri necesse est: sed si, cum animum attenderis, turpitudi-

7. ° *induxit eam*] Gu. pr. *induxit ea.* Idem postea cum quarto et quinto *non quae esset repugnantia.*

non quae esset] Goth. *essent:* Ven. pr. *quae videntur esse,* et deinde *repugnantia,* ut et Vinar. Videtur in quibusdam libris fuisse: *induxit ea, quae viderentur esse, non quae essent, repugnantia.*

8. ° *partem relictam*] Gu. tert. *relictam partem.* Deinde sec. et Goth. et impr. Magont. *replebimus.*

nullius adminiculis] Goth. Vin. Rom. *nullis adminiculis.* Hoc et in VII Anglicanis reperit Pearcius et merito restituit.

° *nullius adminiculis*] Gu. omnes, etiam impr. Magont. incert. ac Venet. 1498. *nullis adminiculis,* idque iure optimo Iac. Gron. revocavit. Ernestus v. c. *nullius* praetulit, quia in impr. Magont. ita se reperisse arbitrabatur. Sed in Magont. 1465. *nll'is adminicl'is* exscriptum est, idque *nullis adminiculis* legendum erat.

Marte nostro] *Suo Marte* rem gerit, qui externis auxiliis non utitur, sed domesticis copiis contentus belli fortunam tentat.

9. ° *quidquam de hac*] Gu. pr. quart. et quint. *quicquam est de hac.*

° *explicatum est*] A Gu. quarto prius, a scriptis nostris omnibus vocabulum posterius abest. [Apparet igitur verborum ordinem esse mutandum.]

quod quidem mihi] In meis libris *quidem* haud eleganter deesse videtur.

° *quod quidem mihi*] Particula *quidem* in nullo impr. vet. conspicitur.

de iis] Ex iis. Cornel. Nep. Them. c. 9. pr. *Sed ego potissimum Thucydidi credo, qui aetate proximus de iis, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et eiusdem civitatis fuit.* Pearcius *in iis* coniicit.

in manus meas venerunt] Vin. Rom. *manus nostras*: Goth. *venerint,* quod et Pearcius habet.

° *in manus meas venerunt*] Omnes impr. veteres *in manus nostras.* Suadentibus quatuor Gu. [et Bern.] et Gryph. verbum *venerunt,* quod Gu. quart. temere omisit, in *venerint* mutavi.

Cap. VIII, 1. *Commoveri necesse est*] Ven. sec. tert. et Argent. *nos commoveri*: sed a Goth. Vin. pr. et quart. *nos* abest, pro quo *te* subintelliges, quod Heumannus etiam adscribit. Gronovius suspicatur *commoveri necesse est animum: sed si, cum attenderis.* Hoc Pearcius in uno cod. regio reperit, in quo scriptum *animum commoveri, necesse est.* Facciolatus, posthabitis libris veteribus, *commoveare necesse est*: etsi paullo ante legimus c. V, 3 *interire totum corpus necesse est.* Sic c. VI, 2 *Necesse est omnium utilitatem esse communem.* Hoc cap. n. 3 *Necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut summum bonum.* [Hoc sciebat sine dubio Facciolatus, sed offendit in defectu subiecti. Id est autem *aliquem, τινά.*] De verbo *commoveri* vid. ad cap. 4. pr.

° *commoveri necesse est*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *nos commoveri.* Etiam in Gu. sec. glossator pronomen minio adscripsit. Gu. tert. *commoveri tunc necesse,* abiecto verbo *est.*

° *sed si, cum animum attenderis*]

nem videas adiunctam ei rei, quae speciem utilitatis attulerit, tum non utilitas relinquenda est, sed intelligendum,
2 ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitudo (recta enim, et convenientia, et constantia natura desiderat, aspernaturque contraria) nihilque tam secundum naturam, quam utilitas; certe in eadem re utilitas et turpitudo esse non potest.
3 Itemque si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est, ut Zenoni visum est, aut certe omni pondere gravior habenda, quam reliqua omnia, quod Aristoteli placet; necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum, aut

In exemplaribus Nonii, voc. *Attendere*, est *Et si quum:* Gu. tert. quart. et a manu prima quint. *animum intenderis*. Deinde Nonius *turpitudinem videas adunatam*.

speciem utilitatis attulerit] Falsam utilitatis speciem obiecerit.

° *speciem utilitatis attulerit*] Gu. tert. *speciem attulerit utilitatis*.

utilitas relinquenda] Goth. *tunc utilitas non exquirenda est*. Vin. et vulg. *non requirenda est*. Servo Lambinianam lectionem, ex optimis MSS. adlatam, cuius sententia est: tunc non existimandum, relinquendum esse id, quod re vera sit utile; sed intelligendum, illud ipsum, quod speciem utilitatis mentiatur, ideo non esse utile, quia sit turpe. Vid. cap. X, 1. et 6.

° *tunc non utilitas relinquenda est*] Pro *tunc* edidi *tum*, praeeuntibus Gu. pr. sec. tert. ed. Gryph. et Ern. In Gu. quinto est *tunc non utilitas requirenda est*. Omnes impr. veteres transponunt *tunc utilitas non requirenda est*. At quatuor Gu. cum optimis quibusque aliorum libris *relinquenda est* dederunt.

° *intelligendum*] Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. *intellegendum*.

2. *Quod si nihil est tam contra naturam*] Si turpitudo contra naturam, utilitas secundum naturam est: non potest idem simul et turpe esse et utile. Natura enim secum non pugnat.

et convenientia] Goth. et Vin. copulam demunt.

° *et convenientia*] Copulam temere excludunt impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips.

aspernaturque] Reiicit, fastidit.

° *aspernaturque*] De origine, orthographia et significatione huius verbi disputat patruus observ. antibarb. cap. I. p. 327. Ibi refellit eos, qui ab *ad* et *sperno* ortum esse volunt hoc vocabulum, quod ipse ex *a* et *sperno* compositum existimabat. Equidem crediderim, Latinos, quemadmodum *altero* et *alterno* ab *alter* formaverunt, ita *aspero* et *aspernor* ex *asper* produxisse. Huic notationi favere videtur, quod *asper* antiquis eum significabat, qui fastidiret et aversaretur. Ita Virgilius Aen. VIII, 365 *Rebusque veni non asper egenis*. [Infelix originatio.]

° *tam secundum*] Gryph. *tam est secundum*.

° *utilitas et turpitudo*] Hoc [est in Bern. c, et] dedit librarius in Gu. quinto. Sed corrector fecit *utili turpitudo*, quod reliqui Gu. [Bern. a b Bas.] omnesque impr. veteres praeferunt.

3. ° *eaque aut sola*] Gu. tert. *eademque aut sola*.

visum est] Al. *est visum*. Dele *est* utroque loco.

° *visum est*] Impr. Magont. adstipulatur patruo delenti verbum *est*, quod omnes impr. veteres et Facciol. ita transponunt *est visum*.

omni pondere gravior] Vid. c. III, 2.

° *gravior habenda*] Gu. quart. quint. et Nonius in voc. *Grave* dederunt *gravior habenda est*. Omnes impr. veteres *gravior est habenda*.

summum bonum: quod autem bonum, id certe utile: ita
quidquid honestum, id utile. Quare error hominum non 4
proborum, cum aliquid, quod utile visum est, arripuit, id
continuo secernit ab honesto. Hinc sicae, hinc venena, hinc 5
falsa testamenta nascuntur: hinc furta, peculatus, expilationes direptionesque sociorum et civium: hinc opum nimiarum potentiae non ferendae: postremo etiam in liberis civitatibus regnandi exsistunt cupiditates, quibus nihil nec taetrius, nec foedius excogitari potest. Emolumenta enim rerum 6
fallacibus iudiciis vident: poenam, non dico legum, quas saepe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quae acerbissima

* *aut summum bonum*] Postremum vocabulum in Gu. pr. deest, ut suspicari possis, Ciceronem scripsisse *aut solum bonum, aut summum.* Deinde tert. et a correctore quint. et Goth. *quod autem bonum est.* Statim Gu. tert. et quint. *id certe est utile.*

* *ita quidquid honestum, id utile*] Gu. tert. *ita quicquid honestum est, id est utile.*

id utile] Fort. *idem utile.*

4. *Quare error*] Error hominum non proborum, arripiens, quod utile visum est, secernit id ab honesto: id est, homines improbi, quidquid utile videtur, cupide arripiunt, et, licet honestum non sit, sibi tamen expetendum ducunt.

* *quod utile visum est, arripuit*] Pronomen *quod* abest Gu. pr. Pro *arripuit* in sec. est *arripit,* in tert. *arripuerit.* Deinde impr. incert. et uterque Lips. *id continue.*

5. *sicae*] Caedes clandestinae, cum percussores immittuntur iis, quos e medio tolli inimicis utile videtur.

* *Hinc sicae, hinc venena*] Male Gu. quint. *Hinc sicae, et hinc venena, hinc et falsa testamenta nascuntur.* Deinde impr. veteres omnes *hinc furta, hinc peculatus.*

venena] Veneficia, quibus homines maxime familiares vita privantur.

peculatus] Furta publica.

opum nimiarum potentiae non ferendae] Hominum nimiis opibus valentium potentiae intolerabiles.

* *postremo etiam*] Particula *etiam* in Gu. sec. non est, nisi a correctore. Nonius, in voc. *Taetrum,* dedit *Postremo hae iam.* Paullo post omnes impr. veteres transponunt *existunt regnandi cupiditates.*

regnandi exsistunt cupiditates] Verbum *exsistunt* Grutero et Facciolato suspectum.

* *quibus nihil nec taetrius*] Perperam Gu. pr. et Goth. *quibus nihil nec deterius*: Gu. tert. *quibus nihil tetrius, nec ferius excogitari potest,* omisso priore *nec*: quart. *quibus nec tetrius, nec foedius nihil excogitari potest.*

* *excogitari*] Hoc cum plerisque libris tenet Nonius eo, quem paullo ante indicavi, loco. At Gu. sec. *cogitari* exhibet. Legitur quoque in Catil. II, 4 *Quid enim mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit?* Sed ibi etiam Gu. pr. et Graevii codex *cogitari* reponunt.

6. *Emolumentum enim rerum*] Ita Graevius: ceteri omnes, ut et Pearc. Olivet. et Facciol. *emolumenta. Vident,* ac potius videre se putant, quantum inde emolumenti sive commodi futurum sit, fallacique emolumentorum spe ducuntur ad res turpissimas: quae autem non poena magis a iudicibus, qui legibus iudicant, metuenda, quam quae turpitudo secutura sit, non vident.

* *Emolumentum enim rerum*] Omnes etiam mei libri dederunt *emolumenta,* ut altera illa scriptura inscio fortasse et invito Graevio irrepserit.

* *quas saepe perrumpunt*] Gu.

7 est, non vident. Quam ob rem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant, utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent. In ipsa enim dubitatione facinus inest, etiam si ad id non perve-
8 nerint. Ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio. Atque etiam ex omni deliberatione celandi et occultandi spes opinioque removenda est.
9 Satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil iniuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

9 Hinc ille Gyges inducitur a Platone: qui, cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum

pr. et tert. [et Orelliani omnes] *quam saepe*. Tres reliqui Gu. omnesque impr. veteres in vulgatam scripturam consentiunt. Hanc merito, vel contra libros suos, tuetur Langius: tum quia Cicer. de leg. I, 15. dixit *Negliget leges easque perrumpet;* tum quia respicere videtur ad dictum illud philosophi, nescio cuius, qui leges aranearum telis comparabat. Vide Aldobrand. et Menag. ad Laërt. I, 58. [At cum id, quod insequitur, *quae acerbissima est*, ad *poenam* sine dubio pertineat, videtur etiam in priore sententia *poena* intelligenda esse Et cum leges perrumpuntur, perrumpitur etiam poena legibus constituta.]

ipsius turpitudinis] Quam et aliorum et suo ipsorum iudicio subeunt. Turpissimum enim est, sceleris et flagitii sibi esse conscium.

7. * *est enim totum*] Postremum vocabulum Gu. tert. omittit.

* *utrum id sequantur*] A Gu. pr. *utrum* abest. Omnes impr. veteres corruperunt *utrum id assequantur.*

In ipsa enim dubitatione] In ipsa deliberatione. Vid. lib. I. c. 9. extr.

* *In ipsa enim*] Gu. pr. *in ipsa dubitatione enim.*

* *etiam si ad id*] Male Gu. tert. *etiam si ad ipsum factum.*

* *pervenerint*] Gu. sec. *perveniiur:* quart. impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *pervenerit.*

8. *est turpis ipsa deliberatio*] Cum de re turpi deliberatur.

* *turpis ipsa*] Pronomen in Gu. sec. deest.

* *ex omni deliberatione*] Omnes impr. veteres *in omni del.*

9. * *Satis enim nobis*] In Gu. sec. *nobis* omissum est.

* *persuasum esse debet*] Gu. quint. *debeat.* Deinde quart. et quint. *si etiam omnes deos.* Paullo post quint. a correctore *celare possemus.* Goth. *possumus.* Mox Gu. quart. omittit *nihil libidinose.*

Cap. IX, 1. *Gyges*] Qui Candaule interfecto rex Lydiae factus est. Vide Iustin. lib. I. c. 7. extr. Herodot. lib. I. c. 8. qui rem aliter narrat gestam. Sed hoc fabulose fictum esse, non ipse negat Plato, nec Cicero.

a Platone] Lib. II. de republ. haud longe a princip.

* *inducitur a Platone*] Gu. quint. *inducitur a philosopho*, et supra versum adiecta est explicatio *Platone*. Sed huius libri auctoritas non tanta est, ut valere debeat contra tot meliores codices, quibus etiam calculum adiicit Nonius in voc. *Inducere*. Et antonomasia illa sequioris aevi scriptoribus familiarior erat, quam Ciceronis aequalibus.

cum terra discessisset] Haec meorum quoque librorum est lectio, au-

descendit, aeneumque equum, ut ferunt fabulae, animadvertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit (erat autem regius pastor) tum in concilium se pastorum recepit. Ibi 2
cum palam eius annuli ad palmam converteret, a nullo vi-

ctoritate Nonii cap. I, 232. subnixa, qui *hiare, dividi, distendi* interpretatur. Male Gruterus *decessisset,* Lambin. *desedisset.* Platonis verba expressit, *ῥαγῆναί τε τὴν γῆν, καὶ γενέσθαι χάσμα.* Ambros. lib. III. de offic. c. 5 *Non ego simulabo terrae hiatum, quae magnis quibusdam dissiluerit soluta imbribus, in quem descendisse Gyges, atque ibi fabularem illum equum aeneum offendisse a Platone inducitur, qui in lateribus suis fores haberet: quas ubi aperuit, animadvertit annulum aureum in digito mortui hominis, cuius illic exanimum corpus iaceret, aurique avarum sustulisse annulum. Sed cum se ad pastores recepisset regios, de quorum ipse numero foret, casu quodam, quod palam eius annuli ad palmam converterat, ipse omnes videbat, atque a nullo videbatur: deinde, cum in locum suum revocasset annulum, videbatur ab omnibus. Cuius sollers factus miraculi per annuli opportunitatem reginae stupro potitus, necem regi intulit, ceterisque interemtis, quos necandos putaverat, ne sibi impedimento forent, Lydiae regnum adeptus est.*

* *cum terra discessisset*] Male Gu. quart. et impr. Lips. 1513. *cum a terra.* Impr. Lugd. 1527. *dehiscisset,* cuius scripturae vestigia reperire sibi videbatur Gruterus in Palat. pr. in quo erat *deiscessisset.* Vulgatae ne nos poeniteat, auctoritate Nonii in voc. *Discedere,* et adnotatione Graevii ad h. l. effectum est.

* *in illum hiatum descendit*] Omnes Gu. [et Orellii libri mss.] *descendit in illum hiatum:* Goth. *discedit in hiatum illum.*

ut ferunt fabulae] Haec tria verba a nugatore aliquo adiecta esse, suspicatur Langius.

* *ut ferunt fabulae*] Expressit Cicero Platonis illa: *καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ, Α ΜΥΘΟΛΟΓΟΥΣΙ, θαυμαστὰ, καὶ ἵππον χαλκοῦν, κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα.*

* *mortui vidit corpus*] Goth. Vin. Rom. et Venet. itemque codd. Oxon. Gronov. Pearc. Facciol. *hominis mortui,* ut Ambros.

* *mortui vidit corpus*] Gu. pr. sec. tert. Goth. [Bern. a b c] et plures Aldi codices *corpus hominis mortui vidit,* Gu. pr. *videt:* reliqui Gu. omnesque impr. veteres *hominis mortui vidit corpus.* Hoc Iac. Gronovius, reprehendens Gruterum et Graevium, qui vocabulum *hominis* temere omiserint, revocavit.

magnitudine inusitata] Plato, *μείζω ἢ κατ' ἄνθρωπον.*

* *annulumque*] Hanc orthographiam, hoc quidem loco, Gu. pr. sequitur. Idem tamen in sequentibus, reliqui autem Gu. [Bern. a b c Bas.] impr. Magont. uterque Lips. et Lugd. 1527. ubique *anulum,* uno *n* contenti scripserunt. De annulorum magicorum superstitione, et de hoc ipso Gygis annulo, plura collegit Kirchmannus de annul. cap. 21.

* *erat autem regius pastor*] Gu. quart. *erat enim.* Deinde pr. et tert. *tunc in consilium.*

in concilium pastorum] In sollemne aliquod concilium pastorum, quod singulis mensibus habebatur. Goth. *in conscilium* (ita scriptum, pro *concilium*) *se pastorum recepit,* haud inconcinne.

* *pastorum se recepit*] Gu. pr. sec. tert. et quint. *se pastorum* (tert. *pastorem*) *recepit.* Hic ordo verborum e codice Goth. iure placuit patruo. Gu. quart. *pastorum se contulit.*

2. * *Ibi cum palam*] Gu. pr. *Ubi cum palam:* sec. *Ibi cum planum,* sed supra scriptum *vel palam:* quart. *Ibi cum eius anuli ad pallam con-*

debatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur,
3 cum in locum annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginae stuprum intulit, eaque adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur: nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre. Sic repente
4 annuli beneficio rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non haberet. Honesta enim bonis viris, non
5 occulta quaeruntur. Atque hoc loco philosophi quidam,

verterat: impr. Magont. *Ibi cum paliam:* Rom. et incert. *Ibi cum pallam.*

ad palmam] Introrsum, εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός.

converterat] Fortuitu et aliud agens.

* *converterat*] Gu. pr. *converteret*, quod recepi. [Minus recte, opinor.] Idem paullo post *omnes videbat.* Verbum *videbat* Gu. quart. omittit.

a nullo videbatur] Quod ex eo mirabundus intelligebat, quod de se, tamquam de absente, ceteros loqui audiebat.

in locum] *Στρέψας ἔξω τὴν σφενδόνην, cum in eum locum converterat, qui conveniens erat*, id est, extra palmam. *Locus* enim est is, quo quidque collocandum est, ut *tempus*, id quo quidque faciendum. Manut. *in lucem*, sine codicum suffragio.

annulum inverterat] Vinar. *verterat.*

* *inverterat*] Gu. pr. *converterat.*

3. * *reginae stuprum intulit*] Gu. tert. *stuprum reginae intulit*: deinde *Ea adiutrice*, copula eleganter omissa. Idem paullo post *dominum regem interemit.*

sustulit] Goth. *sustulitque quos.* Sic et Vinar. Venet. omnes, Arg. Manut. nec id male.

* *sustulit quos*] Gu. quart. omnes impr. veteres et Ernestus *sustulitque quos:* Gu. quint. *sustulit quoque quos.* Meliores vero [et Bern.] et Nonius, in voc. *Sublatum*, copulam recte excludunt.

* *obstare arbitrabatur*] Gu. sec. *obstare sibi arbitrabatur:* Nonius loco, quem dixi, *obstare intellegebat.*

nec in his eum] Vinar. Ven. omnes, Arg. Ald. Facciol. *nec in his quisquam eum facinoribus.* Goth. *nec in his eum facinoribus quisquam potuit videre*, quod praeplacet.

* *nec in his eum quisquam*] Gu. pr. sec. quint. octo Aldi atque ed. Anemoec. *nec in his eum facinoribus quisquam.* Hoc e Goth. iam restituerat patruus. Gu. tert. quart. quatuor Aldini et Gryph. *nec in his* (Gu. quart. *hiis*) *facinoribus eum quisquam:* duo Aldi codices omnesque impr. veteres *nec in his* (Magont. *hiis*, Rom. *iis*) *quisquam eum.*

* *rex exortus est*] Gu. quint. et impr. veteres *rex ortus est.*

4. *nihil plus sibi licere*] An quisquam ita Latinus? Servat hoc tamen Graevius, et praefert alteri lectioni, *nihilo plus*, quam ego cum Fabric. Pearc. Facciolato et Heumanno revoco.

* *nihil plus sibi licere*] Gu. pr. *nihil sibi plus licere.* In Goth. deest *sibi.* Impr. uterque Lips. *nil plus*: Gu. tert. [et Bern. b c d] *nihilo plus.* Servandam duxi scripturam librorum prope omnium. Vide ad I, 21, 8.

peccare] Delent hoc verbum Victorius, Fabric. et Facciol. quos non sequor.

Honesta enim bonis viris quaeruntur] Rarius hoc est, dativum casum verbo passivo iungi a Cicerone, qui participiis quidem passivis saepius ab oratoribus etiam adiicitur. Plin. lib. VI. ep. 24 *Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime, auditum est.* Vide quae dixi ad Vechner. hellenol. lib. I, 2,

minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et commenticiam fabulam prolatam dicunt a Platone: quasi vero ille, aut factum id esse, aut fieri potuisse defendat. Haec est vis huius annuli et huius exempli, si nemo scitu- 6
rus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid divitiarum, potentiae, dominationis, libidinis caussa feceris, si id diis hominibusque futurum sit semper ignotum, sisne facturus. Negant id fieri posse. Quamquam potest id quidem: 7

23. p. 322. [Et nos in gramm. §. 419. exempla quotquot reperiri potuerunt apud Cic. collegimus.]

* *Honesta enim bonis viris, non occulta quaeruntur*] Etiam hoc testimonium dativi a Cicerone per Graecismum verbo passivo iuncti incertum facit Gu. pr. in quo scriptum est *Honesta enim boni viri, non occulta quaerunt*. Quia tamen omnes alii libri, Beda etiam atque Eybus in vulgatam consentiunt, nihil muto.

5. *Atque hoc loco*] Pearc. *atqui hoc loco*, recte.

* *Atque hoc loco*] Ita scripti Gu. et impr. veteres. Gryph. vero *Atqui*. Vide supra ad I, 40, 8.

* *philosophi quidam*] Vocabulum *philosophi* Gu. tert. ignorat.

* *dicunt prolatam*] Posterius vocabulum Gu. quart. omittit. Reliqui quatuor, etiam Goth. et Nonius, in voc. *Fingere*, transponunt *prolatam dicunt*. Hos sequor.

* *aut factum id esse*] Pulchre Gu. tert. *aut factum sic esse*. Ordine turbato, quart. *ille aut fieri id posse, aut factum illi defendat*.

defendat] Adfirmet, contendat, Lib. II. de orat. c. 38 *Carneades nullam umquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnavit, quam non everterit*. Ibid. cap. 50 *Sed meritam ac debitam fuisse defenderes*. Vid. pro Rosc. Am. c. 37. pr.

6. * *Haec est vis*] Gu. tert. *Vis vero haec est*: quart. *Haec enim est vis*: Goth. *Haec est enim vis*. Ita nugari solent glossatores.

* *nemo ne suspicaturus quidem*] Scripti Gu. unanimi consensu particulam *ne* proscribunt. [Nihil Orellius de suis libris, ut par sit existimare in iis omnibus fuisse.] Omnes vero impr. veteres et corrector Gu. quinti *nemove suspicaturus* dederunt.

feceris] Est futuri, quod *exactum* quidam vocant, non praeteriti temporis: cum a te factum erit vel fuerit.

* *si id diis*] Gu. pr. *si id deis*: tert. *si diis*, omisso *id*: quart. a manu prima *si id diis omnibusque*.

7. *Quamquam potest id quidem*] Male ita edi, vel pueri vident. Ita enim adfirmat Cicero, quod negari, ea, quae sequuntur, docent. Nec tamen *non potest* legendum, quod *sed* sequitur; sed *nequaquam potest id quidem*. Ita Aldus nepos voluit, atque ita Pearcius, et, quem honoris causa appello, Gesnerus in suis ad me litteris emendavit, Facciolatus vero iam nuper vulgavit.

* *Quamquam potest id quidem*] Ita constanter exemplaria etiam mea. Gesnerus, qui patruo meo suaserat, ut *Nequaquam potest id quidem* rescriberet, in ea sententia non perstitit: sed in chrestomathia Cic. postremum edita n. CXXV. adn. 3. retinet scripturam vulgatam, et *negari* e praecedente *negant* subintelligendum esse censet. Erat quum dubitarem, an *quamquam* in *numquam* mutari debeat. Sed videndum est, ne, dum haec ad Stoicorum rationem revocamus, non librariorum corruptelas castigemus, sed in ordinem cogamus Ciceronem, qui de providentia divina quid senserit, quum aliis locis, tum de divin. II, 50. extr. atque in hoc ipso de officiis opere III, 10, 12. et cap. XXIX, 4. haud obscure significavit. Haud novum igitur aut inusitatum videri debet, Academicum nostrum de natura deorum ita disputare, ut defendat, fieri posse, ut dii res hominum, non curent, eoque improba eorum facta ignorent. Er-

sed quaero, quod negant posse, id si posset, quidnam fa-
8 cerent? Urgent rustice sane. Negant enim posse, et in eo
9 perstant. Hoc verbum quid valeat, non vident. Cum enim quaerimus, si possint celare, quid facturi sint; non quaerimus, possintne celare: sed tamquam tormenta quaedam adhibemus, ut, si responderint, se, impunitate proposita, facturos quod expediat, facinorosos se esse fateantur: si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant. Sed iam ad propositum revertamur.

10 Incidunt multae saepe caussae, quae conturbent animos

nestus quidem de coniectura Manutii *nequaquam* necessario reponendum fuisse putat, quod tota argumentatio id postulet, et quia sequatur *si id posset.* At, quod pace venerabilis viri dixerim, verba *Quamquam potest id quidem: sed quaero* non aliter hic connectuntur, quam illa ad divers. XIII, 32 *Quamquam a te quidem cumulate satisfit et mihi et meis omnibus. Sed velim sic existimes,* cet. Conf. infra cap. XXXIII, 22. Cat. mai. VII, 11. et XIX, 11. Adde, quod inepte redundarent ista *quod negant posse,* si Cicero scripsisset *nequaquam potest id quidem.* Tunc enim suffecisset subiicere, *sed quaero, si posset, quidnam facerent.*

* *quod negant posse*] Gu. tert. *quod negant fieri posse.*

* *id si posset*] Gu. pr. quint. et impr. incert. *id si possent.* Hoc etiam in Palat. pr. reperit, Victoriumque ita edidisse, adnotavit Gruterus. Gu. tert. *si id posset*: quart. *si id possent*: impr. uterque Lips. *id si possit.*

8. *Urgent rustice*] Tenent id, quod sibi negandum sumserunt; parum id quidem erudite. Non vident enim, quae fictionis causa, quae vis sit; nec esse, qui id fieri posse contendat, quod illi negant. Eruditi vero homines non ignorant, falsa quoque fingi posse, ut vera inde concludantur.

* *Urgent*] Gu. pr. *urguent.* Idem liber tamen supra II, 14, 18 in scriptura verbi huius faciebat cum vulgo. Paullo post quart. *Negant enim posse fieri.*

hoc verbum] Verbum *posse,* vel haec conditio sive conditionalis oratio, *si posset.* Non intelligunt, conditionem nihil de re ipsa adfirmare.

* *hoc verbum quid valeat*] Male Gu. pr. *Hoc verbum* negant *quid valeat*: Anemoecius *Hoc verbum (si) quid valeat.* In Gu. quinto *verbum,* quod librarius omiserat, a correctore accessit.

9. * *si possint celare*] Gu. pr. sec. tert. quint. atque ed. Gryph. *si celare possint.* Verbum *celare* omittit Palatinus pr. [et Bern. a b. Nec male, sed ordo certe verborum reducendus est is, qui in plerisque codd. (Bern. c d) est.]

tormenta] Instrumentum aliquod, quo invitis etiam veritas exprimitur.

facturos quod expediat] Se facturos id, quod utile vel iucundum putaverint.

* *facturos quod expediat*] Gu. tert. *omnia facturos,* suppressis verbis *quod expediat.* Postea impr. veteres *facinorososque se esse.*

* *si negent*] Hoc est in libris melioribus et apud Nonium in voc. *Concedere.* Male Gu. quint. et impr. veteres, excepto Lugd. 1527. omnes *si negant.*

* *per se ipsa*] Gu. tert. *propter se,* abiecto *ipsa.*

* *Sed iam ad propositum*] Adverbium *iam,* quod Cicero eiusmodi formulis modo adiicit, modo omittit, a Gu. tert. abest.

Cap. X, 1. *Incidunt saepe multae causae*] Aut *saepe,* aut *multae* resecandum est. Hoc omissum video in Vinar. Rom. et Ven. pr. omisitque item ex sui cod. praescripto Fac-

utilitatis specie; non, cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est) sed illud, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino collegae Brutus imperium 2 abrogabat, poterat videri facere iniuste. Fuerat enim in regibus expellendis socius Bruti consiliorum et adiutor. Cum autem consilium hoc principes cepissent, cognationem Superbi, nomenque Tarquiniorum, et memoriam regni, esse tollendam: quod erat utile, patriae consulere, id erat ita

ciol. Cap. XII, 2 *Sed incidunt, ut supra dixi, saepe causae.*

* *Incidunt saepe multae causae*] E Gu. pr. sec. et ex quatuor Aldi codicibus transposui *multae saepe*. Impr. Magont adiectam vocem *multae*, invito tamen Cicerone, omittit. Supra I, 22, 2 *Multi enim bella saepe quaesierunt.* In Catil. III, 10 *Nam multi saepe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti.* Horat. serm. I, 6, 10 *Multos saepe viros, nullis maioribus ortos, Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos.* Vide supra ad II, 6, 5.

conturbent] Rom. et Ven. *conturbant.*

* *conturbent*] Hoc sistunt Gu. pr. sec. et a correctore quint. Reliqui scripti et impr. veteres dederunt *conturbant*, quod tamen uterque Lips. mutat in *turbant.*

deliberetur] Heum. *deliberatur.* [Pendet ex incerta propositione, ut infra c. 12, 2.]

* *non, cum hoc deliberetur*] Gu. pr. *nam cum hoc deliberetur*: sec. *cum non deliberetur*: tert. *non ut hoc del.* Idem deinde *relinquenda sit* omisso *ne.*

* *nam id quidem*] Gu. pr. *Non id quidem.* Paullo post Goth. *possitne quod utile,* abiecto *id.*

2. *Collatino*] L. Tarquinio Collatino, Lucretiae marito: qui, cum in expellendis regibus Brutum adiuvisset, cum eo primus consul factus est. Non multo vero post, suspectus populo, quod Tarquiniae gentis esset regno adsuetae, consulatu abire et cum omnibus suis urbe excedere coactus est a collega, lata lege, ut omnes Tarquiniae gentis exsules essent. Liv. lib. II. c. 2. Erat autem Egerii filius, Aruntis eius nepos, qui Tarquinii Prisci frater fuerat, auctore eod. Livio lib. I. c. 46 et 57. In Goth. deest *imperium.*

* *cum Collatino collegae*] Ita scripti Gu. et impr. Magont. At incert. *Cum Collatino Tarquinio collegae.* Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *Cum Collatino Tarquinio collega.*

Brutus] L. Iunius Brutus, natus et ipse Tarquinia matre, quae vel amita vel soror Superbi fuerat. Vide interpretes ad Liv. lib. I. c. 56.

* *facere id iniuste.*] Pronomen, quod Ernesto iam suspectum erat, a Gu. sec. recte abest, nec legeretur in quarto, nisi corrector intulisset. Vide infra ad cap. XIII, 3. [Habent tamen pronomen Orelliani libri omnes, et satis innocens *est*.]

Fuerat enim] Non Brutus, sed Collatinus. Ita ex obliquo casu, qui praecedit, ad haec rectus est subaudiendus. Paullo post Goth. *socius Bruti consiliorum et adiutor,* bene.

in regibus expellendis] *Reges* dicit regem cum coniuge et liberis. Vide Drakenb. ad Liv. lib. II, c. 2 extr.

* *socius Bruti, consiliorum etiam adiutor*] Consentientibus Gu. pr. sec. tert. quint. et sex Aldi libris recepi, quod e Goth. laudabat patruus, *socius Bruti consiliorum et adiutor.* Ita pro Flacco, oratione ineunte, *Socio atque adiutore consiliorum periculorumque meorum.*

* *principes cepissent*] In exemplaribus Nonii, voc. *Capere,* scriptum est *principis.* Postea Gu. quart. *regni etiam tollendam.*

* *quod erat utile*] Gu. sec. *ideo,*

3 honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem, sine qua ne utilitas qui-
4 dem esse potuisset. At in eo rege, qui urbem condidit, non item. Species enim utilitatis animum pepulit eius: cui cum visum esset utilius, solum, quam cum altero regnare,
5 fratrem interemit. Omisit hic et pietatem, et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset: et tamen muri caussam opposuit, speciem honestatis neque probabilem, nec sane idoneam. Peccavit igitur, pace vel
6 Quirini, vel Romuli dixerim. Nec tamen nostrae nobis utilitates omittendae sunt, aliisque tradendae, cum his ipsi egeamus: sed suae cuique utilitati, quod sine alterius iniuria

quod erat utile. Deinde transponit tert. *consulere patriae.*

4. *non ita.*] Quid. *non item:* ad quod prope accedit Goth. scriptura *non idem,* pro *item.* Hoc verius, quam *ita.* Apud Romulum *non item* utilitas valuit propter honestatem, ut apud Brutum; sed species utilitatis plus potuit, quam honestas.

* *non ita.*] Cum patruo *non item* reponente faciunt Gu. pr. et sec. [et Bern. a b c.] Perperam quint. [cum Bas.] *non ita est.*

animum pepulit] Impulit, movit. Venet. quart. *impulit.* Heumannus adscribit *perculit,* [quod nimis forte.] Cicero vero *animum pelli* alibi etiam dixit. Vide Gesnerianum thesaurum in *pello.* Bis etiam id Livio usurpatum video lib. XXX. c. 14.

* *cui cum visum esset*] Pronomen *cui* omisit Anemoecius.

solum quam cum altero] Sic Goth. sed Vinar. Rom. omnes Ven. Arg. *solum se quam cum altero,* quod retinendum. Manutius *se* sustulit, cum in suis id codd. non reperisset.

* *solum, quam cum altero*] Hoc tuentur meliores, etiam mei. At Gu. quart. *se solum, quam*: quint. a correctore veteresque impr. omnes *solum se, quam cum altero,* quod mihi quidem deterius videtur.

5. * *id, quod utile videbatur*] In Goth. *id,* in Gu. sec. *utile* omittitur.

muri causam] Romulus edixerat, ne quis nova moenia transiliret. Id cum spreto fratris edicto Remus fecisset, ab eo interfectus est. Liv. lib. I. c. 7.

* *et tamen muri causam opposuit*] Gu. pr. *et tantum:* sec. *muri causa apposuit*: tert. quart. quint. impr. Magont. incert. et Lips. 1513. *muri causa opposuit.*

* *neque probabilem*] Gu. pr. *ne.* Ceteri omnesque impr. veteres *nec.*

neque satis idoneam] Goth. *nec sane idoneam,* quod et Aldus in quinque codd. suis reperit.

* *neque satis*] Ex quatuor Gu. et ex libris a patruo laudatis restitui *nec sane,* [et accedunt Orelliani.] Atque ita Gryph. Anemoec. et Wolfius iam ediderant. Gu. tert. omnesque impr. veteres *nec satis.*

pace vel Quirini vel Romuli] Dum iram Romuli, quasi dei, deprecatur, tanto magis fictam eius divinitatem ridet. Peccavit, inquit, sive Quirinus, id est, deus habeatur, sive Romulus tantum fuerit.

* *pace vel Quirini*] Gu. quart. *pace salva vel Quirini.* Mox impr. Magont. *dixerimus.*

6. *nostrae nobis utilitates omittendae*] Vid. cap. V, 4. VIII, 1.

* *cum his ipsi*] Gu. tert. atque ed. Anemoec. *cum iis ipsi*: Gu. quart. et impr. Magont. *cum hiis ipsi:* Goth. *cum his ipsis.* Ernestus, libris invitis, *cum his ipsi egemus* edidit. Statim Gu. quart. *sed cuique suae.*

* *egeamus*] Heumann. *egemus.* Licet *cum* interpretari *etiamsi,* et ita coniunctivum ei aptare.

fiat, serviendum est. Scite Chrysippus, ut multa: Qui sta- 7
dium, inquit, currit, eniti et contendere debet, quam ma-
xime possit, ut vincat; supplantare eum, qui cum certet,
aut manu depellere, nullo modo debet. Sic in vita sibi
quemque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est;
alteri deripere, ius non est. Maxime autem perturbantur 8
officia in amicitiis; quibus et non tribuere, quod recte pos-
sis, et tribuere, quod non sit aequum, contra officium est.
Sed huius generis totius breve et non difficile praeceptum 9
est. Quae enim videntur utilia, honores, divitiae, volupta-
tes, cetera generis eiusdem, haec amicitiae numquam ante-
ponenda sunt. At neque contra rem publicam, neque con- 10

quod sine alterius iniuria fiat] *Quod* est, *quantum* vel *quoad*. Vid. Tursellin. Schwarz. p. 884.

* *serviendum est.*] Gu. tert. *inserviendum est:* quart. a correctore quint. Goth. et impr. Magont. *servandum est.*

7. * *Scite*] Gu. pr. *Scit hoc*: impr. incert. *Scite hoc*: Beda et Eyb. *Scite enim.* Postea Gu. quart. *qui ad stadium.* Deinde a tert. abest *inquit.* Tum pro *currit* Eybus *curret*, impr. Magont. et Rom. *currerit*, incert. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *cucurrerit*, Venet. 1498. *cum cucurrerit.* [Bern. c *ut qui stadium,* quo periodus efficitur.]

Chrysippus] Stoicorum princeps a Zenone tertius, proximus a Cleanthe huiusque discipulus, in dialectica clarissimus, plurimorum librorum auctor, de quibus vid. Diog. Laërt. lib. VII. extr. Alienis vero plerumque pennis is se exornasse creditus est.

stadium currit] In stadio decurrit. Vid. Sanctii Minerv. lib. III. c. 3. p. 325. *Stadium* erat certum spatium, quod emetiendum erat cursu de praemio certantibus. Continebat id passus CXXV pedes IↃCXXV. Plin. lib. II. c. 23 pr.

* *quam maxime*] Apud Nonium, in voc. *Supplantare,* antiquus codex Gu. dedit *quam maxume.*

supplantare] Nonius cap. I, 157. interpretatur *pedem supponere, ὑποσκελίζειν.*

* *manu depellere*] Placet scriptura Nonii eod. l. ac Bedae *manu pellere,* quod est impellere, ut cadat. De fato c. 18 *Quae moveri incipere, nisi pulsa, non possunt.*

* *ad usum*] Gu. tert. *ad usum vitae.*

* *deripere*] Hoc servant Gu. pr. tert. et impr. Lips. 1513. Pro eo Gu. quart. ac Lugd. 1527. *subripere*, reliqui *diripere*, Beda Eybusque *sed alteri diripere* dederunt.

ius non est] Vid. lib. I. c. 11 extr.

8. *perturbantur officia*] Peccatur, prave agitur, dum multa et negantur amicis et conceduntur, quae non debebant. De re vid. Lael. c. 10. et deinceps.

* *quod recte possis*] Pulchre Gu. pr. *possit.* Atque ita in sec. manum primam dedisse inde suspicor, quia in littera postrema correctoris vestigia apparent. Vide Bentleium ad Terent. Adelph. IV, 5, 66 et nos supra ad II, 19, 14. Transponit Gu. tert. *quod possis recte.* [Nihil Orellius de suis libris.]

9. * *Sed huius generis totius*] Ab utroque impr. Lips. *Sed,* a Gu. sec. *huius* abest. Deinde Gu. quart. *et breve, et non diff.*

* *cetera*] Gu. pr. impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *et cetera:* Gu. quart. impr. incert. et Gryph. *ceteraque.*

10. * *At neque*] Gu. quint. atque ed. Gryph. *Ac neque.* Deinde Magont. *nec contra iusiurandum.*

tra ius iurandum ac fidem, amici caussa, vir bonus faciet; ne si iudex quidem erit de ipso amico. Ponit enim per-
11 sonam amici, cum induit iudicis. Tantum dabit amicitiae, ut veram amici caussam esse malit: ut orandae litis tem-
12 pus, quoad per leges liceat, accommodet. Cum vero iurato sententia dicenda sit, meminerit, deum se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, mentem suam, qua nihil homini

* *amici causa*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi, impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *amici sui causa.*

de ipso amico] Suspecta haec sunt Facciolato.

Ponit enim personam amici] Desinit esse amicus, dum fit iudex.

* *Ponit enim personam amici*] Ioannes Sarisb. policrat. V, 1 *Hinc est illud proverbium, auctore Cicerone, apud antiquos celeberrimum:* Exuit personam iudicis, quisquis amicum induit. Fortasse scripserat ille: *Exuit enim amicum, quisquis personam iudicis induit.*

11. * *Tantum dabit*] Gu. tert. *Tantum autem amicitiae dabit.* Deinde quart. *ut veram causam* omisso *amici.*

veram amici causam esse] Iustam, bonam. Goth. verbum *esse* non habet.

orandae liti tempus] Goth. Vin. Vincent. Bellov. Rom. *perorandae litis:* sed Nonius cap. IV, 30 et 342 *orandae litis tempus,* eodemque casu codd. Aldini, sex Angl. et vulg. exempl. mea.

* *orandae liti*] Gu. tert. quart. omnesque impr. veteres *perorandae.* Pro *liti* omnes MSS. et olim typis excusi libri mei, etiam scripta et impressa Nonii exemplaria, et in voc. *Accommodatum*, et in voc. *Orare,* dederunt *litis.* Hoc ex suis Ernestus merito recepit. Tertius casus *amico* ex orationis contextu facile intelligitur. Dabit autem amico iudex non clepsydras modo spatiosas, sed diem etiam quam maxime opportunum.

12. *Cum vero*] Quoniam, quia. In quavis causa iudices iurabant, se nihil gratiae odiove daturos.

* *iurato sententia*] Gu. sec. *iurationis sententia.* Hoc quum in Palat. pr. reperisset Gruterus, coniiciebat *iurato omnis sent.* Non adsentior. Impr. veteres, solo Magont. excepto, transponunt *iurato dicenda sententia sit.*

adhibere testem] Vin. cum pluribus MSS. Aldi et Angl. *habere.* Sed et, qui non iurat, testem *habet* deum: *adhibet* vero, qui testem facit et periurii vindicem constituit. Pearcius Ciceronem scripsisse credit *divinum se habere testem,* ad *animum* id accommodans.

* *deum se adhibere testem*] Non placet Pearcii coniectura *divinum se habere testem.* Saepe philosophi animum dicebant *deum.* Ut Plato de legib. lib. 10. med. *Καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη, νοῦν μὲν προςλαμβάνουσα, ἀεὶ θεὸν, θεὸς οὖσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα.* Ibid. aliquanto post: *Ὡς, ἐπειδὴ ψυχὴ μὲν, ἢ ψυχαὶ πάντων τούτων αἴτιαι ἐφάνησαν, ἀγαθαὶ δὲ πᾶσαν ἀρετὴν, θεοὺς αὐτὰς εἶναι φήσομεν.* Noster somn. Scip. VIII, 4. in persona Africani: *Deum te igitur scito esse,* cet. Falsum est igitur, quod quidam persuadere nobis voluerunt, a Cicerone Tusc. I, 26. Euripidem non probari, qui animum ausus sit *deum* appellare.

* *deum se adhibere testem*] Gu. pr. et tert. *se deum adhibere testem:* quint. *meminerit deum testem* (omisso pronomine et verbo) sed a correctore *se deum habere testem:* Gryph. *deum se habere testem.*

ut arbitror] Goth. *ut ego arbitror.*

* *ut arbitror*] E Gu. pr. sec. tert. quint. et Goth. praetuli *ut ego arbitror.* Pronomen non sine gravitate additur. De divin I, 3 *Atque haec, ut ego arbitror, veteres rerum magis eventis moniti, quam ratione docti, probaverunt.* Adde lib. II.

dedit deus ipse divinius. Itaque praeclarum a maioribus 13
accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, quae salva fide facere possit. Haec rogatio ad ea pertinet, quae paullo ante dixi honeste amico a iudice posse concedi. Nam, 14
si omnia facienda sunt, quae amici velint: non amicitiae tales, sed coniurationes putandae sunt. Loquor autem de 15
communibus amicitiis. Nam in sapientibus viris perfectisque, nihil potest esse tale. Damonem et Phintiam, Pytha- 16

ad divers. ep. 10. n. 8. cum adnot. Cortii.

mentem suam] Mentem non divinam tantum esse putabant, sed et deum dicebant. Itaque male sibi consciam suorum ipsam scelerum vindicem esse statuebant. Vide pro Rosc. Am. cap. 24. In Goth. sequitur, *qua nihil homini deus dedit ipse divinius*.

* *qua nihil homini dedit deus ipse*] Vocabulum *deus* abest a Gu. tert. Transponunt quart. *qua nihil ipse dedit deus homini*: quint. *qua dedit homini nihil deus ipse:* omnes impr. veteres *qua nihil homini dedit ipse deus*.

13. **accepimus morem*] Gu. quart. et Gryph. *morem accepimus*. Paullo post Gu. tert. impr. Magont. et incert. *si ea teneremus*.

si eum teneremus] *Si,* vel *utinam, eum,* ut in iudicio quidem servatur, domi etiam *retineremus*. Parum enim abest, quin exoleverit. Graevius quidem hoc factum esse vix credibile putat: mihi vero non est dubium, quin multi a iudicibus, si non in publico, at privatim, si non verbis, at votis ita contenderint, ut in alia quidem causa Cicero a Lucceio, ut *gratiae plusculum etiam, quam concederet veritas, largirentur*. Vid. Lael. c. 10 et 11. Heumannus haec delet: vindicat Pearcius. [Cic. p. Flacco 1, 7 *O morem praeclarum disciplinamque, quam a maioribus accepimus, si quidem teneremus*. Nihil h. l. opponitur quod in iudicio et quod domi fiat. Nam omnis ea rogatio domi fit: in iudicio qui rogat veritate niti semper videri vult.]

quae salva fide facere possit] Accepimus morem iudicis ea rogandi, quae salva fide facere possit.

* *facere possit.*] Hoc servat Gu. pr. Reliqui quatuor, etiam impr. Magont. et incert. *facere posset*.

pertinet ad ea] Respicit ad ea, quae honeste concedi possunt.

* *honeste amico*] Gu. tert. *amico honeste:* quart. impr. Lugd. 1527. et Gryph. *honesta amico*. Deinde Gu. tert. et quart. cum Goth. omittunt verba *a iudice,* quae mihi tamen suspecta non sunt.

a iudice] Omittit haec Goth.

14. * *si omnia facienda sint*] E Gu. sec. tert. quint. et ex more Ciceronis reposui *sunt*.

* *non amicitiae tales, sed coniurationes*] Huc, nisi fallor, respexit Sarisberiensis, quum lib. III. policrat. cap. 12 scriberet: *Unde et Crispo, historicorum inter Latinos potissimo* (Iugurth. XXXI, 15.) *sed et ipsi Ciceroni placuit, in malis factionem esse, quod in viris bonis vera amicitia est*.

* *putandae sunt.*] Gu. sec. et sex Aldi codices *sint,* quod Ernestus praetulit. [Nimirum quia *sint* in protasi legit. Utroque loco *sint* e suis libris, priore ex omnibus, altero ex plerisque, praeter c, dedit Orellius, a cuius iudicio non dissentio.]

15. *perfectisque*] Rom. Venetae et Arg. *atque perfectis*.

* *perfectisque*] Deest haec vox Gu. tert. pro qua veteres impr. omnes dederunt *atque perfectis*.

16. *et Phintiam*] Goth. *Damnonemque et Phytiam*, al. *Pinthiam*. Sed *Phintias* Graecum nomen ac pluribus commune fuit, et Φιντίας καὶ Δάμων a Plutarcho inter paria amicorum referuntur περὶ πολυφιλίας pr. p. 93. et a Diodoro Sicul. in excerptis. Vulgo *Pythias* dicitur et hic et apud Valer. Max. lib. IV. c. VII.

goreos, ferunt hoc animo inter se fuisse: ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum caussa postulavisset: vas factus est alter eius sistendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi.
17 Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent.

ext. 1. ubi Vorstium videbis. Adde lib. II. de fin. 24. Lactant. lib. V, 17, 22. Menag. ad Diog. Laërt. lib. VIII, 10.

* *Phintiam*] Gu. pr. et sec. *Pinthiam*: quint. a correctore *Phytiam*: impr. Magont. *Pithiam*: reliqui *Pythiam*.

* *ut, cum eorum alteri*] Gesnerus, qui sub finem huius periodi *vas factus sit* legendum censuerat, postea mutata sententia in chrestom. Cic. num. c. adn. 19. *ut* hinc tollendum esse defendit. Neutra emendatione opus erit, si praeeunte Gu. sec. verba *ut, cum eorum alteri* interpunctione maiore a praecedentibus secreveris. Adverbium *ut,* quod in rebus per exempla declarandis saepissime adhibetur, interdum a Cicerone eleganter ibi collocatur, ubi non satis attento lectori supervacaneum esse videri queat. Ita partit. orator. cap. 13 *Est autem illa varietas in argumentando et non iniucunda distinctio*: *ut, cum interrogamus nosmet ipsos, aut percunctamur, aut imperamus* (MS. Gu. pr. *inpormus*. Lege *inploramus*, et conf. de or. III, 53. extr. et or. cap. 40. extr.) *aut optamus, quae sunt cum aliis compluribus sententiarum ornamenta.* Ibid. cap. 19 *Aut de honestate, aut de utilitate, aut de aequitate dicendum est. De honestate sic*: *ut, Honestumne sit pro amico periculum aut invidiam subire. De utilitate autem sic*: *ut, Sitne utile in re p. administranda versari. De aequitate vero sic*: *ut, Sitne aequum amicos cognatis anteferre.*

Dionysius tyrannus] Superiorem intelligi, disces ex lib. V. Tusc. c. 22.

* *destinavisset*] Gu. quart. *statuisset.*

* *et is, qui morti*] Haec et proxima adfert Nonius in voc. *Dicere.*

commendandorum suorum causa] Non est, cur haec corrupta putentur. *Commendare suos* vel *sua* morituri dicuntur, qui alicuius fidei tuenda tradunt, quae cara habent. Ita Caesar, Hirtius, Iustinus, iureconsulti, alii saepius. Vide Gronov. observat. III, 23. Bunemann. ad Lactant. lib. I, 17, 14. Munker. ad Hygin. fab. 3. extr.

vas factus est alter] Ita Graev. nec aliter mea exempl. quamvis praecedat *ut.* Sed vel cum Aldo, Camerar. Fabric. et Facciol. legendum est *factus sit:* vel post verba, *inter se fuisse,* finienda sententia, et, sublata coniunctione *ut,* ita nova incipienda est: *Cum eorum alteri.* Quia vero in omnibus illud *ut* manet: malui *est* in *sit* mutare, quam novi aliquid tentare, etsi illud probabilius videtur. *Sit* probant et celeberrimi viri, Heumannus et Gesnerus.

* *vas factus est*] In hanc scripturam consentiunt omnia Ciceronis exemplaria, et Nonius in voc. *Vas.* Ernestus edidit *vas factus sit.* Vide supra. [Equidem ἀνακόλουθον pluribus interiectis agnosco, non illud quidem elegans, sed quod satis excusari possit.]

* *eius sistendi*] Gu. tert. et Gryph. *sistendi eius.*

moriendum esset ipsi] Goth. et Vin. cum Rom. *sibi ipsi.* Sed, ut editum, Nonius in *vas.*

* *moriendum esset ipsi.*] Gu. quart. omnesque impr. veteres obtrudunt *sibi ipsi.*

17. *ad diem se recepisset*] Cum ipso die, qui dictus sive constitutus erat, revertisset.

* *admiratus*] Gu. pr. *admiratus est.* Reliqui et Nonius in voc. *Recipere* nil mutant.

ad amicit.] Goth. Vin. *in amicitiam.*

Cum igitur id, quod utile videtur in amicitia, cum eo, 18
quod honestum est, comparatur, iaceat utilitatis species,
valeat honestas. Cum autem in amicitia, quae honesta non 19
sunt, postulabuntur, religio et fides anteponatur amicitiae.
Sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officii.

Sed utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, 11
ut in Corinthi disturbatione nostri. Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur. Hoc visum est utile. Nimis enim im- 2
minebat, propter propinquitatem, Aegina Piraeo. Sed nihil,

* *ut se ad amicitiam*] Gu. tert. transponit *ut se tertium ad amicitiam.* Omnes impr. veteres *ut se in amicitiam.*

* *adscriberent.*] Scripti Gu. et impr. veteres omnes *ascriberent.*

18. *Cum igitur id*] Cum amici causa alterutrum, vel utile vel honestum, postponendum videbitur: falsa illa utilitatis species negligatur, honestatis unius ratio habeatur.

* *Cum igitur id*] A. Gu. sec. *id* abest. In fine periodi tert. dedit *valeat honestatis.*

19. * *postulabuntur*] Gu. tert. quart. et Eybus *postulantur*, Beda *postulant.*

anteponatur] Vinar. *anteponantur.*

* *anteponatur*] Ita MSS. etiam Gu. At omnes impr. veteres *anteponantur*, quos Ernestus, ut solet, sequitur. Vide, quae adnotavit patruus ad III, 5, 3. nos ad I, 30, 5.

* *Sic habebitur is*] Gu. pr. *Sic habebimus, quem exquerimus* (i. e. *exquaerimus.* Vid. ad II, 23, 10.) *delectum officii:* tert. *Sic habebimus hunc quem exquirimus officii delectum*: omnes impr. veteres *et sic habebitur is,* cet.

delectus officii] Deligetur id, quod officio conveniet, fietque quod rectissimum erit.

Cap. XI, 1. *In Corinthi disturbatione*] In Corintho evertenda. Vid. lib. I. c. 12.

* *in Corinthi disturbatione*] Praepositio Gu. tert. deest. Idem pro *disturbatione* habet *distributione,* quod corrector etiam in sec. supra versum adscripserat: quint. *destructione.*

nostri] Malunt quid. *a nostris.* Vid. Pearc. addenda.

* *nostri*] Ex *peccatur,* quod praecessit, possis intelligere *peccaverunt,* de qua syllepsi vid. Cortius ad Sallust. Catil. III, 2. Tamen, quod sequitur *Durius etiam Athenienses,* malim cum Ernesto *fecerunt* extrinsecus adsumere.

sciverunt] Goth. *iusserunt,* quae alterius interpretatio est. *Sciscunt,* qui communi consensu decernunt.

* *qui sciverunt*] In verbo sibi non satis noto misere turbant librarii. Gu. pr. *qui iusserunt:* tert. *qui si verum est iusserunt*: impr. incert. *quaesiverunt*: Lips. 1507. et Lugd. 1527. *qui sanciverunt.*

Aeginetis] Aegina una e Cycladibus, e regione Atticae, rei navalis peritia celebris, Atheniensium aemula. Vid. Valer. Max. lib. IX. c. 2. ext. 8. Aelian. lib. II. hist. var. c. 9. lib. XII, c. 10.

2. * *Hoc visum est utile*] Gu. tert. *est eis utile.*

* *Nimis enim*] Coniunctionem Gu. sec. ignorat.

imminebat] Goth. *imminebant.*

* *propter propinquitatem*] Hoc Ernesto glossam sapit. Causam interponit, quia id iam sit in *imminebat.* Verum *imminere* etiam ea dicuntur, quae longe remota sunt. Ut pro Balbo c. 14 *Cum praepotens terra marique Karthago, nixa duabus Hispaniis, huic imperio immineret.* Aliquoties apud Curtium *Alexander imminens Dario.*

* *Piraeo*] Ita cum Graevio dederunt omnes, quos mihi inspicere contigit, et scripti et impr. veteres. Iec.

quod crudele, utile. Est enim hominum naturae, quam
3 sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam qui
peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut
4 Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro
cive, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tule-
runt legem sapientissimi consules Crassus et Scaevola: usu
5 vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa
praeclara, in quibus publicae utilitatis species prae hone-
6 state contemnitur. Plena exemplorum est nostra res publica,
cum saepe, tum maxime bello Punico secundo: quae, Can-

Gronovius Victorio, nisi fallor, praeeunte *Piraeeo* reposuit. [Nihil Orellius de codd. suis.] Viderint tamen viri docti, an illa altera scriptura, etiam contra libros veteres, undique expelli debuerit. Priscos nomen illud tribus syllabis plerumque extulisse, ex Plaut. Mostell. I, 1, 63. Trin. IV, 4, 11. Terent. Eun. II, 2, 59. III, 4, 1. aliorumque poëtarum testimoniis intelligere mihi videor. Ne vero credam, in omnibus illis locis ad *συνεκφώνησιν* confugiendum esse, eo prohibeor, quod ipsi Athenienses hunc portum suum non *Πειραιεῖ* solum, sed etiam, ut saepe Xenophon, *τὸ Πέραιον* et *τὸ Πείραιον* adpellaverunt, atque etiam *τὸν Πειραιὸν* apud Stephanum Byzantinum legimus. [At apud Xenophontem alius est Corinthiorum portus, et geographus vetustiorem quandam nominis formam dicit.]

° *quod crudele, utile*] Gu. quint. *est utile.* Deinde quart. *Etenim hominum.*

° *maxime inimica*] Adverbium a Gu. tert. abest.

3. *Male etiam*] Imperite Gu. quart. *Male agunt etiam*: impr. Rom. et incert. *Tale etiam.*

° *urbibus uti*] Ernestus v. c. *uti* putat esse delendum. Neque vero illi, quos Cicero dicit, *urbibus*, sive accessu ad eas, peregrinos *prohibebant;* sed *urbibus uti*, i. e. in eis habere domicilium, ibique sedes rerum ac fortunarum suarum collocare vetabant.

Pennus] M. Iunius Pennus, trib. pl. a. IↃCXXVII. [a. Chr. 126] lata lege de peregrinis, cuius meminit Festus p. 407. in *respublicas.* Vide et Cicer. Brut. c. 28. Goth. *Penius*, Rom. *Peneius.* Sed fuit cognomen, non gentis nomen.

° *Pennus*] [Sic Bern. omnes.] Gu. sec. [Bas.] et Gryph. *Pennius*: Gu. quint. et Ald. 1561. *Petronius:* impr. Magont. incert. et Lips. uterque *Peneius*: Lugd. 1527. *Peneus.* [C. Beier. coniecit *Fannius*, collato Cic. l. in Brut. 26.] Statim Gu. quint. *apud patres nostros fecit.*

Papius] C. Papius, trib. pl. a IↃCLXXXVIII. [a. Chr. 65.] Vid. pro Archia c. 5. Agrar. I. c. 4. pro Balbo c. 23.

4. *esse pro cive*] Gerere se pro cive, haberi civem et ius civitatis usurpare, honores gerere, legata et hereditates capere.

° *quam tulerunt legem*] Omnes Gu. [Bern. a b c] et Gryph. *quam legem tulerunt*: Goth. *quam legem tulerant.* [Ordo igitur verborum is revocandus.]

Crassus et Scaevola.] Anno IↃCLVIII. [95 a. Chr.] Ea lex *Licinia et Mucia* vocatur. Brut. c. 16. Ascon. in Cornel. I. p. 960. ex edit. Graev.

5. ° *Illa praeclara*] Gu. sec. et quart. [et Bas. solus ex Orell. libris] *Illa sunt praeclara*: Gryph. *Illa praeclara sunt.* Postea Gu. tert. *contemnitur prae honestate.*

6. ° *est nostra resp.*] Gu. sec. *nostra est res p.* Statim idem et quart. cum impr. antiquis *tum saepe*: Gu. tert. atque Anemoecius *cum saepe alias*: Venet. 1498. et Lips. uterque *tum alias, maxime bello:* Wolf. *cum alias, tum maxime bello.*

bello Punico secundo] Lege Liv. lib. XXIII, 14. Flor. lib. II, 6, 31.

nensi calamitate accepta, maiores animos habuit, quam um-
quam rebus secundis. Nulla timoris significatio, nulla men- 7
tio pacis. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscu-
ret. Athenienses cum Persarum impetum nullo modo pos- 8
sent sustinere, statuerentque, ut urbe relicta, coniugibus et
liberis Troezene depositis, naves conscenderent, libertatemque
Graeciae classe defenderent; Cyrsilum quemdam suadentem,
ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus coo-
peruerunt. Atqui ille utilitatem sequi videbatur: sed ea 9
nulla erat repugnante honestate. Themistocles post victoriam 10

* *rebus secundis.*] Gu. tert. *in rebus secundis.*

7. * *Nulla timoris*] Gu. quart. *ulla fuit timoris.* Postea tert. *nulla pacis mentio.*

* *Tanta vis est*] Gu. pr. *et tanta vis est.* In sec. verbum *est* non comparet.

8. *Athenienses*] Vid. Cornel. Nep. Them. c. 2.

* *Persarum impetum*] Gu. tert. *impetum Persarum.*

* *possent sustinere*] Gu. pr. *possent sustinerent:* unde suspicio nasci queat, verbum *possent* e glossa irrepsisse.

statuerentque, ut] In Goth. *ut* omissum.

* *statuerentque, ut*] Dictum est, quemadmodum illud ad Att. XVI, 10 *Constitueram, ut II. Idus aut Aquini manerem, aut in Arcano.* Ernestus laudat MS. Goth. qui *ut* omiserit, et in proximo *conscendere* et *defendere* corrigendum censet. Gu. quart. *statueruntque, ut.*

Troezene] Troezen, Graece *Τροιζήν*, Argolidis urbs clarissima in Peloponneso. Goth. *Trozenne.*

* *Troezene*] Gu. tert. et quart. *Troezenae.* Barbari illi *Troezenam* dicebant urbem, quam Cicero et aequales *Troezena* appellabant. Vid. patrui adn. ad Nepot. II, 2, 8.

Cyrsilum] *Κυρσίλον*, cuius et Demosthenes meminit *περὶ στεφάνου.* — Alius ab hoc fuit Lycidas senator, qui Mardonii conditiones accipiendas suaserat apud Herodot. lib. IX. pr. quem ob eamdem causam Athenienses necarunt.

* *ut in urbe manerent*] Gu. sec. *ut in urbem*: Goth. *remanerent.* Nihil mutat Nonius in voc. *Manere,* et in voc. *Recipere.*

* *Xerxemque*] Gu. pr. et impr. Magont. *Xersenque*: Gu. quart. et impr. incert. *Xersemque,* atque ita dedit Nonius Gu. in voc. *Recipere.* Placet *Xerxenque* e Gu. tert. et ex utroque impr. Lips. Similiter e MS. Gu. emendandum censeo apud Cornel. Nep. II, 9, 1 et XIV, 1, 3 *Artaxerxen*: et ex iisdem membranis XXI, 1, 3 *duo Artaxerxae,* ubi nunc editur *duo Artaxerxes.* Conf. supra ad I, 40, 8. [*Xerxen* ex Orellianis unus Bern. c.]

* *lapidibus obruerunt.*] Grutero blandiebatur *lapidibus cooperuerunt,* quod in Palat. pr. invenerat, [et in Bern. c inventum est.] Quum ita iam Anemoecium, procul dubio ex antiquissimo codice Augustano, edidisse viderem, id praeferendum duxi. In Verr. I, 46 *Lapidibus coopertus esset in foro.* Nonius tamen, in voc. *Recipere,* stat a vulgata.

9. *Atque ille*] *Atqui* Victor. Ven. qu. Pearc. Heumann.

* *Atque ille utilitatem sequi*] Recepi *Atqui,* probantibus viris doctis, quos patruus laudavit, diserteque in Gu. pr. scriptum vidi *Atqui utilitatem ille sequi;* in tert. *At ille utilitatem sequi.* Conf. ad I, 40, 8. Impr. veteres omnes *Atque ille sequi utilitatem.*

* *sed ea nulla erat*] Gu. tert. *quae nulla erat*: quart. *sed nulla erat ea*: quint. *sed illa nulla erat.*

repugnante honestate] Desunt haec in Goth.

eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium rei publicae salutare, sed id sciri opus non esse. Postulavit, ut aliquem populus daret, qui cum com-
11 municaret. Datus est Aristides. Huic ille, classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse: quo facto frangi Lacedaemoniorum opes necesse
12 esset. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna exspectatione venit, dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt: totamque eam rem, quam ne audierant quidem,
13 auctore Aristide repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, socios vestigales habemus.

10. *id sciri opus non esse.*] Divulgatum enim id irritum futurum. Vide Plutarch. Arist. p. 332. Valer. Max. lib. VI, 5. ext. 2. Hic *opus esse* non necesse, sed utile esse significat.

* *id sciri opus non esse.*] Gu. tert. glossemate deceptus *id sciri a multis:* Goth. atque ed. Anemoec. *id scire.* Transponunt Gu. pr. sec. tert. quint. [Bern. a b Bas.] et undecim Aldini *non opus esse.* [Rectissime.] Quemadmodum Graecis ἔργον, ita *opus* Latinis est *utile.* Infra c. XXXII, 10 *Quod ipsi opus esse videretur.* Contra *non opus est,* οὐδὲν ἔργον, significat *inutile est,* et, κατὰ λιτότητα, *obest, nocet.* De or. II, 73 *Quod non solum, quod opus esset, diceres, sed etiam, quod non opus esset, non diceres.* Lael. XIV, 9 *Atque haud scio, an ne opus sit quidem.*

* *qui cum communicaret*] In Gu. pr. et Goth. particula *cum* deest, a prima verbi proximi syllaba intercepta.

11. * *classem Lacedaemoniorum*] Male interponit Gu. tert. *inquit,* cui verbo in oratione obliqua locum non esse, docuit patruus observat. antibarb. cap. V. p. 472.

quae subducta esset] Tempestatibus subducta et in navali constituta.

Gytheum] *Gythium* et *Gytheum,* penultima longa, Latine, Graece Γύθιον et Γύθειον dicitur Lacedaemoniorum haec statio navalis, de qua Liv. lib. XXXIV, 38.

* *Gytheum*] Gu. tert. *Gethium*: quart. *Giphtheum:* apud Nonium, in voc. *Subducere,* MS. Gu. *Cytaeum.*

necesse esset] Vincent. Bellov. *esse* scripsit, quod Heumannus coniecerat.

* *necesse esset*] Gu. quart. *necesse est.* Heumanni coniecturae *necesse esse,* quam Ernestus suam facit, Vincentii quidem a patruo meo prolata auctoritas aliquid ponderis adiicit. Vulgatam longe tamen praefero.

12. * *cum audisset*] Gu. quint. omnesque impr. veteres *cum audivisset.*

in concionem magna exspectatione venit] Venit in concionem populi cognoscendae rei exspectatione suspensi.

* *in concionem magna exspectatione*] Gu. pr. *in concione*: tert. *magna cum expectatione.*

* *afferret*] Gu. quart. *ferret.*

* *putaverunt*] Goth. *putarent*: impr. Magont. Rom. incert. et uterque Lips. *putarunt.* Paullo post incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *ne audiverant quidem.*

* *auctore Aristide*] Gu. pr. *auctorē Aristide,* lineola super extremas vocabuli prioris litteras appicta: sec. *auctoritate Aristide.* Et ne dubitaremus, hunc *auctoritate Aristidae* legi voluisse, grammaticus super nomen imperatoris adscripsit *genitivus.*

Maneat ergo, quod turpe sit, id numquam esse utile: 12
ne tum quidem, cum id, quod esse utile putes, adipiscare. Hoc enim ipsum utile putare, quod turpe sit, calamitosum est. Sed incidunt, ut supra dixi, saepe caussae, cum re- 2
pugnare utilitas honestati videatur, ut animadvertendum sit, repugnetne plane, an possit cum honestate coniungi. Eius 3
generis hae sunt quaestiones: Si, exempli gratia, vir bonus Alexandria Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia, et fame, summaque annonae caritate: si idem sciat, complures mercatores Alexandria solvisse,

* *repudiaverunt*] Gu. sec. *repudiarunt*.

13. *piratas immunes habemus.*] Non loquitur de piratis Cilicibus, quos Pompeiopolin transtulerat Pompeius: sed de iis, qui eo ipso tempore piraticam impune faciebant. Nam civilis belli licentia multis praedandi licentiam fecerat. De Pompeii actis non ita facile solet detrahere.

socios vectigales] Gronovius Massilienses, Deiotarum, Gallograeciae regem, et alios intelligit, qui a Pompeii partibus steterant.

* *vectigales*] A Gu. sec. abest.

Cap. XII, 1 *Maneat*] Pro certo habeatur. Pro Mil. c. 4 extr. *Quapropter hoc maneat in causa iudices.*

* *quod esse utile putes*] Hunc verborum ordinem, quem Aldus etiam in tribus libris reperiebat, verum puto. Scripti tamen Gu. omnes impr. veteres et Facciol. dederunt *quos utile esse putes*.

* *adipiscare.*] Gu. quart. *adipiscere.*

Hoc enim ipsum utile putare] Hoc ipsum, quod quis utile putat, αὐτὸ τὸ ἡγεῖσθαι. Lib. II. c. 24 *Ut hoc ipsum cum delectaret peccare.* Paradox. III. pr. *Ipsum quidem peccare, quoquo te verteris, unum est.*

2. *ut supra dixi*] Cap. 10. pr.

* *ut supra dixi, saepe causae*] Ordine praepostero Gu. tert. *saepe causae ut supra dixi.* Idem paullo post *honestati videtur*, quod Ernestus e MS. Cur. recepit, [et Orellius in Bern. b c d invenit. Utrumque licet, sed praestare tamen videtur coniunctivus indefinitus, qui item est cap. 10 pr.]

* *cum honestate*] Gu. pr. *cum honesto.*

3. * *Eius generis hae*] Gu. quart. *Cuius generis hae:* impr. uterque Lips. tollit *hae.*

Alexandria] Urbe illa Aegypti copiosissima, unde immensa frumenti copia exportari solebat. Goth. et Vin. cum vulgatis, *ab Alexandria profectus.* Omittit additamenta Nonius VI, 90.

* *Alexandria Rhodum*] Ita Gu. pr. sec. et tert. cum melioribus et Nonio in voc. *Numerum*: nisi quod Gu. sec. [itemque Bern. a b c] orthographia emendatiore et hic *Alexandrea,* et paullo post *Alexandreae* dedit. At Gu. quart. et omnes impr. veteres, glossatorum sordibus inquinati, *ab Alexandria profectus Rhodum*: iidemque postea *ab Alexandria solvisse*: Gu. quint. *Alexandria profectus Rhodum.*

frumenti numerum] *Numerus* de iis etiam dicitur, quae metiri solemus, neque id tamen improprie. Intelligitur enim *modiorum* numerus, non *granorum*. Hirt. de bell. Afr. c. 8 *Quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat.* Ibid. c. 89 *Ubi Scipio magnum frumenti numerum habuerat.* Idem c. 36 *In quo* (oppido) *tritici modium millia trecenta comportata fuerant.*

* *magnum frumenti numerum advexerit*] Gu. pr. *magni frumenti*: quart. *adduxerit.* Vulgatae sua integritas constat etiam apud Nonium, loco, quem paullo ante indicavi.

navesque in cursu, frumento onustas, petentes Rhodum, viderit: dicturusne sit id Rhodiis, an silentio suum quam
4 plurimo venditurus? Sapientem et bonum virum fingimus:
de eius deliberatione et consultatione quaerimus: qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed dubitet, an
5 turpe non sit. In huiusmodi caussis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno et gravi Stoico: aliud Antipatro, discipulo eius, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni, venditorem, qua tenus iure civili constitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine insidiis agere;
6 et quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi, exposui, vendo meum non pluris, quam ceteri, fortasse
7 etiam minoris, cum maior est copia: cui fit iniuria? Exo-

* *petentes Rhodum*] Nonius in voc. *Cursus,* antiqua scribendi forma retenta, *petentis Rhodum.*

* *sit id Rhodiis*] Gu. sec. *sit his Rhodiis.* Fortasse fuit antea *sit is Rhodiis.* Gu. tert. *id sit Rhodiis*: Gryph. *sit Rhodiis id.* Deinde incert. transponit *an suum silentio.* Vox *silentio* in Venet. 1498. et utroque Lips. deest.

* *quam plurimo*] Gu. sec. impr. Magont. Rom. Venet. 1498. ac Lips. uterque *quam plurimum*: incert. *quam plurimi.*

4. * *bonum virum*] Nonius, in voc. *Fingere,* [et Bern. c] transponit *virum bonum.* Statim Gu. sec. *de huius delib.*

de eius deliberatione] Quid talis vir deliberaturus sit, qui Rhodios celaturus non sit.

si id turpe] In Goth. *si id* deest.

* *si id turpe*] Pronomen in Gu. sec. librarius omiserat, sed corrector fecit *si turpe id iudicet.*

dubitet an turpe non sit.] Eius sententia eo inclinare possit, ut non turpe putet. Vide quae dixi in spicileg. ad Cornel. Nep. Thras. c. 1. pr. Pearcius edidit *an turpe sit:* quod Cicerone minus dignum videtur.

* *dubitet, an turpe non sit.*] Gu. sec. *dubitet an turpe sit, an non sit*: quart. *an sit turpe dubitet*: quint. et impr. incert. *dubitet, an turpe sit*: Ernestus *dubitet turpe sit, an non sit.* [Vanae coniecturae h. l. prolatae sunt multae, vulg. verissima est comprobaturque omnium Bern. auctoritate.]

5. * *in huiusmodi*] Gu. tert. *In huiuscemodi.*

Diogeni Babylonio] Clari nominis Stoico, Antipatri praeceptori. Vid. lib. I. de divin. c. 3.

Antipatro] Tarsensi, quo posterior fuit Antipater Tyrius, de quo lib. II. c. 24.

* *Antipatro*] Gu. tert. et hic, et paullo post *Antipatri.* Idem et quart. etiam a manu pr. quint. infra n. 7 pro *Antipatri* dederunt *Antipatris.*

omnia patefacienda] Supple *videntur.*

iure civili] Cuiusque civitatis iure, Romae quidem edicto maxime aedilicio. Aliter *ius civile* interpretabimur infra c. 16. pr.

* *et quoniam vendat*] Copulam Gu. sec. eiicit. Deinde est in quart. *quam optime sua vendere.*

quam optime vendere.] Cum aliquo lucro.

6. *Advexi*] Mercator ipse per προσωποποιΐαν loquens inducitur.

cum maior est copia] Cum plures naves frumento onustae portum subeunt. Facciolatus, cur haec addita sint, non satis apparere, ait, et eam ob causam insiticia esse censet, quae et Ambrosius omittat lib. III. c. 6. Sed ibi Ciceronis verba Ambrosius

ritur Antipatri ratio ex altera parte: Quid ais? Tu cum hominibus consulere debeas, et servire humanae societati, eaque lege natus sis, et ea habeas principia naturae, quibus parere, et quae sequi debeas, ut utilitas tua communis sit utilitas, vicissimque communis utilitas tua sit; celabis homines, quid iis adsit commoditatis et copiae? Respondebit 8
Diogenes fortasse sic, Aliud est celare, aliud tacere: neque

non recitat, sed, quantum instituti ratio patitur, ad similes, sed non ad easdem res accommodat. Itaque, etsi ibi absunt, hic tamen ideo certe, quod in scriptis sunt omnibus, expelli non debent. Cum posterioribus cohaerent in Ven. tert. *Cum maior est copia, cui fit iniuria?* Cum plures adsunt naves, et a pluribus emere licet, cui a me fit iniuria, suum etiam minoris vendente? Sed verior est vulgata interpunctio: *Fortasse etiam minoris* vendo, *cum maior est copia*, quando pluribus navibus maior copia advehitur. Tum fortasse minoris vendo, quam emi. In mercatura enim lucri spes semper cum damni periculo coniuncta est.

* *cum maior est copia*] Mercibus suis secundum annonam fori, quam deprehendunt, pretium statuere solent negotiatores. Ii igitur, qui foro sciunt uti, quum vident, rerum, quas ipsi venales advehunt, magnam copiam ab aliis eodem convectam esse; suas merces paullo minoris, quam alii vendunt. Ita parvae pecuniae iactura saepe magnum damnum redimunt, quod ex eo nasceretur, si merces suas aut post longam demum moram vendere, aut alio asportare cogerentur. Dicere itaque videtur ille, qui a Diogene inducitur, frumentarius, *fortasse etiam* vendo meum triticum *minoris*, quam ceteri frumentarii, *cum maior est copia* tritici per alios mercatores advecti et expositi. [Rectius ad ipsius frumentum refertur: meum minoris vendo quam ceteri, si quando plus frumenti habeo, quam ut cito distrahere possim, nisi vilius pretium pono.]

7. *Exoritur Antipatri ratio*] Ex altera parte Antipater exsistit atque ita argumentatur.

Quid ais?] Goth. Vin. *quid agis?* ut multi alii: perperam.

Tu cum] Iidem *tute cum.* Copulanda sunt *tu celabis?*

* *Quid ais? Tu cum*] Gu. quart. *quid agis tu? cum:* omnes impr. veteres *quid agis? tute cum.*

hominibus] Unus cod. Oxon. *omnibus hominibus:* quod in pluribus reperisse videtur Pearcius, qui ita edidit.

* *hominibus*] Ex hoc vocabulo Gu. pr. fecit *omnibus,* errore librariis perquam familiari.

ea habeas principia naturae] Cum a natura ea principia tibi data sint, ut et aliis prodesse debeat, quod tibi sit utile.

* *et ea habeas*] Pronomen in Gu. sec. omissum corrector post verbum *habeas* inseruit. Gu. quart. *eaque habeas:* omnes impr. veteres *ut ea habeas.* Deinde Gu. tert. transponit *naturae principia.*

* *quae sequi debeas*] Gu. quart. et omnes impr. veteres *quae semper sequi debeas.*

* *communis utilitas sit*] E Gu. tribus primariis et ex ed. Gryph. praetuli *communis sit utilitas.* Impr. veteres, excepto tamen incerto, *communis utilitatis sit.*

vicissimque communis utilitas] Goth. *vicissimque et communis utilitas.*

* *vicissimque*] Gu. sec. *vicissim et aeque*: tert. *vicissimque et aeque.* In quinto corrector post *vicissimque* inculcavit *ea,* idque omnes impr. veteres amplexi sunt. Deinde quint. *communis utilitas sit tua.*

* *commoditatis et copiae*] Gu. quart. tollit copulam, quam duplicant corrector quinti, impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *et commoditatis et copiae.*

8. * *Aliud est celare, aliud tacere*] Gu. pr. et quint. *aliud est celare, aliud tacere est*: impr. Ma-

ego nunc te celo, si tibi non dico, quae natura deorum sit, qui sit finis bonorum: quae tibi plus prodessent cognita, quam tritici vilitas. Sed numquid, quod tibi audire utile
9 est, id mihi dicere necesse est? Immo vero, inquiet ille, necesse est, si quidem meministi, esse inter homines natura
10 coniunctam societatem. Memini, inquiet ille: sed num ista societas talis est, ut nihil suum cuiusquam sit? quod si ita est, ne vendendum quidem quidquam est, sed donandum.

gont. *aliud celare, aliud tacere est*: incert. Venet. 1498. uterque Lips. *aliud celare, aliud est tacere.*

* *ego nunc te*] Gu. quart. et quint. *ego te nunc.* Paullo post Gu. pr. *quae deorum natura.*

* *quis sit finis*] Gu. pr. quint. tres Aldini, ed. Gryph. atque Ern. *qui sit finis.* Hos sequor. Gu. tert. *quis finis sit.*

quam tritici utilitas] Vera est Passeratii coniectura, *tritici vilitas,* quod in Ven. quart. Aldina, Fabric. et Gothofred. expressum. Habet hanc lectionem et cod. unus reg. Angl. et probavit Olivetus, itemque Pearcius. Plus tibi profuturum sit scire, quid sit deus, quid sit summum bonum, quam tritici vilitas tibi prodest. Similem librariorum errorem observare licet apud Plin. lib. IV. epist. 6. pr. ubi nunc legitur *par vilitas*, antea *parum utilitatis.*

* *tritici utilitas*] Recte Gryph. Wolf. et Ern. *vilitas* ediderunt, quam scripturam in libris antiquioribus, etiam in impr. Magont. frustra quaesivi, [sed inventa est in Bern. a c.]

* *Sed non quidquid*] Gu. pr. *Set num quicquid*: MS. Baliol. apud Cockm. *sed numquid quod.* Hoc praetuli. [Praestat redire ad veterem lectionem reliquorum codd. omnium quam recipere unius libri incertissimae auctoritatis scripturam.]

* *id mihi dicere*] Gu. pr. sec. tert. unus Aldi atque ed. Gryph. *idem mihi dicere.* Praeterea Gu. tert. transponit *idem mihi dicere est necesse.*

9. * *Immo vero, inquiet ille, necesse est*] Ob similitudinem clausularum exciderunt haec ex multis, etiam ex quatuor Gu. et ex impr. Magont. Pro *inquiet* Gu. quint. Goth. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. dederunt *inquit.* Verba *inquiet ille* aberant a Palat. pr. et abesse posse Grutero videbantur.

* *inter homines*] Gu. pr. *inter omnes.*

10. * *inquiet ille: sed num*] Gu. pr. *ille inquid*: quart. *inquit ille, sed numquid:* quint. *inquiet, sed non,* omisso pronomine. Deinde tert. transponit *ista societas est talis.*

suum cuiusque sit] Goth. et duo Oxon. *suum cuique.* Sed vide ad lib. I. c. VII, 4. c. XXXIII, 2.

* *suum cuiusque sit*] Fulvius Ursinus ex antiquo codice adnotavit *ut nihil cuiusquam sit.* E Gu. pr. exciderunt verba *cuiusque sit? quod si ita est, ne vendendum quidem.* Librarius ille, opinor, in codice suo repererat *ut nihil suum cuiusquam.* Ita factum est, quum *cuiusquam* scribere deberet, ut ad vocabulum eiusdem terminationis *quidquam* aberraret. In Gu. sec. totam hanc periodum primitus omissam, antiqua, et nisi fallor eadem, quae codicem scripsit, manus in margine addidit. Ibi vero scriptum est *ut nihil suum cuiusque quicquam sit.* Mihi vix dubium videtur, quin Cicero scripserit *ut nihil suum cuiusquam sit,* quod significet, ut nemo quidquam habeat proprium. [Ex Guelph. nihil liquet, Bernensium a c cum Bas. *cuiusque,* b *cuiusquam,* d *quicquam.* Numerus praevalet pro *cuiusque*, sed exquisitior Latinitas videtur esse pro *cuiusquam.*]

* *quidquam est, sed*] Verbum *est* om. Gu. sec.

13 Vides in hac tota disceptatione non illud dici, Quamvis hoc turpe sit; tamen, quoniam expedit, faciam: sed ita expedire, ut turpe non sit: ex altera autem parte, ea re, quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat aedes vir bo- 2
nus propter aliqua vitia, quae ipse norit, ceteri ignorent: pestilentes sint, et habeantur salubres: ignoretur, in omnibus cubiculis apparere serpentes: male materiatae sint, ruinosae; sed hoc, praeter dominum, nemo sciat. Quaero, si 3
haec emtoribus venditor non dixerit, aedesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id iniuste aut improbe fecerit. Ille vero, inquit Antipater. Quid est 4

Cap. XIII, 1. * *disceptatione*] Gu. tert. *quaestione*: quart. *disputatione*.

* *ex altera autem parte, ea re*] Ex altera parte dici, *ea re*, id est, ideo, non esse faciendum, quia turpe sit.

* *quia turpe sit*] Pro *quia* Gu. sec. et quart. dederunt *quod*.

2. *Vendat aedes*] Si exempli gratia vir bonus aedes vendat. Vide Lactant. lib. V, 16, 5.

pestilentes] Salubri aëre destitutae, unde morbi nascuntur.

in omnibus cubiculis] Sic Goth. at in Vin. Rom. Ven. Arg. est *cubilibus*, quod recte ab aliis mutatum.

* *in omnibus cubiculis*] Gu. pr. omnesque impr. veteres *cubilibus*.

male materiatae] Si materia, lapides, ligna sint vitiosa. Pearcius emendat, *male materiatae, ruinosae sint*.

* *male materiatae*] E Gu. sec. scripsi *male materiatae sint, ruinosae*. [Vulgo *sint* abest, ut in Orellianis praeter Bern. d.]

* *sed hoc praeter dominum*] Gu. tert. quart. et a manu pr. quint. *sed haec*.

3. * *Quaero si hoc*] Bene Gu. sec. quart. etiam ante correctorem quint. tres Aldini atque ed. Gryph. *Quaero si haec*. Gu. tert. *Quaero haec si*.

* *putarit*] Gu. pr. ac tert. *putaret*.

* *num id iniuste an improbe fecerit*] Lectio prorsus inepta, a Graevio tamen silentio praeterita. Non enim quaero, *iniuste, an improbe* quid factum sit, cum alterum non tollat alterum. Et *iniuste* et *improbe* alteri eripis, quae non sunt tua. Viderunt hoc alii, unde Ald. Ven. tert. et quart. Camer. et Gothofr. *num id iuste an improbe*: deinde post *Antipater* addunt *improbe facit*. Facciol. *num id iniuste atque improbe*, bene, si ex libris. At Goth. Vinar. plures Aldini, septem Anglic. codd. Ven. pr. sec. et margo quart. Argent. Fabric. Pearc. *iniuste aut improbe*. Hos tutius est sequi: cum *iniuste* et *improbe* differant quidem; nec tamen plane sint diversa. *Iniuste* agit, qui ius violat; *improbe*, qui modum non servat. *Aut* vero non semper disiungit, sed aliquando etiam minuit, ut sensus sit, *iniuste aut saltem improbe*, id est, cupide, immoderate. Si quis tamen *atque* praefert, non plane errabit, quod saepe in *aut* conversum esse, docet Cortius ad Sallust. Iug. LXXXII, 2. Vid. ad lib. II. cap. XVII, 2.

* *num id iniuste, an improbe fecerit*] Gu. sec. *id* eleganter omittit. Conf. supra ad cap. X, 2. et adde patrui adn. ad Lael. II, 9. Impr. incert. Venet. 1498. Lips. ac Lugd. 1527. *num id iuste aut improbe fecerit*. De particula *an* in *aut* mutanda scripti Gu. [et a b c Bern.] omnesque impr. veteres consentiunt.

4. *Ille vero, inquit Antipater*] Vinar. cum aliis pluribus, *ille vero, inquit Antipater, improbe fecerit*: Goth. *ille improbe vero inquit Antipater*. Pro *fecerit* Venetae et Arg. *facit*. Haec inconstantia glossam ar-

enim aliud, erranti viam non monstrare. quod Athenis exsecrationibus publicis sanctum est. si hoc non est emtorem pati ruere, et per errorem in maximam fraudem incurrere?
5 Plus etiam est, quam viam non monstrare. Nam est scien-
6 tem in errorem alterum inducere. Diogenes contra: Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est? Ille, quod
7 non placebat, proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quod si qui proscribunt VILLAM BONAM BENEQUE AEDIFICATAM,

guit. *Ille vero* est, utique ille iniuste improbeque fecerit. Vide Bunemann. ad Lactant. lib. III, 8, 9 etc. 17, 34.

* *ille vero, inquit Antipater*] Hanc brevitatem tres Gu. merito comprobant. At tert. et quart. *Ille vero improbe, inquit Antipater*: omnes impr. veteres *Ille vero, inquit Antipater, improbe facit.*

Quid enim est aliud] Vid. ad lib. II, 23, 12.

* *Quid enim est*] E Gu. pr. sec. et quint. reposui *Quid est enim.* Male Gu. tert. *Hoc enim quid est aliud, nisi*: Gryph. *Quid enim est aliud, quam.*

quod Athenis exsecrationibus publicis sanctum est] Sic Goth. Alii *sancitum*, quod parum differt. Infra c. 17 *naturae lege sanctum est.* Ubi tamen iterum variatur. Hoc autem vult Cicero, exsecrationibus publicis obnoxium esse, dirisque devoveri, qui viam non monstrarit erranti. Vid lib. I. c. 16. med.

* *exsecrationibus publicis*] *Publicas exsecrationes* appellare Cicero videtur eas, quae ex lege, in concione populi, per praeconem, interdum per sacerdotes fiebant. Vide Demosth. de falsa legat. p. 304. D. et Corn. Nep. VII, 4, 5. Athenaeus lib. 6. ex Diphili Parasito adfert:

Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς
Ὅτ' ἔστιν, εἴ τις μὴ φράσει ὀρθῶς ὁδὸν,
Ἢ πῦρ ἐναύσει, ἢ διαφθείρει ὕδωρ, κ. τ. λ.

Conf. Valckenarii v. c. adnot. ad Herodot. Polymn. c. 231.

* *sanctum est*] Quum vulgo legeretur *sancitum est*, Graevius, quod Aldus in quinque codicibus invenerat et suaserat Io. Frid. Gronovius, *sanctum est* edidit. Accedit Gu. pr. [et a b c Bern.] atque ed. Gryph. Corrupte Gu. sec. *est sanctitum*, a correctore vero *sanctitum est*, quod litteris totidem in Magont. expressum est.

* *si hoc non est*] [Bern. c hoc comma omittit, errore opinor.] Inficete Gu. quint. *si hoc peccatum non est.* Glossema istud ignorant reliqui et Nonius in voc. *Ruere.* Hic tamen in iis, quae statim sequuntur, aberravit, ubi *per venditorem* scripsit, quum *per errorem* debuisset.

emtorem pati ruere] Si quis patitur emtorem ruere et in fraudem incurrere.

5. *scientem*] Ne copules cum *alterum*, sed subaudias *te*, qui venditor es.

* *scientem*] Gu. tert. *scienter in errorem alium inducere.* Adverbium *scienter*, hac quidem significatione, in panegyrico Plinii aegre consistit, nedum in orationem Ciceronis illud admittamus.

6. * *Num te emere coëgit*] Sollemni errore Gu. sec. quint. et impr. Magont. *Non te.* Gu. tert. transponit *coëgit emere.* Deinde sec. *qui ne hortatus est quidem.* Nihil mutat Nonius in voc. *Cogere.*

proscripsit] *Proscribuntur*, quae proposito libello vel adfixa tabula venalia esse significantur.

7. *proscribunt villam bonam*] Qui proscriptionis tabulae haec verba inscribunt: VILLAM BONAM BENEQVE AEDIFICATAM, subaudi *vendo.*

* *proscribunt villam bonam*] Gu. quint. *proscribunt aliqua bona bonam villam.* Simile glossema inquinavit Gu. tert. impr. incert. editosque ab Aldo Wolfioque libros, in quibus est *proscribunt villam bonam, ut ipsi asserunt, beneque.*

non existimantur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec aedificata ratione; multo minus, qui domum non laudarunt. Ubi enim iudicium emtoris est, ibi fraus venditoris quae potest esse? Sin autem dictum non omne praestandum est, 8
quod dictum non est, id praestandum putas? Quid vero est stultius, quam venditorem, eius rei, quam vendat, vitia narrare? Quid autem tam absurdum, quam si domini iussu ita praeco praedicet? DOMUM PESTILENTEM VENDO. Sic ergo 9
in quibusdam caussis dubiis ex altera parte defenditur honestas, ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit, sed etiam, non facere, turpe. Haec est illa, quae videtur utilium fieri cum honestis saepe dissensio. Quae diiudicanda sunt. Non enim, 10
ut quaereremus, exposuimus, sed ut explicaremus. Non 11
igitur videtur nec frumentarius ille Rhodios, nec hic aedium venditor celare emtores debuisse. Neque enim id est celare,

* *etiam si illa nec bona est*] Gu. quint. *etsi illa:* tert. *non bona est.*

* *multo minus*] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. inscite his adsuunt *igitur*. Deinde Gu. tert. et quart. *qui domum non laudaverunt.*

Ubi enim iudicium emtoris est] Ubi res venalis emtoris oculis est exposita, ut suo ille iudicio uti possit.

* *quae potest esse?*] Gu. tert. *esse quae potest?*

8. *dictum*] Non quaecumque commendandae rei venalis gratia dicta sunt, praestare cogitur venditor. A vulgatis discrepat scriptura Goth. *sin autem dictum praestandum est, quod dictum non est, praestandum putas?*

* *id praestandum*] Haec duo verba, per syllepsin intelligenda, Gu. pr. omittit. Supra II, 22, 11 *Ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam.*

* *Quid vero est stultius*] Idem codex verbum *est* ignorat.

* *eius rei, quam vendat*] Gu. sec. *huius rei*: quart. *quam vendit.*

Quid autem] Abesse posset *autem*, nisi in omnibus libris esset.

* *Quid autem tam*] Gu. tert. *Quid autem est tam.* Idem postea *praeco ita praedicet.*

9. * *facere honestum sit*] Omnes impr. veteres *honestum facere sit.*

* *Haec est illa*] Gu. pr. *Haec illa quae videretur,* omisso *est.*

10. *Quae diiudicanda sunt*] Meum de iis iudicium exponendum est.

ut quaereremus] Ut quaestiones tantum in medium adferremus, easque inexplicatas relinqueremus; sed ut nostram de iis sententiam pronuntiaremus.

11. * *Non igitur videtur*] Gu. pr. et tert. eiecto *videtur*, in fine sententiae *debuisse* mutant in *debuisset.*

frumentarius] Supple *negotiator*. Vid. Hirt. Alex. c. 36.

Rhodios] Goth. et Vin. cum Rom. et ceteris vulg. *Rhodius,* quod Pearcius recepit, quod sequatur *emtores,* ad utrumque referendum.

* *Rhodios*] Hoc Victorius et Graevius e suis libris ediderunt, atque ita correctum est in Gu. quinto. Librarius enim cum reliquis scriptis [Bern. a b] et impr. veteribus nostris dederat *Rhodius*. Facciolatus etiam, quum edidisset *Rhodios*, in erratis emendari iussit *Rhodius*. Victorii lectionem Ernestus merito retinuit. [Cur merito? An putabimus Ciceronem in usitatissimo nomine Graecum agere voluisse?]

* *Neque enim id est*] Ernestus

quidquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui caussa velis eos, quorum intersit id scire.
12 Hoc autem celandi genus quale sit, et cuius hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Haec tot, et alia plura, nonne inutile est vitiorum subire nomina?

14 Quod si vituperandi sunt, qui reticuerunt, quid de iis
2 existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius, eques Romanus, nec infacetus, et satis litteratus,

malit abesse *id*, quod mihi quidem non minus hic suave est, quam in illo de fin. II, 14. princ. *Id sequi volunt, quodcumque veri simile videatur.*

quidquid reticeas] *Celare* non est reticere aliquid, qualecumque id sit.

* *quidquid reticeas*] Impr. Lugd. 1527. *cum quid reticeas.*

* *sed cum, quod tu scias*] Pronomen *quod* in Gu. quarto deest: in quinto transponitur *sed quod cum tu scias*, et a correctore *sed cum tu quod scias.* Impr. veteres, excepto incerto, omnes *sed cum quid tu scias.* Paullo post Goth. *intersit hoc scire.*

12. * *versuti potius*] Gu. sec. *sed versuti potius.* Adversativa particula elegantius abest. Vide supra ad I, 29, 6.

* *obscuri*] Impr. Magont. *obsurdi*, incert. *absurdi.* Deinde Gu. tert. *astuti, ingeniosi, vafri, fallacis*, cet.

malitiosi, callidi] Vin. *callidi, malitiosi.* In Goth. *callidi* abest.

et alia plura] Anglus quid. coniecit *et talia.*

* *et alia plura*] A Gu. quinto abest *plura.* Langium edidisse *et talia plura*, Fabricius testatur.

nonne inutile est] Goth. *non inutile*, cod. Facciol. *non utile est*, quod ille recepit. Satis bene se habet vulgata: quia *inutile* Ciceroni est non modo, quod non prodest, sed etiam quod obest.

* *nonne inutile est*] Gu. quart. *nonne est inutile.* Usitatissimam Latinis λιτότητα, qua *inutile* dicunt id, quod damnum aut perniciem affert, multi explicaverunt. Hunc ipsum Ciceronis locum ita accipiendum esse, docuit etiam Clarkius ad Iliad. B. 269. ubi eamdem significationem vocabuli ἀχρεῖος illustrat.

Cap. XIV, 1. * *Quod si vituperandi sunt*] A Gu. pr. sec. et quart. *sunt* abest. [Item ab Orellianis praeter Bern. d, qua re tollendum videtur.]

* *reticuerunt*] Gu. pr. *reticuerint.* Ita in fine periodi quint. *adhibuerint?*

* *de iis existimandum est*] Gu. pr. *est* omittit.

orationis vanitatem] Mendacia.

2. *C. Canius*] Rom. Ven. pr. Arg. *G.* vel *C. Cannius*, Vin. *G. Canninius.* Non recte huius gentis nomen a *cane* ducit Aldus, cuius primam syllabam saepius producit Martialis.

* *C. Canius*] Gu. pr. *Cum Canius*: sec. *G. Canius*: tert. *Q. Cannius*: quart. *Celius Cannius*: quint. *Canius*, omisso praenomine: impr. Magont. *G. Cannius*: ceteri *C. Cannius.*

nec infacetus, et satis litteratus] *Infacetus*, ut *impartiens* lib. I, 42, 8. De *nec, et*, vid. lib. I, 19, 9.

* *nec infacetus*] Gu. quart. *non infacetus, sed satis*: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *homo nec infacetus.* Facetum sane huius hominis commentum legimus de or. II, 69. extr.

satis litteratus] Mediocriter litteratus. Vid. ad lib. II, 25, 5. [Verum *satis* in partem meliorem, *mediocriter* in deteriorem vergit.]

cum se Syracusas otiandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi caussa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos emere velle, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod cum percrebuisset, Pythius 3
ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: et simul ad coenam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius, qui 4
esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, pisca-

* *otiandi, ut ipse*] Gu. quint. et omnes impr. veteres, quos Facciol. sequitur, transponunt *otiandi causa, non negotiandi, ut ipse dicere solebat.*

* *dictitabat*] Hoc solus inter meos servat Gu. sec. Reliqui quatuor, Goth. [Bern. a b] multique aliorum et omnes impr. veteres *dictabat.* [Cf. nostram annot. ad Cic. in Verr. III, 57, 132.]

hortulos aliquos] Numerus pluralis in hoc nomine usitatior est, ubi de uno tantum loco concluso sermo est.

* *hortulos aliquos*] Quos hic *hortulos* appellat Cicero, eosdem infra n. 6. *villam* vocat. Praedium igitur suburbanum villamque cultiorem, oblectationi magis, quam reditibus aptam, *hortorum* sive *hortulorum* appellatione signare videtur. Gu. omnes et impr. Magont. *ortulos,* et paullo post plerique *ortos,* sine adspiratione scribunt.

* *velle emere*] Ex omnibus Gu. duodecim Aldinis atque ed. Gryph. transposui *emere velle.* Paullo post Gu. tert. *et se oblectare,* omisso *ubi.*

sine interpellatoribus] Goth. et Victor. *sine interpellationibus.*

* *sine interpellatoribus*] Gu. tres posteriores *sine interpellationibus.* Sed duo primi vulgatam tuentur.

3. * *percrebuisset*] [Sic Orelliani omnes.] Gu. pr. *percrepuisset*: tert. et a correctore quint. *percrebruisset.*

argentariam faceret] Subaudi *negotiationem.* Vid. ad cap. XIII, 11. Erat ἀργυροπράκτης, ἀργυραμοιβός, qui numos permutaret et quasi venderet. Vid. Salmas. de usur. cap. XVII. p. 490.

Syracusis] Regia olim Siciliae urbe. Vin. cum vulg. *Syracusis, dixit, venales quidem se*: quod verbum Goth. et plures scripti omittunt, retinent tamen Lamb. Facciol. et Pearc. Alii pro eo *inquit* substituunt, ut variare solent glossae. Frequens est verbi huius ellipsis, de qua vide Burmann. ad Sueton. Aug. c. 42. p. 314. et quos ibi nominat alios.

* *Syracusis*] Post hoc nomen Gu. quart. corrector quinti, omnes impr. veteres atque Ern. addunt *dixit.* Idem verbum Gu. pr. et tert. antea, post *Pythius ei quidam,* inculcabant. Cum viris doctis, glossema illud repudiantibus, faciunt Gu. sec. a manu prima quint. et undecim codices Aldi. [Bern. a *habere dixit,* reliqui omittunt.]

* *venales quidem se*] Gu. tert. *venales se quidem.* Paullo post impr. uterque Lips. *sed uti licere.*

hominem] Id est eum, Canium. Vid. Bosii ind. ad Cornel. Nep. a me auctum, in *homo.* Cicer. pro Rosc. Am. c. XII, 3.

* *hominem in hortos invitavit*] Verba *in hortos* Gu. tert. ignorat. Eadem una cum vocabulo *hominem* in impr. incert. Venet. 1498. utroque Lips. ac Lugd. 1527. desunt. Transponit Gu. quint. *hominem invitavit in ortos.* Idem deinde, sed a corr. habet *in posteram diem.*

4. * *Cum ille*] Gu. tert. *Cui cum ille.*

promisisset] Subint. *ad coenam* ex Plin. lib. I. epist. 15. pr. ubi leges Cortium.

qui esset ut argentarius] Goth. Vinar. et Venet. *ut argentarius, qui esset.* Sic etiam Nonius cap. II, 283.

tores ad se convocavit, et ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad coenam tempore venit Canius: opipare a Pythio apparatum convivium: cymbarum ante oculos multitudo. pro se quisque, quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythii pisces

et Manut. Verba *qui esset*, quae a librariis transponuntur, Facciolatus omittit: a quo dissentio. Cic. lib. VII. epist. XXIV, 5 *Ille autem, qui sciret, se nepotem bellum tibicinem habere, discessit a me.* Horat. lib. III. sat. III, 4.

— — Caesar, qui cogere posset,
Si peteret per amicitiam patris atque suam, non
Quidquam proficeret.

Vid. Cornel. Nep. Dion. III, 2. Attic. VIII, 4.

° *qui esset, ut argentarius*] Gu. tert. *ut qui esset argentarius*: impr. Magont. et Rom. *ut est argentarius qui esset*: incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *ut argentarius, qui esset.* Ita quoque Gothofredus edidit apud Nonium in voc. *Gratiosum*. Scripta vero et a Mercero edita Nonii exemplaria cum codicibus Ciceronis melioribus in scripturam Graevio et patruo probatam consentiunt.

apud omnes ordines gratiosus] Nam argentariorum opera late patebat, qui in pecunia fenore danda aut accipienda, in contrahendis rebus, in auctionibus aliisque pluribus, multos sibi obstringebant.

° *et ab his*] Gu. tert. *eis*: quart. impr. Magont. et Rom. *hiis*: Facciolatus *iis*. Statim Gu. quart. *petiit.*

postridie] Goth. Rom. *postera die,* Vinar. *postera,* omisso *die.*

° *postridie*] Gu. pr. quart. etiam quint. sed hic a correctore, [Bern. c] omnesque impr. veteres *postera die*: Gu. sec. *post tridie.*

° *dixitque*] Copulam abiecit Gu. pr. [et Bern. d].

5. *tempore*] Quo convenerat, tempestive, nec maturius, nec serius. Quidam *tempori.*

° *tempore*] E codice Tettii *tempori* [ut est in Bern. b] probat Aldus, idque rectius putat Freinshemius ad Curt. V, 7, 2.

opipare] Ambros. lib. III. c. 11. eamdem fabulam narrans, ait, *exquisitis copiis adornatum convivium.* In Ven. tert. et in marg. quart. itemque in Argent. est *opipare paratum convivium.*

° *a Pythio apparatum convivium*] Verba *a Pythio* impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. omittunt. Iidem dederunt *paratum erat convivium:* Gu. tert. *apparatum erat convivium:* quart. et Facciolatus *paratum convivium.*

° *cymbarum ante oculos multitudo*] Hoc merito tuentur scripti et impr. veteres mei omnes, nisi quod transponit Gu. quart. *cymbarum multitudo ante oculos.* Nonius, in voc. *Cymba,* dedit *cymbarum ante pedes multitudo.* In antiquissimo vero codice Nonii Gu. *cumba* et *cumbarum* more prisco scribitur. De hac scribendi ratione Annaeus Cornutus apud Cassiodorum de orthogr. p. 2286. Putsch. ita disputat: *Y littera antiqui non semper usi sunt, sed aliquando loco illius U ponebant. Itaque in illorum quoque libris hanc scripturam observandam censeo:* Suriam, Suracusas, sumbola, sucophantas, *quod in nostris corrumpi non debet.* Adde, quae dixi ad Mallium Theodorum de metris IV, 18.

ante oculos] Nonius c. XIII, 14. pro his habet *ante pedes.* Ambrosius, *in prospectu coenantium ante hortulos compositos piscatores, ubi numquam ante iaciebant retia: unusquisque, quod ceperat, certatim offerebat epulantibus: supra mensam pisces ingerebantur, oculos recumbentium resilientes verberabant.* Hinc *ante hortulos* hic quoque legunt Victorius, Balduinus et Facciolatus: nec aliter Ven. quart.

pro se quisque] Pro sua quisque facultate.

abiiciebantur. Tum Canius, Quaeso, inquit, quid est hoc, 6
Pythi? tantumne piscium, tantumne cymbarum? Et ille,
Quid mirum? inquit; hoc loco est, Syracusis quidquid est
piscium: hic aquatio: hac villa isti carere non possunt. In-
census Canius cupiditate, contendit a Pythio, ut venderet.
Gravate ille primo. Quid multa? impetrat. Emit homo 7
cupidus et locuples tanti, quanti Pythius voluit, et emit
instructos. Nomina facit, negotium conficit. Invitat Canius 8

* *quod ceperat*] Gu. quart. *quod acceperat.*

* *ante pedes Pythii*] Gu. pr. *Pithi*, impr. Venet. 1498. *Pythi.* Recte. Vide ad II, 16, 11.

* *abiiciebantur*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *abiciebantur.* Vide supra ad I, 29, 3. Gu. quart. *afferebantur*: Gryph. *proiiciebantur.*

6. * *Tum Canius*] Gu. quart. *Tunc Cannius*: quint. *Tunc Canius.*

* *quid est hoc, Pythi*] Gu. sec. *quid est hoc ophicii?* quint. *quid hoc est Pithi?* Goth. et omnes impr. veteres *quid est o Phithi?* Deinde Gu. quart. et Goth. *tantumne hic piscium?*

tantumne piscium] Goth. *tantumne hic piscium?* Hoc restituendum puto. Heumannus *tantum piscium, tantum cymbarum.*

* *Et ille, Quid mirum*] Gu. pr. *Et ille qui mirum*: impr. Lugd. 1527. *At ille, quid mirum.* Mox uterque Lips. *hoc loco Syracusis*, omisso *est.*

hoc loco est] Omnes, qui Syracusanas mensas instruunt, hoc loco pisces capiuntur.

hic aquatio] Unde dulcis aqua petenda est. Ambrosius: *Responsum quaerenti* (scil. *est*:) *aquationem illic esse, dulcis aquae gratia innumerabiles eo pisces convenire.* Unus cod. Oxon. Lang. Gronov. *haec aquatio.*

7. * *Gravate ille primo*] Gu. pr. *Gravari ille primo*: sec. *Gravate ille primo quidem.*

Quid multa? impetrat] Ambros. *Quid multa? pellexit hominem, ut sibi extorqueret hortos: vendere volens cogitur, pretium gravatus suscipit.* De formula *quid multa?* vid. Tursellin. de partic. p. 881. seq.

emit instructos] Cum omni horti instrumento, cum omnibus ornamentis. Heumannus (* parum feliciter) coniicit *instructus*, idque *praesenti pecunia* interpretatur.

Nomina facit, negotium conficit] Haec non de Pythio, sed de Canio emtore dicta videntur, qui, ut res conficeretur, cupide instabat. Nec aliter intellexerunt Marsus, Maturantius, Erasmus, Fr. Fabricius, et nuper, Italorum doctissimus vir Facciolatus, qui interpretatur *obligat se per tabulas.* At Salmasius, Gronovius et Graevius, creditorem tantum *nomina facere* posse, contendunt, omnesque errare censent, qui id Canio tribuant. Hanc ob causam Gronovius emendat, *Pythius nomina facit*: quod nomen excidisse ex eo colligit, quod sequitur: *Invitat Canius postridie.*

* *Nomina facit*] Quia haec de Canio accipi nullo modo possunt, laudo Iac. Gronovii consilium, qui nomen Pythii hic intelligere, quam inculcare mavult. Hoc ellipseos genus illustrat ex illo Caesaris de bello Gall. I, 18, 2 *Quaerit* (Caesar) *ex solo* (Lisco) *ea, quae in conventu dixerat. Dicit* (Liscus) *liberius atque audacius. Eadem secreto ab aliis reperit* (Caesar) *esse vera.* Saepe vero veteres in dictis factisque duorum alternis commemorandis, ubi ex ipsa re, quid quisque dixerit aut fecerit, existimari posset, personarum discrimina nominatim interponere negligebant. Nec omissio nominis Pythii hoc loco magis insolens mihi videtur, quam paullo ante in verbo *impetrat* personae Canii suppressio. Non igitur dubitavi verba *nomina facit* maiore interpunctione a praecedentibus secernere: praesertim quum in Gu.

postridie familiares suos. Venit ipse mature. scalmum nullum videt. quaerit ex proximo vicino, num feriae quaedam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullae, quod sciam, inquit ille, sed hic piscari nulli solent. itaque heri
9 mirabar, quid accidisset. Stomachari Canius. Sed quid faceret? Nondum enim Aquillius, collega et familiaris meus,
10 protulerat de dolo malo formulas. In quibus ipsis cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus: respondebat, cum

sec. tert. atque ed. Gryph. ita factum esse viderem.

8. ° *postridie*] Gu. pr. *post triduum*: quart. et omnes impr. veteres *postera die.*

° *Venit ipse mature*] Male Gu. pr. *venit ipse natare scalmum*: quart. *scalinulum nullum:* quint. a correctore *scalmulum nullum.* Vulgatam praestat etiam Nonius in voc. *Maturum.*

scalmum nullum videt] Ambros. *navigium nullum invenit.* Pars navigii est *scalmus,* illud scilicet lignum, cui remi alligantur.

° *ex proximo vicino*] [Bern. c *ex prox. sibi vicino.*] Gu. quint. *ex vicino proximo*: impr. Magont. *ex proximo amico.*

quod eos nullos videret] Dictum est ut *ea permulta collegit,* lib. I. c. 45. pr. Lib. II, 1, 8 *Cum autem respubl. nulla esset omnino.* Pro Rosc. Amer. c. 44 *Haec bona in tabulas publicas nulla redierunt.* Vide Tursellin. de partic. p. 640. In Vinar. lego *quod eos nullus videret,* ita plane, ut Graevius coniecerat. Facciolatus vero mavult, *quod eos non videret,* ne saepius iteretur *nullus.*

° *quod eos nullos videret*] Impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *quod eos nullus videret.* Antiquiorum librorum scripturam, quam pulchre tuetur patruus, longe praefero.

° *inquit ille*] [Sic Bern. c.] Transponunt Gu. sec. tert. quart. [Bas. Bern. a] et impr. Magont. *ille inquit.* Gu. pr. et Goth. [et Bern. b d] ignorant pronomen *ille,* quo glossemate facile carebimus.

9. ° *Stomachari Canius*] Nomen proprium Gu. sec. non habet, nisi a correctore. Poterat illud non minus commode intelligi, quam supra n. 7. *Pythius* ad verba *Nomina facit.*

Nondum enim] In Goth. omissum est *enim.*

Aquillius collega] C. Aquillius Gallus, Q. Mucii Scaevolae pontificis adsectator, Ciceronis collega in praetura, qui primus actionem de dolo malo constituerat. De eo lib. III. de nat. deor. c. 30 *Inde everriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod C. Aquillius, familiaris noster, protulit. Quem dolum idem Aquillius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum.* Vide et in Brut. c. 42. et Valer. Max. lib. VIII, 2, 2.

de dolo malo formulas] Certam de dolo malo agendi rationem verborumque sollemnium praescriptionem.

10. *In quibus ipsis*] In quibus formulis proferendis, cum eas proferret. Vid. ad Cornel. Nep. Hamilc. c. I, 5.

° *In quibus ipsis*] In Gu. quart. et quint. deest *ipsis.*

quaereretur] Goth. Vin. sex Anglic. Mogunt. Rom. Venetae tres, Arg. Victor. Manut. Lamb. Fabric. Pearc. *quaererem.*

° *quaereretur*] Hoc servant Gu. sec. tert. et quint. Male ceteri et omnes impr. veteres *quaererem.* Sententia est: Aquillius in formulis illis proferendis actionibusque de dolo malo praescribendis, non Ciceroni, sed consultoribus ex ipso quaerentibus, quid esset dolus malus, respondere solebat, cet. Simile est illud topic. ad Trebat. c. 7. extr. *Solebat igitur Aquillius, collega et familiaris meus, cum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse vultis, quaerentibus iis, ad quos id*

esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane lu-
culenter, ut ab homine perito definiendi. Ergo et Pythius, 11
et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi., improbi,
malitiosi sunt. Nullum igitur factum eorum potest utile
esse, cum sit tot vitiis inquinatum.

Quod si Aquilliana definitio vera est, ex omni vita
simulatio dissimulatioque tollenda est. Ita nec, ut emat
melius, nec ut vendat, quidquam simulabit, aut dissimulabit
vir bonus. Atque iste dolus malus et legibus erat vindica- 2
tus (ut tutela duodecim tabulis, circumscriptio adolescentium

pertinebat, quid esset litus, ita definire, qua fluctus eluderet.

° *quid esset dolus malus*] Gu. tert. *quid esset malus dolus, respondit.* Deinde quart. *cum esset aliud actum, aliud simulatum.*

luculenter] Vin. Rom. et Ven. tres *luculente*. Sic et Oxon. plerique; *loculente* Goth.

° *luculenter*] Hoc est in Gu. tert. Reliqui nostri, plerique aliorum, omnes impr. veteres et Facciol. *luculente*. [Quibus parendum fuit, vide cap. 28, 7. Etiam Epist. ad Qu. fr. III, 5. nunc *luculente* e Med. legitur, restat *luculenter* de Fin. II, 5.]

ab homine perito definiendi] Quales erant iureconsulti, e Stoicorum praesertim disciplina.

° *definiendi*] Gu. sec. *in definiendo.*

11. *malitiosi*] Pearcius *malitiam* esse dicit, si quis *mala bonis anteponat*, idque probat verbis Ciceronis cap. XVII, 10. At ibi Cicero non definit malitiam, sed ideo, quod hoc facit, eam reprehendit. Alioqui *malitia* et *stultitia* nihil discreparent.

° *malitiosi sunt*] Verbum *sunt,* quod Gu. pr. sec. et a manu pr. quint. etiam septem Aldini [et Bernenses omnes] omittunt, in Gu. tert. sic ordinatur *perfidi sunt, improbi, malitiosi.*

° *factum eorum*] Gu. pr. eiicit pronomen, quod reliqui quatuor et Gryph. [et Bern. omnes cum Bas.] ita collocant *eorum factum.* Deinde Gu. tert. ordine suaviore *potest esse utile.* Postea sec. et quint. *coinquinatum.*

Cap. XV, 1. ° *Aquilliana*] Gu. sec. et quint. *Aquilina,* ceteri omnesque impr. veteres *Aquiliana.*

° *ex omni vita*] Gu. sec. *ex hominis vita.*

° *Ita nec, ut emat*] Particulam *nec* Gu. pr. omittit, sec. transponit *Ita ut nec emat melius, nec ut melius vendat.*

quidquam simulabit] Sic scripti mei et Ven. pr. tert. et quart. Arg. *quisquam* Ven. sec. Ald. alii. In Goth. *aut dissimulabit* desunt.

° *quidquam simulabit*] Gu. tert. *quidquam aut simulabit:* impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *quisquam simulabit.*

2. *Atque iste dolus*] *Atqui* malunt Betul. et Aldus: sed *atque* est in omnibus libris.

° *dolus malus*] Gu. sec. *malus dolus.*

° *etiam legibus erat vindicatus*] Coniunctionem *etiam,* quam Gu. tert. et quint. omittunt, pr. sec. quart. [Bern. a b c] et impr. Magont. in *et* mutant. His adstipulantur et scripta, et impressa Nonii exemplaria in voc. *Vindicare.* Tot testium auctoritate permotus sequentia parentheseos signis inclusi.

vindicatus] Ven. tert. *vindicandus.*

ut tutela] Subaudi *male administrata, mala.* Pearcius *tutelae* suspicatur, ut *dolus malus* subintelligatur.

circumscriptio adolescentium] Dolus, quo adolescentes, qui sui iuris non sunt, in fraudem illiciantur.

° *et circumscriptio adolescentium*] Iubentibus Gu. pr. sec. tert. quart. et Goth. copulam delevi. Impr. Magont. incert. et Lips. 1507. *adole-*

lege Laetoria) et sine lege iudiciis, in quibus additur EX
3 FIDE BONA. Reliquorum autem iudiciorum haec verba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriae, MELIUS AEQUIUS: in
4 fiducia, INTER BONOS BENE AGIER. Quid ergo? aut in eo, quod MELIUS AEQUIUS, potest ulla pars inesse fraudis? aut,

scentum: Lips. 1513. et Lugd. 1527. *adulescentum.*

lege Laetoria] Goth. Rom. *Latoria.* Sic variant librarii etiam in Sueton. Aug. c. 5. ubi *C. Laetorii* mentio fit. *Legis Laetoriae* meminit Cicero lib. III. de nat. deor. c. 30. et Suetonius lib. VIII. praetorum apud Priscian. p. 744 *Laetoria, quae vetat minorem annis XXV. stipulari, ἐπερωτᾶσθαι.*

* *lege Laetoria*] Omnes Gu. et impr. veteres mei *lege Latoria.* [Legendum esse *Plaetoria*, sicut fere iam olim Manutius ediderat, e tabula Heracleensi versu 112. cognitum est. Manet tamen dubitatio an iidem sint *Laetorii,* qui *Plaetorii.*]

et sine lege iudiciis] Pearc. *et* (*sine lege*) *iudiciis.* Dolus malus vindicatus erat etiam illis iudiciis, quae non legibus, sed ex aequitate praetoris exercebantur, qua, quod legibus deerat, supplebatur. Ea vero iudicia dicebantur *bonae fidei,* ad quae referebantur primum contractus bonae fidei, qui non sunt stricti iuris, quibus accommodari solebant haec verba *ex bona fide;* deinde *fiduciae,* quarum sollemnis formula erat, *ut inter bonos bene agere oportet et sine fraude,* tum *res uxoria,* in qua his verbis utebantur, *quantum aequius melius.*

in quibus additur ex fide bona agitur] Vinar. omnes Venet. Facciol. *in quibus ex fide bona agitur.* Verbum *agitur* abest a Goth. et fere omnibus Oxon. et Londin. idque et Pearc. et Olivetus omisit. Ita cap. XVII, 8 *In omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, ex fide bona.* Nihil frequentius, quam in formulis verba subaudiri. Alterutrum certe verbum ex glossa est.

* *in quibus additur ex fide bona agitur*] Impr. veteres omnes verbum *additur* tollunt Recte vero Gu. omnes proscribunt verbum *agitur.* Gryphius, Anemoec. et Wolf. *in quibus ex fide bona additur.* Cic. topic. ad Trebat. c. 17 *In omnibus igitur iis iudiciis, in quibus ex fide bona est additum.*

3. *Reliquorum autem iudiciorum*] Quae sine lege fiunt: quorum duas species nominat, rei uxoriae et fiduciae arbitrium.

in arbitrio rei uxoriae] *Res uxoria* est dos, id est, uxoris bona, quae facto divortio ei reddenda sunt. De his non iudices, sed arbitri cognoscere solebant, qui ex bono et aequo pronuntiare poterant nullis legibus adstricti.

melius aequius] Haec formula in omnibus arbitriis, non uxoriae tantum rei, praescripta erat, ut patet ex oratione pro Roscio comoed. c. 4. In iudiciis certa et definita summa petebatur, causamque perdebat, qui uno numo plus, quam debebatur, petierat: in arbitriis, quantum melius aequius esset sibi dari, postulare quis solebat, et minus semper, quam postulabatur, auferebat, tantum scilicet, quantum melius et aequius arbitro visum fuerat. Vid. Cicer. topic. c. 17.

* *melius aequius*] Male Gu. quint. et impr. Magont. *melius et aequius.* In topic. c. 17. editur *quid aequius, melius*: sed ibi *quid* a glossatore videtur accessisse.

in fiducia] *Fiducia* est pignus et hypotheca, quae quasi fiduciae ponitur. Vide Salmas. de usur. cap. IV. p. 68. et de modo usurar. cap. XIV. p. 590.

* *ut inter bonos*] Sustuli *ut,* iubentibus ita Gu. pr. ac tert. Deleverat id iam Hier. Wolfius. [Tenent h. l. Orelliani omnes, nec nocet. Postea solus Bern. c *ut — agi.*] Conf. infra ad c. XVII, 7.

4. *aut in eo, quod melius aequius*] Vinar. addit *est.* In Goth. *aequius* omissum.

* *quod melius aequius*] Praepostera diligentia Gu. tert. *dicitur,*

cum dicitur, INTER BONOS BENE AGIER, quidquam agi dolose, aut malitiose potest? Dolus autem malus in simula- 5
tione, ut ait Aquillius, continetur. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Non inlicitatorem 6
venditor, non qui contra liceatur, emtor apponet. Uterque,

quart. omnesque impr. veteres *est* adiiciunt.

dolose aut malitiose] Goth. *malitiose aut dolose.*

5. *simulatione*] Goth. Vin. aliquot Oxon. *in simulatione.*

* *simulatione*] Ex omnibus Gu. atque ex impr. Magont. *in simulatione* restitui. Hoc in Balduini suisque codicibus fuisse, atque ita Victorium edidisse, Fabricius testatur. Idem Cockmannus in suis libris prope omnibus reperit, [Orellius in suis, praeter Bern. c.] Impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. addunt *et dissimulatione.*

* *Tollendum est igitur*] Gu. tert. *Tollendum igitur est.*

ex rebus contrahendis] Contractibus. Dixi ad lib. I, 5, 2. Rom. *in rebus.*

6. * *Non licitatorem*] Gu. pr. *Non licitationem.* E Palatino pr. *Non illicitorem* Gruterus adfert. Sine cunctatione igitur revocandum putavi, quod Anemoecius ex antiquissimo codice edidit, [et in Bern. c legitur] *Non inlicitatorem.* Ita lib. VII. ad divers. ep. 2. in melioribus libris est *Inlicitatorem potius ponam, quam illud minoris veneat.* Veteres *inlicitatorem* dixisse *emtorem,* Festus tradit. Ex utroque Ciceronis loco intelligere mihi videor, *inlicitatorem* esse emtorem simulatum, qui alios licitantes licitando superet, eoque rerum venalium pretia accendat.

nec qui contra se liceatur, emtor apponet] Goth. et Oxon. aliquot, cum Rom. *opponet.* Sed hoc parum facit ad emendandum locum. *Apponere licitatorem* legimus etiam lib. VII. epist. 2. pr. Muretus volebat, *qui contra asse liceatur,* id est, qui minimo pretio liceatur. Non apponat venditor aliquem, qui pluris liceatur, quod ipsi utile; nec emtor contra, qui minoris liceatur, ut ipse vilius emat. Haec emendatio a Graevio quoque et Heumanno comprobatur. Pearcius, levi mutatione, legit: *nec, qui contra a se liceatur, apponat,* et *a se* explicat in commodum suum: de qua significatione dixi ad orat. pro Rosc. Am. c. 36. Sed hoc et vulgata lectio videtur significare. Novam coniecturam in suis ad me litteris adfert, quem numquam sine honore appello, Gesnerus. *Nec quin contra liceatur, emtor apponet.* Eam ita explicat ipse. Emtori commodum est, non esse qui contra liceatur. Ergo *apponit,* subornat aliquem, *quin,* id est, quo non *contra se liceatur*: sive impersonaliter accipias illud *liceatur,* sive intelligas *quisquam.* Haec ille, qui et locum Caesaris lib. I. de bell. Gall. c. 18. adscribit, ubi *Dumnorix Aeduorum vectigalia parvo pretio redemta habere* dicitur, *propterea quod, illo licente, contra liceri audeat nemo.*

* *nec qui contra se liceatur, emtor apponet*] Praetuli *non qui* e Gu. pr. sec. tert. et Palatinis Gruteri. Pronomen *se,* quod mihi iam antea suspectum erat, abieci, ex quo illud ab uno Manutii codice afuisse et in impr. Lugd. 1527. omissum esse, cognovi. Adverbium *contra* est *ex altera parte, vicissim*: quemadmodum *contra amare, contra adspicere, contra ferre manum* et similia dicuntur. Vide viros doctos ad Liv. I, 16, 6. Licitator ab emtore subornatus non modo, quum primus licitatur, pecuniam offert minimam, eaque licitatione pretium rei deprimit: sed subinde etiam alios, interdum ipsum illum, cuius emtioni inservit, licitando superat. Id vero tam cunctanter, tam maligne facit, ut hominibus persuadeat, non magni rem esse, cuius adeo exiguum pretium, neque hoc sine multa haesitatione, deferatur. Verbum *apponet* omnes impr. veteres in *opponet* corruperunt. [In ceteris libris, quos Orellius adhibuit, est

si ad eloquendum venerit, non plus, quam semel, eloque-
7 tur. Q. quidem Scaevola, P. F. cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset: dixit, se pluris aestimare: addidit centum milia.
8 Nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget; sapientis, negant:
9 ut, si minoris, quam potuisset, vendidisset. Haec igitur est

contra se liceatur, in uno Bern. c *contra reliceatur*, quam scripturam et Orellius dubitans commendat et ego non possum non veram existimare. *Relicetur*, opinor, is qui minus quam alter ille, a quo appositus est, iam licitus est, se daturum dicit, quasi nesciens, quo libentius venditor illi addicat. In vulgari lectione qui contra aliquem licetur, non potest non augere pretium, quamvis aegre faciat et rem contemnat.]

si ad eloquendum venerit] Venditor pretium ex aequitate statuat, idque semel indicet: emtor, utrum in id consentire possit, nec ne, sine verborum ambagibus dicat. Vincent. Bellov. *si ad loquendum venerit.*

* *si ad eloquendum venerit*] Gu. quart. et quint. *si ad loquendum venit.* Deinde sec. tert. impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et Lugd. 1527. *eloquatur:* Gu. quart. *loquetur:* quint. et impr. uterque Lips. *loquatur.*

7. *Q. quidem Scaevola P. filius*] De quo ad lib. I, 32, 4.

* *P. filius*] Gu. pr. *Publi filius.* De orthographia genitivi contracti consentit perantiquus codex Gu. Nonii, qui locum hunc retulit in voc. *Indicare.* Paullo post Gu. tert. *semel* temere omittit.

semel indicaretur] Nonius cap. II, 454. *indicare* ait esse *promittere, addicere.* Est vero potius, *pretium rei dicere*, quod venditoris est, ut *liceri* emtoris. De adverbio *semel* vide Heumann. ad orat. pro Deiot. c. 14. Havercamp. ad Tertull. apolog. c. 9. p. 95. [Mox *ita* in Bern. c non est.]

* *pluris aestimare*] Gu. quart. et quint. *existimare*: impr. Magont. *extimare.*

addidit centum millia] Adiecit summae, quam venditor postulabat, *centum millia aeris*, id est, duo millia florenorum, sive mille unciales. Rom. Ven. tres et Arg. *centum millia numorum.*

* *addidit centum millia*] Glossa auctior Gu. tert. *et addidit.* Scripti et impr. veteres mei, si unum incert. excipias, omnes *milia* uno *l* extulerunt. Vide supra ad II, 21, 6. Gu. quart. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. adiiciunt *nummorum.*

8. * *boni viri*] Omnes Gu. et impr. veteres *viri boni.* [Sic et Orelliani praeter Bern. c, in quo est *qui viri hoc boni neget, negant esse sapientis.*]

* *sapientis negant*] Gu. quart. et quint. *sed sapientis negant,* quo tamen additamento non erat opus.

ut si minoris, quam potuisset, vendidisset] Venet. tres et Arg. *ut sic minoris, quam potuisset, emisset*: ex quo nihil veri elicies. Rom. *ut si minoris, quam oportuisset, emisset.* Mog. etiam *emisset.* In vulgata nihil obscuri est, etsi eius sententiam se non capere fatetur Graevius. *Sapientis* id esse *negant* Epicurei eorumque similes, quod Scaevola fecit, *ut*, vel veluti sapientis non esset, *si* idem Scaevola aliquem fundum *minoris, quam potuisset, vendidisset.* Hoc iam Maturantius vidit et Erasmus, quos an Graevius errasse putarit, nescio. Heumannus haec omnia delet.

* *ut si minoris, quam potuisset, vendidisset*] Veram huius loci interpretationem defendit etiam vir doctus in miscell. observ. Belg. vol. IV. p. 199. sec. Gu. quint. et impr. Lugd. 1527. *ut etiam si:* incert. *ut etiam sic:* Venet. 1498. et uterque Lips. *ut sic.* Pro *vendidisset* Gu. quint. omnesque impr. veteres *emisset* oggerunt.

9. * *Haec igitur est*] Verbum *est* non agnoscit Gu. tert. Idem sequen-

illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant. Ex quo Ennius *nequicquam sapere sapientem, qui ipse sibi prodesse non quiret.* Vere id quidem, si, quid esset *prodesse*, mihi cum Ennio conveniret. Hecatonem quidem 10
Rhodium, discipulum Panaetii, video in iis libris, quos de officiis scripsit Q. Tuberoni, dicere, Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neque enim solum nobis divites esse volu- 11

tia interpolat *quod alios viros bonos.*

illa pernicies] Pestifera quorumdam hominum opinio.

Ex quo] Unde, ex quo errore.

Ennius] In Medea ex Euripide conversa: cuius duas Medeas fuisse docti viri existimant. Nam in ea, quae exstat, neque hi, neque alii plures versus exstant, qui a priscis referuntur. Graecus tamen Euripidis versus, quem alii Menandro tribuunt, legitur cum apud alios, tum apud Ciceronem lib. XIII. epist. 15 *Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.* Idem lib VII. epist. 6. extr. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.*

* *Ex quo Ennius*] Ex ingenio glossatoris Gu. quint. *ait* adiecit. Deinde tert. Beda et Eybus transponunt *Nequicquam sapientem sapere.*

* *qui sibi ipse*] Consensu Gu. omnium, quibuscum facit impr. Magont. Gryph. et Facciol. repono *qui ipse sibi.* Hunc verborum ordinem ab Ennio esse, intelligimus ex lib. VII. ad divers. ep. 6. ubi Cicero servatis numeris protulit versum poëtae trochaicum, quem ad iambici carminis leges refingere Langius non debuit. Corrupte Lips. uterque *qui sibi ipsi.*

non quiret] Vinar. Rom. *nequiret:* Goth. *non quereret,* ex *non quiret,* quod optimum est. Pearcius tamen *non quit* scribendum censet.

* *non quiret*] Quum haec et quae proxime sequuntur librarius Gu sec. repetitione verbi *prodesse* deceptus omisisset, corrector supplevit *non posset.* Gu. pr. *non exquiret*: Beda *non quaerit*: ceteri Gu. Eybus et omnes impr. veteres *nequiret.*

Vere id quidem] Vere id quidem dictum faterer, si, quid sit *prodesse,* mecum conveniret Ennio. Ennius enim cum vulgo locutus est, Cicero cum Stoicis sentit, quibus nihil utile videtur, quod non idem sit honestum.

* *si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio conveniret*] Tuscul. quaest. III, 19 *Conveniret mihi cum Epicuro, si, quid esset bonum, conveniret.*

10. *Hecatonem*] Vide de eo cap. 23. pr.

de officiis] Goth. Vin. *de officio.*

* *de officiis*] Gu. pr. [Bern. b c d] impr. Magont. uterque Lips. atque Ern. *de officio.* Aliter Ciceroni visum est. Vide infra c. 23. pr. et adde, quae ad ipsam Tulliani operis *de officiis* inscriptionem disputantur.

Q. Tuberoni] Q. Aelius Tubero, Q. filius, L. Aemilii Paulli ex filia nepos, Stoicus, de quo Cicero Brut. c. 31. pro Mur. c. 36. Lael c. 11. Hunc Ciceronis propinquum fuisse putat Rothius, inde fortasse, quod is pro Ligario c. 3. eum Tuberonem, qui Ligarium accusavit, *propinquum* suum vocat. Sed ea propinquitas *adfinitas* erat, non adeo vetusta, ut et Tuberonem Stoicum complecteretur. Nam pater Q. Tuberonis, qui Ligarium accusavit, L. Tubero, Ciceronis aequalis, uxorem habuisse putatur ex familia Tulliorum. Vide Manut. et Abram. ad orat. pro Ligar. c. 7. At Q. Tubero, Stoicus ante Ciceronis aetatem, et ante contractam illam adfinitatem vixit.

* *dicere*] Gu. pr. *dicentem*: impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *disserentem.*

habere rationem rei familiaris] Rem quaerere et augere, et vel ex alterius imprudentia quaestum facere, modo id per leges et mores fieri pos-

mus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque rei publi-
cae. Singulorum enim facultates et copiae, divitiae sunt
12 civitatis. Huic Scaevolae factum, de quo paullo ante dixi,
placere nullo modo potest. Etenim qui omnino tantum se
negat facturum compendii sui caussa, quod non liceat, huic
13 nec laus magna tribuenda, nec gratia est. Sed sive simu-
latio et dissimulatio dolus malus est: perpaucae res sunt,
in quibus dolus iste malus non versetur: sive vir bonus est

sit. Hanc sententiam Cicero reprehendit.

* *facientem, habere rationem*] Gu. pr. *facere. hanc rationem*: tert. *facere, habere rationem*: quart. *facientem rei habere rationem familiaris.*

11. * *Neque enim solum nobis divites esse volumus*] Cicero in commemorando philosophi Rhodii dicto, quod prisci saepe faciebant, ex obliquo dicendi genere in orationem directam transit. Gu. pr. transponit *Neque enim solum divites esse volumus nobis*: tert. *nobis solum divites esse volumus.*

nobis divites] Divitias parare, quae nostris tantum usibus sufficiant.

Singulorum facultates] Dives est respubl. cuius singuli cives sunt divites.

12. *Huic*] Hecatoni huic placere non potest Scaevolae factum.

Etenim omnino] Magis placet, quod e duobus Oxoniensib. profert Cockmannus: *Etenim qui omnino tantum se negat facturum compendii sui causa, quod non liceat, huic nec laus magna tribuenda, nec gratia est.* Ita enim interpungendum est, nec divellenda, ut vulgo, quae inter se cohaerent. Pro *etenim* vero rescribendum puto *at enim.*

* *Etenim omnino tantum - - liceat. Huic* cet.] Gu. tert. *Etenim qui omnino tantum se negat facturum compendii sui causa, quod non liceat, huic* cet. Id patruo probante recepi. Ita *etenim* significabit *at, enimvero.* In Catone mai. c. V, 10 *Etenim, cum complector animo, reperio quatuor causas.* [Non puto recte factum esse: debebat certe *ei.*]

quod non liceat] Quantum non liceat, tantum se negat facturum. Vide Horat. Tursell. Schwarzianum p. 1047. supra ad c. X, 6.

nec laus magna] Vinar. Rom. Ven. omnes, Arg. Facciol. *laus maxima.* In Goth. utrumque, *magna* et *maxima*, omissum.

* *nec laus magna*] Gu. pr. *ne laus magna*: tert. *ne laus quidem magna*: impr. veteres *nec laus maxima.* Omnes perperam.

* *tribuenda, nec gratia est*] Omnes impr. veteres *tribuenda est, nec gratia*: sed manu scriptis ipsoque Cicerone invitis. Verba *nec gratia* in Gu. quarto desunt.

13. * *Sed sive simulatio - - semper est utile*] Has duas periodos Ernestus, quia oratio non satis cohaereat, hinc tollendas et supra post n. 1. insereendas esse censet. Mihi suo loco retineri posse et in hunc fere modum cum superioribus connecti videntur: Si quis fateur, se compendii sui causa facturum, quidquid per mores, leges atque instituta civitatis liceat: tantum abest, ut ei magna laus aut gratia tribuenda sit; ut in omnium eiusmodi hominum dictis factisque dolus malus versetur, nec ipsi virorum bonorum nomina tueri possint. Hoc quia turpe est, utile esse non potest. [Verba haec sunt inania. *Sed*, ait Cicero, fatendum est, Hecatonis illam rationem a plerisque probari, et eum virum bonum quem nos describimus, raro inveniri.]

* *simulatio et dissimulatio*] Gu. pr. quint. [Orelliani omnes] et omnes impr. veteres *et simulatio et dissimulatio.* Tamen in Venet. 1498. *et dissimulatio* deest. Deinde Gu. tert. ordine inverso *malus dolus est.*

* *dolus iste malus non versetur*] [Sic Bern. c.] Gu. pr. sec. quart. et tredecim Aldini *non dolus malus*

is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini; certe istum virum bonum non facile reperimus. Numquam igitur est 14
utile peccare, quia semper est turpe: et quia semper est honestum virum bonum esse, semper est utile.

Ac de iure quidem praediorum sancitum apud nos est 16
iure civili, ut in his vendendis vitia dicerentur, quae nota essent venditori. Nam, cum ex duodecim satis esset ea 2
praestari, quae essent lingua nuncupata, quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret: a iure consultis etiam reticen-

iste (Gu. quart. *ipse*) *versetur:* [sicut Orellius cum Bas. et Bern. a b edidit:] Gryph. *non dolus iste malus versetur.* Gu. tert. abiecto *malus*, dedit *non dolus iste versetur.*

certe istum virum bonum] Goth. *recte istum virum non facile.* Deest *bonum.*

* *certe istum virum bonum*] Gu. pr. quart. [Bernenses] omnes impr. veteres atque ed. Gronov. *recte iustum virum bonum:* Gu. sec. tert. quint. et Grut. *recte istum virum bonum.* Illud *recte* in *certe* primus mutasse videtur Lambinus.

* *reperiemus*] Reposui *reperimus* e Gu. pr. sec. quart. quint. et Aldinis octo, quod etiam Gryph. Grut. et Gron. ediderant. Paullo ante Cicero dixerat *perpaucae res sunt.*

14. *Numquam igitur est*] Goth. *nunquam est enim,* pro *est igitur.* [Sic edidit Orellius, quasi vulgo legatur, quod verum non est.]

* *quia semper est*] Gu. quint. *quia est semper.* Deinde Gryph. *quia semper honestum est.* Tum Gu. tert. [et Bern. c] *bonum virum esse.*

Cap. XVI, 1. *de iure praediorum*] De eo, quod iustum sit in vendendis praediis, id est, fundis, villis, domibus.

sancitum est] Duo Aldi, *sanctum est,* ut supra.

* *sancitum est apud nos*] Gu pr. [et Bern. a b c] *sanctum apud nos est:* sec. *sancitum apud nos est,* quem ordinem praetuli: quart. *apud nos sancitum iure civili est:* quint. *sancitum apud nos iure civili est.* Deinde tert. atque impr. Rom. *ut in iis,* quart. et impr. Magont. *ut in hiis.* Paullo post quart. Goth. impressique veteres fere omnes *vitia etiam dicerentur.*

iure civili] Disputationibus, quas vocant, fori, interpretatione prudentium: quod proprium est *ius civile,* de quo Pomponius l. 2. §. 5. Dig. de O. I.

2. *ex XII. tabulis*] Secundum leges XII. tabularum, ex earum praescripto. Vid. ad lib. I, 16, 7.

* *ex XII. tabulis*] Vocem *tabulis*, quam condemnant exemplaria Nonii in voc. *Praestare*, abieci. [Vix recte factum contra Cic. codices omnes.] In proximis post verba *satis esset* Gu. quartus et corrector quinti inculcant *cautum.*

ea praestari] *Vitia praestat,* qui, quidquid ex iis incommodi est, in se recipit, idque luit. Vide Schori phras. in h. v.

lingua nuncupata] Verbis expressa, a venditore, quaerente emtore, nominatim indicata.

quae qui infitiatus esset] Cumque is, qui ea infitiatus esset quaerenti emtori, dupli poenam subiret.

dupli poenam subiret] Ut, si damnum esset mille HS. bis mille ille praestaret. Goth. *duplicem.*

* *dupli poenam*] Vocabulum *poenam* a Palat. pr. abesse, testatur Gruterus. Gu. tert. quart. et omnes impr. veteres *duplicem poenam.*

* *a iure consultis*] Omnes Gu. [et Orelliani] impr. Magont. incert. et uterque Lips. *a iuris consultis,* quod non erat deterius. [Recipiendum igitur.] Vide Lambin. et Iac. Gronov. ad orat. pro Murena cap. 12.

3 tiae poena est constituta. Quidquid enim esset in praedio
vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum
4 esset, praestari oportere. Ut, cum in arce augurium augures acturi essent, iussissentque Ti Claudium Centumalum, qui aedes in Coelio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis, Claudius proscripsit insulam, ven-
5 didit; emit P. Calpurnius Lanarius. Huic ab auguribus

reticentiae poena] Ut ea quoque vitia praestaret, de quibus emtor non quaesierat. Haec poena actione redhibitoria persequenda est. Vid. l. 45. Dig. de aedilicio edicto.

* *reticentiae poena est constituta*] Gu. pr. *reticentia est poena constituta*: quart. *reticentiae poena constituta est.*

3. * *Quidquid enim esset*] Hoc Anemoecius edidit. Gu. sec. omisit *esset*, in cuius locum reliqui quatuor, multi codices aliorum et Victor. *est* substituunt. Primi impr. *Quicquid est omni praedio vitii.* Paullo post Gu. pr. *si venditor sciret, praestare, nisi nominatim dictum esset, non oportere.*

nisi nominatim dictum] Emtori a venditore. Nam si quis sciens emit, quae vitiosa sunt, redhibitioni locus non est.

4. *in arce*] Capitolina, qui auguriis captandis sacratus erat locus. Vide Valer. Max. lib. VIII. c. 2. pr.

T. Claudium Centumalum] Praenomen omittit Facciolatus, in *Tiberius* mutat Langius. Vulg. *Centimalum*, quod Manutius in orthographia pro vitioso reiicit. Suspectum tamen in Claudia gente hoc cognomen est.

* *T. Claudium*] Quia *Titi* praenomine Claudios usos esse his temporibus non reperimus, ex uno Manutii codice [et Bern. a] *Tiberium* recepi, probantibus Car. Langio ad h. l. et Drakenborchio ad Liv. XL. extr.

* *Centumalum*] Gu. pr. *Centummanum*, quod favet Car. Langio, *Centumanum* ex Pompon. l. 2. §. 36. Dig. de orig. iur. probanti. Sed ibi quoque de cognominis huius scriptura dubitatur. Vide Freinshem. ad Flor. II, 17, 16. et Drakenb. ad Liv. XXXI, 14, 3. Gu. sec. *Centummalum* habet a librario, sed manus antiqua, quae codicem passim emendavit, lineolam miniatam huic nomini induxit. Gu. tert. omnesque impr. veteres *Centimalum* dederunt.

ea quorum altitudo] Ita Nonius duobus locis c. II, 610. et c. IV, 300. Concinunt quinque Angl. duo Aldini et alii. Goth. et Vin. *eas quarum altitudo*, perperam. Non enim *aedes*, sed *ea* demolienda fuerunt, quorum altitudo auspiciis offecerat.

* *ea, quorum altitudo*] Haec scriptura satis firma stat auctoritate Nonii in voc. *Officere*, et in *Moliri*. Eamdem Gu. tert. tuetur. Male pr. *eas quod eorum*. Scite sec. *eas, qua altitudo*. Conf. infra ad c. XXV, 2. Corrector tamen aliquis recentior *qua* in *quarum* mutavit, eaque scriptura codices duo reliquos omnesque impr. veteres occupavit. Paullo post Gu. quart. [Bas. Bern. c] *proscripsit insulam et vendidit.*

proscripsit insulam] De *proscriptione* aedium dictum est ad cap. XIII, 6. *Insula* antiquitus dicta est domus, quae ab aliis esset separata, nec communibus parietibus cum vicinis aedibus iungeretur.

* *P. Calpurnius Lanarius*] Gu. sec. *Caupurnius*, sed idem postea *Calpurnius* dedit: tert. impr. Venet. 1498. et uterque Lips. *Calphurnius*: Gu. quart. *Calfurius*: impr. Magont. *Calfurneus*. De nomine et cognomine hominis disceptant Manutius et Gruterus. *Lanarium* vero Calpurniae gentis cognomen fuisse, discimus ex Plutarcho in vita Sertorii p. 571. C. ubi narrat, Livium Salinatorem, Sertorii Legatum, in Hispania obtruncatum esse insidiis Καλπουρνίου τινὸς ἐπίκλησιν Λαναρίου. Hunc ipsum Calpurnium Claudianarum aedium

illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius cum demo- 5
litus esset, cognossetque, Claudium aedes postea proscri-
psisse, quam esset ab auguribus demoliri iussus, arbitrum
illum adegit, QUIDQUID SIBI DARE FACERE OPORTERET EX
FIDE BONA. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis 6
pater. Ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud

emtorem fuisse, Car. Langius suspicatur. Ex eius posteris fortasse fuit *Calpurnius cognomento Lanarius*, quem ex Hieronymi epist. ad Augustinum de Rufino advocat Turneb. advers. XX, 13.

5. ° *cognossetque*] Gu. pr. *cognosceretque*. Eleganter vero imperfectum coniunctivi plusquamperfecto copulatur. Vide infra ad cap. XIX, 2. Reliqui Gu. Goth. et omnes impr. veteres *cognovissetque* maluerunt.

° *postea proscripsisse, quam*] Gu. sec. omittit *postea*, et impr. Magont. *quam* mutat in *quas*. Fuit fortasse in exemplaribus quibusdam *Claudium aedes proscripsisse, quas* cet.

quam esset] Vin. et alii *quas esset*. Goth. *quam esset ab auguribus demoliri eas, quorum altitudo officeret, iussus.*

arbitrum illum adegit] *Adigere arbitrum* doctis viris dici videtur omissa praepositione, pro *ad arbitrum*, id est, adducere in iudicium ad praetorem: etsi dissentit A. Manutius, qui *illum* abundare, et *arbitrum adigi* dici putat, pro *adduci*. Vide interpretes ad orat. pro Rosc. com. c. 9. pr. Pearcius Ciceronem scripsisse opinatur *arbitrum illi adegit*: quo casu Cicero utatur in topic. c. 10. bis.

° *arbitrum illum adegit*] Gu. pr. *arbitrum ad illum egit*: tert. *arbitrium illud adegit*: quint. et impr. Lips. 1513. *arbitrium illum adegit.* In Gu. sec. scripserat librarius *arbitrum illum adegit*, sed manus antiqua, illa codicis emendatrix, pronomen *illum* minio obliteravit. Id favet Manutii coniecturae, qui voculam *illum* hinc tollendam esse, ex Valer. Max. VIII, 2, 1. et ex Cic. topic. c. 10. intelligere sibi videbatur. Nihil muto propter locum pro Roscio comoedo cap. 9 *Cur non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quaero.* Nec Pearcius persuadet, *arbitrum illi adegit* emendandum esse ex illo Ciceronis topic. c. 10 *Quemadmodum si in urbe de finibus controversia est, quia fines magis agrorum videntur esse, quam urbis, finibus regundis adigere arbitrum non possis: sic, si aqua pluvia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquae pluviae arcendae adigere non possis arbitrum.* Ibi enim dativi *finibus regundis* et *aquae pluviae arcendae* non a verbo *adigere* pendent: sed *arbiter finibus regundis, aquae pluviae arcendae* dicta sunt quemadmodum *Xviri stlitibus iudicandis* et similia, de quibus disputat Perizon. ad Sanct. IV, 4, 9. p. 554. et n. 12. p. 558.

quidquid sibi dare facere oporteret] Respicit ad formulam stipulationis: *promittisne, quidquid te dare facere oportet?* Respondebatur, *promitto.* Vide hic A. Manutium. Huius stipulationis ea vis erat, ut damnum praestaretur, quod praestari deberet ex fide bona. Vide Brisson. de formul. lib. V. p. 312. In Goth. est, *ut quidquid sibi.*

° *quidquid sibi dare*] Gu. pr. *quidquid sibi de re*: impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips *qui quicquid sibi dare*: Lugd. 1527. *quicquid sibi facere de ea re oporteret*: Gryph. *quidquid sibi de ea re fac. op.*

6. *M. Cato sententiam dixit*] Tamquam arbiter: quod paullo post ipse Cicero docet, et Valer. Max. lib. VIII. c. 2. pr.

huius nostri Catonis] Catonis Uticensis, qui patre erat clarior.

lumen illud] Goth. Rom. *illud lumen.*

° *lumen illud*] Horum verborum ita collocandorum Langiusne, an Lambinus sit auctor, parum mihi constat.

7 progenuit, ex filio est nominandus. Is igitur iudex ita pronuntiavit, cum in venundando rem eam scisset, et non pronuntiasset, emtori damnum praestari oportere. Ergo ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emtori vitium,
8 quod nosset venditor. Quod si recte iudicavit, non recte frumentarius ille, non recte aedium pestilentium venditor tacuit. Sed huius modi reticentiae iure civili omnes comprehendi non possunt: quae autem possunt, diligenter te-
9 nentur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratae vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipse pau-

In scriptis enim Gu. omnibus, omnibusque, quotquot vidi, ante Lambinum editis *illud lumen* reperio. [Verum: cur igitur neglexit?]

7. *Is igitur iudex*] *Igitur* continuat orationem. Vid. ad lib. I. c. 1. pr.

in venumdando] Cum aedes vendidisset. Quid. MSS. *vendundo*.

* *in venundando*] Gu. pr. tert et Aldinorum codicum antiquissimus [cum Bern. b] *in vendundo*, quod verum puto. Gu. sec. [Bern. a c d] novem Manutii atque ed. Gryph. *in vendendo*.

emtori damnum praestari oportere] Emtori dari oportere, aestimatione facta, quanti eius interesset. *Facciolat.* Vid. ad n. 2.

* *emtori damnum praestari oportere*] Nonius, in voc. *Praestare*, haec ita profert, *emtorem indemnem damno praestari oportere*, quod legis aut formulae priscae Latinitatem redolet.

Igitur ad fidem bonam] Goth. *ergo ad fidem bonam*. Ita Ciceronem scripsisse, probabilius est: cum Fabii aetate adhuc dubium esset, an *igitur* ab initio sermonis poni posset. Vide eum lib. I. cap. V, 39. p. 62. Heumann. ad Cicer. pro Mil. c. XVIII, 7. In scriptis libris utriusque particulae, *igitur* et *ergo* nota est *g*, quae adeo ex ancipiti lectorum interpretatione pendet. Itaque parum praesidii est in iis exemplis, quae ex Cicerone adversus Quintilianum adferuntur. Vid. ad lib. II, 6, 4.

* *Igitur ad fidem bonam*] Patruo iubente, reduxi *Ergo*, quod omnes Gu. [Bern.] et Gryph. ed. comprobant. Paullo post Gu. tert. transponit *notum esse vitium emtori*.

notum esse] Indicari, dici. Pearcius coniicit *notum ut esset emtori*.

8. * *Quod si recte iudicavit*] Omnes impr. veteres *diiudicavit*, a quibus tamen libri calamo scripti merito dissentiunt.

frumentarius ille] De quo cap. 12.

aedium pestilentium venditor] Cap. 13.

aedium pestilentium] Gu. tert. *pestilentium aedium*. Statim quart. *tacuit venditor*.

* *huiusmodi*] Gu. tert. et quint. *huiuscemodi*.

reticentiae] Reticendi rationes. Vid. ad lib. I, 22, 15.

* *iure civili omnes comprehendi*] Gu. pr. sec. tert. Goth. atque ed. Gryph. tollunt adiectum vocabulum *omnes*.

tenentur] *Iure* et *legibus tenentur*, quae prohibentur et vindicantur, quae poenae legum obnoxia sunt.

9. *M. Marius Gratidianus, propinquus noster*] Ciceronis avo nupta fuerat M. Gratidii soror, quod ipse testatum reliquit lib. III. de leg. c. 16. Eius vel nepos, ut quidam malunt, vel filius (Brut. c. 45. extr.) adoptatus a M. Mario, C. Marii septies consulis fratre, ideoque dictus est *Marius Gratidianus*. Vide hic Graevium, et infra cap. XX, 5. Eamdem rem narrat lib. I. de orat. c. 39.

C. Sergio Oratae] Cognomen *Oratae*, sive *Auratae* a piscis genere habuit, quo maxime delectari solitus est *homo ditissimus et deliciosissimus*, ut a Cicerone vocatur in Hortensio apud Augustinum de vita beata.

cis ante annis emerat. Eae Sergio serviebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Ius Crassus urgebat, quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere praestari: aequitatem Antonius, quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas aedes vendidisset, ni-

Vide de eo lib. I. de orat. c. 39. lib. II. de fin. c. 22. Varron. lib. III. RR. c. 3. Columell. lib. VIII. c. 16. Plin. lib. IX. c. 54. Valer. Max. lib. IX. c. 1. Macrob. lib. III. Sat. c. 15.

* *C. Sergio*] Gu. quart. *Gneio Sergio:* tert. *vendiderat C. Sergio Oratae eas aedes*: quint. *C. Sergio Oratae vendiderat eas aedes.*

* *ipse paucis ante annis*] Gu. tert. *paucis ante annis ipse:* quart. omittit *ipse.*

Hae Sergio serviebant] Non totae quidem, sed tamen ex parte. Vid. lib. I. de orat. c. 39. *Servire* dicuntur aedes et praedia, in quibus vicini praedii domino aliquid ad sui praedii utilitatem agendi vel habendi ius constitutum est, quod communi iure agere vel habere non liceat. Urbanum praedium servit vicino, cuius stillicidium recipit, cuius tignum parieti immissum sustinet, cuius lumini prohibetur officere, et quae sunt alia, de quibus vide librum VIII. pandectarum. Pearcio vitium latere videtur in *Sergio*: cum aedes non eidem servierint, qui eas Mario vendiderat; sed alii. Suspicatur *Servio* vel *Seio,* de quo lib. II, 17, 3.

* *Hae Sergio serviebant*] Gu. pr. et impr. Magont. *hee*: Gu. sec *haeae*: tert. [Bern. a b d] impr. Rom. et Gryph. *eae.* Hoc praetuli. Nomen *Sergii* aut aberratione librarii, aut ex imperiti glossatoris interpretatione huc invectum esse, manifeste intelligere mihi videor. Primum enim vix credibile mihi fit, recte dici posse, *Sergii aedes* (nam Sergius tunc aedium possessor erat) *Sergio* (ea significatione, quae sit huius loci) *serviebant.* Praeterea, si Cicero dixisset, servitutem istam Sergio debitam fuisse: in sequentibus non dicturus fuisset, id vitium emtori ignotum esse non potuisse, quia aedes illas ipse vendidisset; sed potius eam ob causam, quod ei ignota non potuerit esse servitus, quae sibi ipsi deberetur. Debita enim non minus nota esse solent hominibus, quibus, quam iis, a quibus debentur. Nec aliud nomen viri, quod in *Sergii* locum substituatur, requirendum esse censeo. Nam si Sergio servitutem non deberent aedes illae, ad rem, quam Cicero narrandam susceperat, plane non faciebat, quis esset ille, cui servitus illa deberetur. Absolute igitur Cicero dicere potuit *eae serviebant,* quemadmodum de or. I, 39 *Cum enim Marius Gratidianus aedes Auratae vendidisset, neque, servire quandam earum aedium partem, in mancipii lege dixisset,* cet. De leg. agrar. III, 2 *Capite hoc omnia* (praedia) *quae serviebant, non servient.* [Recte haec disputantur, et nomen tollendum videtur. Bern. c scriptura *Sergio alii* enarratori debetur.]

in mancipio] In mancipio faciendo id est, in transferendo domino. *Mancipium* enim est, rei alicuius traditio. Vide Funccium ad leges XII. tabb. tab. VI. leg. I. p. 256. Rom. *sed haec in principio Marius non dixerat.*

* *sed hoc in mancipio*] Impr. incert. et uterque Lips. *sed haec.* Inepte Magont. et Lips. uterque *in principio.*

10. *Crassus*] De quo dictum lib. I, 30, 9.

Antonius] Vide ad lib. II, 14, 8.

* *Ius Crassus urgebat*] Gu. quint. *Crassus urgebat ius.* Statim Gu. pr. [et Bern. c] omnesque impr. veteres *quod vitium venditor.*

quod vitii] Vulg. *quod vitium.* Sed vide ad lib. I, 6, 5.

* *qui illas aedes vendidisset*] Id est, quippe qui illas aedes vendidisset. Ernesti *cui illas* legendum esse censet.

hil fuisse necesse dici: nec eum esse deceptum, qui id,
11 quod emerat, quo iure esset, teneret. Quorsum haec? ut illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astutos.

17 Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Leges, quatenus manu tenere possunt; philosophi, quatenus ratione et intelligentia. Ratio ergo postulat, ne quid insi-
2 diose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Suntne igitur insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec

* *nec eum esse deceptum*] Verbum *esse*, quod Gu. tert. et quart. in *fuisse* mutant, uterque impr. Lips. omittit. Deinde Gu. pr. *ne id quod emerat.*

teneret] Nosset, sciret, meminisset. Nam ipsius aliquando illae aedes fuerant.

11. *Quorsum haec*] Goth. Vin. Ven. pr. Aldi codd. sex *quorsus.* Cicer. Brut. c. 85 *Quorsus, inquam, haec?* [de legg. II, 24 med. *quorsus haec pertinent?*] Senec. lib. III. de ira c. 5 *Quorsus, inquis, hoc pertinet?*

* *Quorsum haec?*] Gu. pr. quart. quint. [Bern. a b c] et impr. Magont. *quorsus haec?* Deinde Gu. quart. *ut intelligas illud.*

astutos.] Vinar. Rom. Venet. omnes, Arg. cum aliquot codd. Victor. Lamb. Grut. Graev. *astus,* haud male. Goth. tamen *astutos.*

* *astutos*] Impr. incert. *astucias:* reliqui impr. veteres mei *astus.* Graeviana scriptura est in libris melioribus, quibuscum faciunt Gu. omnes.

Cap. XVII, 1 *quatenus manu tenere possunt*] Ald. *tenere res possunt,* qua glossa cetera exemplaria mea carent. Leges, ait, apertas tollere astutias; philosophiam eas quoque, quae sint tectiores et in oculos minus incurrant. Illis facta tantum tenentur; haec subdoli animi consilia etiam damnat.

* *quatenus manu tenere possunt*] Gu. tert. *tenere possint*: impr. incert. ac Lugd. 1527 *tenere res possunt:* uterque Lips. *teneri possunt.*

* *ratione et intelligentia.*] Gu. tert. *ratione intelligas.*

Ratio igitur postulat] Goth. *postulat hoc.* Vin. et vulgati, *hoc postulat,* quod pronomen cur Graevius respueret, non erat. Habet et Olivet. et Facciol.

* *Ratio igitur postulat*] Gu. pr. *ratio hoc ergo postulat:* sec. et quart. *ratio ergo haec postulat*: tert. quint. [omnes Orelliani] atque ed. Gryph. *ratio ergo hoc postulat:* omnes impr. veteres *ratio igitur hoc postulat.* Haec varietas prodere videtur, pronomen a mala manu additum esse. [Mihi maioris Heus. iudicium magis probatur.] Facciolatus, quia *igitur* paullo post revertitur, emendandum censebat *Ratio autem hoc postulat.* Probabiliore medicina locum ex libris nostris sanavimus.

* *simulate*] Gu. tert. *dissimulate.* Conf. ad I, 30, 10.

2. *Suntne igitur insidiae*] Facciolatus ita loquentem induci venditorem credit, negantem insidias esse, tendere plagas, etiamsi nemo feras excitet. Ipsas enim sua imprudentia, nemine agitante, in eas incidere. Ciceronem respondentem facit his verbis. *Sic tu aedes proscribas.* Sed non ea est totius orationis forma, ut duabus et dissentientibus inter se personis conveniat. Omnia ex unius Ciceronis persona dicta sunt. Si venditor loqueretur, non diceret *ferae saepe incidunt,* sed illud *saepe* omitteret. Cicero, si ei responderet, alia quadam particula suam illi sententiam opponeret. Itaque cum pluribus ipsum Ciceronem quaerere puto: *suntne insidiae* ita capio, ut id adfirmetur, de quo interrogat, non ut negetur. Idem enim est, quod *annon sunt insidiae?* Cicer. pro Rosc. Amer. c. 39 *Itane est? in minimis rebus qui mandatum neglexerit, turpissimo iudicio condemnetur necesse est.* Hoc, qui faciat, turpissimo iudicio condemnari ait, non negat. Ead. orat. c. 12 *Est-*

agitaturus? Ipsae enim ferae nullo insequente saepe incidunt. Sic tu aedes proscribas, tabulam, tamquam plagas,

ne hoc illi simillimum? ut recte Lambinus edidit, cum antea esset, *estne hoc illi non simillimum?* Vide quae ad eum locum adscripsi, et infra ad c. 19. extr. itemque Heumann. ad orat. pro Milon. c. 14. extr. Cort. ad lib. VIII. ep. 3. pr.

* *suntne igitur insidiae*] Particulam *igitur* a Gu. tert. omissam transponit quart. *sunt igitur ne*. Vulgatam scripturam praestant omnes reliqui libri et Nonius in voc. *Plagae*. Usum particulae *ne* pro *nonne* adhibitae, quem Ernestus ad lib. II. de or. cap. 15. adn. 41. et saepe alibi insectatur, rectissime vindicat patruus meus. Hoc dicendi genus Ciceroni et optimis quibusque scriptoribus erat familiarissimum. De loco Cic. pro Rosc. Am. cap. 12. vide Ruhnkenii, celeberrimi viri, adnot. ad Rufinian. de fig. sent. et eloc. n. 23. Adde Cic. pro Rosc. Am. XXVIII, 7. de fin. V, 18. haud longe a princ. de nat. deor. III, 27 circa med. Tusc. II, 21 extr. ibid. c. 22. prope fin. Livium VIII, 32, 6. Plin. paneg. LXXXVIII, 4. Sed haud opus est acervare testimonia, quum in brevi illa Ciceronis interrogatione in Vatinium significationis huius exempla plus quam triginta reperiantur. [Rem breviter explicui in gramm. §. 352.]

* *tendere plagas*] Codex Nonii perantiquus ille Gu. *tendere plagis*.

excitaturus non sis] Subaudi *feras* quod supplet unus ex Oxon. et servandum putat Pearcius: qui deinde legit, *ipsae enim nullo insequente*. Tres Oxon. unus reg. Angl. *excitaturus non sis bestiam*. Proprie *excitari* ferae dicuntur, cum e latibulis suis exiguntur. Vide interpr. Phaedri lib. I. fab. 8.

* *excitaturus non sis*] Mei libri nihil mutant, nec opus est mutatione. Ernestus tamen ex libris depravatis edidit *excitaturus non sis feras nec agitaturus? ipsae enim, nullo insequente,* quod Pearcio placuerat.

Ipsae enim] Sunt utique insidiae. Ipsae enim ferae, quae natura improvidae sunt, in plagas incurrunt, etiamsi non agites. Goth. *Ipsae enim, nullo insequente, ferae incidunt.*

Sic tu aedes proscribas] Ante Gruterum et Graevium fere omnes, ut Vin. Venetae quatuor, Arg. Ald. *sic tu cum aedes proscribas*, vel *sic cum aedes proscribas*, ut Goth. et aliquot Aldi codd. nec ulla omittendae coniunctionis *cum* ratio est, etiamsi ea in aliquo libro defuerit: quod *tu cum*, quae in scriptis aegre saepe discernas, facile in unum contrahuntur. Hoc enim dicit Cicero. Nonne insidias struit feris, qui plagas tendit? etiamsi nemo sit, qui eas excitet, et in plagas impellat: quoniam ipsae saepe improvidae in eas se induunt. Sic, cum tu proscriptionis tabulam, quasi plagam, ponas, domumque propter vitia vendas, facile sit, ut imprudens aliquis in eam plagam incidat. Pearcius ex duobus Angl. edidit *sic si tu aedes proscribas*. Sed alterum Latinius est.

* *Sic tu aedes proscribas*] Gu. pr. *Sic si tu aedes*: tert. quart. omnesque impr. veteres *Sic tu cum aedes*: quint. *Si cum aedes*, et a correctore *Sic cum*: Gryph. *Si tu aedes*. Ita nutare solent glossemata. Recte igitur editores doctissimi codicum bonorum auctoritate proscripserunt particulam otiosam, quae ab Aldi quoque [et Orellii] libris melioribus et a Gu. sec. aberat. Sententiam vero planiorem fore putabam, si interrogationis notam apponerem. Ita accipienda haec commata videntur, ut illud II, 23, 12 *Habitent gratis in alieno?* Horat. epist. I, 7, 63 *Neget ille mihi?*

* *tamquam plagam*] An *plagam* singulari numero in retis significatione quisquam veterum dixerit, valde dubito. Nic. Heinsius quidem in Ovid. art. am. III, 428. ex libris quibusdam edidit *Inque plagam nullo cervus agente cadit*: sed ibi quoque *plagas* alii codices exhibent. Ciceroni restituo *tamquam plagas*, quod in Gu. pr. diserte scriptum et iam ab Aldo 1561. editum esse video. [Orellius in suis non invenit *plagas*, nisi in uno Bern e. Sed tamen non discessimus

ponas, domum propter vitia vendas, in eam aliquis incurrat
3 imprudens? Hoc quamquam video propter depravationem consuetudinis neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut iure civili: tamen naturae lege sancitum est.
4 Societas est enim (quod etsi saepe dictum est, dicendum tamen est saepius) latissime quidem quae pateat, hominum inter homines; interior eorum, qui eiusdem gentis sunt;

ab Heusingeri iudicio.] Mutaverunt, qui verbum *incurrat*, ad *domum*, quod vocabulum proxime praecedit, non satis commode referri posse opinabantur. At hi meminisse debebant, Ciceronem saepe comparationes ita pronuntiare, ut verba et vocabula, quae rei cui quid adsimilatur proprie conveniebant, ad eam rem transferat, quae alteri adsimilatur. Pro Rosc. Amer. XXVII, 7 *Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur.* Nec raro comparationem atque allegoriam tam belle coniungit ac miscet, ut haec ab illa magnam claritatem, illa vero ab hac miram suavitatem mutuetur. Tusc. quaest. I, 5 *Ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, - - sic animi non omnes culti fructum ferunt.* De nat. deor. I, 20 *Ut tragici poetae, cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum.* Ubi non adsentior Ernesto, *non possint* legendum esse suspicanti. Oratoris c. 71. pr. de compositae ac bene structae orationis contemtoribus ita disserit Cicero: *Sed si quem magis delectant soluta, sequatur* (ita MSS. etiam duo Gu.) *ea sane: modo, sicut quis Phidiae clypeum dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem.* Brut. c. 4 *Nec enim ex novis, ut agricolae solent, fructibus est, unde tibi reddam, quod accepi. Sic omnis fetus repressus,* cet. Huic loco similis est ille de or. II, 23 *In qua* (oratione) *nunc interdum, ut in herbis rustici solent* (*dicere*) *in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.* Verbum *dicere,* quod uncis inclusi, a mala manu accessisse coniicio. Idem glossema formulae simillimae adhaesisse videbimus infra ad cap. XXIV, 1.

* *propter vitia vendas*] Gu. sec. *propter vicium vendas.* Deinde tert. *in eam ut aliquis.*

3. * *hoc quamquam*] Gu. quart. *Haec quamquam.* Idem paullo post *neque more.*

iure civili] Hoc distinguitur a *legibus,* quae scriptae erant, cum ius civile nondum esset scriptum. Vide de eo cap. 16. pr.

* *sanctum est.*] Hoc Graevius adoptavit e sec. suo codice, quocum facit Gu. tert. [et plures melioresque Orellii.] Revocavi, quod omnes reliqui sistunt, *sancitum est.*

4. *Societas enim est*] Vin. *societas est enim.* Sic et Rom. et vulgata exemplaria mea vetustiora quinque: et Facciol. nec aliter n. 10. *Prudentia est enim locata.* Mutavit hoc primus, quod sciam, Aldus.

* *Societas enim est*] Hunc positum Gu. tert. et quint exhibent. Reliqui tres cum impr. veteribus *est enim.*

saepe dictum] Vid. lib. I. c. 16. med. et c. 17. pr.

* *dicendum tamen est saepius*] Gu. quatuor *dicendum est tamen saepius*: quart. *dicendum tamen saepe est.* Deinde tert. et quint. *latissima quidem.*

hominum inter homines] Goth. omnes Oxon. et Venet. cum Arg. *omnium inter omnes.* Vin. *omnium inter homines.* Illud Graevianae lectioni praefero, et praetulit Pearc.

* *hominum inter homines*] Hoc an quisquam ante Aldum ediderit, ignoro. Libri et mei, et plurimi aliorum, in quorum plerisque est *omnium inter omnes*, pertinaciter refragantur. [Ex Orellianis solus habet Bern. d.] Gu. tert. *omnibus inter*

propior eorum, qui eiusdem civitatis. Itaque maiores aliud 5
ius gentium, aliud ius civile esse voluerunt. Quod civile,
non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem
civile esse debet. Sed nos veri iuris, germanaeque iustitiae 6
solidam et expressam effigiem nullam tenemus; umbra et
imaginibus utimur. Eas ipsas utinam sequeremur. Feruntur
enim ex optimis naturae et veritatis exemplis. Nam quanti 7
verba illa, UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAU-

omnes: quart. *omnes inter omnium*. Graevianam scripturam non muto. Noster Tusc. quaest. V, 23 *Nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quam coniunctio inter homines hominum, et quasi quaedam societas et communicatio utilitatum*. Supra I, 7, 1 *Societas hominum inter ipsos*. Licet tamen suspicari, utramque lectionem coniungendam esse hoc modo: *hominum inter homines, omnium inter omnes*. Ita I, 16, 5 *Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas haec est.*

eiusdem generis] Ita duo Oxon. Argent. Graev. ceteri scripti et vulgati *eiusdem gentis*, ut lib. I. c. 17 pr.

° *eiusdem generis sunt*] Gu. pr. *eiusdem generis sint*: sec. *eiusdem gentis sint*: tert. impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *eiusdem gentis sunt:* quart. verba *qui eiusdem generis sunt; propior eorum*, repetitione vocis *eorum* deceptus, omisit: quint. *eiusdem sunt gentis:* in utroque Lips. deest *generis*. Rationibus exemploque Iac. Gronovii motus praetuli *gentis*, quod et praesenti loco aptius est et plurium librorum auctoritate commendatur. [*Sint* edidit Orellius e libris suis paene omnibus. Non placet.] Paullo post Gu. tert. *qui eiusdem sunt civitatis*, verbo *sunt* sine suavitate repetito.

5. ° *Itaque maiores*] Gu. tert. glossa auctior, *Itaque maiores nostri.*

ius gentium] Quo plures gentes utuntur, quod est ius naturae, ut Ciceroni quidem libuit. Aliter nostri philosophi.

° *aliud ius civile*] Gu. quart. *aliud civile.*

° *Quod civile*] Gu. tert. *quod civile est:* quint. omnesque impr. veteres *Quod enim civile.* Deinde pr. *non esse idem continuo:* tert. pronomine abiecto, *non continuo est gentium.* Hic etiam postea *id civile esse debet.*

non idem continuo gentium] Non omnes enim gentes idem ius civile sibi constituerunt.

6. *germanaeque iustitiae*] Verae et sincerae. Vide Gunther. Latinit. restit. part. II. c. 71. Hunc locum Lactantius transscripsit lib. VI. cap. VI, 25.

° *solidam et expressam*] Gu. pr. *solidam expressam*, abiecta copula, quae paullo post redundat in tert. *et eas ipsas.*

Eas ipsas] Lactantius *easque ipsas.*

ex optimis] A Ciceronis manu Lactantius *ab optimis:* quod mutatum est ab iis, qui scripserunt, *optimis naturae principiis et veritatis exemplis.* In meis exemplaribus pluribus illud adsiticium *principiis* omissum est: quod habent Aldus, Lamb. Fabric. et nuper revocavit Pearcius, qui *exempla naturae* dici posse negat. Sed *exempla* sunt species ad imitandum propositae, unde imagines exprimuntur. Illas barbare *originalia* vocant.

° *ex optimis*] Gu. tert. et impr. incert. *ex optimis naturae principiis et veritatis exemplis*: quint. *ex optimis fere principiis et ver. ex.* Insulsum glossema arguunt, exquisitioremque, quam patruus etiam agnoscit, significationem vocis *exemplum* pluribus illustrant celeberrimi viri Ernestus et Ruhnkenius, hic in adnot. ad Rutil. de fig. II, 7. p. 108. seq. ille in clave Ciceroniana.

7. *uti ne propter te*] Formula est, qua in stipulationibus utebantur, si-

DATUSVE SIEM. Quam illa aurea! INTER BONOS BENE AGIER OPORTET ET SINE FRAUDATIONE. Sed, qui sint boni, et
8 quid sit bene agi, magna quaestio est. Q. quidem Scaevola, pontifex maximus, summam vim dicebat esse in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, EX FIDE BONA: fideique bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitae societas contineretur: in his magni esse iudicis statuere (praesertim cum in

bique cavebant, ne iis, quibuscum contrahebant, fidem habuisse fraudi sibi esset.

fraudatusve siem] Hoc antiquius et formulis convenientius, quam *sim*, quod in Goth. Vin. et vulgatis est. Sic postea *agier*, pro *agi*.

* *fraudatusve siem*] Etiam mei [et Orellii] omnes *sim*, et paullo post impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *agi* pro *agier* substituunt [Contra codd. auctoritatem in eiusmodi formis antiquitatem sequi dubium mihi quidem videtur.] Statim Gu. quint. *Quam illa aurea verba.*

* *ut inter bonos bene agier oportet*] Particulam *ut*, quam supra c. XV, 3 ab hac formula abesse iussimus, hic etiam Gu. sec. tert. [Bern. b d] et Goth. resecant. Editur quidem libro VII. ad divers. ep. 12 *Ut inter bonos bene agier oportet*: sed et ibi, et in topic. cap. 17. meliores libri invisum illud *ut*, molestumque verbum *oportet*, merito excludunt. Vide omnino ad priorem locum Paulli Manutii comment. [Mirum cur Heusingero particula tam invisa sit, quae in formula certe fuit.]

quid sit bene agi] Ven. quart. Ald. Facc. *bene agier*: sed scripti *agi*.

8 *Scaevola*] Vid. cap. XV, 7.

arbitriis] Iudiciis, in quibus non tam ex praescripto legum, quam ex aequo bonoque pronuntiatur.

* *summam vim dicebat esse in omnibus iis arbitriis*] I. e. existimabat, maximum ac difficillimum negotium agere iudicem, qui eiusmodi receperit arbitrium; multumque requiri ad id, ut recte pronuntiari queat, aliquem praestitisse, quae ex fide bona praestanda fuerint. Omnes Gu. [et Orell.] et impr. veteres mei transponunt *summam vim esse dicebat*. [Sic scribatur igitur.]

in quibus adderetur] Rom. Ven. tres et Arg. *ageretur*.

* *in quibus adderetur*] Omnes impr. veteres *in quibus ageretur*, invitis tamen manu scriptis et Cicerone. Vide supra ad c. XV, 2. Paullo post Gu. tert. *idemque versari*.

ex fide bona] Vid. cap. XV, 2.

societatibus] Quae de re aliqua aut opera conferenda libere coëuntur ab iis maxime, qui negotiantur.

fiduciis] Vide c. XV, 3.

mandatis] *Mandata* sunt, quae gratuito agenda suscipiuntur. Nam *mandare* saepe est, fidei alicuius committere.

rebus emtis, venditis, conductis, locatis] In emtionibus, venditionibus, conductionibus, locationibus.

quibus vitae societas continetur] Sine quibus vitae societas esse non potest, quibus societas constat, quippe quae in ea frequentissima sunt. Goth. *contineretur*, quod malo.

* *continetur*] Obsequutus patruo scripsi *contineretur*, consentientibus Gu pr. sec. et quinto. Ita ex suis etiam libris restituit Ernestus. Vide supra ad II, 10, 5.

in his magni esse iudicis] Iudicis non vulgaris, nihil odio gratiaeve concedentis, magno animo iustitiae adhaerentis. Goth. *magni* non habet.

* *in his magni esse iudicis*] Gu. quart. *in his etiam magni iudicis statuere esse*: omnes impr. veteres *in his* (Magont. *in hiis*) *magis esse iudicis*.

plerisque essent iudicia contraria) quid quemque cuique
praestare oporteret. Quocirca astutiae tollendae sunt, eaque 9
malitia, quae vult illa quidem videri, se esse prudentiam,
sed abest ab ea distatque plurimum. Prudentia est enim 10
locata in delectu bonorum et malorum: malitia, si omnia,
quae turpia sunt, mala sunt, mala bonis ponit ante. Nec 11
vero in praediis solum ius civile ductum a natura malitiam
fraudemque vindicat; sed etiam in mancipiorum venditione
venditoris fraus omnis excluditur. Qui enim scire debuit, 12

iudicia contraria] Goth. *iudicia essent contraria*. In quibusdam contractibus utraque pars habet actionem directam; in aliis pars una directam, ut pupillus in tutorem, altera contrariam, ut tutor in pupillum. *Facciolatus*. Sic Rachelius, et fere etiam diu ante Maturantius. Contra Rothius, quippe theologus, *iudicia contraria* ad diversas iure consultorum opiniones et variantes iudicum sententias accommodat, alteramque interpretationem, quae ex iure consultorum commentariis depromta est, alienam iudicat. Sed eam Ciceronis verba vindicant, *in plerisque iudicia contraria*, non *de plerisque*; deinde *quid quemque cuique praestare oporteret*: quod fieri non posset, nisi ab utraque parte aliquid postularetur, et aliud pupillo a tutore, aliud tutori a pupillo praestandum esset. Accedit, quod Cicero, si id, quod Rothius vult, sensisset, non tam *iudicia* dixisset, quam *sententias* vel *opiniones*.

* *praestare oporteret*] Prius verbum temere excidit Gu. tertio. Nec placet, quod legitur in Gu. pr. in impr. Magont. et in Lips. 1507. *praestare oportet*.

9. * *astutiae*] Gu. tert. *astutiae omnes*.

illa quidem] Vid. ad lib. I. 27, 9. Goth. *idem quidem*.

* *vult illa quidem videri, se esse*] Gu. tert. *vult quidem se videri*, perperam omissis *illa* et *esse*. Pronomen *illa*, quod impr. Magont. bona fide repraesentat, incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. intercepe-runt. Pro *videri, se esse prudentiam*, alius dixisset *videri prudentia*: sed illud elegantius et Ciceroni erat usitatius. Vide supra ad II, 22, 9.

10. * *Prudentia est enim*] Gu. tert. quart. et impr. Lugd. 1527. *enim est*. Postea Gu. quint. *Malitia vero si omnia*.

locata] Proprium locum habet, eius officium est.

bonis ponit ante] Sic Goth. undecim Aldi, aliqui Lang. Lamb et Graev. cum aliis. Pearc. *anteponit*. Pro Sull. c. 8 *Suo generi me meum ante non ponere*. Ita *i prae, sequar*.

* *bonis ponit ante*] Hunc positum servant Gu. pr. quart. quint. et impr. Magont. At Gu. sec. *ponit bonis ante*, et a correctore *anteponit bonis*. Reliqui dederunt *bonis anteponit*, [quod ex Orell. libris unus habet Bern. c.]

11. * *ductum a natura*] Gu tert. *a natura ductum*. Deinde quart. *malitiam fraudem iudicat*.

in mancipiorum venditione] Servorum, quorum vitia dicenda sunt a venditore, qui ea scire potuit.

* *sed etiam in mancipiorum*] Ab omnibus impr. veteribus abest *etiam*. Gu. tert. transponit *sed etiam in venditione mancipiorum*

* *fraus venditoris omnis*] Gu., pr. quart. et quint. *venditoris fraus omnis*: sec. *vendicionis fraus omnis*: tert. *venditoris omnis fraus*: omnes impr. veteres *venditorum fraus omnis*. Praetuli positum, quem libri mei suadebant. [Bernenses b c *fraus venditoris*, a d *vend. fr.*]

12. * *Qui enim scire*] Gu. tert. *Quod enim sciri*. Mox quart. *de fuga, furtis*, praepositione loco posteriore neglecta.

de sanitate, de fuga, de furtis, praestat edicto aedilium.
13 Heredum alia caussa est. Ex quo intelligitur, quoniam iuris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id
14 agere, ut ex alterius praedetur inscitia. Nec ulla pernicies vitae maior inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiae: ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque reperietur, qui impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit iniuria?

18 Periclitemur, si placet, in iis quidem exemplis, in qui-
2 bus peccari vulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco disserendum est: qui non verbis sunt et

de sanitate] Quod attinet ad sanitatem, fugam, furtum. Corporis vero sanitas maxime intelligitur: etsi et animi vitia praestanda erant, si falso ea venditor abesse dixisset. Vid. I, 4 Dig. de aedil. edict. Horatii scholiastes Cruqu. ad lib. II. sat. III, 285. Gell. lib. IV. c. 2.

de fuga, de furtis] An servus sit fugitivus, an fur.

praestat] Goth. *praestet.*

edicto aedilium] Vid. I. I. Dig. de aedil. edict.

Heredum alia causa est] Illi non praestant vitia servorum, quoniam ea ignorare creduntur.

* *alia causa est*] Cum Gu. tertio veteres impr. omnes *alia est causa.*

13. *fons sit*] Goth. *fons est.*

neminem id agere] Naturae consentaneum esse, ut nemini propositum sit ex aliorum imprudentia quaestum facere.

inscientia] Goth. Vin. *inscitia.* Sic et vulg. et Facciol.

* *inscientia*] Omnes Gu. et impr. veteres *inscitia,* quod reponendum duxi, donec alterius scripturae certa aliqua adferatur auctoritas. Vide ad I, 34, 2 et I, 40, 9.

14. * *inveniri potest*] Gu. quart. *reperiri potest.* Neque ita multo post, omnes impr. veteres *illa innumerabilia.*

in malitia simulatio intelligentiae] Cum *prudentiam vult imitari malitia,* ut loquitur cap. XXV, 11.

ignoratione omnium proposita] Si certus sit, neminem id sciturum. Cap. VIII, 10. IX, 6. lib. II. c. XIII, 4.

* *abstinere*] Gu. quart. *sibi abstinere.*

Cap. XVIII, 1 *Periclitemur*] Videamus, periclitemur id quod dixi.

* *in iis quidem exemplis*] Gu. pr. *et his quidem exemplis:* sec. substantivo cum particula *quidem* abiecto, *in his in quibus:* tert. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *in his:* quart. *etiam in hiis:* quint. [cum Bern. a] *et in his*: Gryph. *et in iis.* [Bern. b *et iis.*] Verbi praecedentis *placet* postremae litterae videri queant absorpsisse copulam, quae tamen rectius abesse videtur.

* *in quibus peccari*] Gu. pr. omnesque impr. veteres *peccare.* Transponit tert. *in quibus vulgus hominum fortasse peccare se non putat.*

non putat.] Eleganter Gu. pr. [et Bern. a c d] *non putet.* Postea quart. *Non enim id de sicariis.* Deinde impr. Lugd. 1527. *veneficiis.*

2. *testamentariis*] Qui falsa testamenta scribunt, signant, supponunt.

* *hoc loco*] Male Gu. tert. *hoc modo.*

* *qui non verbis sunt - - - fatigandi*] An respexit illa Demosthenis Philipp. II. statim post princ. Ὅτι πάντας, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς

disputatione philosophorum, sed vinculis et carcere fatigandi. Sed haec consideremus, quae faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum 3
testamentum quidam e Graecia Romam attulerunt. Quo 4
facilius obtinerent, scripserunt heredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, homines eiusdem aetatis potentissimos:

πλεονεκτεῖν ζητοῦντας ἔργῳ κωλύειν καὶ πράξεσιν, οὐχὶ λόγοις δέον.

disputatione philosophorum] Goth. *disputationibus*.

* *sed vinculis*] Gu. pr. quint. et codex antiquissimus Nonii, in voc. *Fatigare*, contraxerunt *vinclis*. [Sic et Bern. a b et Bas.] Vide ad I, 35, 11.

Fatigandi] Cohibendi, comprimendi, ut Nonius interpretatur cap. IV, 206. Male Goth. Vin. et vulg. *castigandi*.

* *Fatigandi*] Gu. quart. quint. impr. Magont. Rom. incert. ac Venet. 1498. dederunt *castigandi*. Vide supra ad I, 25, 11. Statim Gu. quart. *Sed consideremus*, omisso *haec*.

3. *L. Minucii Basili*] Ita scribendum, non *Basilii*, nec *Basilli*, ut Aldus volebat. Penultimam enim corripiunt Iuvenalis et Lucanus. Vide Cellar. ad lib. VI. epist. 16. pr.

* *L. Minutii Basili*] An hic fuit L. Basilus ille, quem Sullae fuisse legatum Plutarchus in Sull. p. 457. C. commemorat? Recte Gu. pr. *L. Minuci* per *c*, et contracta forma, de qua vide ad II, 16, 11. Gu. tert. impr. Magont. et Gryph. *L. Mutii*. Reliqui omnes cum ed. Graev. *L. Minutii*. Gu. pr. *Basilli*. Caeteri cum vulg. *Basilii*. Tamen postea n. 6 Gu. sec. exhibet *Basilus*, quod verum est. Scripturae Gu. primi, *Basilli*, favere videtur, quod Plutarchus et Appianus *Βάσιλλος* duplici λ scribunt. Ita supra cap. II, 9 pro *Posidonius* in libris erat *Possidonius*. Ista tamen consonantium geminatio recentioribus, quam Ciceronis aequalibus, usitatior fuisse videtur. Paullo post Gu. tert. *a Graecia*.

falsum testamentum] Sub falso Basili nomine testamentum, ab ipsis suppositum et signatum.

e Graecia Romam attulerunt.] Quia in Graecia mortuus erat. Valer. Max lib. IX, 4 pr.

attulerunt.] Goth. *attulerat*. Idem tamen *obtinerent, scripserunt*.

4. * *Quod quo facilius*] [Sic Orelliani libri omnes.] Pronomen *quod* a Gu. pr. abest, eaque ellipsis suavitatem conciliat orationi. In libris antiquioribus glossema illud lectum non fuisse, indicio est etiam scriptura codicis Gu. sec. *sed quo facilius*. Eaedem sordes inquinaverant locum Cic. lib. II. ad divers. ep. 16. med. ubi circumferebatur: *Quod cum audissem, nonne tibi adfirmavi, quidvis me potius perpessurum*. Sed ibi supervacaneum illud *Quod* iam sublatum est ex libris melioribus, quibus Gu. quinque calculos suos adiiciunt. Absolute vero *obtinere* is dicitur, qui vincit, sive ad exitum, quem sibi proposuerat, pervenit. Ita ad Attic. XI, 7 med. *Nam si perseverant et obtinent, quid nobis futurum sit, vides*. Pro *obtinerent* impr. incert. more prisco dedit *optinerent*.

obtinerent] Ut id confirmarent, ratum facerent.

* *scripserunt*] Gu. tert. *scripsere*: Ernestus *scripserant*, sed sine libris.

eiusdem aetatis] Goth. Vin. duo Oxon. Rom. quatuor Venet. et Arg. *civitatis*, quod ab Aldo defenditur. Valer. Max. etiam *potentissimos civitatis nostrae viros*. Is vero, ut ex ceteris apparet, Ciceronis hunc locum ante oculos propositum habuit. Sed nec aetatis nec civitatis ita notandae ulla ratio est in iis, quae ante paucu-los annos Romae gesta erant. Ergo fort. leg. *nostrae civitatis*, quod Aldo placet, vel *huius civitatis*.

* *eiusdem aetatis*] Hoc cum optimis aliorum libris tuentur Gu. pr. sec. et quint. Ita loqui videtur Cicero de illo tempore, quia tum, quum haec scriberet, et Crassus, et Hortensius, et plerique eius aevi insignes viri e vivis discesserant. Gu. tert. omnes impr. veteres et Gryph. *eius-*

qui, cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpae, alieni facinoris munusculum non re-
5 pudiaverunt. Quid ergo? satin' hoc est, ut non deliquisse videantur? Mihi quidem non videtur: quamquam alterum
6 vivum amavi, alterum non odi mortuum. Sed cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset heredem (hunc dico patronum agri Piceni

dem civitatis: quart. *huius civitatis,* quomodo legendum esse patruus conficiebat.

falsum esse suspicarentur] Quod Minucio illi ignotos se fuisse noverant.

° *falsum esse suspicarentur*] Verbum *esse* Goth. et impr. Lugd. 1527. abiecerunt. Aliquanto post Gu. quart. *munusculum non repulsaverunt.*

alieni facinoris munusculum] Lucrum, inhonestum, non sua, sed aliorum fraude ad se delatum.

5. ° *Quid ergo?*] Gu. quart. *Quid igitur?* Deinde pr. *satis est hoc*: sec. tert. et quint. sed hic a correctore [et omnes Orell.] *satin est hoc.* Postea tert. *Mihi quidem non videntur.*

satin' hoc est] Hoc, quod falsum testamentum non ipsi subiecerunt, etsi illud falsum esse non ignorarunt.

alterum amavi vivum] Hortensium oratorem.

° *alterum amavi vivum*] Haec repetitione nominis *alterum* deceptus omisit librarius Gu. pr. Suaviore positu sec. tert. quart. quint. [Bern. a b c] impr. Rom. et Gryph. *alterum vivum amavi.* Magont. *unum* dedit pro *vivum,* quod vocabulum incert. Venet. 1498. et Lips. uterque plane omittunt.

alterum non odi mortuum.] Fatetur, se Crassum vivum numquam amasse: quia vero extremis temporibus cum eo in gratiam redierat, iam mortuum odisse negat. Vid. lib. I. epist. IX, 63.

6. *M. Satrium*] Goth. *M. Satirum,* deinde *Satirium.*

° *M Satrium*] Sic est in Gu. quatuor, et sic apud Nonium, in voc. *Ferre,* Mercerus hoc nomen edidit. Corrupte Gu. quart. et impr. Magont. *Satirium,* reliqui impr. veteres *Satyrium.* Huius M. Satrii, postquam ab avunculo adoptatus est, nomen fuit L. Minucius Basilus. Is erat, nisi fallor, Iul. Caesaris legatus, cuius in commentariis de bello Gall. aliquoties ipse Caesar et Lucanus mentionem faciunt. Nec alius videtur Minucius Basilus ille, quem in Caesaris interfectoribus fuisse alteroque post necem Caesaris anno a servis suis occisum esse, Appianus de bello civ. lib. II. p. 499. et lib. III. extr. tradit.

nomen suum ferre] Ut Minucius diceretur, quasi testamento adoptatus. Goth. *ferre vellet.*

eumque fecisset heredem] Hoc Ciceronem intelligi quidem voluisse sed non scripsisse, putat Facciolatus. Colligitur enim ex illis *nomen suum ferre voluisset.*

hunc, ait, dico patronum agri Piceni] *Ait* abest a Goth. Vinar. plerisque Oxon. Rom. quatuor Ven. Arg. Ald. pro quo in Ven. quart. est *autem:* omittit et Olivet. et Facciolatus. Maturantius unde sua habeat nescio: ea tamen adscribam. *Per exclamationem et interpositionem legendum est.* (hunc dico patronum agri Piceni!) *Declarat autem, quis fuerit M. Satrius, qui videlicet patronus fuerit agri Piceni. Nam cum ager Picenus a C. Flacco viritim divideretur, hic Satrius obstitit, licet vilis et paene ignobilis, et patronus fuit Picentinorum, et respubl. contra Flaccum hoc patrono usa est agri Piceni et Sabini. Illum enim respubl. delegit, qui obsisteret Flacco.* Alii vero non Ciceronis haec, sed testamenti verba esse putant, quibus Basilus in suum nomen adsciverit Satrium: unde Pearcius legit, *hunc, aiens, dico patronum agri Piceni.* Qui vero haec mutare vult, prius ipse ea intelligat et explicet, necesse est: quod nec Pearcius nec alii facere vel potuerunt, vel voluerunt.

et Sabini o turpem notam temporum illorum!) num erat aequum, principes civis rem habere, ad Satrium nihil praeter nomen pervenire? Etenim si is, qui non defendit in- 7
iuriam, neque propulsat, cum potest, iniuste facit, ut in primo libro disserui: qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adiuvat iniuriam? Mihi quidem etiam 8
verae hereditates non honestae videntur, si sunt malitiosis

* *hunc, ait, dico patronum agri Piceni et Sabini*] Verbum *ait,* quod invito Cicerone Langius invexit, scripti et impr. veteres mei merito repudiant. [Habent quidem Bern. a c] Totum comma, quia continuationi sermonis interpositum videbatur, notis parentheseos ab oratione reliqua distinxi. Neque vero sunt haec verba testamenti, quod Langio aliisque visum esse miror, sed sunt verba Ciceronis, qui Basilum illum Satrianum hac nota insignem esse voluit.

o turpem notam temporum illorum!] Quidam Oxon. *o turpem notam temporum et nomen illorum,* vel *notam et nomen temporum illorum. Nomen* est vel interpretatio alterius, vel diversa lectio. Turpitudinis aliquid habere dicit, agri Piceni et Sabini patronum dici: cuius vero rei ratio parum explicata est.

* *o turpem notam temporum illorum!*] Respicit Tullius tempora civilis belli, quibus coloniae ac socii populi R. vexationis ac direptionis metu compulsi, patronos accipiebant Antonium, Basilum et alios partium Caesareanarum pessimos homines. Hunc locum illustrant, vicissimque hinc aliquid lucis mutuantur, illa Ciceronis Philipp. II, 41 *Quid ego illas istius* (Antonii) *minas contumeliasque commemorem, quibus invectus est in Sidicinos, vexavit Puteolanos, quod C. Cassium, quod Brutos patronos adoptassent? magno quidem iudicio, studio, benivolentia, caritate, non, ut te, ut Basilum, vi et armis, et alios vestri similes, quos clientes nemo habere velit, non modo illorum cliens esse.* Ceterum in Gu. pr. et sec. [Bern. b d] scriptum est *o turpem notam temporum nomen illorum.* perperam interiecto vocabulo *nomen.* Unde hic error natus sit, ex eo suspicari licet, quod Gu. pr. idem vocabulum sub finem periodi omisit. [Bern. a *notam temp. ill. nomen,* Bern. c *o turpe nomen temp. illorum.*]

* *num erat aequum*] Ita ex uno Ursini libro editur [et inventum est in Bern. d]. Nostri cum vulg. *non erat aequum.* Periodo extrema Gu. tert. *praeter nomen pertinere.*

num erat aequum] *Non erat* Goth. et Vin.

7. *non defendit iniuriam*] Non prohibet. Vid. Cat. mai. c. XV, 9. Vechner. hellenolex. lib. II. c. 2. p. 400.

* *propulsat a suis*] Verba *a suis* in Gu. sec. supra versum adscripta sunt [et absunt a Bern. d]. Ea proscripsi, quoniam conclusionem totam Ciceronis enervare mihi videbantur. Veritus est, quisquis ille fuit, auctor glossae, ut satis commode dicatur aliquis *defendere ac propulsare iniuriam,* nisi adiicias *a quo* defendat. Vanum fuisse metum istum, apparet ex illis Cic. pro Rosc. Amer. c. 1 *Iniuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi.* Supra I, 19, 11 *Non qui faciunt, sed qui propulsant iniuriam.*

in primo libro] Cap. VII, 7. seq. Pro *disserui* Vin. *disseritur.*

* *ut in primo libro disserui*] Praepositionem Gu. quart. perperam excludit. Transponit tert. *ut in primo disserui libro.* Deinde idem *qualis est habendus is:* quart. *qualis habendus is,* omisso *est.*

* *qui non modo non*] Priorem negationem impr. Magont. posteriorem Gu. pr. Goth. et uterque impr. Lips. abiecerunt.

* *sed etiam adiuvat*] Gu. tert. omittit *etiam.* Vide ad I, 1, 1.

8. *verae hereditates*] Non fictae et fraude aliis ereptae.

blanditiis, officiorum non veritate sed simulatione, quae-
9 sitae. Atqui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud
10 honestum videri solet. Falso. Nam eadem utilitatis, quae
honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit, ab hoc
11 nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans: Est
istuc quidem honestum, verum hoc expedit; res a natura
copulatas audebit errore divellere; qui fons est fraudium,
maleficiorum, scelerum omnium.

19 Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis
concrepuerit, possit in locupletium testamenta nomen eius

• *etiam verae hereditates*] Particulam *etiam* Gu. pr. mutat in *esse*. Omisso adiectivo, tert. *etiam hereditates*. Gryph. *vere etiam haereditates*.

• *si sint*] E Gu. pr. sec. tert. Goth. exc. Bedae atque ed. Gryph. reposui *si sunt*.

• *malitiosis blanditiis officiorum*] Postremam vocem a prioribus interpungendo secrevi. Eleganter *officiorum veritas* opponitur *simulationi officiorum*. Ad hanc emendationem quasi manu perducebar eo, quod in Gu. tert. reperiebam *malitiosis blanditiis, non officiorum veritate*. Iam suspecta esse non poterunt verba proxima, quae Langio et Facciolato displicebant. Perperam quart. *officiorum, et non veritate*.

non veritate sed simulatione] Suspecta habet haec Facciolatus, habuitque ante eum Langius quoque, postrema certa *sed simulatione*.

• *quaesitae*] Ita MSS. Gu. et impressorum primi: at Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *acquisitae*. Gu. tert. qui in prioribus verba *non honestae videntur* omiserat, hic in fine periodi *inhonestae videntur* adiicit.

9. • *Atqui in talibus*] Gu. sec. quint. exc. Bedae atque Eybi [Bas. Bern. c] *Atque in talibus*: recte, opinor. Paullo post Gu. tert. *aliud honestum falso videri solet:* exc. Bedae atque Eybi *videri falso solet*.

10. • *est regula.*] Gu. tert. *regula est*: quint. *est regula quae honestatis*.

perviderit] Goth. *providerit*: Vin. Rom. *praeviderit*.

• *perviderit*] Hoc sistit Gu. sec. Male quart. *providerit*: reliqui et omnes impr. veteres *praeviderit*.

• *ab hoc nulla*] Gu. tert. *ab eo nulla*, [quod unice verum est ex Orelliana regula supra c. 6, 6, sed nihil ille de codd suis] Nonius, in voc. *Facinus*, a vulg. non recedit.

11. *Est istuc*] Goth. Vin. et vulg. *est istud*

• *Est istuc*] Hanc scripturam Gu. sec. servat, [et Bern. omnes, si recte Orell. siluit.] Reliqui cum vulg. dederunt *istud*: excepto tamen impr. Lugd. 1527. qui exhibet *illud*. Praeterea Gu. tert. *Istud quidem honestum est*: quart. et impr. incert. *Istud quidem honestum*, omisso *est*. Paullo post Gu. quint. *res natura copulatas*, sine praepositione.

divellere] Goth *dividere*.

fraudium] Vulg. *fraudum*.

• *fraudium*] Ita MSS. Gu. et impr. Magont. Posteri *fraudum*.

scelerum omnium.] Goth. Vin. Rom. *scelerum, criminum omnium*.

• *scelerum omnium.*] Gu. quart. *scelerum et criminum omnium*: impr. Magont. *scelerum criminum omnium*.

Cap. XIX, 1. • *Itaque si vir bonus habeat hanc vim*] Exciderunt haec Gu. primo. Tert. et quart. ignorant coniunctionem *si*, quam tamen et reliqui libri, et exemplaria Nonii, in voc. *Crepare*, retinent.

si digitis concrepuerit] Proverbium, quo rei agendae celeritas et facilitas significatur.

• *in locupletium testamenta*] Sic exhibent meliores et Nonius. At Gu. tert. quint. et impr. Lugd. 1527. *in*

irrepere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem umquam suspicaturum. At dares 2
hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret. Homo autem iustus, isque quem sentimus 3

locupletum. Vocabulum *testamenta,* quod a Gu. quarto abest, tert. in *testamentum,* pr. sec. omnesque impr. veteres in *testamento* mutant. Deinde tert. *suum nomen irrepere.*

nomen eius irrepere] Heres scribi testamentis locupletium.

° *hac vi non utatur*] Apud Nonium, in voc. *Explorare,* corruptum est *non mutatur.* Paullo post transponit Gu. tert. *habeat quidem,* deinde quint. *suspicaturum unquam.*

2. *At dares*] Goth. et Vin. *at si dares,* ut vulgo: sed optimi codices coniunctionem omittunt. Plin. lib. I. epist. XII, 8 *Dedisses huic animo par corpus, fecisset, quod optabat.* Vide quae adnotavi ad Vechneri hellenolex lib. I, 2, 5. p. 147 *Dares* vero interpretare, *si dedisses.* Iam pridem enim esse desierat.

° *At dares*] In hac scriptura cum libris melioribus facit Gu. pr. Ceteri mei [et eorum, quos Orellius adhibuit, Bas. et Bern. d] cum vulg. *si* interponunt. *Dares* pro *dedisses,* et *saltaret* pro *saltasset,* Ernestus v. c. hoc loco tolerat, causam interserens, quia philosophi in talibus non semper temporis rationem servent. Alibi vero hanc imperfecti coniunctivi significationem, ut parum Latinam, e scriptis Ciceronis exterminat. Vide eum ad lib. I. de or. cap. XXXIX. adn. 31. cap. LVII. adn. 81. Brut. cap. LXVII. adn. 52. Pro Mil. cap. XI. adn. 39. Ibid. cap. XXIX. adn. 9. ad divers. lib. VI. ep. 10. adn. 50. Cave adsentiaris. Non philosophis modo, quod Ernestus contendit, sed oratoribus etiam, historicis atque poëtis familiaris est haec temporum variatio, quae magnam saepe orationi dulcedinem adfundit. Noster de or. I, 40 *Cum quaereretur de duobus civium capitibus, et de puero, qui ex posteriore natus erat, et de eius matre; quae, si iudicaretur* (i. e. iudicatum esset,) *certis quibusdam verbis, non novis nuptiis, fieri cum superiore divortium, in concubinae locum duceretur,* i. e. ducta esset. Ibid. lib. II. c. 66 *Si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram.* Ovid. art. am. III, 111

Scilicet Aiaci coniux ornata venires,
Cui tegumen septem terga fuere boum.

Adde Perizon. ad Sanct. I, 13, 5. Clark. ad Iliad. A. v. 37. extr. Cort. ad Sallust. Iug. LIX, 3. Patruum meum ad Nepot. I, 7, 5 et ad Cic. Lael. XI, 5.

° *posset scriptus esse*] Male impr. Magont. *praescriptus*: incert. ac Venet. 1498. *perscriptus*: uterque Lips. *perscripturus.*

° *non esset heres*] Gu. quart. *heres non esset.* Haec traiectio nomen *heres* suspectum reddere queat.

in foro saltaret] Fecisset, quod a gravitate esset alienissimum, nullum dedecus ac probrum refugisset. Vid. infra c. XXIV, 3 et ad Philipp. II. c. 23.

mihi crede] Goth. Vinar. Rom. Ven. pr. *crede mihi:* quod vero Ciceronis non est, qui semper *mihi* praeponere solet. Alii tamen, qui et aequales fuerunt Ciceronis, illud non refugerunt. Vid. Dornmaieri vitios. Ciceronis imitatorem §. 64 et Bengel. indic. ad epist. Ciceronis.

° *mihi crede*] Omnes scripti Gu. et impr. Magont. *crede mihi.* Hunc positum non aequalibus solum Ciceronis, sed ipsi Ciceroni quoque usitatum fuisse, ab aliis iam adnotatum est. Lib. X. ad divers. ep. 6 *Crede igitur mihi, Plance.* Ad Attic. VI, 6 *Sed crede mihi, nihil minus putaram ego.* Ibid. VIII, 14 *Et simul, crede mihi, requiesco paulum in his miseriis* [Orellianorum librorum solus Bern. c *mihi crede* habet, quocirca tutius alterum videtur esse.]

3. *isque*] Rom. *et is.*

virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, qui sit vir bonus, nescire
4 fateatur. At vero si quis voluerit animi sui complicatam notionem evolvere, iam se ipse doceat, eum virum bonum esse; qui prosit, quibus possit; noceat nemini, nisi lacessi-
5 tus iniuria. Quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros heredes moveat, in eorum locum
6 ipse succedat? Non igitur faciat, dixerit quis, quod utile sit, quod expediat? Immo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse, quod sit iniustum. Hoc qui non didicerit, bonus
7 vir esse non poterit. Fimbriam consularem, audiebam de

° *isque*] Veteres impr. omnes *et is*. Deinde Gu. quart. *quem sentimus virum bonum esse.*

Hoc qui admiratur] Cui haec paradoxa videntur. Hanc verbi significationem observavi ad lib. II, 16, 6. Hinc *admirabilia*, de quibus ad paradox. I. pr.

quid sit vir bonus] Ven. sec. tert. Lips. Ald. *quis sit*: Ven. quart. al. *qui sit*. Cum hoc convenit, quod sequitur, *iam se ipse doceat, eum virum bonum esse.*

° *quid sit vir bonus*] Gu. tert. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *quis sit*: Gryph. *qui sit*, quod recepi. Aliter visum est Gebhardo ad Tusc. quaest. V, 10. [Orellii libri omnes *quid* servant, unus Bern. c *bonus vir*, sicut idem mox *bonum virum*.] Statim Gu. tert. et omnes impr. veteres *nescire fatur.*

4. ° *At vero si quis*] Gu. pr. *si quid*. [Bern. a b c *Si qui*.] Postea impr. Magont. Rom. incert. *se ipse docet*, Ven. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *docebit.*

complicatam notionem evolvere] Goth. *rationem evolvere*. Rerum ad bene beateque vivendum necessariarum notiones innatas esse homini, persuasum erat Socraticis philosophis. Iam enim *animum, antequam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisse*. Vid. lib. I. Tusc. c. 24. Eas vero notiones tectas involutasque, recordando vero explicandas et aperiendas esse, dicebant. Itaque ad eumdem modum lib. IV. Tusc. c. 24 *notionem*, inquit, *nostram, quam habemus omnes de fortitudine tectam et involutam*. Iubet ergo insitam et quasi consignatam in animo boni viri notionem cogitando excutere et evolvere. Recitat h. l. Lactantius lib. VI, 18, 15. Vide infra cap. XX, 8.

5. *hic non noceat*] *Nocet* Vin. Ven. sec. et tert. Lips. Pearc. Facciol.

° *hic non noceat*] Codex Palat. Gruteri et omnes impr.. veteres mei *nocet*. Idem Palatinus, sed solus, paullo post exhibet *perficit*. Indicativus non displicebat Grutero. Quia vero non ad rem factam, sed ad exemplum fictum, quod initio capitis proposuerat, respicere Cicero videtur, utrobique coniunctivum retinere malo. Hunc suadent et scripti nostri et Nonius, tum in voc. *Movere*, ubi est *At, qui quodam quasi veneno perficiat*: tum in voc. *Succedere*, ubi, particula *quasi* omissa, legitur *At, qui quodam veneno perficiat.*

veneno perficiat] Pearc. et Facciol. *perficit*. *Veneno* est, *veneficio*, praestigiis, magica arte.

6. ° *Non igitur*] Gu. quart. et omnes impr. veteres *Non ergo*. Iidem postea *quodque expediat.*

quod expediat] Vin. Rom. et vulg. plures *quodque expediat.*

° *intelligat*] Gu. pr. et impr. Lugd. 1527 *intellegat.*

° *bonus vir esse*] Gu. tert. *vir bonus esse.*

7. *Fimbriam*] *Lucium Fimbriam* appellat Valer. Max. lib. VII. c. 24. non *Licinium Fimbriam*, ut quidam legunt Fimbriae enim *Flaviae* gentis fuerunt.

patre nostro puer, iudicem M. Lutatio Pinthiae fuisse, equiti
Romano sane honesto, cum is sponsionem fecisset, NI VIR
BONUS ESSET. itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem
numquam iudicaturum; ne aut spoliaret fama probatum ho-
minem, si contra iudicasset; aut statuisse videretur, virum
bonum esse aliquem, cum ea res innumerabilibus officiis
et laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem 8
Fimbria etiam, non modo Socrates noverat, nullo modo
videri potest quidquam esse utile, quod non honestum sit.
Itaque talis vir non modo facere, sed ne cogitare quidem 9

° *de patre nostro*] Gu. tert. *de patre meo.*

° *equiti Romano sane honesto*] Gu. pr. *satis honesto.* In quinto vox *Romano* non est, nisi a correctore.

cum is sponsionem fecisset] *Sponsio* erat certae pecuniae vel depositio vel promissio cum hac formula *ni veram causam haberet*, id est, se spondere et solvere eam pecuniam, nisi causa vicerit. Lutatius vero hic sponsionem fecit, *ni bonus vir esset*, idque nisi probasset, promissam vel depositam a se pecuniam aerario cessuram. Heumannus legit *ne vir bonus esset.*

° *cum is sponsionem fecisset*] Gu. tert. *cum is fecisset sponsionem*: quart. *is cum sp. f.*

° *ni bonus vir esset*] Gu pr. sec. et quart. *ni vir bonus esset*: tert. quint. atque ed. Gryph. *nisi vir bonus esset.* Sollemnis autem erat particula *ni* in sponsionibus et in iudice ferendo. Vide Brisson. de formul. lib. V. p. 369. seq. [*Ni* et *vir bonus* Orell. omnes, unus Bern. c *ni is vir bonus esset.*]

illam rem] Eam causam: se de ea non pronuntiaturum.

° *spoliaret fama*] Gu. sec. *spoliare*, omisso *fama*: tert. *spoliaret fama hominem probatum.* Paullo post sec. quint. [et omnes Orelliani] impr. Magont. Rom. et Gryph. *iudicavisset.*

° *virum bonum aliquem esse*] Iubentibus Gu. pr. sec. [Bern. a c d] Aldinis atque ed. Gryph. transposui verbum *esse*, quod plane excludebat Gu. sec. [?] De glossatoris ingenio tert. *aliquem virum bonum esse, qui forte non esset.* Deinde quart. *cum eas res innumerabiles*, impr. Magont. *cum eas res innumerabilibus officiis contineret.*

et laudibus] Hoc non est in Vin. et uno Oxon. *Laudes* sunt, quae laudem merentur, etiamsi non laudentur.

8. ° *Huic igitur viro bono*] Gu. quart. *Huic ergo viro bono, quem Fimbria, Socrates non modo*, abiecta particula *etiam.* Transponit pr. *modo non Socrates.* In fine periodi, tert. *quod honestum non sit.*

Fimbria etiam] Qui philosophus non erat.

9. ° *Itaque talis vir*] Nomen *vir*, quod in Gu. sec. omissum glossator superne adscripsit, non magnopere desidero: maxime quia praecessit *Huic igitur viro bono.* Nihil tamen mutant reliqui libri, nec exc. Bedae atque Eybi.

non modo facere] Non modo non audebit facere, sed ne cogitare quidem. Alterum *non* omittitur Ciceronis et aliorum more, de quo Horat. Tursell. de partic. et Vechner. hellenolex. lib I. part. II. c. 5. p. 143.

nec cogitare quidem] Verius *ne cogitare quidem*, ut Pearc. et Facciol. et ut alibi. Goth. *nec cogitare*, sine *quidem*: Paullo post in Goth. aeque vitiose, *nec rustici quidem*, ut is saepe.

° *nec cogitare quidem*] Gu quint. et impr. incert. *ne cogitare quidem*, quod ex ed. Victor. Iunt. et Lang. revocavit Iac. Gronovius. [Miror in reliquis Gu. fuisse *nec*, cum in Bern. omnibus videatur *ne* esse.]

10 quidquam audebit, quod non audeat praedicare. Haec non turpe est, dubitare philosophos, quae ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod contritum est vetustate proverbium: cum enim fidem alicuius bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, quicum in tenebris mices.
11 Hoc quam habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non
12 deceat, etiam si id possis. nullo refellente obtinere? Videsne

quod non audeat] Vin. et aliquot vulg. *quod non valeat.* Sed ita Cicero non solet.

• *quod non audeat*] Male etiam Gu. tert. quart. quint. exc. Bedae atque Eybi et impr. Magont. *quod non valeat.*

10. *Haec nonne est turpe*] Vin. et Venet. *hoc.*

• *Haec nonne est turpe*] Omnes impr. veteres *Hoc nonne est turpe*: Gu. pr. sec. quart. atque ed. Gryph. *Hoc non turpe est*: Gu. quint. *Haec non turpe dubitare,* omisso *est,* et adiecto *ne* a correctore. Veram scripturam, *Haec non turpe est dubitare,* sine ambiguitate exhibet tert. [et Bern. a b c d] eamque restitui. Quam supervacanea diligentia particulam *ne* glossatores inculcare soleant, docuit Cortius ad Sallust. Iug. XXXI, 17. Adde patrui adn. infra ad cap. XXIII, 7.

• *quae ne rustici quidem dubitent*] Gryph. *quod ne*: Gu. pr. *dubitentur,* tert. *addubitent,* exc. Bedae atque Eybi *dubitant.*

quod iam tritum est] Goth. Vin. codd. Ald. et Oxon. *contritum,* quod et in vulgatis pluribus est, et retinuit Olivet. et Facciol. [Sic etiam de fin. II, 16.]

• *quod iam tritum est*] Iac. Gronovius ex libris Gruteri dedit *contritum,* quod ipse reperio in Gu. pr. sec. tert. quart. impr. Magont. atque incert. Praeterea Gu. sec. et Goth. *iam* abiiciunt. Hos sequor, [nimis cito.] Idem adverbium a liberalitate glossatorum accessisse vidimus supra I, 12, 3.

• *bonitatemque laudant*] Gu sec. *et bonitatem laudant*: tert. et quart. sine copula *bonitatem laudant:* impr. Magont. Rom. incert et Venet. 1498. *bonitatemque laudent.*

• *dignum esse dicunt*] Gu. tert *dicunt dignum esse.* Vulgatum verborum ordinem servat etiam Nonius in voc. *Micare.*

in tenebris mices] Lusus vel sortitionis genus, Italis hodieque notum, et *morra* dici solitum, cum, levatis aut depressis ab utroque ludentium digitis, divinandum est, paresne an impares ab utroque sint levati. Id sciri non potest in tenebris, nisi plena fide sit, quo cum ludas, ut vere dicat, quot levarit. Haec Ascensius. Vide et Casaubon. ad Sueton. Aug. c. 13. Similis nostrorum puerorum lusus est, quem *par impar* dicunt, in quo, qui suis oculis non utitur, multum decipitur.

• *in tenebris mices*] Gu. pr. *in tenebris mulces,* sec. *micet.* Erat autem *micare* ludi genus, quod Itali, quibus id hodieque usitatum est, *la Mora* dicunt. Ludendi modum Polydor. Virgilius de invent. rer. l. II. c. 13. et ex hoc Souterius Palamed. l. III. c. 9 ita explicat: *Fit, cum duo clausis manibus vocando certum numerum subinde digitos porrigunt. Verbi causa, ego tres digitos explico, tu totidem; ipse quatuor nomino, tu vero sex: ita tu, qui numerum vocando divinasti iam vicisti. Et quia digiti ita explicati subito apparent, idcirco per metaphoram* micare *dicitur.*

11. • *Hoc quam habet vim*] Gu. sec. *Sed hoc quam vim habet.* In fine periodi Gu. pr. *optinere,* de qua orthographia dixi ad I, 1, 6.

nullo refellente] Cum nemo poterit probare, te iniuste fecisse. *Pearcius.*

12. *videsne igitur*] *Igitur* abest a Goth. Vin. Rom. et Ven. pr. et abesse potest *Videsne* est, annon vides? Vide ad c. XVII, 2.

hoc proverbio neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic, quem paullo ante fingebam digitorum percussione hereditates omnium posse converrere? Ut enim, quod turpe est, id quamvis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, adversante et repugnante natura.

At enim, cum permagna praemia sunt, est caussa 20
peccandi. C. Marius cum a spe consulatus longe abesset, et iam septimum annum post praeturam iaceret, neque pe-

* *Videsne igitur*] Omnibus scriptis Gu. impr. Magont. et Gryph. iubentibus, particulam *igitur* expunxi.

* *neque Gygi*] Impr. Rom. incert. et Lips. uterque *neque Gygae.* Non displicet, quia Graece est *Γύγῃ*. Sed scripti dissentiunt. Deinde transponit Gu. tert. *illi veniam posse dari,* quart. *veniam posse illi dari.* Postea pr. *quem paulo fingebam.* Paucis interiectis, impr. Rom. *hereditates hominum.*

hereditates omnium posse convertere] Pearcio *hereditates convertere* significare videtur, mutare, efficere, ut is, qui non sit re vera heres, omnium scriptus sit heres, deletisque in omnium testamentis verorum heredum nominibus, suum nomen in eorum loco inserat. Pro eo *hereditatem avertere* dixit Cicero lib. XII. epist. XXVI, 4 et Seneca de constant. sap. c. 9. Lambinus vero, cui Olivetus assensus est, eam lectionem praefert, quae in aliquot MSS. reperta est, *hereditates converrere,* id est, quasi retis aliquo genere corripere.

* *convertere*] Haec est scriptura plerorumque, etiam meorum, librorum. Sententia tamen requirere videtur verbum, quod sonet *ad se rapere.* Hanc significationem, quia verbum *convertere,* sine adiectione aliorum vocabulorum positum, conficere non potest: praetuli *converrere,* quod a Nannio, Turnebo, Langio et Lambino in antiquioribus libris [itemque ab Orellio in Bern. a b c] inventum Gruterus etiam et Iac. Gronovius propagaverunt. Adde, quod librarii facilius a *converrere* ad *convertere,* quam contra, aberrare potuerunt. Metaphora a scopis ducta est. Plaut. Stich. II, 2, 64 *Reverram, Hercle, hoc, quod converri modo.* Potuit etiam Cicero, quod patruo videbatur, ad verriculum respicere, ut Latinus Pacatus in panegyr. Theodos. cap. XXVI, 4 *Noster illa pirata, quidquid undecumque converrerat, id nobis sibique periturum, in illam specus sui Charybdim congerebat.*

* *id quamvis occultetur*] Pronomen abest a Gu. pr. Statim transponit quart. *tamen honestum fieri.*

* *et repugnante*] Impr. Magont. et incert. *etiam repugnante,* Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *etiam et repugnante.*

Cap. XX, 1. *At enim*] Repete *dixerit quis* e superioris cap. n. 6. Goth. *At enim cum permagna sunt praemia.*

* *cum permagna praemia sunt*] Gu. quart. *cum per magna sunt praemia.*

C. Marius] Vide de eo Sallust. Iug. c. 63.

et iam septimum] *Iam* omissum in Goth. Vin. Rom. sed temere.

* *et iam septimum*] Scripti Gu. retinent *iam,* quod ab omnibus impr. veteribus abest. Gu. sec. *et iam per septimum.*

iaceret] Neglectus et spe destitutus esset. Lib. I. ep. V, 5 *Ut neque iacere regem pateremur, nec nobis repugnantibus ad eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existimatur.*

* *iaceret*] Gu. tert. *iaceret vilis,* quod manifestum glossema est. Deinde quart. *nec petiturus.*

titurus umquam consulatum videretur; Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere: si se consulem fecissent, brevi tempore, aut vivum, aut mortuum Iugurtham
2 se in potestatem populi Romani daturum. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cuius legatus, et a quo missus
3 esset, in invidiam falso crimine adduxerit. Ne noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum, cum praetor esset, collegiumque praetorum tribuni plebi adhibuissent, ut res numaria de communi sententia constituere-

Q. Metellum] Cui *Numidico* cognomen fuit.

° *Q. Metellum*] Praenomen Gu. tertio deest.

° *imperatore suo*] Idem codex omittit *suo*. Deinde quint. *Romam missus fuisset.*

bellum ducere] Goth. unus Oxon. vulg. *bellum illud ducere:* rectius Vinar. Oxonienses plures et Londin. Rom. Ven. qu. *bellum illum ducere,* quod a Pearcio restitutum probo. Quidam cum Aldo et Grut. *producere,* quod non admitto.

° *bellum ducere*] Nonius in voc. *Duci*, Gu. sec. tert. quart. impr. Magont. incert. Lugd. 1527. et sex Aldini *bellum illum ducere,* quod Pearcius, patruus meus Ernestusque merito retinent. Venet. 1498. ac Lips. uterque *bellum illud ducere.* Gu. sec. a correctore habet *producere.*

° *si se consulem fecissent*] Gu. quart. *sed si cons.* quod significare videtur, antea fuisse *se si cons. fec.* Impr. Magont. et Rom. *sed si sc.*

° *in potestatem P. R. redacturum*] Gu. sec. *in potestatem R. P. redacturum*: impr. Magont. *in potestate P. R.* Gryph. *in potestatem populo Romano red.* E Gu. pr. restitui *in potestatem populi Romani daturum,* quod et verbo *mortuum,* et Marii iactantiae convenientius erat. Liv. VIII, 24, 8 *Aut vivum, aut mortuum, in potestatem daturos.* [Non adiuvant libri ab Orellio collati, quorum unus Bern. d *redaturum,* reliqui *redacturum* servant.]

2. ° *ille quidem consul*] Gu. quarto *quidem* excidit.

legatus] Qui proximum ab imperatore locum obtinebat, unique legioni praeerat.

° *cuius legatus, et a quo*] Gu. tert. *cuius legatus esset, et a quo missus esset:* quart. omissa copula, *cuius legatus, a quo.* Deinde idem et impr. Venet. 1498. abiecta praepositione, *invidiam.*

falso crimine] Ficta criminatione.

3. *Ne noster quidem Gratidianus*] *Nostrum* dicit, quia propinquus erat hic M. Marius Gratidianus, de quo dictum ad cap. XVI, 9. Vulgo legitur *Marius Gratidianus,* sed invitis MSS.

° *ne noster quidem*] Male Gu. tert. quart. quint. et omnes impr. veteres *Nec.*

° *boni viri*] Gu. pr. et quint. *viri boni.* Paullo post quart. *tum praetor cum esset*: omnes impr. veteres *tunc cum praetor esset.*

° *collegiumque praetorum*] Gu. pr. quart. impr. Magont. incert. et Ald. 1561. *praetorium,* Lips. 1507. *praetoris.*

° *tribuni plebis*] E Gu. pr. optimisque Langii libris [Bern. a b] scripsi *tribuni plebi.* Vide Oudendorp. ad Sueton. Tib. c. 2. Deinde Gu. quart. et impr. incert. *adhibuisset.*

adhibuissent] In consilium.

tur. Iactabatur enim temporibus illis numus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. Conscripserunt communiter 4
edictum cum poena atque iudicio; constitueruntque, ut omnes simul in Rostra post meridiem escenderent. Et ceteri qui- 5
dem alius alio: Marius a subselliis in Rostra recta, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res, si quaeris, ei magno honori fuit. Omnibus vicis statuae: ad eas tus, cerei. Quid multa? Nemo umquam mul-

constitueretur] Ut certum numis, qui ferebantur, pretium constitueretur, tota res numaria ordinaretur.

* *constitueretur*] Placet, quod suggerit Gu. tert. *statueretur*. Pro Caecina c. 12 *Ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum iura statuerint persequutique sint.* Ovid. trist. II, 95 *Res quoque privatas statui sine crimine iudex.*

Iactabatur enim temporibus illis numus sic, ut nemo posset scire quid haberet] Haec Langius et Lambinus ab homine Romano prolata esse non credunt; tuentur vero Gruterus et Pearcius, retinent etiam Graevius et Facciolatus, qui explicat, *incertum erat pecuniae pretium. Iactari* enim dicuntur, quae certo loco non consistunt, variantur, modo extolluntur, modo deprimuntur. Temporis huius et honoris Mariani mentio est apud Plin. lib. XXXIII. c. 9. extr. lib. XXXIV. c. 6. ante med. Senec. lib. III. de ira c. 18. pr.

* *temporibus illis*] Gu. pr. omittit pronomen, quod tert. et quart. transponunt *illis temporibus*. Postea pr. *qui haberet*, quart. *quod haberet*.

4. *edictum cum poena atque iudicio*] Edicto constituerunt rem numariam, adversus quod qui faceret, multaretur, aut ad populum accusatus publico iudicio damnaretur.

* *ut omnes simul*] Gu. pr. *omnes* excludit.

descenderent] E locis superioribus in forum, depressiori loco situm, ubi rostra erant. Vide mea ad Philipp. II, 6, 4. Bentlei. ad Horat. lib. I. epist. XX, 5. Muret. et Manut. legunt *escenderent*, alii *ascenderent*.

* *descenderent*] Ita cum Graevio Gu. sec. quint. et omnes impr. veteres. At Gu. pr. *accederent*: tert. et quart. [Bern. b c d] *ascenderent*. Quia *in Rostra descendere* non minus offendit, quam si quis *in suggestum descendere* dicat: ex optimis Mureti, Aldi Guilielmique libris [Bern. a] *escenderent* edidi, quod ipsum Grut. Gron. Ern. fecerant.

5. *alius alio*] Ceteri non in forum, sed domum aut ad amicos deverterunt: Marius vero recta in forum provolavit, non exspectata hora pomeridiana, quae convenerat.

a subselliis] Tribunorum, quibuscum in consilio fuerant. Goth. *et a subselliis*.

* *in Rostra recta*] Praepositionem Gu. quart. omittit. Inficete tert. *in rostra recta profectus est:* impr. Magont. et incert. *in rostra ductus via recta*.

* *idque, quod communiter*] Gu. sec. *id, quod communiter*. Nonius, in voc. *Componere*, haec ita profert: *Atque quod communiter compositum fuerat, solus dixit.*

* *Et ea res*] Gu. tert. sine copula *Ea res:* impr. Lugd. 1527. *ut ea res*. Postea Gu. quart. et impr. Lips. uterque *honore fuit*.

si quaeris] Vide de hoc loquendi genere Schwarzium ad Tursellin. de partic. cap. CCXXXVII, 4.

In omnibus vicis statuae] Subaudi *positae*, non *factae*, quod ex glossa additur in Rom. Venetis aliisque. Hoc non est in scriptis.

* *Omnibus vicis*] Gu. tert. quint. a correctore, et impr. Lugd. 1527. *omnibus enim vicis*. Deinde Gu. quint. et impr. incert. *statuae factae sunt:* Rom. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *statuae factae*.

ad eas tus et cerei] Tus et cereos accendit populus non Mario, sed diis

6 titudini fuit carior. Haec sunt, quae conturbant in deliberatione nonnumquam, cum id, in quo violatur aequitas, non ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur: ut Mario, praeripere collegis et tribunis pl. popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tum proposuerat, valde utile videbatur.
7 Sed omnium una regula est, quam tibi cupio esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit: aut, si
8 turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum iudicare, aut hunc? Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quae sit in ea

publici mali averruncis. Seneca lib. III. de ira, ubi supra dixi: *M. Mario, cui vicatim populus statuas posuerat, cui* (in cuius honorem) *ture et vino Romanus populus supplicabat, L. Sulla perfringi crura, erui oculos, amputari manus iussit.* Vide cetera ibidem.

* *ad eas thus et cerei*] Gu. pr. *ad ea tus, cerei.* Copulam, de qua proscribenda consentiunt etiam sec. tert. quart. et antiquissimus librorum Aldinorum, abesse iussi.

Quid multa?] Ut paucis dicam. Supra c. XIV, 8 *Quid multa? impetrat.* Vide Tursellin. p. 881.

6. *quae conturbant in deliberatione*] Vin. Rom. cum sequacibus, *quae conturbant homines in deliberatione,* qua glossa cum melioribus Goth. caret.

* *quae conturbant*] Hoc sistunt Gu. tert. et Gryph. [cum Bern. c et a a pr. manu]. Reliqui Gu. pluresque Aldini *quae conturbent.* Impr. veteres, sed sine suffragio MSS. *quae conturbant homines.* Tamen Gu. quart. simili glossemate inquinatus, *quae conturbent animos.*

* *in quo violatur*] Praepositionem Gu. sec. et impr. Lugd. 1527. ignorant. Paullo post Gu. tert. et quart. *non est ita magnum:* quint. et Gryph. *est non ita magnum.* Paucis interiectis *permagnum videatur* dederunt impr. veteres mei omnes, excepto incerto, qui maluit *permagnum iudicatur.*

* *popularem gratiam*] Gu. quart. *gratiam popularem.*

consulem ob eam rem fieri] Nec tamen factus est, prius, quam fieri posset, a Sulla interfectus.

* *tunc proposuerat*] Correxi *tum* e Gu. pr. sec. tert. Ita legeretur etiam in quinto, si per correctorem licuisset. Nec vero M. Marius Gratidianus, quod sibi proposuerat, adeptus est. In proscriptione *Sullana,* quum iterum praetor esset, a Catilina crudelissime interfectus est. Vide Pighium ad an. DCLXXI. et Perizon. animadv. histor. c. 3.

7. * *una regula est*] Gu. tert. *una est regula.* Deinde omnes impr. veteres *quam cupio tibi.*

aut illud, quod utile videtur] Goth. *aut utile illud, quod videtur, ne turpe sit.* Bene.

* *aut illud*] Gu. tert. *aut id.* Mox sec. et quart. *turpe non sit:* tert. exc. Bedae atque Eybi *ne turpe sit.*

aut si turpe est] Goth. *sit.*

* *ne videatur esse utile*] Ordine variato Gu. tert. *ne videatur utile esse:* quint. *ne utile esse videatur:* Gryph. *ne esse utile videatur.*

8. * *possumusne*] Gu. quart. et impr. Lips. 1507. *Possimusne.* Postea Gu. pr *bonum virum iudicare.* Deinde idem *atque hoc explicat:* sec. quart. quint. et impr. Magont. *atque hunc?*

aut illum Marium] C. Marium.

aut hunc] M. Marium Gratidianum.

Explica atque excute] Sic cap. XIX, 4.

* *intelligentiam*] Impr. Lugd. 1527. more suo *intellegentiam,* atque ita

species, forma, et notio viri boni. Cadit ergo in virum 9
bonum mentiri emolumenti sui caussa, criminari, praeripere,
fallere? Nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti, aut 10
commodum ullum tam expetendum, ut viri boni et splen-
dorem, et nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum 11
utilitas ista, quae dicitur, possit, quantum auferre, si boni
viri nomen eripuerit, fidem iustitiamque detraxerit? Quid 12
enim interest, utrum ex homine se quis conferat in beluam,
an hominis figura immanitatem gerat beluae?

scripsit hoc vocabulum librarius Nonii Gu. et in voc. *Excutere*, et in voc. *Explicare*.

species, forma et notio] Quae sit in ea ab ipsa natura informata idea viri boni, quam ἔννοιαν et πρόληψιν dicere solebant Platonici. [Priorum vocabulorum alterutrum tollendum putat Krarupius Danus in Spec. I. p. 6. Orellius *formam* et *notionem* coniungenda dicit, quem refellit Madvigius in opusc. acad. p. 337. et hunc unum locum apud Ciceronem se cognosse dicit, in quo certa illa regula de omittendis coniunctionibus copulativis in extremo membro, aequali illo quidem prioribus, deseratur.]

9. * *Cadit ergo*] Gu. pr. exc. Bedae atque Eybi *Cadit igitur*.

mentiri emolumenti sui causa] Goth. *mentiri, criminari, emolumenti sui causa, praeripere*. Probo. *Mentiri, criminari* ad priorem Marium, *praeripere*, *fallere* ad posteriorem refertur.

* *mentiri emolumenti sui causa*] Gu. quint. ut Goth. *mentiri, criminari emolumenti sui causa, praeripere*.

10. * *commodum ullum*] Gu. tert. *ullum commodum*.

11. *quod afferre tantum utilitas ista*] *Tantum utilitatis* Goth. et Vin. male.

* *Quid est, quod afferre tantum*] Exc. Bedae atque Eybi *Quid est, quod afferre utilitas ista possit, si boni viri nomen arripuerit, et fidem iustitiamque detraxerit?* Gu. tert. *Quid est, quod afferre utilitas ista, quae dicitur, tantum possit, quantum auferre potest, si boni* cet.

* *boni viri*] Gu. tert. et quinque apud Aldum *viri boni*.

12. *se quis conferat in belluam*] Sic Langii et Fabricii aliqui codd. quos Graevius et Facciol. sequuntur: ceteri omnes, MSS. Lambini, Anglicani, nostri, prius vulgati, *convertat*, nec aliter Vincent. Bellov. Victor. Lamb. Pearcius. Ovidius quidem IV. metam. 278. dixit *contulit in saxum*; et lib. XII, 145 *contulit in volucrem:* Ciceronem vero ita locutum parum credibile est.

* *se quis conferat in beluam*] Mei libri, etiam exc. Bedae atque Eybi cum vulg. dederunt *convertat*, [item sic Orelliani omnes, sed praeterea, quod Heus. videtur omisisse, *convertat quis*, alio ordine]. Ea scriptura mihi quidem ex interpretatione exquisitioris verbi *conferat* nata videtur. [Nisi vitium potius est.] Simili fere ratione dixit Cicero in Timaeo c. 12 *Qui autem immoderate et intemperate vixerit, eum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.* Ibid. *In suis moribus simillimas figuras pecudum et ferarum transferetur.*

an hominis figura] Sic cum Victorianis, Manutianis et Fabricianis aliquot libris Graevius: plures vero Manutiani, duo Angl. Goth. et edit. Rom. Ven. omnes Lips. Pearc. Facciol. *an in hominis figura:* Vincent. Bellov. *sub hominis figura*. Omissionis ratio manifesta, sed non probanda est.

* *an hominis figura*] Hoc in quatuor Gu. exc. Bedae, impr. Magont. atque in ed. Anemoec. reperio, omissa praepositione *in*, quam Gu. quint. exc. Eybi librique recentiores invexe-

21 Quid? qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is, qui etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia po-
2 tens esset? Utile ei videbatur plurimum posse alterius invidia. id quam iniustum in patriam, et quam turpe, et quam
3 inutile esset, non videbat. Ipse autem socer in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat, quos dicam ut potero; incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:

runt. [Ne Orellius quidem in ullo libro suo invenit, sed tamen edidit *in*. Mihi necessaria non videtur.]

Cap. XXI, 1. * *Quid? qui omnia*] Vox *omnia* abest a Gu. tertio. Postea in pr. et sec. orthographia prisca scriptum est *neglegunt*.

* *nonne idem faciunt*] Gu. sec. a manu prima *non idem faciunt*: quint. et Goth. *nonne id efficiunt*: omnes impr. veteres *nonne id faciunt*.

qui etiam socerum habere voluit] Pompeium significat, qui Caesaris filiam, Iuliam, uxorem duxit, Caepioni antea promissam. Sueton. Caes. c. 21.

* *habere voluit eum*] Gu. sec. *voluit habere eum*. Pronomen *eum* Gu. quint. et Goth. excludunt.

2. *Utile ei videbatur*] Vin. Rom. *utile enim videbatur*.

* *Utile ei videbatur*] Gu. quart. *Utile enim ei videbatur*: omnes impr. veteres *Utile enim videbatur*.

alterius invidia] Caesaris, in quem omnis Pompeianae potentiae invidia redundabat: quoniam illius audacia ad id fastigium evecta videbatur.

quam inutile] Goth. *et quam turpe et quam inutile esset*, mutato ordine. Octo Manut. *et quam inutile, et quam turpe*: tres omittunt haec, *quam inutile*. His accedunt quinque Anglicani, quorum auctoritate delenda videntur Pearcio: cuius iudicium probo.

* *quam inutile, quam turpe esset*] Verba *quam inutile* omittunt Gu. pr. tert. [Bern. a b c] Gryph. et Facciol. Abesse illa non debent, quia hoc agit Cicero, ut, quod *utile* Pompeio sit visum, id *inutile*, sive noxium, fuisse ostendat. Tres Aldini, Gu. pr. et Gryph. copulam adiiciunt: *quam iniustum in patriam et quam turpe esset*. Veram scripturam reperire mihi visus sum in Gu. sec. quart. quint. [Bas. Bern. d] et Goth. *et quam turpe, et quam inutile esset*. Quia iniustum in patriam, propterea turpe; quia turpe, propterea inutile erat.

3. *Ipse autem socer*] Caesar. Vide Sueton. Caes. c. 30. Goth. *ipse autem socer versus de Phoenissis semper in ore habebat*.

versus de Phoenissis] Qui in Rom. exemplari subiiciuntur.

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν· τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Vulgati addunt *versus Euripidis de Phoenissis*.

* *versus de Phoenissis*] In hac scriptura consentiunt scripti Gu. omnes atque impr. Magont. Ceteros impr. veteres obsidet glossema illud *versus Euripidis de Phoenissis*. Sunt autem *versus de Phoenissis*, versus ex Euripidis tragoedia, quae Phoenissae inscripta est. Ita de or. III, 35 *Versumque quendam de Philocteta paullo secus dixit*. Hoc viri docti ediderunt ex libris melioribus, quibus duo Gu. calculos adiiciunt. Male alii *versumque quendam Philoctetae*. Versus, quem Philoctetes in tragoedia poëtae nescio cuius fuderat ad tibiam, *verba Philoctetae*, nec vero *versus Philoctetae*, a Cicerone dici potuit.

* *dicam ut potero*] Gu. quart. *dicam si potero*.

* *incondite fortasse*] Posterius adverbium a Gu. quarto abest. Paullo post Gu. pr. et impr. Lugd. 1527. more suo scribunt *intellegi*.

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum, quod 4
omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur mi-

° *aliis rebus*] Perperam Gu. tert. *aliis autem rebus*, impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *aliis in rebus*.

pietatem colas] Patriae, parentibus et propinquis officium praestes.

4. *Capitalis Eteocles, vel potius Euripides*] Cum poëtae sit, servire personae, quae in scenam producitur: non Euripides magis reprehendendus est, qui Eteoclem ita loquentem facit, quam Eteocles, qui ita vixit, ita erga patriam affectus fuit, ut alia ei oratio non conveniret Itaque, nisi aperte calumniari volumus Ciceronem, ut in suis ad me litteris scribit κριτικώτατος Gesnerus, verba ita ordinanda sunt: *capitalis Euripides, vel potius Eteocles*. Nam Euripides potius laudandus est, qui decorum personae, quod et Cicero servandum duxit poëtae, non neglexit. Vide lib. I, c. 28. pr. lib. III. c XXIX, 12. Atque hoc Pearcius iam vidit, qui ita, ut paullo ante dixi, legendum censet, etsi a vulgata scriptura codices nihil discrepant. Mihi satis est, veram lectionem, ab aliis indagatam, in lucem revocasse: vitiosam alii, quibus videbitur, veteri possessione depellent.

° *Capitalis Eteocles, vel potius Euripides*] Magis utique reprehendendus erat Eteocles, qui ita vixerat, ut Euripides non posset non impie loquentem inducere. Quod vero in tragoedia ita disputat Eteocles, ut regnandi gratia violari pietatem licitum, in aliis rebus illicitum esse censeat: id utique Euripidis inventioni potius, quam Eteocli tribuendum erat. Non serio tamen Euripidem Cicero, sed ita reprehendit, ut ista reprehensio magnam laudem pariat tragico, qui Eteoclem persona tali digna loquentem fecerat.

id unum] Rom. et vulg. *id unum solum*.

° *qui id unum*] Gu. sec. *qui id solum dominium:* quart. *qui id unum vitium:* omnes impr. veteres *qui id unum solum*. Mera glossemata.

quod omnium sceleratissimum] Patriam servitute opprimere.

fuerat] *Fuerit*, id est, futurum sit, e tribus codd. Anglic. adfert Pearcius, et probat: quia non solum omnium sceleratissimum *fuerat*, sed etiam nunc erat. In alio cod. Angl. scriptum, *fuit*.

° *fuerat*] Gu. pr. *fuerit*, quod Ernestus post Pearcium recepit At saepe veteres dicebant *fuerat*, ubi nos *erat* solemus. Nimirum *fuo* vim verbi φύω, unde natum est, in eo quoque retinuit, ut praeteritum perfectae rei *fuerat* interdum *natum erat, factum erat, prodierat, erat* sonaret. Supra cap. XX, 5 *Quod communiter compositum fuerat, solus edixit*. Lib. II, 1, 10 *Tantum erat philosophiae loci, quantum superfuerat amicorum et rei publicae temporis*. De or. I, 7. pr. *Venisse eodem, socer eius qui fuerat, Q. Mucius dicebatur*. Scriptura impressorum veterum, quam ibi revocavit Ernestus, non sensum solum, sed consequutionem verborum quoque pervertit. Nec mutari debuit locus ille pro Caecina c. 8. pr. *Non modo in eum fundum, de quo controversia fuerat, sed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit*. Terent. Eunuch. II, 2, 49 *Fortasse tu profectus alio fueras*. Sallust. Iug. XXXIX, 3 *Senatus ita, uti par fuerat, decernit*. Virg. Aen. IV, 603 *Verum anceps pugnae fuerat fortuna. Fuisset*. Ovid. heroid. ep. V, 69 *Non satis id fuerat?* Idem ep. XXI, 125 *At fuerat melius*. Metam. IX, 85 *Nec satis id fuerat*. Manilius V, 588. de Andromeda, *Infelix virgo, quamvis sub vindice tanto, Quae tua tunc fuerat facies?* [Exempla pleraque aliena a re: *fuerat* h. l. si verum esset, idem esset quod *fuisset*, ut recte Orell. animadvertit.

nuta colligimus, hereditates, mercaturas, venditiones fraudu-
5 lentas? Ecce tibi, qui rex populi Romani dominusque
6 omnium gentium esse concupierit, idque perfecerit. Hanc
cupiditatem si honestam quis esse dicit, amens est. Probat
enim legum et libertatis interitum; earumque oppressionem
7 taetram et detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fate-
tur, honestum non esse in ea civitate, quae libera fuit,
quaeque esse debeat, regnare; sed, qui facere possit, esse
utile; qua hunc obiurgatione, aut quo potius convicio a
8 tanto errore coner avellere? Potest enim, dii immortales,
cuiquam esse utile foedissimum et taeterrimum parricidium
patriae: quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ci-
9 vibus Parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas
est, et quidem sic, ut haec duo, verbo inter se discrepare,

Longe praestat *fuerit*, quod firmant Bern. a b c.]

* *exceperit*] Gu. tert. *excepit*.

5. * *Ecce tibi*] Inepte Gu. quart. impr. Magont. atque incert. *Ecce tibi dico*. Neque ita multo post Gu. pr. sec. quart. quint. atque Gryph. *concupiverit*.

qui rex populi Rom.] Caesar, qui id ausus est, quod omnium sceleratissimum Romanis videtur, quorum maiores iureiurando se adstrinxerunt, numquam se aliquem regnare passuros. Vid. Liv. lib. II, 1, 9.

6. *si honestam quis*] Rom Venetae, Lips. *si quis honestam*. Goth. *si honestam quis esse dicat*.

* *si honestam quis esse dicit*] Gu. tert. *si quis honestam esse dixerit*: quart. omisso pronomine, *si honestam esse dicit*: omnes impr. veteres *si quis honestam esse dicit*: Gryph. *si honestam quis esse dicat*.

* *gloriosam putat*] Gu. tert. *putat gloriosam*.

7. * *honestum non esse in ea civitate*] Gu. tert. *non honestum esse*. Pronomen *ea* Facciolatus expunxit.

quaeque esse debeat] [*Fuerit* unus Bern. c, sed recte.] Goth. et Ven. pr. *debebat*, ut supra cap. I, 9. *debeat* legitur, ubi *debebat* scribendum.

* *quaeque esse debeat*] Gu. sec *quae esse debeat*: impr. Magont. *quaeque esse debebat*.

* *sed ei, qui id facere possit*] Pulchre Gu. pr. *set qui facere possit*. De tollendo pronomine *id* consentiunt etiam sec. et tert. Deinde transponit Gu. pr. *utile esse*. [*Ei* servant Orellii libri omnes, *id* tollit Bas. *quid* Bern. a b d habent. Nihil tutius quam retinere vulgatam.]

a tanto errore coner avellere] *Evellere* Goth. *avertere* vero Vinar. cum vulg. quod verbum levius duco, Facciolatus vero probat.

* *avellere*] Hoc sistunt Gu. pr. ac tert. At sec. quint. et Gryph. *evellere*: quart. *advellere*: omnes impr. veteres *avertere*.

8. * *quamvis is, qui se eo obstrinxerit*] Facciolatus edidit *quamvis, eo qui se obstrinxerit*. Pronomen *eo* abest a Gu. pr. atque impr. Lugd. 1527.

Parens nominetur] Ut Caesar, cui et vivo is honor tributus, et mortuo. Sueton. Caes. c. 76. et 85.

9. *Honestate igitur dirigenda utilitas*] Honestas sit regula utilitatis, ut, quidquid ab ea discrepat, inutile habeatur. Vide c. 23. pr.

verbo inter se discrepare] Male Goth. Rom. et al. *verba*.

* *verbo inter se discrepare*] Duo postremi Gu. omnesque impr. veteres *verba*.

re unum sonare videantur. Non habeo, ad vulgi opinio- 10
nem, quae maior utilitas, quam regnandi, esse possit: nihil contra inutilius ei, qui non iuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem coepi revocare rationem. Possunt enim 11
cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus, vita insidiarum periculorumque plenissima?

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni, 12

re tamen unum sonare] Ultima syllaba praecedentis verbi *discrepare* male distincta fuit a sequenti nomine *re:* unde Goth. et quid. Oxon. *discrepare unum sonare videantur*: Vin. *discrepare sed tamen unum,* ut plures. Recte vero duo Oxon. *re tamen unum.* Est vero *unum sonare*, idem significare.

* *re tamen unum sonare*] Priora duo verba, quemadmodum plerique aliorum codices, ita Gu. pr. sec. tert. quint. atque ed. Gryph. omittunt. Gu. quart. dedit *unum tamen sonare,* transposito adverbio, quod in sec. glossator supra versum adscripserat. Hoc inutile additamentum, quod Gu. quatuor, meliores Langii, Fabricii, Aldi et Lambini codices proscribunt, resecare non dubitavi. Omnes impr. veteres, glossemate duplici deformes, *sed tamen unum sonare.*

10. *Non habeo ad vulgi opinionem*] Goth. Vin. septem Londin. omnes fere Oxon. plures vulg. *nunc abeo ad opinionem vulgi.* Nostra lectio Mureto, Manutio et Grutero debetur, qui e suis non multis quidem, sed antiquis codd. eam protulerunt. Pearcio tamen vulgatior magis placet, quasi ea Ciceroniano stilo magis sit consentanea. Ad *non habeo* subintelligendum ait *dicere.* Nihil necesse est, non magis, quam in hoc de amicit. cap. XXVII, 11 *Nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim comparare.* aut de senect. c. V, 4 *Nihil habeo, quod incusem senectutem.* Cui simile illud lib. VI. epist. II, 4 *Intelliges te aliquid habere, quod speres, nihil quod aut hoc aut aliquo reipubl. statu timeas.* Annon in his *habere* idem esse videtur doctis viris, quod *scire?* Neque *ad vulgi opinionem* Cicerone indignum est, quod cohaeret cum *maior esse possit.* Est scilicet comparativa praepositio, cuius vis est, *si respicias, si referas.* Lib. XV. epist. I, 10 *Nos quemadmodum instructos, et quibus praesidiis munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari.* Corn. Nepos Epam. c. II, 3 *Atque haec ad nostram consuetudinem sunt levia et potius contemnenda.* Vide Burmann. ad Sueton. Caes. c. 84.

* *Non habeo*] Paucis illis, sed melioribus libris, quibus haec unice vera scriptura debetur, accedit Gu. pr. [Bern. b c]. Cetera exemplaria nostra cum vulg. *Nunc abeo* obtrudunt. [Bern. a *non habet.*]

quam regnandi] Subaudi *utilitas.* Vid. ad c. II, 6.

qui id iniuste] Goth. *qui id non iuste,* quod probo.

* *qui id iniuste*] Librarius Gu. sec. pronomen *id* eleganter omiserat, quod tamen corrector abesse non passus *qui iniuste id* rescripsit. Hoc ordine legitur etiam in Gu. quarto. Cum Gothano Gu. quint. *qui id non iuste.* Emendavi igitur *qui non iuste consecutus sit.* [Utrum velis *qui iniuste,* an plenius *qui id iniuste,* haec sola quaestio potest esse: *id* omittunt ex Orellii libris b c, habent reliqui, etiam Bern. a in quo vitiose *quid* legitur.]

11. *Possunt enim*] Suspicor Ciceronem scripsisse *possuntne cuiquam.*

* *esse utiles*] Gu. tert. *utiles esse.* Postea in sec. desunt verba *et nocturni,* pro quibus tert. *nocturnive* scripsit.

12. *boni*] Amici, propitii. Virgil. eclog. V, 65 *Sis bonus o felixque tuis.* Cato R. R. c. 4 *Vicinis bonus esto.*

* *sunt boni*] In omnibus scriptis nostris et impr. veteribus male trans-

inquit Accius. At cui regno? Quod a Tantalo et a Pelope
13 proditum iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas, qui exercitu populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset, civitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem, servire sibi coëgisset? Hunc tu quas conscientiae labes in animo censes habuisse? quae vulnera?
14 Cuius autem vita ipsi potest utilis esse, cum eius vitae ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia
15 futurus sit, et gloria? Quod si haec utilia non sunt, quae

ponitur *boni sunt.* [Bern. c *benivoli sunt* ex quo Stürenburg. sublato *sunt* versum constituit.]

Accius] Poëta tragicus, quem *Actium* vocat Vin. rectius *Attium* [nomine apud Rom. id quod inscriptiones docent usitato, cum *Accius* dubium sit, *Actius* Graecum] dici putat Fabricius bibl. Lat. vol. I. lib. IV. c. 1. p. 669. vol. III. lib. IV. c. 1. p. 262. Vide Funccii adolescent. L. L. cap. II. n. 11. p. 86.

° *Accius*] Ita scribunt Gu. quart. et impr. Venet. 1498. Reliqui maluerunt *Actius.* [Orell. *Accius,* nec tamen auctoritates adiecit.] Versus Accii ex Atreo tragoedia desumtus videtur.

Tantalo] Cicero ergo Tantalum non Phrygium, sed Argivum regem fuisse putavit, a quo idem regnum sibi relictum obtinuerit Pelops filius. Vid. Munker. ad Hygin. fab. 124.

° *et Pelope*] Scripsi *et a Pelope,* iubentibus Gu. sec. et quint. [Videntur Orelliani libri vulgatam tenere.] Vide ad I, 14, 1. Mox Gu. pr. *optinebatur.*

proditum] Per manus traditum.

13. *Nam quanto plures*] *Nam* in comparatione contrariorum locum habet. Vide Schwarz. ad Tursellin. de partic. cap. CXLI, 3. p. 533. ubi vero locum Ciceronis ex lib. V. epist. 20. scias esse ex epistolis ad Atticum, non ad diversos. Saepe ita et Quintilianum solere, Gesnerus observavit in indice ad illum. Heumannus tamen *iam quanto plures* rescribit.

ei regi] Caesari, qui exercitu, ad reprimendos Gallos dato, usus est ad opprimendam patriam.

exercitu populi R.] Cum exercitu. Praepositio saepe omittitur. Vide adn. ad Cornel. Nep. Dion. c. V, 5. Epam. c. 5. extr. ° Male Gu. pr. sec. tert. et impr. veteres, excepto Magontiacensi, omnes *exercitum.* Postea Gu. tert. omnesque impr. veteres *populumque ipsum R.* Gu. quint. *populum R.* abiecto *ipsum.*

servire sibi] Goth. *sibi* omisit.

° *servire sibi*] Gu. tert. *sibi servire.* Pronomen Gu. quint. omittit.

14. *Cuius autem vita ipsi potest utilis esse*] Vin. Mogunt. Rom. et Venet. *Cuius autem vita ipsa potest utilitati esse.* In Goth. *ipsi* deest. Hoc vult: Quid eum iuvat vivere, quid vita ei prodest ipsi, cui eam eripere praeclarum facinus sit? Nullam enim horam metu vacat. Heumann. mallet: *Qui autem vita.*

° *Cuius autem vita ipsi potest utilis esse*] Gu. tert. *Cuius autem vita utilis ipsi esse potest:* impr. vetusti, Magont. excepto, *Cuius autem vita ipsa:* Magont. incert. Venet. 1498. et Lips. uterque *potest utilitati esse.* Deinde Gryph. *cum eius vitae conditio sit,* omisso *ea.*

in maxima et gratia futurus sit et gloria] Magnam gratiam ab omnibus initurus, et summam laudem sibi paraturus sit. Vide Drakenb. ad Liv. lib. II, 22, 6. et quae notavi ad Cornel. Nep. praef. n. 5.

° *in maxima et gratia*] Praepositionem Gu. pr. non male, sed solus, omittit. Ciceroniana sunt illa *esse* [certo quodam] *dolore, sollicitudine* cet. Vide Cortium ad epist. IV, 15, 3. VI, 4, 11. XVI, 15, 2. Gronov. et Drakenb. ad Liv. II, 22, 6. Gu. sec. tuetur copulam, quam

maxime videntur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis; satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod non honestum sit.

22 Quamquam id quidem, cum saepe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio, consule iterum, et a senatu nostro iudicatum est.
2 Cum enim rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente; perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si praemium sibi posuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra

reliqui cum primis impr. ante vocabulum *gratia* abiiciunt.

15. *Quodsi haec utilia non sunt*] Si ne regnare quidem utile est, quod maxime utile esse videtur: certum est. nihil, quod non sit honestum, utile esse.

° *quae maxime videntur*] Gu. sec. *maxima*.

° *quia plena sunt*] Impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lips. uterque *quae plena sunt*. Verbum *sunt* Gu. sec. ignorat. Statim Gu. pr. et sec. *aut turpitudinis*, quint. *et turpitudinis*.

° *quod non honestum sit*] Ernestus ex libro quodam edidit *quod non idem honestum sit*. Sed tum Cicero diceret, *omnia quae sint utilia, etiam honesta esse*. Ita infra c. XXX, 10 *Est enim nihil utile, quod idem non honestum*. Adde cap. VII, 6. et cap. XVII, 5. Noster vero locus hunc sensum requirit, *quod non honestum sit, id nec utile esse:* ideoque pronomen *idem* repudiat. Utriusque dicendi generis exemplum habes III, 4, 15 *Tamen splendidius haec ab iis disseruntur, quibus, quidquid honestum est, idem utile videtur: nec utile quidquam, quod non honestum*. Nec satis apte faceret, qui *idem* adderet in illis cap. XXII, 8 *Quousque audebunt dicere, quidquam utile, quod non honestum?*

Cap. XXII, 1. *Quamquam id quidem*] *Quam ob rem* legendum putat Chapmanus. Non sollicitanda est vulgata scriptura. Dixit enim, plerisque persuasum esse, nihil esse utilius, quam regnare, id est, alios opprimere, omnibus superiorem esse. Longe aliter vero philosophiam iudicare, paullo post ostendit. Nunc senatum quoque Romanum saepe statuisse docet, nihil esse utile, quod non sit honestum. Ita *quamquam* refert se ad proxima illa, *quae maxime videntur*, quasi dicat: ea plerisque quidem maxime utilia videntur; sed tamen et Fabricius et senatus saepe aliter iudicavit.

° *cum saepe alias*] Impr. veteres fere omnes *tum saepe alias*. Deinde Gu. sec. *tum Pirri in bello*: quart. *tum bello Pirri*. Postea tert. *et a C. Fabricio*.

Pyrrhi bello] In bello a Pyrrho, Epirotarum rege, Romanis ultro illato, quem nulla illi iniuria lacessierant. Vide de eo lib. I. c. 12.

iudicatum est] Senatus Rom. sententia declaratum est.

2. ° *Cum enim rex*] Gu. pr. *enim* ignorat. Transponit quart. *Cum rex enim*.

° *cumque de imperio*] Gu. pr. *cumque id de imperio*. Mox quint. et Goth. *generoso cum rege*. Dissentiunt alii libri et Nonius in voc. *Generosum*.

° *ac potente*] Impr. Venet. 1498. et Nonius *ac potenti*. Vid. ad II, 7, 12.

perfuga] Medicus, vel amicus Pyrrhi. Vide Gell. lib. III. c. 8. Valer. Max. lib. VI, 5, 1. Flor. lib. I, 18, 21.

in castra Fabricii] De quo supra c. 4. lib. I. c. 12. et 13. de senect. c. 13. et de amicit. c. 5.

° *si praemium sibi proposuisset*] Non temerarium est, quod suggerit

rediturum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius re-
ducendum curavit ad Pyrrhum: idque eius factum laudatum
3 a senatu est. Atqui si speciem utilitatis opinionemque quae-
rimus, magnum illud bellum perfuga unus, et gravem ad-
versarium imperii sustulisset: sed magnum dedecus et fla-
gitium, qui cum laudis certamen fuisset, eum non virtute,
4 sed scelere superatum. Utrum igitur utilius vel Fabricio,
qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel se-
natui nostro, qui numquam utilitatem a dignitate seiunxit,

Gu. pr. [solus necdum ab ullo alio adiutus] *si praemium sibi posuisset.* Recte dicuntur *praemia proponi,* quibus eliciuntur homines vel incitantur ad facinus: offerenti operam ac pretium paciscenti *ponitur* seu constituitur magis praemium, quam *proponitur.* Conf. Cort. ad Sallust. Cat. XX, 14. Drakenb. ad Liv. XXXIX, 17, 1. Gu. quart. *si praemium ei promisisset:* omnes impr. veteres *ei proposuisset.*

* *ut clam venisset*] Gu. sec. *ceu clam venisset.*

idque factum eius] *Idque eius factum* Goth. Vin. Rom. et vulg. plures.

* *idque factum eius*] Haec verba quis primus in hunc ordinem redegerit, ignoro. Omnes scripti Gu. omnesque, quos inspicere mihi contigit, ante Gruterum editi exhibent *idque eius factum,* quod cum Facciolato revocavi.

* *a senatu laudatum est*] Ex omnibus Gu. restitui *laudatum a senatu est.*

3. *si speciem utilitatis opinionemque quaerimus*] Si utilitatem specie tantum blandientem et vulgi opinione probatam sequimur.

* *adversarium imperii*] Posterius vocabulum, quod Gu. pr. ac tert. intercipiunt, servat cum reliquis libris Nonius in voc. *Grave.*

sed magnum dedecus et flagitium] Subaudi *fuisset,* eum scelere superatum, cum quo laudis certamen intercessisset, si quidem perfuga unus gravem adversarium imperii sustulisset.

* *et flagitium*] Gu. tert. *et flagitium putavit: quo cum laudis.* Deinde pr. *certamen habuisset fuisset.*

4. *Utrum igitur utilius*] Sic mei libri: sed duo Aldi, duo Oxon. et Victor. *visum igitur:* deinde in fine sententiae, *non venenis.*

* *qui talis in hac urbe*] Vocabulum *talis* abest Gu. quinto. Paullo post quart. *in Athenis:* quod ortum est a medii aevi grammatico, qui more temporum illorum nomini urbis explicando praepositionem inter versus adscripserat.

* *vel senatui*] In Gu. quinto ante correctorem legebatur *vel senatu,* neque id male.

qui numquam] Cum his parum consentire videntur, quae cap. XI, 1. et extr. et hoc cap. n. 6. et 7. leguntur de senatu utilitatis speciem aliis temporibus secuto. Itaque Pearcius hic legendum putat, *qui tum* (Fabricii temporibus) *numquam.* Aliter quidem sentit Graevius in addendis ad h. l. p. 686. sed ut ad excusandum Ciceronem satis sit, quod ibi dixit, vereor.

* *qui numquam utilitatem a dignitate seiunxit*] Ne Tullius, qui senatum Romanum utilitatis specie non numquam deceptum esse, alibi fatetur, a se ipse dissentire videatur; meminerimus, duo de utilitate perverse deliberantium genera ab eo constitui. Alterum est eorum, qui quum aliquid, quod utile visum est, arripuerunt, id continuo *secernunt ab honesto,* et deliberant, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem; sive utrum id sequantur, quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent. Haec deliberatio est sicariorum, veneficorum, furum, qui non verbis sunt et oratione philosophorum, sed vinculis

armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriae caussa im- 5
perium expetendum est, scelus absit, in quo non potest
esse gloria: sin ipsae opes expetuntur quoquo modo, non
poterunt utiles esse cum infamia. Non igitur utilis illa L. 6
Philippi, Q. F. sententia: quas civitates L. Sulla, pecunia
accepta, ex senatus consulto liberavisset, ut hae rursus
vectigales essent: neque his pecuniam, quam pro libertate
dederant, redderemus. Est ei senatus assensus. Turpe 7
imperio. Piratarum enim melior fides, quam senatus. At
aucta vectigalia: utile igitur. Quousque audebunt dicere 8
quidquam utile, quod non honestum? Potest autem ulli im-

et carcere fatigandi. Vide c. VIII, 4. seqq. X, 1. XVIII, 1. XXVIII, 1. Ex hoc nefario grege noster populi R. senatum satis constanter eximit. Alterum genus dubitant, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter, et addunt, quod valde utile sit, id fieri honestum. Vide c. X, 1. XXVIII, 9. In hac deliberatione senatum, utilitatis specie malorumque consiliatorum fuco atque fallaciis deceptum, aliquoties peccasse, Cicero non diffitetur. Hos tamen errores facilius excusari posse existimat, quam istam utilitatis a dignitate seiunctionem. Itaque hoc ipso capite graviter reprehendit Curionem, qui utilitatem ab aequitate seiunxerat. Facilius, ait, se auditurum fuisse, si Curio dixisset, caussam Transpadanorum *non esse aequam, quia non esset utilis rei publicae.*

5. * *Si gloriae*] Gu. tert. quart. quint. Goth. et impr. veteres, excepto Lugd. 1527. omnes *Sin gloriae.* In sequentibus Gu. pr. *si ipsae opes,* sec. *sin opes ipsae.*

quoquo modo] Bonis malisve artibus, per fas et nefas, ut aiunt. Goth. haec adnectit posterioribus.

* *utiles esse*] Gu. tert. quart. quint. omnesque impr. veteres *esse utiles.*

6. *L. Philippi*] Qui itidem reprehenditur lib. II, 21, 6.

quas civitates] Asiae, ut videtur, Mithridati ereptas, et belli iure in potestatem populi R. redactas, sed data pecunia libertati redditas a Sulla, ipso senatu decernente.

liberavisset] Immunes fecisset. Subintelligitur *vectigalibus.* Vide doctos interpretes ad Philipp. II, 38. sic *liberare agros* orat. I. agrar. c. 4. pr.

* *liberavisset*] Gu. tert. *liberasset.*

* *ut hae rursus*] Gu. pr. *hee*: sec. *aeae*: tert. [Bern. a b] impr. Rom. Gryph. et Facciol. *eae*: Gu. quart. et impr. Magont. *haec.* Postea Gu. tert. quint. [Bern. b c] impr. Rom. et Facciolatus *neque iis.*

neque his] Goth. *non iis pecuniam.*

7. * *Est ei senatus*] Hoc est in Gu. quinto. Reliqui et omnes impr. veteres, etiam Gryph. transponunt *Ei senatus est assensus.*

Turpe imperio] Hoc fuit.

melior piratarum fides] Qui persoluta, quae pro libertate pacta est, pecunia e sua potestate dimittunt, quos aliquamdiu captivos tenuerunt.

quam senatus] Haec verba in suo codice non reperit Langius, suspecta habet Fabricius, delent Facciol. et Heumannus [et Orell. cum Bern. c. Non placet].

At aucta] Goth. *Atque ad aucta vectigalia.*

* *At aucta*] Gu. quart. et quint. *At adaucta*: impr. Magont. Rom. et incert. abiecta coniunctione, *Adaucta.* Mox Gu. sec. et quart. *utile est igitur.*

8. * *quod non honestum*] Gu. pr. *quod non honestum est*: Goth. *quod non sit honestum.*

perio, quod gloria fultum esse debet, et benivolentia socio-
9 rum, utile esse odium et infamia? Ego etiam cum Catone meo saepe dissensi. Nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis: cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum colonis nostris soleremus: eoque magis, quo illa ordinum coniunctio ad salutem rei publicae perti-
10 nebat. Male etiam Curio, cum caussam Transpadanorum aequam esse dicebat: semper autem addebat, Vincat utilitas.
11 Potius diceret, non esse aequam, quia non esset utilis rei publicae, quam, cum utilem esse diceret, non esse aequam fateretur.

* *ulli imperio*] Gu. pr. et tert. *illi imperio.*

* *fultum esse debet*] Omnes Gu. omnesque impr. veteres, etiam Gryph. *debet fultum esse:* Facciol. *debet esse fultum.*

9. *Catone meo*] Quamvis esset amicus, saepe tamen in republ. ab eo dissensit.

* *Nimis mihi*] Non placet *Nimis enim mihi,* quod Gu. tert. quart. omnes impr. veteres et Facciol. dederunt.

praefracte] Nonius cap. II, 664. legit *nimis mihi praefactum videbatur,* et interpretatur *durum, inflexibile.*

* *praefracte*] Gu. pr. *praefacte*: Nonius Gothofredi *praefactum.* In Nonio Gu. atque in ed. Merceri est *praefractum,* quod Ciceroni reddendum puto. Ordine praepostero *videbatur praefracte* legitur in omnibus, quae vidi typis olim exscriptá, Ciceronis exemplaribus

omnia publicanis negare] Qui, cum saepe vectigalia cupidius conducerent, postea, calamitatibus, ut solet, intercedentibus, reipubl. persolvere non possent, remissionem aliquam efflagitabant. Eam cum senatus, Catoni obsequens, semper negaret, factum est tandem, ut equester ordo, a senatu abalienatus, per Caesarem impetraret, quae per Catonem non potuerat: qui debitae pecuniae tertiam partem remisit, publicanosque ad suam causam adiunxit. Vide Manut. ad lib. I. ad Attic. ep. 1. Sueton. Caes. c. 20.

ut cum colonis nostris soleremus] Quibus aliquid remittimus, quoties gravior aliqua calamitas annuum proventum intercepit. Vide Plin. lib. VIII. epist. 2. lib. IX. ep. 37. lib. X. ep. 24. Heumannus [et Orell. ex Bern. c sec. manu] legit, *ut cum colonis nostris solemus.* [At pertinet ad vetera tempora ante civitatem sociis colonisque Latinis datam.]

eoque magis quo] Unus cod. Aldi, Ven. quart. Ald. Lamb. Fabric. Wolf. Facciol. [Orell. ex Bern. c] *eoque magis quod.* Ita certe dicendum erat. Sed Goth. etiam *quo.*

* *eoque magis, quo*] Gu. pr. *eo qd magis cum*: impr. Lugd. 1527. *eoque magis, quod.* Bene habet, quod editur. Vid. Cortius ad Sallust. Catil. XXXIV, 2.

* *pertinebat*] Gu. tert. *pertineret.*

10. *Male etiam Curio*] C. Scribonius Curio, pater, de cuius morte vid. lib. II. ep. 2. Vinar. *Curio noster.*

causam Transpadanorum] Qui, data Cispadanis civitate, et sibi eam deberi putabant, tandemque a Caesare dictatore obtinuerunt. Vid. Sueton. Caes. c. 8. Dio Cass. lib. XLI.

* *semper autem addebat*] Particulam *autem* non agnoscit Gu. tert.

Vincat utilitas] Plus valeat, potior sit eius ratio. [In Bern. c additur *rei publicae,* recepitque Orellius. Honestius sic Curionis oratio sonabit.]

11. * *quia non esset utilis*] Gu.

Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis, talium 23
quaestionum, Sitne boni viri, in maxima caritate annonae, familiam non alere. In utramque partem disputat; sed tamen ad extremum utilitate officium dirigit magis, quam humanitate. Quaerit, si in mari iactura facienda sit, equine 2

quart. *quia non utile esset*: quint. *quia non utilis esset.*

quam cum utilem esse diceret] Vel cum Lambino et Facciol. leges, *potius diceret* (i. e. dicere debuisset) *non esse aequam,* (quod tamen ille adfirmabat) *quia non esset utilis reipubl. quam, cum utilem non esse diceret,* (id enim negabat) *esse aequam fateretur*: vel cum Pearcio, *quam non utilem esse diceret, cum esse aequam fateretur*: vel, facta transpositione, cum Heumanno, *quam cum aequam esse diceret, non esse utilem fateretur.* Ego Pearcianam coniecturam praefero, quod *aequam esse* non tam *dicebat,* quam *fatebatur; utilem esse* non *fatebatur,* sed *dicebat.*

* *quam cum utilem esse diceret*] Haec et proxima librarius Gu. pr. eorumdem verborum repetitione deceptus omisit. Ibi enim de tota periodo haec solum verba leguntur: *Pocius deceret non esse aequam fateretur.* Haec aberratio ostendit, quomodo factum sit, ut importuna particula *non* ante verba *esse aequam fateretur* irrepserit. Mihi enim vix dubium videtur, quin scripserit Cicero: *quam, cum inutilem esse diceret, esse aequam fateretur.* Gu. quart. transponit *non aequam fateretur esse.* [Aut cum Heus. minore corrigendum *inutilem,* aut recipienda Bern. c scriptura, item ut opinor e coniectura nata, *cum non utilem diceret esse, aequam fateretur.*]

Cap. XXIII, 1. *Hecatonis*] Vide cap. XV, 10.

familiam non alere] Servis victum negare. *Familia* enim, quae a *famulis* dicitur, proprie servos et ancillas significat; deinde eos, qui sunt eiusdem cognationis, de quibus vero hic non est sermo.

utilitate putat officium dirigi magis, quam humanitate] Id potius faciendum, quod tibi ipsi sit utile, quam quod aliis. *Humanitas* est φιλανθρωπία, alios omnes homines servandi et iuvandi studium. Id Hecaton postponendum esse putat, ubi te aliosque pariter servare non queas: servos tali tempore deserendos, ne ipse cum illis pereas. Haec vero lectio, doctis viris probatior, est etiam in meis MSS. Anglicani vero quinque, Palat. pr. Rom. Victor. *utilitate, ut putat, officium dirigit,* quod a Pearcio renovatum est. Sed eius iudicium pauci probabunt. In vulgata necessarium verbum *oportere*, ad *dirigi* adiiciendum, desiderari ait: id vero et abesse posse quis non videt? Lege ad c. XXI, 9. adnotata. At Cicero Hecatonis sententiam non esse veram significare voluit, quod ex vulgata non apparet. Immo vero satis id ex eo perspicitur, quod in superioribus *honestate dirigi officium* contendit: Hecatonem utilitati plus tribuere dicit.

* *utilitate putat officium dirigi magis, quam humanitate*] Gu. pr. *utilitatem ut putat officium dirigit magis.* In tert. pro *dirigi* scriptum est *digeri.* Omisso verbo *putat,* scribendum esse duxi *utilitate officium dirigit magis, quam humanitate.* Plane sic legitur in Gu. quarto, nisi quod ibi corrector aliquis verbi *dirigit* ultimam litteram erasit. Corruptio inde nata est, quod glossator, verbum *dirigit* explicaturus, inter versus adscripserat *putat dirigi.* Glossema deinde in contextum irrepsit, aliisque aliter locum concinnandi ansam dedit. [Nimirum Bern. a b c *utilitate ut putat — dirigit,* reliqui *utilitate putat — dirigi.*] Eadem significatione verbi *dirigere* usus est noster supra c. XXI, 9. et de fin. II, 22 *Non igitur potestis voluptate omnia dirigentes, aut tueri, aut retinere virtutem.*

pretiosi potius iacturam faciat, an servuli vilis. Hic alio
3 res familiaris, alio ducit humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si po-
4 tuerit? Negat, quia sit iniurium. Quid dominus navis, eripietne suum? Minime: non plus, quam navigantem in alto eiicere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim perventum sit eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed

2. * *Quaerit*] Male Gu. tert. et quint. *Quaeritur.*

si in mari iactura facienda sit] Si in gravi tempestate navis levandae causa supervacua eius onera eiicienda sint.

* *potius iacturam faciat, an*] Gu. quart. *iacturam faciat potius quam.*

* *servuli vilis*] Gu. pr. *servoli vilis*: quart. *servi vilis.* Idem postea *alio ducit humanitas.*

alio res familiaris, alio ducit humanitas] Hecatonem dubitasse, ex his colligit Pearcius: alii verius humanitati eum rem familiarem postbabuisse credunt. Aliud, inquit, suadet rei familiaris ratio, cui minus perit in vili mancipio, quam in equo pretioso: aliud vero humanitas; quia servus homo est, quo cum magna nobis communitas intercedit. Haec igitur vincat. Atque hoc cum Hecatone Cicero quoque voluit.

3. * *stultus arripuerit*] Vocabulum *stultus* non habet Gu. sec. nisi a glossatore supra versum. Ad verbum *arripuerit* intelligi posset *aliquis,* quisquis ille est, sapiens sit, nec ne. Sed vide supra c. VI, 8.

* *si potuerit*] Ernestus, quamvis omnibus libris invitis, et hic *poterit,* et ubique in locis similibus similiter censet esse reponendum. Vide eum ad lib. II. de or. c. 20. adn. 61. Brut. c. V. adn. 9. epist. ad divers. III, 2. adn. 4. ibid. ep. IV. adn. 8. ad Attic. II, 15. adn. 100. Equidem nullam in hac causa rationem video, quae contra tantum codicum veterum valere debeat consensum.

* *Negat, quia sit iniurium.*] Gu. tert. *Negat quidem quia.* Deinde Gu. pr. *fit iniurium,* sec. *sit iniuria*

4. *Quid dominus navis? eripietne suum?*] Versus pentameter. An dominus navis tabulam ideo alteri eripiet, quod eam suam esse dicere potest?

non plus quam si navigantem] *Non plus* est, non magis. Lib. X. epist. XIX, 4 *Non multo plus patriae faveo, quam tuae gloriae.* Lib. XIV. epist. XXI, 6 *Primum enim ego illas Calvo litteras misi, non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exituras.* Infra c. XXXIII, 14 *Nec enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus, quam amicitia.* Lael. c. 13 extr. *Angor iste, qui pro amico saepe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam, non plus, quam ut virtutes.* [Cf. nostram annot. ad lib. II. in Verr. c. 7 extr.] Hic vero importune plane sequitur *quam si,* cum hoc dicat: *non magis illud faciat, quam navigantem in mare eiiciat,* vel *eiicere velit.* Recte igitur illud *si* omissum est in Goth. et, quia Latinitatis ratio id excludit, a me deletum.

* *eiicere de navi*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *eicere de navi:* tert. *deiicere navi*: quart. *deicere navi:* quint. *eiicere velit de navi.* Deinde impr. Rom. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *quia sua non sit.*

quo sumta navis est] *Conducta est,* interprete Nonio c. IV, 428. Navis tam diu navigantium est, quoad eo perventum sit, quo ut pervenirent, illi navem conduxerunt.

* *quo sumta navis est*] Gu. sec. *quo sumta est navis:* quart. *quo navis sumpta est.* Nihil mutat Nonius in voc. *Sumere.*

* *non domini est navis*] Apud Nonium intercidit verbum *est,* quod tamen antiquissimus codex Gu. grammatico restituit. In proximo impr.

navigantium. Quid si una tabula sit, duo naufragi, iique 5
sapientes? Sibi neuter rapiat. An alter cedat alteri? Cedat vero: sed ei, cuius magis intersit vel sua, vel rei publicae caussa, vivere. Quid si haec paria in utroque? Nullum 6
erit certamen, sed, quasi sorte aut micando victus, alteri

Magont. et Rom. exhibent *sed navigantum.*

5. *Quid si in una tabula sint duo naufragi*] Cod. Goth. Gronov. tres Oxon. Ven. quart. Fabric. Facciol. *quid si una tabula sit, duo naufragi?* Quanto verior haec, quam Graeviana lectio?

* *quid si in una tabula sint duo naufragi*] Haec scriptura in omnibus impr. vetustis, sed in nullo MS. Gu. conspicitur. Horum quatuor sistunt meliorem illam, iam a Iac. Gronovio revocatam, *Quid si una tabula sit, duo naufragi.* At quintus *Quid si una tabula, sint duo naufragi.*

aeque sapientes] Quidam *eique sapientes,* Goth. *hiique,* id est *iique*: quod cum Fabric. Oliveto restituo, postquam et in Ven. qu. reperi.

* *aeque sapientes*] Hoc quidem reperio in omnibus impr. veteribus, idque retinuit Ernestus. At Gu. pr. pro *aeque* dedit *ique:* [Bern. b *etque*]: sec. [cum Bern. a d] *eique*: tert. *iique:* quod sequor: quart. *hiique*: quint. et *hique* habet, et *iique;* sed utrumque post rasuram. Praeterea quart. *hiique sint sapientes.* Iac. Gronovius edidit *hique sapientes.*

Sibine uter rapiat] Goth. Vin. Rom. Ven. pr. *sibi uter,* (Ven. sec. Lips. *sibi uterque*) quinque etiam Aldini *uter.* At *sibine uterque rapiat* plures scripti, duae Venét. Victor. Manut. Grut. Pearc. Facciol. Hoc retineo, quod clarum est: cur obscure loquentem Ciceronem facimus, ubi nihil opus est?

* *Sibine uter rapiat*] Ita haec sistunt inter meos Gu. tert. et a correctore quint. atque ita ex suis libris dederant Lang. et Fabric. eamdemque scripturam in quinque codicibus reperit Aldus Manutius. Gu. sec. quart. quint. impr. Magont. Rom. et incert. *sibi uter rapiat,* quod Ern. amplexus est: impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sibi uterque rapiat.* Has turbas concitarunt homines, qui sibi falso persuaserant, his verbis interrogationem continuari. Hoc errore detecto, atque interpunctione mutata, facile intelligetur, e Gu. pr. et octo codicibus Aldi, in quibus est antiquissimus Tettii, reponendum fuisse *Sibi neuter rapiat.* [Sic et Bern. b c e, et probo: sed cur interrogatio non continuetur?]

* *An alter cedat alteri?*] Interrogatio ironica, cuius haec fere sententia est, Nec tamen crediderim, te dicere, tabulam alteri ab altero cedendam esse. [Nihil inest ironice dictum.]

cuius vel suae vel reipubl. causa] Omnes mei libri, ut et Pearc. Olivet. Facciol. *vel sua.* Unus Oxon. *cuius magis intersit vel sui.* Latet aliquid vitii. Hoc enim dicere vult: *quem magis intersit vel sua vel reip. vivere,* sine hoc additamento *causa.*

* *vel suae vel rei p. causa*] In omnibus et scriptis et impr. exemplaribus, quae mihi sunt ad manus, reperio *sua.* Ita ad Att. VIII, 1 *Si me vellet sua, aut rei p. causa Luceriam venire, statim esse venturum.* Si constaret, an illa Graevii scriptura ex antiquis codicibus manaverit, explicari queat, *vel suae rei, vel publicae rei causa.* Conf. ad II, 1 extr.

6. *si haec paria in utroque*] Sin utrimque pares sint vivendi causae.

sed quasi sorte aut micando] Goth. *dimicando.* Vin. et vulg. *sed quasi in sorte aut dimicando.* Sed *micatio* est sortis genus, de quo supra c. XIX, 10. Nec aliter legit Nonius IV, 303. Cedat is, qui casu aliquo, quasi sorte, inferior vel posterior fuerit. Non placet igitur cum Pearcio adverbium *quasi* Ciceroni detrahere.

* *sed quasi sorte aut micando*] Haec bona fide Gu. pr. [Bern. a b] repraesentat. Corrupte reliqui quatuor [Gu. et Bern. c d e] et Gryph.

7 cedet alter. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad
aerarium: indicetne id magistratibus filius? Nefas id quidem
est. Quin etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur
patria praestat omnibus officiis? Immo vero: sed ipsi pa-
8 triae conducit, pios cives habere in parentes. Quid si ty-
rannidem occupare, si patriam prodere conabitur pater?
silebitne filius? Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat.
Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam. Ad extre-
mum· si ad perniciem patriae res spectabit, patriae salutem
9 anteponet saluti patris. Quaerit etiam, si sapiens adulteri-
nos nummos acceperit imprudens pro bonis, cum id rescie-
rit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Diogenes
10 ait: Antipater negat, cui potius assentior. Qui vinum fu-
giens vendat sciens, debeatne dicere. Non necesse putat

dimicando: omnes impr. veteres *sed quasi in sorte aut in dimicando.*

* *alteri cedat alter.*] Gu. tert. *alter cedat alteri.* Quia *erit* praegreditur, e Gu sec. [Bern. a c] et e Nonio, in voc. *Micare,* emendavi *alteri cedet alter.*

7. * *expilet*] Gu. pr. *expilat.* Mox impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *in aerarium.* Nec multo post Gu. tert. et quart. *magistratibus id filius.*

ad aerarium] Sic et mei: al. *in aerarium.*

indicetne id magistratibus filius] Non est *filius* in Goth.

* *Nefas id quidem est.*] Verbum *est*, quod Gu. tert. in *esset* mutat, quint. eleganter omittit.

Non igitur patria praestat] Nonne Vin. et Ven. *praestabit.*

* *praestat omnibus officiis?*] Omnes impr. veteres *praestabit.*

* *pios cives habere*] Omnes Gu. et impr. veteres *pios· habere cives.* Hier. Wolfius edidit [ut est in Bern. c] *pios habere filios.*

8. *Si nihil proficiet*] Goth. *profecerit,* bene.

* *Si nihil proficiet*] Gryph. *proficiat.* Nihil muto.

accusabit] Reprehendet, obiurgabit, non ad iudicem, sed domi solus. Duo MSS. regii Anglic. *accusare minabitur etiam,* quod Pearcio non displicet. Quid? si verior lectio Rom. *accusaturum minabitur etiam.* Nisi forte haec criticorum sunt acumina, quod adfirmare non audeo.

patriae salutem anteponet] Indicabit magistratibus: quod tamen Cicero vix dicere audet, et significat potius, quam dicit. *Facciolat.* Vin. *anteponat.*

* *patriae salutem anteponet saluti patris.*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *patriae salutem saluti patris anteponet:* impr. Magont. *anteponat saluti patris*: uterque Lips. *anteponit.* Vulgatam tuetur Nonius in voc. *Spectare.*

9. * *adulterinos*] Impr. Magont. *adulteros.*

acceperit] Vin. et Vén. *accipiat.*

* *soluturusne sit eos, si cui debeat*] Gu. tert. *soluturusne eos sit, cui debeat,* omissa conditionali, quam ignorant etiam impr. Magont. et uterque Lips.

Diogenes ait] Adfirmat.

* *Diogenes ait*] Inepte Gu. quart. *Diogenes ait sic.*

assentior.] Vin. *assentio*: Vid. ad lib. I, 6, 3.

10. *Qui vinum fugiens*] Ita legendum, non *venenum fugiens,* ut Goth. Vinar. cum Rom. vulg. et Gruterus etiam. *Vinum fugiens,* quod Nonius etiam Ciceroni tribuit cap. II, 337 est, *quod deterius fit,* id est, quod non multo post corrumpitur, quamvis nondum sit corruptum. Se-

Diogenes: Antipater viri boni existimat. Haec sunt quasi 11
controversa iura Stoicorum. In mancipio vendendo dicen-
dane vitia: non ea, quae nisi dixeris redhibeatur mancipium
iure civili; sed haec, mendacem esse, aleatorem, furacem,
ebriosum. Alteri dicenda videntur, alteri non videntur. Si 12

neca ep. 12 *Gratissima sunt poma, cum fugiunt:* ubi Lipsius, *iam cedentia aetati et abeuntia.*

* *Qui vinum fugiens*] Veram scripturam servat Gu. tert. Reliqui quatuor cum impr. Magont. et incert. *qui venenum fugiens.* [Sic etiam Bern. a b e Bas. peccant.] Nonius, in voc. *Fugere*, profert *Si qui vinum fugiens vendat sciens.* Deinde Gu. tert. *debeatne id dicere*: impr. Magont. *debetne dicere.* Paullo post Gu. quint. *boni viri existimat.*

11. *Haec sunt quasi controversa iura Stoicorum.*] Goth. et plerique Oxon. *Hae sunt quasi controversiae et iura*: Vin. Rom. cum vulg. *controversiae in iure.* Unus Oxon. *controversiae iura.* Mihi haec ἐπίκρισις ex margine profecta videtur, ne suo quidem loco posita. Certe in fine capitis post verba *mille denarium* adiicienda fuissent.

* *Haec sunt quasi controversa iura*] Gu. pr. *Haec sunt quasi controversiae iura*: sec. tert. quart. quint. *Hae sunt quasi controversiae et iura*: omnes impr. veteres *Hae sunt quasi controversiae in iure.* Postea Gu. quint. *dicendane sint vitia.*

dicendane vitia] Subintellige *quaerit*, ideoque interrogationis notam tolle.

non ea quae] Goth. et Vin. Rom. et cum his plures, *non nisi ea quae nisi.* Non de iis vitiis se loqui, ait, quae nisi dicta fuerint, irrita sit venditio, rescindaturque quidquid inter venditorem emtoremque convenerit; sed de levioribus morum vitiis. MSS. lectio ita explicari potest. *Non* dicenda videntur alteri, Diogeni, *nisi ea, quae nisi dixeris redhibeatur mancipium iure civili*: *sed haec, mendacem esse,* cetera, *alteri,* eidem Diogeni *dicenda videntur.* Sed planior est vulgata lectio.

* *non ea quae*] Hoc tenent meliores. At Gu. tert. quart. quint. et omnes impr. veteres *non nisi ea, quae nisi dixeris,* quart. *dixerit.* Deinde idem transponit *redhibeatur iure civili mancipium.*

redhibeatur mancipium] Quasi *retrohabendum*, recipiendum, reddito pretio. [Potius *redhibeat* alter, i. e. reddat servum. Bern. c *reddi debeatur,* male corrigens.]

* *sed haec*] Gu. tert. *Haec sunt:* impr. Rom. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sed hic.*

furacem] Id est, furtis deditum. At, ut dicit in c. XVII, (12.) de *sanitate,* de *fuga*, et de *furtis etiam* mancipii, is qui vendit dicere emtori debuit: et, qui non dixit, *praestat edicto aedilium. Furax* igitur mancipium iure civili redhibendum fuit. Unde mihi valde suspecta est haec vox *furacem*, quae hic locum habere non debet, cum solum de *mendacibus, aleatoribus* et *ebriosis* servis agitur, quorum vitia ut narrentur emtori, non cautum fuit iure civili. Fortasse scripsit Cicero *voracem*, id est, gulosum; quae vox bene cum voce *ebriosum* coniungitur. Huic meae coniecturae favent ea, quae Rachelius ex iureconsultis protulit L. IV, §. 2. π *de aedilicio edicto*: *Aleatores et vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse, Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores aut mendaces aut litigiosos.* PEARC. [Ingeniosa coniectura. Sed sufficit, opinor, Beieri explicatio, *furta* supra c. 17 pertinere ad noxalem obligationem, qua servus alteri, non domino, obstrictus sit. E causa furti domino facti non esse redhibitionem disertis verbis testatur Marcianus in Dig. de aedil. edict. l. 52.]

alteri non videntur] Haec desunt in Goth.

* *alteri non videntur.*] Omnes impr. veteres *alteri non dicenda videntur.*

quis aurum vendens, orichalcum se putet vendere, indicetne ei vir bonus, aurum illud esse, an emat denario, quod sit mille denarium? Perspicuum iam est, et quid mihi videatur, et quae sit inter eos philosophos, quos nominavi, controversia.

24 Pacta et promissa semperne servanda sint, quae nec
2 vi, nec dolo malo (ut praetores solent) facta sint? Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pe-

12. *orichalcum*] Goth. Vin. Rom. plures *auricalcum* vel *aurichalcum*, ut etiam apud Lactantium lib. V, 16, 7 et epit. c. LVI, 4 *aurichalcum* vulgo legitur. Rectius tamen *orichalcum* scribitur, quod Graece ὀρείχαλκον dicitur, non ab *auro*, sed ἀπὸ τοῦ ὄρους, quasi *aes montanum*.

* *orichalcum*] Hoc est in Gu. pr. [Bern. a b] impr. Venet. 1498. ac Lips. 1507. Reliqui *auricalcum*, vel *aurichalcum* fecerunt. Mox omnes impr. veteres *indicet ei ne vir bonus*. Deinde Gu. quart. *illud aurum esse*.

* *an emat*] Impr. Magont. *cur emat*: incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *cum emat*.

mille denarium] Goth. *mille denariorum*: Vinar. *quod sit mille*, omisso altero, cui superscriptum *quod sit millenarium*. *Esse* est, aestimari. Vide quae adscripsi od orat. pro Rosc. Amer. c. 2. Apparet ex hoc, *orichalci* et aeris pretium idem fere fuisse. Una enim auri drachma par erat duodecim argenti drachmis, singulae argenti drachmae octoginta minimum aeris drachmis; ut adeo inter aes et aurum proportio esset circiter milliaria, aeque atque inter orichalcum et aurum.

* *mille denarium*] Hoc in Gu. pr. [Bern. a] impr. incert. et apud Nonium de numer. et cas. p. 495. reperio. Minus bene Gu. sec. tert. quart. et quint. *mille denariorum*. Pessime vero [Bern. b c] impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *millenarium*.

Perspicuum iam est] Goth. *perspicuum est iam*.

* *Perspicuum iam est*] Solo Gu. tert. excepto, scripti et impr. veteres nostri omnes [itemque Orell. plerique] etiam Gryph. et Facciol. *Perspicuum est iam*.

Cap. XXIV, 1. * *semperne servanda sint*] Gu. tert. *semper servanda sunt*.

* *nec dolo malo*] Gu. pr. *dolove malo*.

ut praetores solent] Lambin. et Wolfius, *ut praetores edicere solent*. Ven. quat. Manut. *dicere solent*, quod etiam in Oxon. quinque et tribus Londin. esse dicitur, in meis vero abest. Pearcius id tamquam necessarium restituit, et a Fabricio dissentit, qui *servare* subintelligit.

* *ut praetores solent*] Gu. quart. *solent dicere*: exc. Bedae atque Eybi et impr. Lugd. 1527. *dicere solent*. [Magis etiam Bern. c *nec dolo malo sint, ut praetores solent determinare*.] Verbum *dicere* ne quis dubitet, unde accesserit, in Gu. sec. a glossatore adscriptum est. *Edicere*, quod-in aliis libris adiicitur, recte Graevius intelligendum censet. Non minus elegans est haec ellipsis, quam illa in Bruto c. 4 *ut agricolae solent*.

2. * *Si quis medicamentum*] Impr. Magont. *si quis medicantium*. Deinde Gu. tert. *dederit cuipiam*: quint. et Goth. *cuiquam dederit*. Hunc locum adducit Nonius in *Aqua intercus* et in *Medicamentum*.

ad aquam intercutem] *Ad* usum significat: *ad* hydropem curandum *aptum*, quod saepe supplet Celsus lib. VI, 6, 2 vel *idoneum* lib. V, 28, 16. Sed saepius adiectivum omittitur a scriptoribus rei medicae et rusticae. Cato c. 115 *Vinum ad alvum movendam*: cap. 123 *Vinum ad ischiacos*: cap. 126 *ad tormina*: cap. 127 *vinum ad stranguriam*. Colum. lib. VI. extr. *Ad maciem nulla res tantum, quantum medica, potest.*

pigeritque, ne illo medicamento umquam postea uteretur; si eo medicamento sanus factus fuerit, et annis aliquot post inciderit in eumdem morbum, nec ab eo, qui cum pepigerat, impetret, ut iterum eo liceat uti, quid faciendum sit. Cum sit is inhumanus, qui non concedat, nec ei quidquam fiat iniuriae, vitae et saluti consulendum. Quid? si sapiens 3 rogatus ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, ut ante, quam hereditatem adeat, luce palam in foro saltet, id se facturum promiserit;

Cornel. Celsus lib. VI, 6, 22 *Liquidum quoque medicamentum ad idem componebat.* Ibid. n. 28 *Id quoque, quod Hieracis nominatur, ad aspritudinem potest.*

* *ne illo medicamento*] Gu. sec. *ne eo medicamento.* Transponit tert. *si eo medicamento sanus factus sit, ne illo umquam postea utatur, et annis* cet. Gu. pr. [Bern. a b c] et Gryph. *si eo medicamento sanus factus esset, ne illo medicamento umquam postea uteretur: si eo medicamento sanus factus sit, et annis* cet. Etiam Anemoecius edidit: *si eo medicamento sanus factus esset, ne illo umquam post uteretur: si eo medicamento sanus factus sit.* Idem repraesentat Wolfius, eo solum discrepans, quod *postea* retinuit, ubi Anemoecius dederat *post.* [Orellius recte illam Gu. pr. scripturam recepit.]

sanus factus fuerit] Goth. *esset,* quod et Aldus e suis quatuor protulit.

* *sanus factus fuerit*] Gu. sec. et quart. *sanus factus sit*: quint. *si eo sanus medicamento factus esset.*

* *nec ab eo quicum pepigerat*] In Gu. quart. verba *ab eo* non leguntur. Cum Anemoecio Gu. sec. exhibet *pepigerit.* Deinde Gu. pr. *impetraret.*

* *ut item eo liceat uti*] Gu. tert. et quart. *ut iterum eo uti liceat:* quidam liber Langii *ut eo iterum liceat uti.* [Bern. a b *item,* c *item tum,* d e cum Bas. *iterum,* ac puto *item* ferri posse.] Cum Pearcio Ernestoque scripsi *ut iterum eo liceat uti.*

qui non concedat] Vin. et vulg. *qui non concedat uti.*

* *qui non concedat*] Pro *concedat* in Gu. pr. et in impr. Lips. 1507. est *cedat.* Verbum *uti,* quod impr. veteres hic subiiciunt, quodque Grut. Iac. Gron. atque Ern. retinuerunt, omnes scripti Gu. et Gryph. repudiant.

vitae et saluti consulendum.] Ut vita conservetur, contra fidem datam faciendum est. Goth. *consulendum est.*

* *consulendum.*] Gu. tert. *potius consulendum*: quart. *est consulendum*: quint. omnesque impr. veteres *consulendum est.*

3. * *Quid si quis sapiens rogatus sit*] Expunxi *quis* et *sit,* hoc Gu. pr. ac sec. auctoritate, illud Gu. tert. et Gryphio iubentibus. [Servantur ea verba in Orellianis omnibus, quorum in Bern. a b *qui* est, nec opus fuit tantum credere Gu. sec. Oratio facilius fluit, servatis *sit* et mox *que.*]

qui eum heredem faciat] In Goth. Vin. Rom. *eum* omissum.

sestertium millies] Quinquagies centena millia florenorum, sive quinque florenorum *milliones.*

* *sestertium millies*] MSS. et primi impr. *sextertium milies.*

relinquatur] Vin. *relinquat.*

luce palam in foro saltet] Quasi ebrius vel insanus. Vid. ad lib. I, 42, 6. lib. III, 18, 12.

* *luce palam*] Quia Nonius, ubi ostendit, veteres vocabulum *lux* genere etiam masculino dixisse, *M. Tul. de offic. lib. III.* adducit; verba autem Ciceronis, quae grammaticus exscripserat, librariorum oscitantia exciderunt: fuerunt, qui opinarentur, Nonium hic in suis exemplaribus *luce*

quod aliter heredem eum scripturus ille non esset: faciat,
4 quod promiserit, nec ne? Promisisse nollem, et id arbitror fuisse gravitatis. Quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in rei publicae magnum aliquod tempus contulerit, ut vel saltare, cum patriae consulturus sit, turpe non sit.

25 Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quae non sunt iis ipsis utilia, quibus illa promiseris.

claro habuisse. Sed vide infra ad cap. XXXI, 7.

* *idque se facturum*] Gu. quart. *id quia:* impr. uterque Lips. *id quod.* Copulam, Gu. sec. praeeunte, delevi.

* *quod aliter eum heredem*] Transposui *quod aliter heredem eum*, Gu. pr. sec. quint. [Bern. a e] et Gryph. praescribentibus.

faciat quod promiserit] Goth. *promisit.* Rom. et vulg. plures *quod promiserat ille nec ne.*

* *faciat, quod promiserit*] Gu. sec. Goth. et unus Aldi *promisit*: Gu. tert. *faciat quod promiserit ille nec ne:* omnes impr. veteres *faciat, quod promiserat ille, nec ne.*

4. *sed quoniam promisit*] Goth. Vin. Rom. Ven. Arg. *quoniam promiserit,* sine *sed.*

* *sed quoniam promisit*] Sustuli particulam *sed*, quam nullus neque scriptorum, nec veterum impr. meorum agnoscit. Gu. pr. pro *quoniam* dedit *quo.* Male tert. quart. quint. et omnes impr. veteres *quoniam promiserit.*

* *si saltare*] Impr. Magont. incert. et uterque Lips. *se saltare,* inepte mutata particula *si,* quam Venet. 1498. et Lugd. 1527. plane omittunt.

* *turpe ducet*] Gu. pr. *turpe ducit:* impr. Magont. et incert. *turpe duceret.*

honestius mentietur] Heuman. mavult, *honestius faciet.*

nihil ceperit] Vin. Rom. Ven. Arg. *nihil exceperit, quam si ceperit,* ut Gruterus etiam edidit et Pearcius. Sed verba *quam si ceperit* omissa sunt a Langio et Manutio, et in duobus Fabricii libris defuerunt, desunt etiam in Goth.

* *nihil ceperit*] Impr. veteres, excepto Lugdunensi 1527. omnes *nihil exceperit.* Verba *quam si ceperit,* quae reliqui nostri [et Bern. a b c d] cum vulgatis hic subiiciunt, Gu. quint. in marginem reiecit, [Bern. e et Bas. omittunt. Sed Orellius recte iudicat, incuria potius factum esse.]

in reipubl. magnum aliquod tempus] Nisi forte ad facultatem reipubl. ex magnis periculis et malis servandae contulerit. De *tempore* vid. ad. lib. I. cap. 13. pr. et c. 18 pr.

* *in rei p. magnum aliquod tempus*] Gu. sec. omittit *aliquod.* Corrector quinti de vocabulo *tempus* fecit *opus.* Ignorabat ille, *tempus* esse periculum. Adnotatis patrui de hac significatione adde, quae Ruhnkenius v. c. erudite disputat ad Rutil. Lup. de figur. I, 7. p. 27. seq.

saltare eum] Goth. *eum* omittit.

* *saltare eum*] Resecui pronomen, quod in scripto Gu. nullo, nisi a manu correctoris in quinto, legitur. Abest etiam ab impr. Lips. 1507. et Gryph.

* *consulturus sit*] Impr. Magont. Rom. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. inepte his interponunt *etiam.*

Cap. XXV, 1. *ne illa quidem promissa servanda sunt*] Vid. lib. I. c. 10.

* *Ac ne illa quidem promissa servanda sunt*] Corrector in Gu. sec. *Ac* mutavit in *At.* Hoc tenent impr. veteres mei, excepto tamen Lips. 1507. qui dedit *An.* Particula *quidem* a Gu. tert. abest. Verbum *sunt* sec. non habet, nisi a correctore.

Sol Phaetonti filio, 2
ut redeamus ad fabulas,
Facturum se dixit esse, quidquid optasset [sibi].
Ut curru patri' tolleretur, optavit. Sublatus est.
Atque is ea, qua constitit, ictu deflagravit fulminis.

* *illa promiseris.*] Gu. pr. *illa promiserit:* quint. *promiseris illa.*

2. *Sol Phaëthonti*] Sol, pater, Phaëthonti, filio ex Clymene nympha nato, currum suum roganti concessit regendum. Ille viae ignarus et equis regendis impar a praescripto itinere deflexit, et propius ad terras delapsus has nimis propinquo ardore accendit. Ne igitur homines perirent, Iupiter fulmine ipsum deiecit, et equos in viam revocavit. Vide Ovid. lib. II. metam. pr. Hygin. fab. 152 et 154.

* *Sol Phaëthonti filio*] Poëticam dictionem in his odorati sunt Guilielmius et Gruterus. Quia versuum trochaici generis quadratorum manifesta vestigia deprehendere mihi videbar, ausus sum disiectos numeros restituere. [Quam violenter apparet, et oratio mere prosaria est.] Gu. pr. quart. impr. Magont. ac Lips. uterque *Phetonti,* Gu. sec. et quint. *Fetonti,* tert. impr. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *Phaetonti* exhibent. Ita etiam in omnibus Ovidii codicibus scriptum esse, testatur Heinsius ad metam. I, 751. Tribus syllabis igitur extulit noster *Phaetonti,* quemadmodum apud alios poëtas *Phaeton* *δισύλλαβον* reperitur. Sic Varro apud Quinctilian. inst. or. I, 5, 18

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaeton.

Nollem ibi Gesnerus invitis libris *Phaeton* per *th* edidisset. Ne vocabuli contracti secundae syllabae littera *h* adiiciatur, vetat concursus duarum adspirationum in syllabis deinceps iunctis. [Vereor ne argutius quam verius, ait Spaldingius, cum in Latino scriptore versemur. Ipse tamen *t* littera scripsit.]

Facturum se esse] *Se* non est in Vin.

* *Facturum se esse dixit*] Ordinavi e Gu. sec. *Facturum se dixit esse.*

quidquid optasset] Quidquid prae aliis postulasset, elegisset. Vid. Nonius c. IV, 334.

* *quidquid optasset*] Gu. sec. *quidquid petisset.* Quia versus est *μείουρος*, suspicabar, olim scriptum fuisse *quidquid expetisseret.* Dum aliquid certius ex libris antiquis afferatur, interposito pronomine *sibi,* hiatum explevi.

* *optavit, ut in currum patris tolleretur*] Transponit Gu. quart. *ut in patris currum.* Cic. de nat. deor. III, 31 *Sol in currum cum Phaëthontem filium sustulit.* Tamen sine haesitatione e Gu. tert. recepi *ut curru patris tolleretur.* Ita Horat. II. sat. 6. v. 42 *Quem tollere rheda Vellet.* Ovid. fast. II, 735 *Tollamur equis.* Ibid. IV, 562 *Aligero tollitur axe Ceres.* Verbum *optavit,* ut metro satisfieret, in finem commatis reposui. In vocabulo *patris* littera *s,* quod solebant veteres, eliditur. Nec pronuntiatione solum, sed scriptura quoque, litteras eiusmodi subtrahebant, teste Quinctiliano IX, 4, 39.

insanus antequam constitit] Goth. *is sanus, qua constitit*: septem Oxon. Ven. qu. *atque is antequam constitit,* omisso adiectivo *insanus,* quod ex *is ante* factum credo. *Antequam constitit* interpretantur, ante quam se colligeret et sic componeret, ut stare posset. Omnia haec parum sana videntur.

* *Atque insanus antequam constitit*] Hoc sistunt impr. veteres omnes. Scripti vero Gu. pr. sec. quart. [Bern. a b c] et impr. Gryph. *atque is antequam constitit*: Gu. quint. *atque insanus qua constitit.* Hoc Gruterus amplexus est. E Gu. tert. restitui *Atque is ea, qua constitit.* Particula *atque* eleganter periodum orditur, et idem fere significat, quod *sed, vero.* Cic. lib. V. ad divers. ep. 2, 15 *Egi cum Claudia uxore tua et cum vestra sorore Marcia, - - ut eum ab illa iniuria deterrerent.*

Quanto melius fuerat, in hoc promissum patris non esse
3 servatum? Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno?
Cui cum tres optationes Neptunus dedisset, optavit interitum
Hippolyti filii, cum is patri suspectus esset de noverca:
quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus.
4 Quid? Agamemnon cum devovisset Dianae, quod in suo

Atque ille cet. Tusc. quaest. V, 21 *Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret.* Verba *ea, qua constitit* explico *ibi, ubi constitit, eodem vestigio, sive in eo ipso curru, quem tam cupide conscenderat.* Non raro Latini (quamvis sciam, non nullis aliter visum esse) *qua* pro *ubi* usurpabant. Plaut. Men. II, 1, 12 *Orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare.* Curt. VII, 4, 30 *Sed qua mitior terra est, ingens hominum equorumque multitudo gignitur.* Plura exempla qui desiderat, reperiet apud Giofanum ad Ovid. epist. ex Ponto I, 1, 12 et apud Cortium ad Sallust. Iug. XVIII, 2.

° *fulminis deflagravit*] Legibus carminis obsequutus verbo nomen postposui. Apud librarios, metricarum rerum non satis gnaros, eiusmodi traiectiones saepissime deprehendas. Ita supra c. XXI, 12. in Accii versu libri MSS. et impr. nostri omnes, pro *sunt boni*, corrupte dabant *boni sunt.*

in hoc] In hoc promisso, [in hac re.]

° *non esse servatum*] Gu. pr. verbum *esse* omittit, quart. transponit *non servatum esse.*

3. *Theseus*] Vid. lib. I, 10, 4.

° *Quid, quod Theseus*] Pronomen *quod* in Gu. sec. librarius omisit, adscripsit minio corrector.

° *exegit promissum*] Non hic *exigere* sonat *petere*, sive *poscere*, sed *ferre, impetrare, accipere.* Cic. de or. II, 29 *Quo facilius a te exigam, quod peto, nihil tibi a me postulanti recusabo.* Pro Rosc. com. cap. 13 *Quid hic porro nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit?* Pro Muren. c. 20 *Ipse autem in Gallia, ut nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, aequitate diligentiaque perfecit.* Pro Rab. Post. c. 14 *Posteaquam exegit, quod crediderat.* Lib. VI. ad divers. ep. 18 *Teneor tamen, dum a Dolabellae procuratoribus exigam primam pensionem.* Ad Attic. V, 21. post med. *Si praefectus vellet esse syngraphae caussa, me curaturum, ut exigeret.* Vid. Gronov. ad Plaut. asin. II, 4, 33. Gu. tert. transponit *exegit a Neptuno promissum.*

optationes] Rom. Ven. tres, Arg. Ald. *optiones:* plures vero MSS. et cum iis Goth. Ven. pr. *optationes,* quo usus est lib. III. de orat. c. 53 extr. Festus p. 349 *optio est optatio.*

° *optationes*] Gu. pr. tert. [nullus Orellii] impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *optiones.* Vid. Cort. ad Sallust. Iug. XI, 6.

filii sui] In Goth. *sui* omissum.

° *filii sui*] Pronomen expunxi, iubentibus ita Gu. pr. sec. et quinto. [Non habent ex Orell. nisi Bern. a e.] Transponunt tert. et quart. *filii sui Hippolyti.*

de noverca] Phaedra, quae falso crimine Hippolytum in suspicionem patri adduxerat.

quo optato impetrato] Cod. Ursini, duo Manut. *quo impetrato:* quinque Anglic. *quo optato et impetrato,* quod Pearcius arripuit. *Quo impetrato* a Cicerone scriptum puto, cui ex glossa accessit *optato.* Lib. I, 10, 4 *Quo impetrato in maximos luctus incidit.*

4. *Agamemnon*] Aliter plerique fabularum enarratores: Agamemnonem cum ceteris Graecis Aulide tempestate detentum, quod Dianae cervam occidisset, Calchantis responso coactum esse iratae deae filiam suam, Iphigeniam, immolare. Dianam tamen virginis misertam, cervam pro ea substituisse, ipsam in Tauris templi sui sacerdotem fecisse. Tamen et Horatius lib. II. sat. III, 199. Agamemnonem, quasi sua sponte filiam immolantem reprehendit: et Clytaemnestra

regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphi-
geniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.
Promissum potius non faciendum, quam taetrum facinus
admittendum fuit. Ergo et promissa non facienda non 5
numquam, neque semper deposita reddenda. Si gladium 6
quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; red-
dere peccatum sit, officium non reddere. Quid, si is, qui 7
apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriae, red-
dasne depositum? Non, credo. Facias enim contra rem
publicam, quae debet esse carissima. Sic multa, quae ho- 8
nesta natura videntur esse, temporibus fiunt non honesta.

apud Sophoclem in Electra ideo se virum occidisse ait, quod is filiam suam Dianae immolandam sponte obtulerit.

* *devovisset*] Gu. tert. *vovisset*. Mox quart. *quod in regno suo*.

* *natum esset*] Gu. tert. *esset natum*. Deinde quint. *in illo anno*.

* *eo quidem anno*] Gu. pr. sec. et quart. [itemque Bern. d] *in eo quidem anno*. Non displicet. Lib. XV. ad divers. ep. 16 *In hoc interdicto non solet addi*: in hoc anno. De nat. deor. II, 40 *Binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit*.

* *quam tam taetrum facinus*] Nonius et in voc. *Facinus*, et in voc. *Taetrum*, omittit *tam*, quod ex glossa videtur in exemplaria irrepsisse. [Quasi non potuerit vitium apud Non. esse.]

5. * *reddenda*] Gu. tert. quart. exc. Bedae atque Eybi, impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *reddenda sunt*. Verbum *sunt* omittunt meliores et Nonius in voc. *Deponere*.

6. * *Si gladium quis*] Gu. sec. *si quis gladium*, transposito *quis*, quod quart. plane omittit.

sana mente] Vin. Rom. quatuor Venet. Arg. Ald. *sanae mentis*. Ut vero editum, XIII. codd. Aldi et Goth.

* *apud te sana mente*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *sana mente apud te*: omnes impr. veteres *apud te sanae mentis*. Mox Gu. tert. Beda et Eybus *repetat insanus*.

* *peccatum sit*] Gu. tert. et quart. *sit peccatum*. Beda et Eybus *sit* omittunt.

officium] Iustum, officio conveniens. Vid. ad Lael. c. VII, 1.

* *non reddere officium*] Ex omnibus Gu. et exc. Bedae atque Eybi reduxi *officium non reddere*. Ita Cicero verborum ordinem variare solet. Vide ad I, 31, 7.

7. * *deposuerit*] Gryph. *deposuerat*. Statim Gu. tert. *bellum patriae inferat*.

reddasne] Goth. Vin. et vulg. *reddesne*, ut saepe alibi Cicero: Iidem tamen postea *facias*, quod Pearcius recepit.

* *reddasne depositum*] Gu. pr. *reddatne depositum*: tert. *reddas depositum:* quart. [Bern. e] Beda, Eybus et omnes impr. veteres *reddesne dep*. Deinde Gu. pr. *ne credo faciesne enim*: reliqui, etiam Beda et Eybus, omnesque impr. veteres *non credo, facies enim*.

* *esse carissima*] Gu. sec. *esse tibi carissima*.

8. *Sic multa*] Vin. *sic multa, quae natura honesta esse videntur:* Rom. Ven. *quae natura honesta videntur esse*.

* *natura videntur esse*] Gu. tert. *videntur esse natura*: quart. *quae natura videntur honesta esse, temporibus aliquibus fiunt non honesta*: exc. Bedae atque Eybi *quae honesta videntur natura, temporibus*, omisso *esse*.

* *fiunt non honesta*.] Unus Aldi codex atque ed. Gryph. *fiunt inhone-*

Facere promissa, stare conventis, reddere deposita, com-
9 mutata utilitate, fiunt non honesta. Ac de iis quidem,
quae videntur esse utilitates contra iustitiam simulatione pru-
10 dentiae, satis arbitror dictum. Sed quoniam a quatuor
fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem
versabimur, cum docebimus, ea, quae videntur esse utilia,
11 neque sunt, quam sint virtutis inimica. Ac de prudentia
quidem, quam vult imitari malitia; itemque de iustitia, quae
12 semper est utilis, disputatum est. Reliquae sunt duae par-
tes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine et praestantia cernitur, altera in conformatione et moderatione continentiae et temperantiae.

sta. Sic etiam Gryph. dedit paullo post, ubi eadem verba recurrunt.

* *Facere promissa*] Gu. sec. his praemittit *s.* quod esset *scilicet.* Tali vero additamento non opus est. Locum in partes vocat Nonius in voc. *Stare.*

9. *quae videntur esse utilitates contra iustitiam*] Quae utilitatis nomen sibi arrogant, cum iustitiae repugnent, prudentiae tantum falsam speciem gerant. Pearcius legendum suspicatur *et simulatione prudentiae*: id quod et verba n. 11. exigere videntur. In Vin. lego *esse utilitatis,* ut est in Rom. Venetis, Arg. Ald.

* *utilitates*] Omnes impr. veteres *utilitatis.* Mox vocabulum *prudentiae* deest in Gu. quarto.

10. * *a quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus*] Haec allegat Nonius in voc. *Duci.* Nec adsentior Facciolato, qui hanc et sequentem periodum insiticiam esse pronuntiat.

* *versabimur*] Gu. pr. atque Anemoec. *versemur.* [Sic Bern. a b c d, item post *videantur* Bern. a et Bas. *sint* plerique, quae omnia mihi quidem videntur esse recipienda.]

* *quae videntur*] Gu. tert. duodecim Aldini, etiam Gryph. *videantur.* Statim omnes Gu. et impr. veteres, et Gryph. *neque sint,* Goth. *nec sint.*

neque sunt] *Sint* Goth. Rom. Ven. tres, Arg.

virtutis inimica] Ita omnes ediderunt, etsi *virtuti inimica* [quod est in Bern. c] alii malunt. Tamen et *libidinum inimica* dicitur temperantia cap. XXXIII, 10 *veritatis amici* fortes viri lib. I, 19, 5. et motus animorum *inimicissimi mentis* lib. IV. Tusc. 15.

11. *Ac de prudentia quidem*] Hanc et eam quoque, quae praecedit, periodum Facciolatus abiiciendam censet. Egit vero de iustitia c. X. ad XVII. de prudentia a. c. XVII.

* *quam vult imitari malitia*] Gu. tert. et quart. *quam imitari malitia vult.*

12. * *sunt duae partes*] Gu. quart. *duae sunt partes.* Verbum *sunt* in quinto supra versum est adscriptum.

* *in animi excellentis*] Praepositionem Gu. tert. ignorat. Errore solito impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. in proximis dederunt *confirmatione.*

in conformatione et moderatione continentiae] Male Vin. et Venet. tres *confirmatione.* Pearcius coniicit *in conformatione moderationis et continentiae et temperantiae.* Sic lib. V. de fin. c. 6 *Inventa vitae via est et conformatio omnium officiorum.* Aliter Facciolatus, qui mavult: *in decore, moderatione, continentia, temperantia.* Sed vulgata satis sana videtur. *Conformatio* et *moderatio continentiae* est, continentia et temperantia conformans et moderans animi motus non minus, quam ipsas actiones. Hic enim effectus est continentiae et temperantiae. Lib. I. c. 5 extr. *Ordo autem, et*

Utile videbatur Ulixi (ut quidem poëtae tragici prodi- 26
derunt: nam apud Homerum, optimum auctorem, talis de Ulixe nulla suspicio est) sed insimulant eum tragoediae, simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. Non 2
honestum consilium. At utile, ut aliquis fortasse dixerit, regnare, et Ithacae vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. Ullum tu decus in quotidianis laboribus et periculis cum hac tranquillitate conferendum putas? Ego vero 3
istam contemnendam et abiiciendam: quoniam, quae honesta

constantia, et moderatio, et ea quae sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod adhibenda est actio quaedam, non solum mentis agitatio. His enim rebus, quae tractantur in vita, modum quemdam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

Cap. XXVI, 1. *Ulyssi*] *Ulixi* MSS. Vid. ad lib. I. c. 31.

ut quidem poëtae tragici] Ita Goth. itaque Graevius, et qui illum secuti sunt: priores, *ut quidam poëtae*, quod et in meis exemplaribus plerisque est. Nullus vero ex iis, qui Ulyssem furentem fecerunt, superest. Sophoclis Ὀδυσσεὺς μαινόμενος citatur ab Hesychio et scholiaste Pindari ad Isthmionic. od. 4. Vide Fabricii biblioth. Graec. lib. II. c. 17. p. 629. Ex mythographis legendus Hygin. fab. 95. Serv. ad Virgil. II. Aen. 81. Lycophron. interpretes ad v. 815.

* *ut quidem poëtae tragici*] Scripti Gu. quatuor, impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. et Gryph. *ut quidam*: Gu. quart. *ut qui*. [Sed *quidem* est in Bern. a b c d] Vocabulum *poëtae*, quod Gu. sec. et quart. omittunt, in sec. glossator superscripsit. Transponunt quint. et Goth. *tragici poëtae*. Haec omnia substantivum illud valde suspectum faciunt. Memini equidem, Ciceronem aliquoties *poëtas tragicos* dicere: sed idem interdum *poëtas comicos* dicit, quos alibi *comicos* simpliciter appellat.

optimum auctorem] Virtutis magistrum. [Non puto, sed historiae auctorem.]

militiam subterfugere] Furorem enim simulabat, ne ad Troiam cum ceteris ire cogeretur.

2. *ut aliquis fortasse dixerit*] Cap. XXVII, 3 *O stultum hominem, dixerit quispiam*. Cap. XXVIII, 4 *Quid est igitur, dixerit quis, in iure iurando?* Paradox. III. c. 2 *Nihilne igitur interest (nam hoc dicet aliquis) patrem quis enecet, an servum?* Hic tamen Heumanno suspecta sunt haec verba, et mihi quoque.

* *ut aliquis fortasse dixerit*] Ernestus *ut* tollendum esse censet.

Ithacae] Quae maris Ionii insula est cum oppido eiusdem nominis, in quo natus erat Ulysses.

cum parentibus] Laërte, Arcesii filio, et Anticlea, Dioclis filia.

uxore] Penelope, quam unice amabat.

filio] Telemacho.

ullum tu decus] Vin. Rom. et Venet. pr. *an nullum*, pro *an ullum*, ut alibi *an ullus* scriptum est, pro *an nullus*. Ald. et Lamb. *an* omittunt.

in quotidianis periculis et laboribus] Goth. et Pearcius cum decem MSS. Manutii: *laboribus et periculis*. In optimo Manutii cod. *periculis et* omissum. Goth. etiam praepositionem *in* excludit.

* *in quotidianis periculis et laboribus*] Gu. pr. et sec. scribunt *cotidianis*, quae orthographia Quinctiliano iudice praestat. Verba *periculis et* Gu. pr. proscribit. Transponunt quatuor Gu. et Gryph. *laboribus et periculis*. Hoc merito Pearcius reduxit. Deinde impr. veteres omnes *cum tranquillitate hac*.

3. * *istam contemnendam et abiiciendam*] Gu. quart. e glossa traxit *istam utilitatem cont.* More veterum

30*

4 non sit, ne utilem quidem esse arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse Ulixem, si in illa simulatione perseverasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen hoc audiat ab Aiace:

Cuius ipse princeps iuris iurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
Furere assimulavit, ne coiret, instituit.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia

pr. *habiciendam,* sec. et impr. Magont. *abiciendam.*

quoniam quae honesta non sit] Ita omnes libri: Heumannus vero rescribit, *quin, quia honesta non est.*

* *ne utilem quidem esse arbitror.*] Gu. pr. et impr. Lips. 1513. *ne utile quidem*: sec. et quart. *nec utilem quidem:* tert. *esse dixerim*: quint. *arbitror esse.*

4. * *fuisse Ulyssem*] Transponit Gu. quint. *Ulixem fuisse.* Deinde impr. veteres omnes *si in ipsa simulatione.* Postea Gu. pr. [et Bern. a b d Bas.] *perseveravisset*, et ordine praepostero quint. *perseverasset simulatione.* Idem paullo post *gessisset in bello.*

in illa simulatione] Vin. Rom. et plures *in ipsa simulatione*, fort. *in ista.*

haec audiat] Vin. *hoc audivit*: Venet. Arg. *haec audivit*, vitiose. Goth. cum melioribus *audiat*, i. e. cui haec audienda sunt apud poëtam, Pacuvium fortasse, cuius tragoedia, quam *iudicium armorum* inscripsit, olim exstitit.

* *tamen haec audiat*] Gu. pr. sec. tert. et quart. *tamen hoc*, [nullus Orellii.] Pro *audiat* omnes impr. veteres atque etiam Gu. quart. et quint. *audivit* perperam dederunt.

Cuiu' ipse princeps] Solus Ulysses *iuris iurandi fidem neglexit*, (ius iurandum non servavit) *cuius ipse princeps fuit*, id est, quo in primis se cum ceteris in publico Graeciae conventu adstrinxit, cum omnes iurassent, se ad Troiam ituros, nec prius redituros, quam eam solo aequassent.

* *Cuiu' ipse princeps*] Apostrophon priori pronomini nuper apposuerunt, quibus persuasum erat, litteram *s*, immo cum *s* ipsam syllabam *us*, ob sequentem vocalem, ab antiquis elidi. Horum errorem castigat Bentleius in libello de metris Terentianis. Sine discrimine, sive vocalis, sive consonans sequeretur, *cuius* una syllaba a priscis pronuntiatum esse, exemplis comicorum ostendit Wasius de licentia vet. poët. cap. IX. p. 103. seqq.

Furere assimulavit] Quid. *furere se simulavit*, quod metro repugnat. *Se* ad infinitivos subauditur.

* *Furere assimulavit*] Gu. pr. *adsimulavit:* in sec. syllaba *ad* erasa, corrector superscripsit *se*: quint. *simulavit.*

ne coiret instituit.] Vin. *ne eo iret quo instituit:* Rom. Venetae, Arg. *ne eo iret, quo instituit*: Oxon. cod. unus, *ne quo iret instituit.* Sed *ne coiret* est, ne cum ceteris iret, operam dedit, et in proposito perseveravit. Atque ita plane Goth. [Sed praeclare Bern. c *assimulare*, et vere. *Instituit* enim pro instituit et poëtae et prosae orationis auctores dicunt. Citat Orell. Ciceronis Aratea vs. 463.]

* *ne coiret instituit*] Gu. pr. impr. Lugd. 1527. et Gryph. *ne quo iret:* Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *ne eo iret quo.* Gu. tert. quart. impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lips. uterque *instituit.* Postea mei omnes *percepisset.*

Palamedis prudentia] Palamedes prudens. Vide Vechneri hellenolex. lib. II. c. 8. pr. Cum furorem simulans Ulysses, iunctis diversi generis animalibus, litus aratro proscinderet, pro frumento salem sereret: aranti parvulum filium, Telemachum, obiecit Palamedes, qua sulcus ducendus erat. Quo cum ille pervenisset, et aratrum

Istius percepset malitiosam audaciam,
Fide s..cratum ius perpetuo falleret.

Illi vero non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Graeciam ad bellum barbaris inferendum. 5
Sed omittamus et fabulas, et externa: ad rem factam nostraque veniamus 6
M. Atilius Regulus, cum consul iterum 7

suspendisset, ne filium obtereret, fraudem facile prodidit.

Istius] Est vel disyllabum, ut Pearcius opinatur, vel *istiu'* scribendum, ut dactylus sit loco spondei. Ita Facciolatus maluit.

percepset] *Percepisset* ut in Goth. est: sed hic syncopen metri ratio exigit, de qua ad lib. I. c. 12 extr.

* *malitiosam audaciam*] Gu. pr. *malitiosam astutiam*: quart. et a correctore quint. etiam impr. Magont. *malitiosam audaciam eiusdem.*

Fide sacratum] Victorii lectio: plerique scripti Aldi et nostri, *fide sacrata*: quidam Fabricii *fide sacratae,* secundo casu. Hoc Pearcio antiquius visum, quam alterum. *Fidei sacratae ius* est iusiurandum, ius fidei religione sacratae.

* *Fide sacratum*] Omnes scripti et impr. veteres mei *fide sacrata,* quod Iac. Gronovius defendit. Unice probo *fide sacratae,* quod Pearcio et patruo meo placebat. Idque recepissem, si mihi satis constaret, an in vetere libro sit repertum. [Est in Bern. e, cum in reliquis fere sit *sacrata,* in c *sacratum.*] Nam quod Fabricius testatur, in *plerisque* codicibus suis legi *fide sacratae,* vereor, ne in libris eius fuerit, quod plerique, etiam nostri, praeferunt, *fide sacrata.* Est vero *fidei sacratae ius* elegans iuris iurandi descriptio. Seneca Agamemn. v. 79 *Iura pudorque, Et coniugii Sacrata fides, Fugiunt aulas.*

5. *non modo*] Goth. *non solum cum hostibus, sed et cum fluctibus.* Cum fluctibus dimicavit in decennali illo errore undis iactatus.

* *non modo*] Gu. quint. *non solum cum hostibus, sed etiam.*

barbaris] Phrygibus, quos Graeci *barbaros* vocare consueverunt. Vide Cerda ad lib. II. Aeneid. v. 504. Meurs. ad Lycophron. v. 150.

6. * *dimittamus*] E Gu. pr. sec. tert. quart. et Aldinis quinque, in quibus est nobilis codex Tettii, consentientibus etiam libris Langii, impr. Anemoec. et Gryph. reposui *omittamus.* Hoc verbum, quod in praeteritionibus sollemne est, non minus commode in transitionibus adhibetur. Cic. de divinat. I, 20 princ. *Sed omittamus oracula: veniamus ad somnia.*

et fabulas et externa] Exempla a poëtis ficta, et ab exteris gentibus petita. Goth. *dimittamus fabulam.*

ad rem factam nostraque] Goth. *et ad nostram*: Vin. cum vulgatis *nostramque,* quod Pearcius retinet. *Nostraque* solus Ursini codex, sed tamen optime. *Fabulis* enim *res facta, externis* opponuntur *nostra.*

* *ad rem factam nostraque*] Gu. tert. *ad rem nostram factaque*: quart. *ad rem nostram facta veniamus.* Reliqui nostri cum optimis Aldi, Langii, Fabricii aliorumque codicibus, quibus accedunt prius editi omnes, *ad rem factam nostramque.* Haec scriptura nescio an a viris doctis unius libri, quo Ursinus usus est, testimonio nimis cupide condemnata sit. Quemadmodum *fabulis res facta,* ita *externis res nostra* singulari numero bene opponitur. Idem Reguli factum, quod *rem factam* Cicero dixerat, etiam *rem nostram* dicere potuit. Non eadem ratio est illorum in Catone mai. XXIII, 1 *Nos, si placet, nostra videamus.* [Recte Heus. et debebat exequi sententiam. *Nostraque* de Orellianis unus habet Bern. d.]

7. *consul iterum*] Fuerat primum consul a. CCCCLXXXVI. iterum decimo post anno CCCCLXXXXVII. [a Chr. 267

in Africa ex insidiis captus esset, duce Xanthippo Lacedaemonio, imperatore autem patre Hannibalis Hamilcare, iuratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Poe-
8 nis captivi nobiles quidam, rediret ipse Karthaginem. Is cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat, sed eam, ut res declarat, falsam iudicavit: quae erat talis: manere in patria, esse domui suae cum uxore, cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunae bellicae

et 256. Sed captus est anno post procons.]

* *cum consul iterum*] Gu. tert. *consul iterum cum*: quart. *quom consul'it rum*. Paullo post quint. *esset captus*.

Xantippo] Cur ita scribant recentiores editores miror. Non eadem huius nominis ratio est, quae ceterorum ad eamdem formam compositorum, qualia sunt *Cratippus*, *Alcippus*, *Leucippus*, de quibus ad libri I. princ. dixi. *Ξάνθιππος* a Graecis scribitur, Plutarcho, Appiano aliis, et est a *ξανθός*, non *ξαντός*; ut, etiamsi Aeolico more componatur, adspiratio tamen maneat, quam et libri multi hic servant. *Xanthippe* a Manutio ex lapidibus etiam probatur in orthographia.

* *Xantippo*] In impr. incerto est *Xanthippo*. Reliqui impr. veteres cum scriptis Gu. omnibus adspirationem negligunt. Etiam in Gruteri inscriptionibus bis *Xantippe*, sine *h*, *Xanthippe* nusquam reperio. Tantus consensus moverat mihi suspicionem, an *Ξάντιππος* a *ξαίνω* et *ἵππος*, quemadmodum a *πλήσσω* et *ἵππος* *Πλήξιππος* formatum sit. Sed Graeci *Ξάνθιππον* sine varietate scribunt, Latinosque librarios in *Xanthi* et *Xanthus* nominibus similiter aberrare memini.

imperatore] Summus tum imperator erat Hamilcar cum Hasdrubale et Bostare. Ab his exercitus ducendus permissus est Xanthippo, quem *ducem* ideo dicit Cicero

iuratus missus est] Totam hanc de Regulo historiam fabulosam et commenticiam esse, sunt qui ex Polybii silentio, et ex Diodori Siculi fragmento libri XXIV. colligunt: quorum princeps est Palmerius in exercitationibus, et quidem ad Appianum p. 152. Vide eum et p. 147. De participio *iuratus*, quo usus est et c. 32 pr. vide Vechneri hellenolex. lib. I. part. I. c. 8. p. 100.

redditi essent] *Essent* deest in Vin. *essent redditi* Rom. et Venet.

* *nisi redditi essent*] Magont. omittit verbum *essent*, quod Rom. et reliqui veteres impr. transponunt ita: *nisi essent redditi*. Paullo post Gu. quint. *ipse rediret Carthaginem*.

8. * *Romam venisset*] Gu. quint. *venisset Romam*.

* *utilitatis speciem videbat*] Guelph. tert. *utilitatem videbat*.

ut res declarat] Goth. *declarant*.

quae erat talis] Langio et Lambino haec sunt suspecta.

* *quae erat talis*] Haec tria verba, tamquam ineptum glossema, Facciolatus etiam sustulit. Gu. quint. et uterque impr. Lips. *quae talis erat*.

* *domi suae*] Gu. pr. sec. [Bern. a b d] optimique Langii, Lambini, Aldi, Fabricii, Cockmanni codices *domui suae*: contra quos Graeviani codicis auctoritas valere non debuit. [At ratio et exempla valere debent.] Deinde Gu. tert. *cum coniuge*, *cum liberis*.

cum liberis] Duos enim habebat filios, unum iam consularem.

* *communem fortunae bellicae*] Ernestus *communis fortunae bellicae* scribendum putat. Nota sunt *κοινὴ τύχη*, *Ἄρης κοινός*. Nihil tamen muto. *Calamitas fortunae bellicae* est, quam fortuna bellica importat: *communis*, quae non uni homini peculiariter accidit, sed quam multi etiam alii perpessi sunt.

iudicantem, tenere consularis dignitatis gradum; quis haec neget esse utilia? Quem censes? Magnitudo animi et fortitudo negat.

Num locupletiores quaeris auctores? Harum enim est 27
virtutum proprium, nihil extimescere, omnia humana de-
spicere, nihil, quod homini accidere possit, intolerandum
putare. Itaque quid fecit? In senatum venit, mandata ex- 2

consularis dignitatis gradum] Non *consulis*, sed *consularis viri* dignitatem. Consulatus enim iam alii cesserat. Vide ad Philipp. II, 3, 6.

* *quis haec neget*] Gu. pr. sec. atque ed. Gryph. *quis haec negat.* [Item sic Bern. a b d, a quorum auctoritate librorum non opus fuit recedere.] Statim transponit Gu. tert. *utilia esse.*

Quem censes?] Sic Ursinus et Graevius, qui interpretatur, *quem censes esse Atilium, quid dices de Atilio?* Si ita, ut editum, recte legitur, (quod puto) explicare malim *quem censes negare?* Sed *quae censes* est in duodecim codd. Anglic. Goth. Vin. ed. Magont. Rom. Venet. Arg. Pearcius, (qui ita scribit: *quae censes*) explicat: *magnitudo animi et fortitudo negat ea, quae censes esse utilia.* Hoc non placet.

* *Quem censes?*] Hanc unice veram Ursini et Graev. codicum scripturam, quam recte interpretatur patruus meus, confirmat etiam Aldus ex Alb. Tettii eximiae bonitatis libro. Scripti Gu. et impr. veteres omnes corruperunt *quae censes.* Non videbant homines isti, Ciceronem noto schemate, quod communicatio dicitur, usum esse. Suavissimum hoc genus communicationis a Quinctiliano IX, 2, 22. sic explicatur: *Sed non numquam communicantes aliquid inexspectatum subiungimus, quod et per se schema est. Ut in Verrem Cicero* (lib. V. cap. 5). Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut praedam aliquam? *Deinde cum diu suspendisset iudicum animos, subiecit quod multo esset improbius.* Haec Quinctilianus. Huiusmodi conformatione Cicero sententias illuminare solet. De or. I, 29. extr. *Idque ex te quaerimus, - - - quid praeterea esse adsumendum putes? Tum Crassus arridens, Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium et ardorem quemdam amoris?* Brut. c. 71 *Quid igitur de illo iudicas, quem saepe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quod habiturus es similem tui?* Pro Caecina c. 5. extr. *Itaque mulier facere constituit: mandat, ut fundum sibi emat. Cui tandem? cui putatis? an non in mentem venit omnibus hominis illius,* cet [Verum est sine dubio *quem censes,* sed miror tamen *quae censes* de Orellianis libris in uno Bern. e inventum esse.]

Cap. XXVII, 1. *locupletiores auctores*] Cap. III, 14 *Testis locuples Posidonius.* Lib. II. de div. c. 58 *Pythagoras et Plato locupletissimi auctores,* id est, viri, quorum sententia plurimum valere debet, quibus credere par est.

* *Num locupletiores quaeris auctores*] Scripti Gu. et impr. Magont. incert. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *Nam.* Tamen in Gu. quart. rescriptum est *Num.*

* *Harum enim est*] Hunc ordinem verborum Gu. sec. retinuit. Verbum *est* pr. non habet, nisi a correctore. Transponunt tert. et quart. *Harum enim virtutum proprium est:* quint. *Harum enim virtutum est proprium.*

extimescere] Goth. *pertimescere.*

* *nil extimescere*] Gu. pr. sec. tert. quart. ed. Gryph. et Pearc. *nihil.* Gu. quint. *nil pertimescere.* Paullo post quart. *nihil quidem quod homini.* Deinde quint. *posset accidere.*

humana] Vid. ad lib. I, 4, 6.

2. *mandata*] Quae a Poenis sibi mandata, vel, ut vulgo loquuntur, *commissa* essent.

posuit: sententiam ne diceret, recusavit; quam diu iure iu-
3 rando hostium teneretur, non esse se senatorem. Atque
illud etiam (o stultum hominem, dixerit quispiam, et re-
pugnantem utilitati suae!) reddi captivos, negavit esse utile:
illos enim adolescentis esse, et bonos duces, se iam con-
4 fectum senectute. Cuius cum valuisset auctoritas, captivi
retenti sunt, ipse Karthaginem rediit: neque eum caritas
5 patriae retinuit, nec suorum. Neque vero tum ignorabat,
se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia pro-
6 ficisci: sed ius iurandum conservandum putabat. Itaque
tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore caussa, quam

* *ne diceret, recusavit*] Usitatius fuisset *dicere recusavit.* Sed illa altera constructio, cuius exempla Ernestus se reperisse negat, non minus proba est atque elegans. [Immo usitatior.] *Recusare* enim proprie est caussam s. excusationem contra adferre. Noster de or. II, 15 *De musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto, recusare.* Ad divers. ep. I, 19, 26 *Vehementer etiam res ipsa publica me movit, quae mihi videbatur contentionem, praesertim in maximis rebus a Caesare gestis, cum illis viris nolle fieri: et, ne fieret, vehementer recusare.*

* *quamdiu iureiurando*] Gu. tert. *Quam diu enim iure iurando*: quart. *Quam diu in iure iurando.*

* *non esse se*] Gu. pr. et sec. *non esse senatorem se*: tert. *se non esse senatorem dicebat*: quart. et quint. *dicens se non esse senatorem.* Pronomen *se* ab omnibus impr. veteribus [et a Bern. b d] abest. Deinde quint. *Atque etiam illud.*

se senatorem] *Se* omissum in Vin. Rom. et vulg. ceteris, sed male. Goth. *se non esse,* quod sonantius. Idem vero praeponit *dicens,* quod abesse potest.

3. * *utilitati suae*] Deest pronomen in Gu. quarto.

negavit esse utile] Etsi sententiam dicere recusaverat, et expositis Carthaginiensium mandatis e senatu exierat cum ceteris legatis: tamen postremo in eum solus fortasse revocatus, reddi captivos utile esse, negavit.

* *adolescentis esse*] Omnes impr. veteres *adolescentes et bonos duces esse.*

* *et bonos duces*] Copulam Gu. tert. non habet, nisi a correctore. Deinde sec. *sed iam confectum,* et a manu recentiore *sed se*: tert. *se iam senectute confectum*: quint. *sese iam confectum.* Tamen alterum *se* corrector punctis subnotavit.

4. *Cuius cum valuisset auctoritas*] Etsi non ut senator, sed ut privatus et peregrinus, sententiam dixerat: tamen in eam S. C. factum est.

eum caritas patriae] Goth. *eum* excludit.

* *eum caritas patriae*] Gu. sec. et a correctore quint. *enim caritas patriae.* Postea quart. *neque suorum.*

5. * *Neque vero tum*] Gu. quart. *nec tum,* abiecto *vero*: quint. *nec vero tum*: impr. Magont. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *Neque vero tamen.* In fine periodi Gu. quart. *conservare putabat.*

6. * *Itaque tum, cum*] Gu. tert. *Itaque cum,* omisso *tum.* [Bern. c *tum inquam cum.*] Deinde impr. Magont. et incert. *iugulando necabatur.*

cum vigilando necabatur] Auctore Tuditano apud Gellium lib. VI. c. 4. qui eum *somno diu prohibitum atque ita vita privatum retulit.* Alii aliter. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. lib. VI, 539. Morbo vero exstinctum ex Diodori Siculi fragmento hoc colligit Palmerius p. 147. quo Reguli uxor suspicata fuisse dicitur, virum in custodia *necessaria cura*

si domi senex captivus, periurus consularis remansisset. At 7
stulte, qui non modo non censuerit captivos remittendos,
verum etiam dissuaserit. Quo modo stulte? etiamne si rei 8
publicae conducebat? Potest autem, quod inutile rei publicae sit, id cuiquam civi utile esse?

Pervertunt homines ea, quae sunt fundamenta naturae, 28
cum utilitatem ab honestate seiungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur, nec facere aliter ullo
modo possumus. Nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis 2
potius, qui ea non studiosissime persequatur? Sed quia 3
nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate utilia reperire, propterea illa prima et summa habemus; utilitatis

destitutum defecisse. (δὲ ἀμέλειαν αὐτὸν ἐκλελοιπέναι τοῦ ζῆν.)

erat in meliore causa] Causa eius melior, ipse meliore conditione, minus miser erat.

° *meliore causa*] Gu. tert. quart. et omnes impr. veteres *meliori causa.*

periurus, consularis] Haec cum Pearcio et Facciolato copulo, cum vulgo dirimantur.

° *consularis remansisset*] Gu. quart. *remansisset consularis*: impr. incert. Venet. 1498. et uterque Lips. *et consularis*: incert. *permansisset.*

7. *At stulte*] Subaudi *fecit.*

° *captivos remittendos*] Gu. quart. *redimendos.* Deinde pr. et sec. *verum etiam persuaserit.*

dissuaserit] Goth. *persuaserit.*

8. ° *Quomodo stulte?*] Nonius in verbo *Conducere* adfert: *Stulte, etiamne si rei p. conducebat.* Hinc suspicio nasci queat, particulam *quomodo* a Nonii libris afuisse, in quibus lectum sit, *Stulte? Etiamne si rei p. conducebat?*

etiamne] Etiamne stulte fecit, si id reipubl. conducebat? Goth. *etiam si ne reipubl.*

° *etiamne si reip.*] Gu. sec. *etiamne si non rei p.* tert. *etiamne si quia rei p.* Deinde post verbum *conducebat* sec. male adiicit *erat utile.*

° *Potest autem*] Gu. tert. *Potestne autem.* Deinde quint. et Nonius *quod rei p. inutile sit.*

id cuiquam civi] *Id* eleganter postponitur. supra c. XIII, 11 *Cum, quod tu scias, id ignorare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire.*

° *id cuiquam civi utile esse?*] Nonius *id quiquam civi,* sed Nonius Gu. *id cuiquam ibi.* Gu. pr. sec. et tert. *id cuiquam civi esse utile*: quart. *id cuipiam civi utile esse.*

Cap. XXVIII, 1. *cum utilitatem ab honestate seiungunt*] Goth. *cum honestatem ab utilitate seiungunt.* Sed, ut vulgo, totum hunc locum exscripsit Vincent. Bellov. Vid. cap. VIII, 4.

° *Omnes enim expetimus*] Abiecta coniunctione, Gu. quint. *expetimus omnes.* Postea quart. et a corr. quint. *nec possimus facere aliter ullo modo.*

2. *aut quis potius*] In Goth. *potius* omissum.

° *aut quis potius*] Gu. quart. *aut quis est potius*: exc. Bedae atque Eybi *aut quis potius est.* Deinde Gu. quart. cum impr. Magont. et incert. *qui eam non studiosissime.* Tum veteres impr. omnes *prosequatur.*

3. ° *Sed quia nusquam*] Gu. tert. et Goth. *Sed quia nunquam.*

illa prima et summa habemus] In Goth. *prima,* in uno Oxon. *et summa* deesse video, ut alterutrum suspectum esse possit.

° *prima et summa*] Beda *et prima, et summa.*

nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus.
4 Quid est igitur, dixerit quis, in iure iurando? Num iratum timemus Iovem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo, qui deum nihil habere ipsum negotii dicunt, nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui deum semper agere aliquid, et moliri volunt, numquam
5 nec irasci deum, nec nocere. Quid autem iratus Iupiter plus nocere potuisset, quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis fuit religionis, quae tantam utilitatem perverteret.

utilitatis nomen] Utilitatem. Sic *philosophiae nomen* lib. II, 1, 3. Utilitas non multum habet dignitatis, sed tamen propter indigentiam naturae humanae appetenda est.

° *utilitatis nomen*] Gu. tert. exc. Bedae atque Eybi *utilitatis vero nomen.* Deinde quart. *non tam esse splendidum.* Statim tert. et quart. Beda atque Eybus *quam necessarium putamus.*

4. *dixerit quis*] Qui laudem Regulo a me tributam ereptum it.

in iure iurando] Quam vim habet iusiurandum?

° *Num iratum*] Gu. sec. et impr. Magont. *Non iratum*: Gu. quart. *Non iratum timemus nomen.*

At hoc quidem] Non Ciceronis, sed eius verba sunt, qui Regulum laudandum negat.

° *non eorum modo*] Gu. tert. et quart. *non modo eorum.*

qui deum nihil habere ipsum negotii dicunt] Verbum *dicunt* exclusit Pearcius. Epicureorum haec opinio erat, deum nihil agere, nihil cuiquam nocere. Lucret. lib. I. v. 57. lib. V. v. 83. Cicer. lib. I. de nat. deor. c. 17. et 20. Senec. lib. III. de benef. c. 19. Tertullian. apologet. c. 47. ubi vide Havercamp.

° *negotii dicunt*] Gu. quart. *negotii tradunt*, quod favet Pearcio verbum *dicunt* abiicienti.

° *et nihil exhibere*] Copulam in Gu. pr. sec. tert. etiam ante correctorem in quinto, praeterea in decem Aldi codicibus atque in ed. Gryph. omissam expunxi. Perperam impr. Magont. Venet. 1498. ac Lips. 1513. *et nihil exhiberi.*

° *sed eorum etiam*] Gu. quint. et Goth. *etiam* omittit. Deinde Gu. tert. *qui dicunt semper agere aliquid.* Postea quart. *numquam irasci*, omisso *nec*: quint. *nec irasci nec nocere,* non male omisso *deum.*

qui deum semper agere aliquid et moliri] Stoici maxime intelliguntur, qui deo providentiam et mundi huius administrationem tribuunt. Non multum ab his discrepabat Academicorum et Peripateticorum sententia. Vide T. Pfanneri systema theolog. gentil. cap. VIII, 3. p. 208. seq.

nec irasci deum nec nocere] In hoc cum Epicureis consentiebant et Stoici ceterique philosophi. Vide Lactant. de ira c. II; 8. V, 1. Senec. lib. II. de ira c. 27. Pfanner. eodem libro c. II, 23.

5. ° *Quid autem iratus Iupiter*] Vocabulum *iratus*, nisi corrector fuisset, in Gu. sec. non legeretur.

° *sibi ipse*] Pronomen *ipse* abest a Gu. quarto. In impr. Lips. 1513. corruptum est *sibi ipsi.*

vis fuit religionis] *Fuerit* Vin. et Ven. pr.

° *vis fuit religionis*] Gu. pr. *vis religionis fuit:* quart. *fuit vis religionis*: impr. Magont. et incert. *vis fuerit religionis.* Haec mihi prope persuadent, verbum a mala manu accessisse.

praeverteret] Ita Langius ex coniectura: in libris erat *perverteret* vel *praeveniret,* quae explicatio est verae lectionis, quae postea in uno cod. reg. Angl. [et in Bern. b c d] reperta est *praeverteret.* In Goth. hoc verbum excidit plane.

° *praeverteret*] Ut plerique, ita mei libri omnes *perverteret.* Id Facciolatus Ernestusque reduxerunt.

An ne turpiter faceret? Primum, minima de malis. Num 6
igitur tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille
cruciatus? Deinde illud etiam apud Accium, 7

Fregistin' fidem?
Neque dedi, neque do infideli cuiquam,

quamquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur.
Addunt etiam, quem ad modum nos dicamus, videri quae- 8
dam utilia, quae non sint: sic se dicere, videri quaedam

Vidit hic, nomen *vis* verbo *praevertere* non convenire: nec ego ullam eius verbi significationem, quae loco huic apta sit, apud Ciceronem et bonos auctores reperio.

6. *An ne turpiter faceret?*] An ideo, ne turpiter faceret, servandum fuit ius iurandum?

Primum] Primum hoc constat, omnium philosophorum praeceptum esse, *minima de malis sumenda.*

* *Num igitur*] Gu. pr. quart. Goth. Graevii primus, impr. Magont. et incert. *Non igitur.* Deinde Gu. tert. transponit *mali tantum:* quart. *tanti mali.*

habebat] Goth. Rom. Ven. Arg. *habebit.*

* *habebat*] Gu. tert. *haberet:* quart. quint. et omnes impr. veteres *habebit.*

* *quantum ille cruciatus?*] Gu. sec. *quantum iste cruciatus?* tert. *quantum cruciatus ille?* Statim quart. transponit *Deinde etiam illud.*

7. *Accium*] Vide ad c. XXI, 12. Alii *Actium* vel *Attium.* Dictum hoc ab eo est in Atreo.

* *Accium*] Gu. sec. impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. etiam Gryph. hanc scripturam praeferunt. Reliqui *Actium.* [Bern. e *Attium,* reliqui igitur Orelliani videntur *Accium* exhibuisse.]

Fregisti fidem] *Fregistine* Goth. Vin. Anglicani et vulg. Graevius particulam detraxit.

* *Fregisti fidem*] Hanc Graeviani libri scripturam nusquam reperio. [Est in Bern. c] In meis enim non secus, quam in omnibus aliorum codicibus est *Fregistine.* Id quia metro repugnat, scribo *Fregistin' fidem?* atque ita explico, ut Thyestes dicat: An non fregisti fidem? Ita Liv. II, 36, 4 *Satin' magnam spreti numinis haberet mercedem?* Plura exempla particulae *ne* pro *nonne* usurpatae contuli supra ad cap. XVII, 2.

neque do] Vin. Rom. Ven. pr. *neque dabo*: iidem tamen libri c. 29. ubi hic versus iterum adfertur, eum vulgatis concinunt. Muretus lib. XIV. var. lect. c. 3. ita hunc versum restituit:

Neque do infideli cuiquam, neque dedi fidem.

Lege igitur:

Fregisti fidem.
Neque do infideli cuiquam, neque dedi fidem.

* *neque do*] Impr. Magont. *neque dabo*: Gu. tert. *neque do fidem cuiquam infideli*: quart. *nec do infideli cuiquam fidem.* Omnes male. Nec adsentior Mureto haec ad numeros iambicos revocanti. Carmen Accii ita seiunxi, ut appareat, Thyestae interrogationi clausulam, responsioni vero Atrei quinque pedes primos versuum trochaicorum a poëta adsignatos esse.

ab impio rege] Atreo, de quo vide Hygin. fab. 88. Infra c. 29. lib. I, 28, 2.

luculente] Ita hic ad unum omnes legunt, non *luculenter,* ut multi supra c. XIV, 10.

* *luculente tamen*] Transponit Gu. quart. *tamen luculente:* impr. uterque Lips. *luculenter tamen.*

8. * *utilia, quae non sint*] Gu. tert. et quint. *utilia, quae non sunt.* Deinde pr. *se sic dicere.*

dicere] Abest a Palat. pr. *se videre dici* Graev. pr.

honesta, quae non sint: ut hoc ipsum videtur honestum,
conservandi iuris iurandi caussa ad cruciatum revertisse:
sed fit non honestum; quia, quod per vim hostium esset
9 actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam, quidquid
valde utile sit, id fieri honestum, etiam si ante non vide-
10 retur. Haec fere contra Regulum. Sed prima videamus.
29 Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret: qui
2 neque irasci solet, nec nocere. Haec quidem ratio non
magis contra Reguli, quam contra omne ius iurandum va-
3 let. Sed in iure iurando non, qui metus, sed quae vis sit,
debet intelligi. Est enim ius iurandum, affirmatio religiosa.
4 Quod autem affirmate, quasi deo teste, promiseris, id te-

° *honesta, quae non sint*] Omnes Gu. et Gryph. *honesta, quae non sunt.* Statim Gu. quart. *et hoc ipsum honestum videt.*

videtur] Oratio obliqua posceret coniunctivum *videatur*, ut deinde *sed fieri*, ubi Goth. *sed sit*: sed veteres in his saepe aliter solent, ac nos.

° *conservandi iurisiurandi*] Gu. pr. et sec. *conservandi iuris causa*, ut ius bellicum intelligatur. Non tamen *ius iurandum conservare* displicere debet. Corn. Nep. in vita Ages. II, 5 *Tamen ius iurandum servabat.* Ibid. *Se autem, servata religione, confirmare exercitum.* Ibi quoque meliores codices, in his Gu. *conservata religione* dederunt. In vita Hannib. II, 5 *Id ego ius iurandum, patri datum, usque ad hanc aetatem ita conservavi.*

sed fit non honestum] Goth. *sed sit honestum*, male.

quod per vim hostium esset actum] Pal. pr. *hostium* non habet. Vinar. transponit *per vim. esset hostium.*

° *per vim hostium*] Postremam vocem Gu. quart. omittit.

9. ° *etiam si antea*] Gu. pr. et sec. *etiam si ante*, quod placet: [sed Orell. significat non esse in ullo libro suo:] tert. *etiam si a natura*: quart. *etsi antea.*

non videretur] Goth. *videtur.*

10. ° *contra Regulum*] Gu. quint. *contra Regulum dicta sunt*, quod irrepsit e glossa. Deinde quart. *Sed de prima videamus.*

prima] Quae leguntur n. 4.

Cap. XXIX, 1. *qui neque irasci solet*] Vin. cum vulg. *quia neque.* In Goth. verbum *solet* non est.

° *qui neque irasci*] Gu. tert. et quart. *qui nec irasci*: omnes impr. veteres *quia neque irasci.*

° *neque nocere*] E Gu. pr. sec. tert. quart. atque ex ed. Gryph. praetuli *nec nocere.*

2. *contra Regulum*] Pearcius edidit *contra Reguli* scil. *ius iurandum.* Fuit hoc in duobus codd. Manutii, et est in Goth. unde Pearcio obsecutus sum.

° *contra Regulum*] Pearcio et patruo meo *contra Reguli* reponentibus adstipulantur Gu. pr. sec. [Bern. a b c d] et Gryph. Deinde Anemoecius dedit *quam contra omnium.*

3. *non qui metus, sed quae vis sit*] Goth. *non quis metus*: Vincent. Bellov. *sed quod ius sit*, ut unus cod. Oxon. *sed quae vis effectus, debet* Ven. pr. In iure iurando id potius considerandum, quae eius natura et obligatio, quam quid mali in eo violato metuendum sit.

° *non qui metus*] Gu. quint. *non quis metus.* Postea impr. Magont. *sed quae vis effectus debet*: incert. *sed quae vis debet intelligi*, omisso *sit.* Gu. quart. *oportet intelligi.* Tum quint. *Etenim ius iurandum.*

affirmatio religiosa] Adfirmatio praesente ac teste deo facta, atque hac religione iurantem obstringens.

4. *affirmate*] Rom. et vulg. *affirmative.* [Bern. c. *affirmat et.*]

° *affirmate*] Hoc scripti Gu. impr.

nendum est. Iam enim non ad iram deorum, quae nulla est, sed ad iustitiam et ad fidem pertinet. Nam praeclare Ennius:

O Fides alma, apta pinnis, et Ius iurandum Iovis.

incert. et Anemoec. exhibent. Reliqui impr. veteres *affirmative*, exc. Bedae atque Eybi *affirmando* dederunt. Est autem *affirmate promittere* nihil aliud, quam cum affirmatione, sive asseveranter promittere. Non igitur assentior iis, qui *affirmate* interpretantur *iure iurando.*

non ad iram deorum] Non quaeritur, utrum deus vindex periurii sit; sed an is iustus, an fides in eo sit, qui promissa non servaverit. Iusiurandum servandum non ideo magis, quia deus periuris metuendus, quam quia iustum et fidei conveniens est.

quae nulla est] Disputat hic Pearcius, an Cicero etiam iram deo detraxerit, idque concedendum non existimat. Nam lib. II. c. 3. dixit: *deos placatos pietas efficiet et sanctitas.* Pro Rosc. comoed. c. 16 *Dii immortales hominibus irasci et succensere consuerunt.* Lib. II. de leg. c. 8 *Divorum iras providento*: c. 9 *Impius ne audeto placare donis iram deorum.* Addo et Catil. I, 13. extr. Sed primum illud constat, deum ex Stoicorum et Academicorum mente hominibus quidem benefacere, minime vero irasci. Vide Cicer. lib. I. de nat. deor. c. 43. et 44. Senec. lib. IV. de benef. c. 4. et 5. Aliter si sensisset Cicero, id aliquo fortasse loco testaturus fuisset. Deinde vero et hoc certum est, *placatos* et *propitios deos* a Stoicis dictos, non qui non irascerentur, sed qui bene facerent. Vide Senec. ep. CX. pr. Ubi ergo Cicero *iratos* facit deos, non tam ex suo, quam ex vulgi sensu loquitur.

* *et ad fidem pertinet*] Praepositio in quatuor Gu. deest. Transponit tert. *pertinet et ad fidem.*

5. *O Fides alma apta pinnis*] *Fides* hic nomen proprium deae est.

* *O Fides alma*] Versum Ennii trochaicum Lipsius elect. I, 18. foede truncatum iambis decurrere iussit, hoc modo:

Fides alma, apta pennis, iurandum Iovis.

apta pinnis] Ταῖς κορυφαῖς τῶν ναῶν. *Fidem* dicit et *Iusiurandum* Iovis digna esse summitatibus templorum, ut eorum simulacra in excelso loco templorum collocari debeant: et ita in Capitolio, iuxta Iovis simulacrum, Fidei et Iurisiurandi statuae erant. *Apta* vero, *iuncta. Apere* prisca lingua significabat *iungere.* Virgilius: *Coelum stellis fulgentibus aptum.* Attilius Calatinus primus omnium Fidem in Capitolio consecravit, mox Aemilius Scaurus. (Cicer. lib. II. de nat. deor. c. 23.) *Maturantius.* Alii cum Mureto lib. XIV. var. lect. c. 3. *aptam pinnis* rectius interpretantur *alatam*, πτερόεσσαν, Appuleium (apolog. p. 326. vers. 26.) auctorem secuti, deum ubique praesto esse significantes. Existimat vero Pearcius, etiamsi *alma* dicatur Fides, etiamsi *apta pennis*, etiamsi *Iusiurandum Iovis* eodem versu cum *Fide* invocetur, inde tamen non sequi hoc, ut, qui *Iusiurandum* violat, is etiam *Fidem violet:* adeoque aut mendum esse in his Ennianis, aut Ciceronem plures, qui olim sequerentur, Ennii versus in mente habuisse.

* *apta pinnis*] Gu. sec. impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *pennis*: Magont. *pinis.* Tamen in Gu. sec. supra versum erat scriptum *l. pinnis.*

Iusiurandum Iovis] *Fides* dicitur *iusiurandum Iovis*, per quam ipse Iupiter iurat, qui, cum per maiorem iurare non possit, sua ipsius fide obligatur. Non patitur igitur eam violari, quam ipse sancte colit.

* *et Iusiurandum Iovis*] Mihi quidem poëta, *Fidem* esse *ius iurandum Iovis*, dicere non videtur. In tragoedia per ius iurandum deceptus aliquis, Thyestes fortasse, Fidem et Ius iurandum Iovis, tamquam deos periurii ultores, invocabat. Iam si contra periurum Fides, ut periurii ultrix, recte invocatur; bene habet

Qui Ius igitur iurandum violat, is Fidem violat, quam in
Capitolio vicinam Iovis Optimi Maximi, ut in Catonis ora-
6 tione est, maiores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus
quidem Iupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi nocuit
7 ipse Regulus. Certe, si nihil malum esset, nisi dolere.
Id autem non modo summum, sed ne malum quidem esse,
8 maxima auctoritate philosophi affirmant. Quorum quidem

Ciceronis consectarium illud: *Qui ius iurandum violat, is Fidem violat.* Appellatur autem *ius iurandum Iovis*, quia Iupiter, qui inde Ὅρκιος est, iuris iurandi arbiter existimabatur, eiusque honor proprius erat, quod per ipsum iurabatur. Probe vidit Lipsius, ad hunc Ennii versum respexisse Appuleium de deo Socr. p. 45 *Utrumque idoneum non est, per quod adiures, neve per ista iuretur, cum sit summi deorum hic honor proprius. Nam et ius iurandum Iovis* (*iurandum*) *dicitur, ut ait Ennius.* Vocabulum, quod uncis intersepsi, ab inepto grammatico, qui stolidam notationem *iuris iurandi* sectabatur, accessisse puto. In hunc fere modum iam pridem a Memmio emendatum esse Appuleii locum, Guellius ad Virg. Aen. IX, 300. adnotavit.

* *Qui igitur iusiurandum*] Longe suavius est *Qui ius igitur iurandum,* quod e Gu. pr. sec. quart. et quint. edidi.

* *is Fidem violat*] Pronomen neque est in Gu. pr. nec in sec. nisi in hoc a correctore. Deinde quart. *quam in Capitolium.* Idem paullo post transponit *nostri maiores esse voluerunt.*

in Capitolio vicinam Iovis] Cicero lib. II. de nat. deor. c. 23 *Ut Fides ut Mens: quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Aemilio Scauro, ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata.* Meminerunt eius et Plinius lib. XXXV, 10. post med. Vide interpretes ad Liv. lib. I, 21, 4.

6. * *quam sibi nocuit ipse Regulus*] Gu. sec. *quam ipse Regulus sibi nocuit:* tert. *quam ipse sibi nocuit Regulus.*

7. *Certe*] Concessionis particula. Lib. IV. ep. II, 5 *Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certe similis in utroque nostrum, cum optime sentiremus, error fuit.*

* *nisi dolere*] Gu. sec. *nisi dolore.* Ita in suis libris fuisse, Langium vero *nisi dolor* edidisse, Fabricius testatur. Gu. quart. *nihil dolere.*

* *Id autem non modo non*] Gu. pr. *Id autem non summum malum,* omissis *modo non.* Scio equidem, veteres ita loquutos esse. Nihilo minus e Palat. pr. Gruteri, ex Io. Fred. Gronovii duobusque Cockmanni codicibus *id autem non modo summum* recepi, quod Iac. Gronovius etiam supra in adn. ad cap. 27. extr. suaserat. [Accedit Bern. c.]

summum malum] Goth. *solum malum.*

nec malum quidem] Goth. *nec malum,* sine *quidem*: melius unus cod. Ald. Lamb. Pearc. Facciol. *ne malum quidem.*

* *summum malum, sed nec malum quidem*] Prius substantivum Gu. sec. non agnoscit, eoque haud invito Cicerone carebimus. Supra c. VIII, 3 *Id esse aut solum, aut summum bonum.* Pro Marcello c. 6 *Quae non modo summa bona, sed nimirum audebo vel sola dicere.* Pro Deiot. c. 13 *Quae omnes docti atque sapientes summa, quidam etiam sola bona esse dixerunt.* [Sed obstat reliquorum codicum auctoritas.]

* *nec malum quidem*] Etiam Gu. pr. sec. impr. incert. ac Lugd. 1527. emendant *ne malum quidem.* Gu. quart. *nec quidem malum.*

* *maxima auctoritate*] Gu. tert. et quart. *summa auctoritate.* Hic etiam deinceps *philosophi affirmatur.*

testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum, Re-
gulum, nolite, quaeso, vituperare. Quem enim locupletio- 9
rem quaerimus, quam principem populi Romani, qui reti-
nendi officii caussa cruciatum subierit voluntarium? Nam 10
quod aiunt, Minima de malis; id est, ut turpiter potius,
quam calamitose: an est ullum maius malum turpitudine?
Quae si in deformitate corporis habet aliquid offensionis,
quanta illa depravatio et foeditas turpificati animi debet vi-
deri? Itaque, nervosius qui ista disserunt, solum audent 11
malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, hi
tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud 12
quidem,

Neque dedi, neque do infideli cuiquam,

8. *Quorum quidem testem*] Philosophorum testem dicit Regulum, quod, quae illi docent, is vita comprobavit. Nam *factis verba firmantur*, ut ait Lactant. lib. IV, 23, 9. quod si philosophi non faciunt, eorum praeceptis nemo obtemperat.

haud scio an gravissimum] Fortasse gravissimum. Vid. ad lib. I. c. 11. pr.

9. * *Quem enim locupletiorem*] His addit Gu. tert. *auctorem*, quod glossatoris commentum est. Postea idem et quint. *principem rei p.* impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. *principem publicae rei* dederunt. Paullo post Gu. quint. transponit *causa offitii.*

principem populi R.] Goth. Ald. *reipublicae,* Vin. Rom. tres Ven. Arg. *publicae rei,* quia scriptum fuit *P. R.*

voluntarium] Goth. *subiecit ultro.*

* *cruciatum subierit voluntarium*] Gu. sec. a correctore *se cruciatui subegerit voluntario:* quart. *cruciatum subiret voluntarium*: quint. *cruciatum subierit ultro*: Anemoec. *cruciatum subierat voluntarium.*

10. *quod aiunt*] Goth. Vin. Mog. Rom. et vulg. *qui aiunt.* Deinde iidem libri, *minima de malis, i.* (id est, al. *ii*) *ut turpiter potius.*

* *Nam quod aiunt*] Gu. quint. a correctore *Nam qui aiunt*, quod impr. veteres omnes tenent.

* *Minima de malis*] Ex ingenio glossatoris Gu. tert. his adiicit *eligenda.*

* *id est, ut turpiter*] Gu. pr. *idem est ut turpiter:* quart. *i. iupiter:* impr. Magont. *hii ut,* reliqui impr. veteres *hi ut turpiter.*

* *maius malum turpitudine?*] Gu. sec. *magis malum turpitudine:* tert. *malum turpitudine maius*: quart. *malum maius turpitudine.*

in deformitate corporis] In deformi corpore.

* *habet*] Hoc est in Gu. tert. Reliqui vel *hūt,* vel *habeat* exhibent: quod impr. veteres omnes, etiam Anemoec. et Gryph. amplexi sunt.

* *debet videri*] Gu. tert. *videri debet.*

11. *nervosius qui ista disserunt*] Vin. et Ven. *illa.* Stoicos intelligit, qui sola turpia dicebant esse mala.

* *ista disserunt*] Omnes impr. veteres *illa disserunt.* Deinde Gu. tert. et quart. *solum malum audent.*

malum dicere] *Dicere* omissum in uno Oxon.

* *quod turpe sit*] Gu. sec. *fit.*

remissius] Peripatetici. Vid. cap. IV, 15. c. VII, 3.

* *hi tamen*] Gu. pr. sec. et impr. Magont. *hii tamen:* tert. *ii tamen*: quart. *hii,* omisso *tamen.*

12. * *Nam illud quidem*] Gu. tert. *Nam illum quidem.*

Neque dedi] Vide c. XXVIII, 7.

fidem] Abest a Goth. quatuor

idcirco recte a poëta, quia, cum tractaretur Atreus, perso-
13 nae serviendum fuit. Sed si hoc sibi sumunt, nullam esse
fidem, quae infideli data sit, videant, ne quaeratur latebra
14 periurio. Est ius etiam bellicum, fidesque iuris iurandi
15 saepe cum hoste servanda. Quod enim ita iuratum est, ut
mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter,

Manut. tribus regiis Angl. et plerisque Oxon.

° *neque dedi, neque do fidem*] Vocabulum *fidem* omittit etiam Gu. pr. nec habet quint. nisi a correctore in margine. Eiusmodi fulcro non magis hic opus est, quam in illis Ennii supra I, 16, 9 *Nihilo minus ipsi lucet.*

recte a poëta] Vin. Rom. et vulg. addunt *dicitur*, quod vero in Goth. et aliis scriptis omissum.

° *recte a poëta, quia*] In impr. Venet. 1498. in utroque Lips. et in Lugd. 1527. adverbium *recte*, in Gu. sec. coniunctio *quia* deest. Gu. tert. quart. impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. glossa auctiores *recte a poëta dicitur quia.* Transponit Gu. quint. *a poëta recte quia.*

tractaretur Atreus] Atrei persona induceretur.

personae serviendum] Poëta non ex sua, sed ex Atrei persona locutus est, dixitque non quae ipse probaret, sed quae impio rege digna essent.

13. *si hoc sibi sumunt*] Si hoc defendendum suscipiunt, si, quod Atreo tribuit poëta, suum faciunt. Vinar. et Ven. tres cum Arg. *si hic sibi sumunt.* al. *hinc.*

° *si hoc sibi sumunt*] Coniunctionem Gu. quart. omittit: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *si hic sibi sumunt*: Gryph. *si hoc sibi sumant.* Postea Gu. sec. *viderant, ne quaeratur.* An ille librarius in exemplari suo *viderint* repererat? [Bern. c *quaerant latebram,* non male.]

nullam esse fidem] Quae hosti promissa sint, non obligare.

latebra] Quo ad impunitatem confugiat.

14. *Est autem ius*] Goth. *est enim ius,* sine *etiam*: Vin. Rom. *est autem etiam ius.* Assentior Gothano.

° *Est autem ius etiam*] Particulam *autem* Gu. pr. sec. et quint. iubentibus expunxi. Gu. tert. cum Goth. *Est enim ius etiam*: omnes impr. veteres *Est autem etiam ius.* Postea Gu. tert. *iusiurandi,* quod coenum etiam supra c. XXVIII, 8. Gu. quartum inquinaverat.

cum hoste] Fallit Graevius, qui omnes primae impressionis libros hanc lectionem servare adfirmat. Contra ea in Magont. Facciolatus, in Rom. Venetis quatuor et Arg. ipse testari possum, scriptum esse *hosti servanda,* quod et Facciol. revocavit. Diu ergo ante Manutium ita editum fuit, nec aliter in Vinar. scriptum. Goth. tamen et Vincentius Bellov. *cum hoste* retinet.

° *cum hoste*] Hoc scripti Gu. Anemoecius et Gryph. confirmant. Omnes impr. veteres *hosti* dederunt.

15. *ita iuratum*] *Ita* deest in Vin. et vulgatis. Goth. *iuratum est ita.*

° *ita iuratum est*] Gu. quint. *iuratum est ita.* Impr. veteres omnes *ita* excludunt. Postea Gu. quart. *id oportere fieri.*

ut mens conciperet] Vincent. Bellov. *ut et mens*: Manut. *ut mens deferentis conciperet* Sed *deferentis* glossa est, cuius ne vestigium quidem in suis reperit Aldus.

° *ut mens conciperet fieri oportere*] I. e. ut mens tua comprehenderet, sive ut intelligeres, et pium esse ac iustum, id a te praestari (nam si nefas sit, omnis obligatio dissolvitur) et eum, cui iuras, id sibi a te praestari velle. Hoc infra n. 18 *ex animi sententia iurare* dicitur. Non est igitur, quod vereantur non nulli, ne latebram Cicero relinquat periurio eorum, qui dum iurant, quamvis intelligant, alia esse, quae a se praestari oporteret, tamen scelerata fraude, se alia facturos esse, cogitatione tacita destinant.

° *id servandum est*] Gu. quart. et

id si non feceris, nullum est periurium. Ut, si prae- 16
donibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris. Nam pirata non 17
est perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium. Cum hoc nec fides debet, nec ius iurandum esse commune. Non enim falsum iurare, periurare est; sed, quod 18
EX ANIMI TUI SENTENTIA iuraris, sicut verbis concipitur

omnes impr. veteres *id observandum est.*

non feceris] Goth. *non fecerit.*

* *quod aliter, id si non feceris*] Gu. omnes, codex Graev. omnesque impr. veteres *fecerit.* Conf. ad Lael. XVI, 14.

* *nullum est periurium*] Gu. tert. quart. quint. omnes impr. veteres, Anemoec. Gryph. et Facciol. *nullum periurium est.*

16. *pactum pro capite pretium*] *Pactum* passive, ut lib. I, 10, 9. In omnibus meis libris, scriptis et vulgatis, est *pretium,* quod Graevius in editis omissum dicit.

* *ne si iuratus quidem id non feceris*] Non quaerit Cicero, an vir bonus planeque sapiens piratis iuraturus sit: sed, si quis piratis pecuniam se daturum esse iure iurando promiserit, eum teneri hoc iure iurando negat. Dissentiunt, qui sibi persuadent, ius iurandum esse promissionem Deo factam. Horum errorem coarguunt Pufendorfius et Barbeyracius de iure nat. et gent. l. III. c. 2. n. 8. p. 542. seq. Burlamacius part. IV. c. 6. p. 163. Dariesius inst. iurisprud. univers. n. 389. seq.

17. *non est perduellium numero definitus*] Magunt. Rom. Venetae omnes, Arg. et scripti etiam plerique, *ex perduellium numero:* Pith. et Graev. sec. cum Goth. *ex* omittunt, quod retinent Pearc. et Facciol. Ab aliis *definitus* expungitur, quod ab aliquo fortasse in margine adscriptum fuit: *pirata definitur.* Atque ita plane in Rom. edit. legi, adfirmat Gruterus. De *perduellibus* vid. lib. I. c. 12. pr.

* *non est perduellium numero definitus*] Hoc merito vindicavit Graevius, idque scripti Gu. omnes et impr. incert. bona fide sistunt. Sententia haec est: pirata non continetur numero iustorum hostium ac legitimorum, adversus quos ius fetiale iuraque alia servanda sunt. [Orell. in suis omnibus *ex* dicit legi, uncisque circumscripsit verb. *definitus.* Ego cum Heus. facio.] Impr. Magont. ac Lugd. 1527. *non est ex perduellum:* Venet. 1498. uterque Lips. et plerique recentiores *non est ex perduellium.* Postea transponit Gu. tert. *omnium hostis.*

* *nec fides debet*] Verbum *debet,* quod in Gu. tert. deest, quint. mutat in *deberet.* Transponunt quart. et impr. veteres omnes *non fides esse debet, nec ius iurandum commune.*

18. *periurare*] Ita scripti melioris notae, cum Goth. vulgo *peierare.* Vide Priscian. lib. I. p. 554. Bunemann. ad Lactant. de ira c. XVI, 4.

* *periurare*] Gu. tert. impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *peierare,* quod verbum Gu. quart. plane omittit.

ex animi tui sententia] *Tui* deest in Goth. sed tamen et alibi pronomen additur. Vide Cicer. lib. IV. Acad. c. 47. lib. II. de orat. c. 65. Gell. lib. IV. c. 20. Petron. c. 109. pr. Ovid. epist. XXI, 137. Gesneri thes. tom. III. p. 394. Gronov. lib. IV. obs. c. 14. ad Liv. XXII, 54, 10.

* *ex animi tui sententia*] Librarius in Gu. sec. dederat *ex animi sententia,* sed corrector, praepositione erasa, pronomen supra versum adscripsit. Verba EX ANIMI SUI SENTENTIA in iure iurando sollemnia fuisse copiose disserit Brissonius de formulis lib. VIII. p. 711. *Ex animi* autem *sententia iurat,* qui prudens ac sciens iure iurando promittit, quod et cui promittere fas et iura sinunt. Eamdem rem Cicero paullo ante dixerat, *ut mens conciperet fieri opor-*

19 more nostro, id non facere, periurium est. Scite enim Euripides:

Iuravi lingua, mentem iniuratam gero.

20 Regulus vero non debuit conditiones, pactionesque bellicas,
21 et hostiles perturbare periurio. Cum iusto enim et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum ius fetiale, et
22 multa sunt iura communia. Quod ni ita esset, numquam claros viros senatus vinctos hostibus dedidisset.

30 At vero T. Veturius et Sp. Postumius, cum iterum consules essent, quia, cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. iniussu enim populi
2 senatusque fecerant. Eodemque tempore Ti. Numicius, Q.

tere: et lib. I, 13, 5 *Quid senseris, non quid dixeris, cogitandum.*

* *iuraris*] Gu. tert. et impr. veteres nostri *iuraveris.*

sicut verbis concipitur more nostro] Romani in omni iureiurando addebant *ex animi sententia.* Ita, ut verba concepta erant, *ex animi sententia se iurare,* id est, quod iurabant, facturos esse, idque mente destinatum habere, adfirmabant. Vide Ovid. d. l. Goth. *sic ut verbum concipitur in ore nostro.*

19. *Euripides*] In Hippolyto v. 611. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

* *Scite enim Euripides*] Coniunctio in Gu. tert. deest.

* *iniuratam*] Gu. tert. et quart. *non iuratam.* Male.

20. *et hostiles*] Haec verba in Pal. pr. et Goth. desiderantur. [*Conditiones* Orell. ex Bas. Bern. d e, vulgare vitium aliquid esse ratus.]

perturbare] Violare.

21. *iusto et legitimo hoste*] Qui iure gentium armis cum populo R. decertabat.

ius fetiale] Vid. ad lib. I. c. XI, 9.

22. * *Quod ni ita esset*] Gu. tert. *quod nisi ita esset*: quart. *quia ni ita essent.* Deinde tert. *nunquam tam claros.* Idem paullo post omittit vocabulum *vinctos,* pro quo quart. et quint. *victos* dederunt. Postea pro *dedidisset* scripti et impr. veteres mei omnes, [et aliquot Orell.] solita librariis aberratione, *dedisset* obtrudunt.

vinctos hostibus dedidisset] Vide Liv. lib. IX c. 10. seq. Appian. Alex. de bell. Hisp. p. 515.

Cap. XXX, 1. *L. Veturius*] *T. Vecturius* Goth. Consentiunt in praenomine Vin. et primum vulgati omnes, itemque Ald. Lamb. Pearc. Facciol. idque vindicat Drakenb. ad Liv. lib. IX. c. 1. pr. vide Flor. lib. I, 16, 9.

* *L. Veturius*] Gu. pr. sec. atque ed. Gryph. *Ti. Veturius:* tert. *T. Vetiurius*: quart. *Tytus Veturius*: quint. *L. Vecturius Calnitius,* quod ex *Calvini* cognomine, a glossatoribus inculcato, depravatum est.

* *quia, cum male*] Gu. pr. *qui tum male*: sec. *qui cum,* omisso *male.*

apud Caudium] Samnitium oppidum inter Calatiam et Beneventum, non Apuliae vicum, ut Aldus. De hoc praelio vid. Cat. mai. c. XII, 9.

sub iugum missis] De quo more vid. Dionys. Hal. lib. III. antiqu. c. 21. Liv. lib. III. c. 28. ibique Drakenb.

2. * *Eodemque tempore*] Gu. quint. et Gryph. *Eodem tempore.* Vocabulum *tempore* in Gu. sec. deest.

Tib. Numicius, Q. Maelius] Goth. *Tiberius Mumitius, et Q. Emilius:* Vinar. Rom. Ven. *Tiberius Numitius, Q. Emilius*: plures scripti *T.*

Maelius, qui tum tribuni plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque huius deditionis ipse Postumius, qui de- 3
debatur, suasor et auctor fuit. Quod idem multis annis post C. Mancinus, qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam L. Furius, S. Atilius ex senatus consulto ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, 4
quam Q. Pompeius, quo, cum in eadem caussa esset, deprecante, accepta lex non est. Hic ea, quae videbatur uti- 5
litas, plus valuit, quam honestas: apud superiores utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est. At non 6

Minucius et Q. Aemilius. Vide Drakenb. ad Livii lib. IX, 8, 13.

* *Ti. Numitius*] Gu. pr. sec. atque ed. Gryph. *Ti. Minutius:* Gu. tert. *T. Minutius*: quart. *Tiberius Mintius:* quint. *Tiberius Mumitius:* impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *T. Numitius.*

* *Q. Maelius*] Gu. pr. tert. quint. et impr. veteres *Q. Emilius*: Gu. sec. *Q. Emulius*: quart. *et Q. Emilius.*

* *tribuni plebis erant*] Gu. pr. *tribuni populi R. erant*: quart. *tribuni erant plebis*: quint. *tribuni erant*, sed corrector vocabulum *plebis* supra versum adscripsit.

* *Samnitium*] Hoc est in Gu. pr. et quinto. Reliqui tres cum impr. veteribus omnibus *Samnitum.* [Nihil de hac varietate Orell.]

3. * *dedebatur*] Gu. tert. quart. impr. Magont. et Venet. 1498. *debebatur.*

* *Quod idem*] Ern. malit *quod item.*

multis annis post] Superiores, Veturius et Postumius, dediti fuerant a. CCCCXXXII. vel sequenti: hic anno DCXVI. [a. Chr. 137.] Vide Flor. lib. II, 18, 6. Liv. epit. LV. Vellei. lib. II, 90. Appian. Hispan. pag. 515.

C. Mancinus] C. Hostilius Mancinus.

* *C. Mancinus*] Gu. tert. *Gn. Mancinus*: quint. sed post rasuram, *G. Mallius.* Deinde quart. *qui cum Numantinis.* Idem haud ita multo post *deberetur.*

L. Furius et Sex. Atilius] Qui sequentis anni consules fuerunt. *P. Furius* legit Oudendorp. ad Iul. Obsequent. de prodig. c. LXXXIV. p. 82. [Dissensus auctorum est: *P.* cum Valerio Max. III, 7, 5 habet Cassiodorus.]

* *L. Furius et S. Atilius*] Copulam Gu. pr. sec. tert. auctoribus abieci. In *Atilii* nomine sec. tert. impr. Magont. et incert. contenti sunt uno *t*, quod ceteri geminant.

est hostibus deditus] Non magis tamen receptus ab hostibus, quam superiores. Vide Freinshem. ad Flor. lib. I, 16, 2.

4. *Q. Pompeius*] Qui quadriennio ante consul fuerat a. DCXII. [a. Chr. 141.] Flor. lib. II, 18, 4. Vellei. lib. II, 1, 4. c. 90, 3. Appian. Alex. Hispan. p. 509. seq. Iul. Obseq. c. 81.

cum in eadem causa esset] Pacem enim non minus turpem cum Numantinis fecerat.

* *cum in eadem causa esset*] Gu. tert. *in eadem causa cum esset.* Mox sec. *lex accepta non est.*

accepta lex non est] Populus rogationem illam non accepit, quam novi consules tulerant, ut Numantinis Pompeius dederetur.

5. *Hic*] In Pompeio.

apud superiores] Veturium, Postumium, Mancinum, quos Cicero paullo ante commemoraverat.

ab honestatis auctoritate superata est] Honestas plus valuit, quam falsa utilitatis species.

7 debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad senatum proficiscebatur, cum praesertim de captivis dissuasurus esset?
8 Quod maximum in eo est, id reprehenditis. Non enim suo iudicio stetit, sed suscepit caussam, ut esset iudicium senatus: cui nisi ipse auctor fuisset, captivi profecto Poenis redditi essent. ita incolumis in patria Regulus restitisset.
9 Quod quia patriae non utile putavit, idcirco sibi honestum
10 et sentire illa, et pati credidit. Nam quod aiunt, quod valde utile sit, id fieri honestum: immo vero esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum: nec
11 quia utile, honestum est; sed quia honestum, utile. Quare ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut praestantius.

31 Sed ex tota hac laude Reguli unum illud est admira-

6. *At non debuit*] Novum argumentum adversus Regulum, ad quod ex Stoicorum sententia breviter respondet.

* *At non*] Gu. quart. *At vero non.*

* *quod erat actum*] Gu. quint. *quod erat factum*: impr. incert. *quod actum,* omisso *erat.*

* *Quasi vero forti*] Gu. quart. *quasi forti*: impr. Magont. Venet. 1498. uterque Lips. *quasi non forti.*

7. *Cur igitur*] Aliud argumentum, quo Regulus stultitiae accusatur.

* *dissuasurus esset*] Gu. quint. *esset dissuasurus.*

8. *Non enim suo iudicio stetit*] Non suo contentus iudicio, non eo tantum nixus fuit.

sed suscepit causam] Ad senatum agendam, publici negotii patronus esse voluit. In Goth. *sed* deest.

ut esset iudicium senatus] Ut senatus iudex esset, idque decerneret, quod reipubl. esset utilissimum.

nisi ipse auctor fuisset] Nisi prius dixisset, quid sibi optimum videretur, et captivos reddendos dissuasisset.

* *ipse auctor fuisset*] Gu. sec. *auctor ipse fuisset.* Postea quart. *redditi Poenis essent.*

ita incolumis] Goth. *itaque,* pro *et ita.* Vide ad lib. I. cap. XL, 3.

* *ita incolumis*] Gu. quart. et quint. *Itaque incolumis.* Deinde pr. *Regulus in patria restitisset.*

restitisset] Resistere potuisset.

9. * *patriae non utile*] Gu. tert. *non utile patriae*: quart. *patriae inutile.* Mox omnes impr. veteres *idcirco honestum sibi.* Deinde tert. *et sentire illa tormenta et pati*: quart. *et sentire et pati illa.*

sibi honestum] *Honestum sibi* Vinar. Rom. et vulg. plures.

10. *immo vero esse*] Heumannus legit *esse debet*: Wolf. subintelligit *dicendum est,* Pearc. *ego aio id.* Facilius est subaudire *aiant,* vel *dicere volunt.*

* *Est enim nihil utile*] Gu. quint. ante correctorem, et impr. incert. *Etenim nihil utile*: Gu. sec. *Est enim nihil utile, quod idem sit non honestum.*

* *nec quia utile, honestum est*] Gu. tres primi excludunt verbum *est,* quod quint. habet quidem, sed a correctore.

11. * *haud facile quis*] Gu. pr. *aut facile quidem.* Paullo post tert. *aut mirabilius aut praestantius:* quart. *aut praestantius aut laudabilius.*

aut laudabilius] Subintellige *aliud.*

* *aut laudabilius*] An *aliud?* Ern.

Cap. XXXI, 1. *ex tota hac laude*] Cum multa sint laudanda. Proxime

tione dignum, quod captivos retinendos censuit. Nam quod 2
rediit, nobis nunc mirabile videtur: illis quidem temporibus
aliter facere non potuit. Itaque ista laus non est hominis,
sed temporum. Nullum enim vinculum ad astringendam 3
fidem iure iurando maiores artius esse voluerunt. Id indi- 4
cant leges in XII. tabulis, indicant sacratae, indicant foedera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones animadversionesque censorum, qui nulla de re di-

Goth. *id unum admiratione dignum.*

* *unum illud*] Gu. tert. quart. quint. *illud unum.*

* *censuerit*] Ex omnibus Gu. omnibusque Manutii codicibus *censuit* restitui.

2. *nobis nunc mirabile videtur*] Vinar. Venet. tres, Arg. cum XII. codd. Anglic. *nobis non mirabile,* quod Pearcius praefert. Goth. *nobis haud mirabile.* Sed si Cicero negationem addidisset, *mihi non mirabile videtur* dixisset, non *nobis.* Itaque vulgatam nobis eripi non patior, quam adprobant Ven. qu. Ald.

* *nobis nunc mirabile videtur*] Gu. quart. *nobis videtur mirabile,* omisso *nunc,* quod quint. in *haud,* reliqui nostri et impr. veteres in *non* mutaverunt. Male omnes. [Retinent *nunc* meliores Bern.]

* *ista laus*] Gu. tert. ut Goth. *laus ista.* Deinde impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *non hominis,* omisso *est.*

laus non est hominis] Lib. II. c. 22. pr. *Laus abstinentiae non hominis est solum, sed etiam temporum illorum.* Goth. *laus ista non est,* bene.

3. *Nullum enim vinculum*] Nihil sanctius habuerunt et conservarunt, quam ius iurandum: nihil acrius vindicarunt, quam periurium. Goth. *non enim ullum.* Terent. V. Hec. I, 23 *Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem, sanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi.*

* *Nullum enim*] Gu. quint. cum Goth. *non enim ullum*: impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *nullum etiam.*

adstringendam] Vin. *constringendam.*

* *ad astringendam*] Hoc est in Gu. pr. in omnibus impr. veteribus, atque ita Gryph. dedit. At Gu. sec. tert. quint. *ad stringendam,* quart. *ad stringendum.*

* *maiores*] Gu. tert. et quart. *nostri maiores.*

* *arctius*] Gu. pr. Eybus et impr. Magont. *artius*: Gu. sec. et impr. incert. *antiquius.* Transponit Gu. quart. *esse arctius voluerunt.*

4. *in duodecim tabulis*] Hanc glossam esse, mihi fit credibile. Vide lib. I, 10, 7. lib. III, 15, 2.

* *Id indicant leges in XII. tab.*] Gu. sec. *Id indicant sacrae leges in duod. tab. indicant foedera*: tert. *Id indicant leges in duod. tab. indicant sacra foedera.*

sacratae] Goth. *sacra,* ut quatuor Oxon. Ven. tert. et quart. Arg. Manut. sed *sacratae* Vin. Venet. pr. et sec. *Leges sacratae* (ut dicuntur in Corneliana I. p. 968. Graev.) erant, quibus sancitum erat, ut, qui adversus eas fecisset, sacer esset alicui deo.

* *indicant sacratae*] Impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. cum Goth. *indicant sacra, indicant foedera.* Deinde Magont. Rom. uterque Lips. *quibus et cum.*

notiones] Sic etiam Goth. et Vin. a prima manu: sed a correctore aliquo in Vin. *O* mutatum est in *A,* et superscriptum *variae terrae.* Ven. sec. tert. Manut. *notationes.* Vide Gronov. ad Liv. XXVII, 25. Periuri a censoribus notabantur.

* *notiones*] Impr. Venet. 1498. uterque Lips. et Lugd. 1527. *notationes.* Mox Gu. tert. transponit *qui de nulla re.*

animadversionesque] Copulam recidit Goth.

ligentius, quam de iure iurando, iudicabant. 5 L. Manlio, A. F. cum dictator fuisset, M. Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. 6 Criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset 7 et ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset adolescens filius, negotium exhiberi patri: accurrisse Romam et cum 8 prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nunciatum, qui illum iratum allaturum ad se aliquid

* *iudicabant*] Duo primi Gu. *iudicant*. Sed Cicero de censura loquitur, quasi ea cum re p. interierit.

5. *L. Manlio*] De hac re lege Liv. lib. VII. c. 4. Valer. Max. lib. V, 4, 3. Senec. lib. III. de benef. c. 37. Goth. *L Mallio.*

* *L. Manlio*] Gu. pr. *L. Manilio:* tert. *C. Manlio:* quart. *L. Mallio:* quint. et impr. Magont. *L. Malio.* Postea quint. et impr. Lips. 1513. *M. Pompeius.*

diem dixit] Ad populum eum accusavit.

* *paucos sibi dies*] Gu. sec. omittit pronomen, quod tert. transponit sic, *paucos dies sibi.*

6. * *qui postea est Torquatus appellatus*] An haec verba a glossatore adiecta sunt? Hoc certe facilius adducor, ut credam, quam ut Ernesto adsentiar, sub finem huius capitis omnia illa *Atque hic Titus Manlius - - in filium* abiicienda esse. Transponunt Gu. tert. et quart. *qui postea Torquatus appellatus est*: quint. *Torquatus est appellatus.*

ruri] Goth. *rure.* Villa intelligitur.

* *ruri*] Gu. quint. ante correctorem, sed a correctore sec. *rure.*

7. *Quod cum audivisset*] Id est, *cum audivisset.* Nam *quod* πλεονάζει, ut in *quod si, quod ubi, quod nisi,* ita ut abesse possit. Possis tamen interpretari *ob quod.* Ita lib. II, 8, 17. Vide Bengel. ad lib. XIII. epist. 40. Goth. *audisset.*

* *Quod cum audivisset*] Gu. tert. quart. et quint. *audisset.* Vulgatam tuentur antiquiores libri et Nonius in voc. *Exhiberi.*

negotium exhiberi] Pal. pr. *exhibere,* quod Pearcius pro vulgato substituendum putat, ut *quod negotium* coniungatur. Mihi ceterorum omnium exemplarium consensus non contemnendus videtur. Cap. XXVIII, 4 *Deum nihil habere ipsum negotii dicunt et nihil exhibere alteri.*

cum prima luce] Praepositionem plerique libri omittunt, in quibus et Vin. retinent cum paucis MSS. Ald. Lambin. Fabricius et Goth. noster. Vid. Oudendorp. ad Hirt. de bell. Afric. c. 62.

* *et cum prima luce*] Copulam Gu. quart. praepositionem vero impr. Venet 1498. et Lugd. 1527. ignorant. Apud Nonium, in voc. *Lux,* locus e *M. Tul. de offic. lib. III.* quo Nonius ostenderat, veteres *lucem* masculino genere dixisse, librariorum culpa excidit. Suspicatur itaque Mercerus, hoc Ciceronis loco Tiburticensem grammaticum in suis exemplaribus legisse *et primo luci.* In antiquissimis codicibus scriptum fuisse *et cum primo luci,* ex hoc etiam mihi fit probabile, quod Anemoecium *et cum primo lucis* [sicuti legitur in Bern. c] edidisse video. [Secuti sunt Heus. iudicium Beierus et Orellius. Mihi parum tutum videtur discedere a librorum auctoritate, quam in reliquo opere sequendam nobis proposuimus.]

* *Pomponii domum venisse*] Gu. quart. *domum Pomponii,* omisso *venisse.*

8. *qui illum iratum*] Ita duo Lang. libri; plures *quod illum,* idque cum Pearc. et Facciol. restituo.

* *qui illum iratum*] Hoc cum antiquissimo, quo Manutius est usus, duobusque optimis Langii libris tuetur Gu. pr. Nec id muto. Terent.

contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo, remotisque
arbitris, ad se adolescentem iussit venire. At ille, ut in- 9
gressus est, confestim gladium destrinxit, iuravitque, se
illum statim interfecturum, nisi ius iurandum dedisset, se
patrem missum esse facturum. Iuravit hoc coactus terrore 10
Pomponius; rem ad populum detulit; docuit, cur sibi caussa
desistere necesse esset; Manlium missum fecit. Tantum
temporibus illis ius iurandum valebat. Atque hic T. Man- 11
lius is est, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus

Eun. III, 2, 37 *Nam, qui huic animum adsentari induxeris, E flamma petere te cibum posse arbitror.* Adde supra II, 17, 4. Gu. tert. *quia illum iratum.*

9. *confestim*] Goth. *continuo.* * Gu. tert. et quint. *continuo.* [Antea Bern. c *congressus.*]

distrinxit] *Destrinxit* unus cod. Oxon. ut Gronov. et Graev. voluit. Tectum autem pugionem attulerat vel *cultrum,* ut Livius vocat.

* *distrinxit*] Gu. tres primi, etiam quint. a manu prima, et impr. Lips. 1513. *destrinxit,* quod, a Graevio in suis libris frustra quaesitum, ex membranis paternis Iac. Gronovius restituit.

statim] Non est in Goth.

* *se illum statim*] Pronomen *se* Gu. tert. impr. Venet. 1498. et Lips. uterque omittunt, corrector vero in Gu. sec. supra versum scripsit. Talia longe crebrius invexit grammaticorum perversa sedulitas, quam librariorum negligentia intercepit. Conf. ad cap. XXXII, 1. Transponit Gu. quart. *statim se illum.*

* *ius iurandum sibi dedisset*] Gu. pr. cum praestantissimo libro Tettii apud Aldum atque ed. Gryph. excludit pronomen *sibi*, quod elegantius abest. In Gu. quarto legitur *sibi ius iurandum dedisset,* ut errorem sedes incerta quoque arguat. [Ex Orellianis libris unus Bern. d *sibi* omittit.]

10. *hoc coactus terrore*] Goth. *hoc timore coactus.* Non *timor,* sed *terror* fuit. Rectius ergo Vin. *hoc terrore coactus.*

* *hoc coactus terrore*] Gu. pr. sec. tert. [Bern. a b e Bas] omnesque impr. veteres transponunt *hoc terrore coactus.* Gothano patrui *hoc timore coactus* exhibenti Gu. quintus accedit. Gu. quart. *hoc errore coactus.* In contrarium librarii peccaverunt pro Rosc. Amer. c. 24 *Sua quemque fraus et suus terror maxime vexat.* Ibi vel invitis libris *suus error* emendandum esse censeo.

causa desistere] Vulg. *a causa desistere.* Illud in Caesare etiam praefert Oudend. lib. VI. Gall. c. 39.

* *cur sibi causa desistere*] Hoc sistunt meliores et mei, et Aldi codices. Praepositionem addunt Gu. tert. quart. omnesque impr. veteres *cur sibi a causa desistere.* Conf. supra ad cap. 3. extr. Haud scio, an eadem dicendi forma Ciceroni restituenda sit lib. I. ad divers. ep. 9. n. 42. ubi nunc quidem legitur: *Quasi desciscerem a pristina causa.* Tamen ex bonis libris adfertur *quasi desisterem pristina causa.* Et plane sic scriptum vidi in codicibus Gu. quinque: quorum primus vero exhibet *quasi desisterem mea pristina causa,* pronomine e glossa arrepto. [Certe legendum erit *quasi desciscere me pristina causa.*]

* *Manlium missum fecit.*] Gu. quart. *Mallium dimissum fecit.* Nonius, in voc. *Mittere,* locum hunc adferens nihil mutat, nisi quod vetus membrana Gu. *facit* pro *fecit* substituit.

* *Tantum temporibus illis ius iurandum valebat*] Transponunt Gu. pr. et sec. *tantum illis temporibus*: tert. *valebat iusiurandum.* Vulgatum ordinem Nonius, loco quem dixi, tuetur.

11. *hic T. Manlius*] Vide iterum

occiderat, torque detracto, cognomen invenit: cuius tertio consulatu Latini ad Veserim fusi et fugati. Magnus vir in primis, et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium.

32 Sed ut laudandus Regulus in conservando iure iurando, sic decem illi, quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Hannibal, in castra redituros ea, quorum

Liv. lib. VII. c. 10. Flor. lib. I, 13, 20.

* *T. Manlius*] Gu. pr. *Ti. Manilius:* sec. *Ti. Manlius:* tert. *T. Manlius est qui:* quart. *T. Mollius est is qui.*

ad Anienem] Fluvium, qui Latinos a Sabinis discernens in Tiberim influit.

* *Anienem*] Gu. tert: *Annionem:* Nonius in voc. *Torquem,* dedit *Anienum.*

* *torque detracto*] Gryph. *detracta,* quod Aldus etiam, in antiquo libro se reperisse, testatur. Masculinum genus tamen, et librorum multitudine, et Nonii testimonio, vincit. Quamvis notum sit, *torquem* etiam feminino genere a bonis scriptoribus usurpatum esse; hic tamen scriptura ista monachis, Hieronymo suo gratificantibus, deberi videtur. Is enim quum ob id, quod in Daniel. V, 16 *torquem aureum* interpretatus erat, reprehenderetur, maiore gravitate reprehensorem refutari credidit, si interpretationi suae Ciceronis Maronisque auctoritates praetenderet. Vid. Hieron. oper. t. V. f. 492.

cognomen invenit] Torquati.

ad Veserim] Fluvius, an oppidum vicusve Campaniae sit, incertum est. Utrumque apud veteres legitur. Vide Cellar. orb. antiqu. lib. II. c. 9. p. 856.

* *ad Veserim*] Impr. Magont. *adversum:* Venet. 1498. *ad Veserin.* Statim Gu. sec. quart. a correctore quint. et Gryph. *fusi et fugati sunt:* Gu. tert. *fusi fugatique sunt.* Deinde impr. Lips. uterque *Magnus vir in patriam.*

perindulgens in patrem] In scriptis plerisque et vulgatis, in Goth. Vin. Rom. Venetis, Arg. Ald. est, *et qui nuper indulgens*: ut vero editum, optimus cod. Manut. aliqui Lambin. et Fabriciani [et meliores Orellii, si fides silentio] habent, et Nonius duobus locis c. IV, 246 et 218. Pearcius a Cicerone scriptum credit, *et qui nunc perindulgens.* Illud *nunc* de tempore accipit, de quo Cicero paullo ante locutus est.

* *et qui perindulgens*] Male etiam scripti et impr. veteres mei omnes *et qui nuper indulgens.* [Bern. c *qui semper indulgens.*] Paullo post Gu. quart. *acerbius et severius in filium*: quint. et omnes impr. veteres *acerbus et severus in filium.* Nonii locos, a patruo e Gothofredi exemplaribus citatos, in aliis libris reperias sub vocabulis *Indulgere* et *Severum,* apud Mercerum p. 326 et 390.

acerbe severus] Ita et Nonius: at Goth. Vin. cum Oxon. et vulgatis *acerbus et severus.*

in filium] Quem, quod contra edictum cum hoste, quamvis prospere, pugnasset, securi percussit. Liv. lib. VIII. c. 7.

Cap. XXXII, 1. *decem illi*] De quibus lib. I. c. 13. in vulgatis exemplaribus, et Liv. lib. XXVII. c. 61. Gell. lib. VII. c. 18. Valer. lib. II, 9, 8.

iuratos] Cum iurassent se redituros in castra. Vid. cap. XXVI, 7.

* *quos post Cannensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal*] Gu. tert. *quos accepimus post Cannensem pugnam.* Deinde sec. tert. a manu prima quint. et Goth. *iuratos ad senatum missos,* omisso nomine *Hannibal.* Similia ex libris vetustis Langius, Gruterus, Cockmannus et alii adnotaverunt

in castra redituros] *Se* omittunt et nostri et alii libri plerique, Pearcius tamen retinuit.

* *in castra redituros*] Gu. pr. *se*

erant potiti Poeni, nisi de redimendis captivis impetravissent, si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes 2
uno modo. Nam Polybius, bonus auctor in primis [scribit] ex decem nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata: unum [ex decem] qui paullo post, quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romae remansisse. Reditu enim in 3
castra liberatum se esse iure iurando interpretabatur. Non

in castra redituros. Reliqui quatuor omnesque impr. veteres pronomen ignorant.

quorum potiti erant Poeni] *Potiti* omissum in Goth. Vin aliquot Angl. Magont. Rom. Venetis duabus. In Ven. tert. et Arg. *quorum erant captivi.*

* *quorum potiti erant Poeni*] E Gu. pr. sec. atque ex ed. Anemoec. faventibus optimis codicibus Langii et Gruteri, repono *quorum erant potiti Poeni.* Verbum *potiti*, ob similitudinem vicini nominis *Poeni*, excidit e Gu. tert. quart. quint. et ex impr. veteribus. In Venet. 1498. ac Lugd. 1527. est *quorum erant captivi.* Deinde Gu. tert. et quart. mutato ordine, *nisi de captivis redimendis.* Tum quint. *impetrassent.*

* *vituperandi*] Gu. tert. *vituperandi sunt.*

2. *Polybius*] Lib. VI, 56.

bonus auctor] Fide dignus. Vid. c. 26. pr.

scribit] Goth. et tres Manut. *ait.*

* *bonus auctor in primis scribit*] Gu. pr. tert. atque ed. Gryph. hinc sublato verbo *scribit*, in sequentibus *dicit* asciverunt. Horum duo [et Bern. c] verbum *dicit* post verba *novem revertisse*, tert. vero in fine periodi, post *remansisse*, adiecerunt. Gu. sec. *bonus auctor scripsit in primis*: quart. *bonus auctor in primis scripsit*: quint. *bonus autor imprimis ait.* Tot testibus convictum, et ab Ernesto quoque condemnatum glossema *scribit* uncis inclusi.

* *ex decem nobilissimis*] Vocem *nobilissimis* Ernestus ab homine male sedulo putat e Polybio esse additam.

* *qui tum erant*] Cum Gu. quarto omnes impr. veteres *qui tunc erant.*

a senatu re non impetrata] Goth. *re a senatu.*

* *a senatu re*] Ut Goth. ita Gu. tert. quart. etiam in margine quint. *re a senatu.*

* *unum ex decem*] Ernesto verba *ex decem* iure suspecta erant, eaque a Gu. tert. absunt.

e castris] Haec non sunt in Goth.

* *qui paullo post quam egressus erat e castris, redisset*] Gu. pr. *qui paulo post erat egressus e castris redisset*, omisso *quam.* In sec. et quinto, quibus [ut Bas. Bern. a b] verba *novem revertisse - - paullo post quam* exciderunt, legitur *egressus e castris redisset*, in quinto *rediisset.* Huius corrector verba a librario praeterita in marginem coniecit. Gu. tert. *qui paulo postquam egressus esset e castris redisset:* quart. *qui paulo postquam erat egressus.* Quatuor, et antiquissimus Tettii codex, apud Aldum, etiam impr. Magont. verbum *erat* plane excludunt. Quum Gu. tert. verba *ex decem*, Gu. pr. [et Bern. a] particulam *quam*, codices Manutii [quattuor Orellii] et impr. Magont. verbum *erat*, Goth. *e castris* abiiciant: haec omnia glossatorum commenta esse, Ciceroque videri queat scripsisse, *unum, qui paullo post egressum redisset.*

* *Romae remansisse.*] Gu. pr. *Romae mansisse.*

3. *Reditu in castra*] Quod redisset in castra, quod se facturum iuraverat, putabat se iure iurando esse solutum.

liberatum se esse] *Esse* omissum in Goth.

* *iure iurando*] Gu. sec. *a iure iurando.* Deinde tert. transponit *non recte interpretabatur.*

4 recte. fraus enim astringit, non dissolvit periurium. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus, ut ille veterator et callidus vinctus ad
5 Hannibalem duceretur. Sed illud maximum: octo hominum milia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent
6 a Paullo et a Varrone consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri posset: ut esset
7 insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis scribit idem,

fraus enim adstringit] *Distringit* Goth. Vin. omnes Oxon. Rom. omnes Venet. Arg. quod etiam Ald. Lamb. Fabric. et alii plures probarunt. Videtur hoc significari, periurium fraude non excusatius fieri, sed atrocius. Sed locus admodum suspectus est, a verbis *non recte* usque ad *periurium*, et glossae simillimus.

* *astringit, non dissolvit periurium*] Haec est scriptura optimorum Langii, Fabricii et Gruteri librorum. Metaphora ducta videtur a scopis aut similibus rebus, quae, quo artius constringuntur, eo maiorem vim et firmitatem capiunt, dissolutae vero dilabuntur. Gu. pr. *destringit:* reliqui quatuor et omnes impr. veteres cum vulg. *distringit.* Transponit Gu. quint. *periurium non solvit.* Ernestus nomen *periurium,* quod a glossatore inculcatum putat, uncis includit, atque ex antecedentibus *iusiurandum* intelligit. Nec tamen video, quo sensu *fraus astringere ius iurandum* dicatur. [Mihi *destringit,* quod legitur in Bern. a b fidis auctoribus, cum *astringit* sit in Bern. d malo libro et c ingeniose interpolato, verum videtur, eo sensu, quo *gladium destringi* dicimus, i. e. periurium apertius, etiam nocentius fit.]

dissolvit] Goth. *absolvit.*

4. * *Fuit igitur stulta calliditas*] Gu. pr. *Fuit igitur calliditas,* omisso adiectivo: tert. et quart. *Igitur fuit stulta calliditas.*

* *veterator et callidus*] Ernestus tollendam censet copulam. At Cic. in Verr. III, 14 *Deinde in hoc homo luteus etiam callidus ac veterator esse vult.*

5. * *octo hominum millia*] Omnia mea et scripta, et olim typis exscripta exemplaria, si unum impr. incert. exceperis, *milia,* non *millia,* dederunt. Verborum ordinem mutant tert. *octo milia hominum,* quart. *octo enim milia hominum.*

tenebat] Captos in sua potestate habebat.

aut qui periculo] Goth. *ut qui periculo.* [Bern. c *periculum defugissent,* quod cum Orellio verum puto. Neque enim *periculo,* sed *metu* mortis diffugiunt, qui e proelio aufugiunt. *Defugit* periculum qui pugnare non vult. Illis autem imperatum non erat.

a Paullo et Varrone] Qui, cum ad Cannas infeliciter pugnatum est, consules fuerunt a IↃXXXVII.

* *a Paullo et Varrone*] Gu. pr. *a paulo et ab arsone*: sec. *et a barsone*: tert. *et a Varrone.* Vide supra ad I, 4, 4.

6. *Eos senatus non censuit redimendos*] Ut hanc cladem contemnere, nec populus Rom. militibus indigere videretur.

parva pecunia] Ternis minis, id est, trecenis denariis singuli redimi potuerant, auctore Polybio lib. VI. extr. qui erant quadrageni circiter imperiales.

posset] Vin. et vulg. *potuisset.*

* *fieri posset*] Gu. quart. *potuisset fieri:* omnes impr. veteres *fieri potuisset.*

aut vincere aut emori] Aut vincendum esse, aut moriendum.

* *emori*] Gu. tert. et quart. *mori.*

7. * *qua quidem re*] Nomen *re*

quod senatus populusque Romanus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. Sic honestatis comparatione ea, quae 8
videntur utilia, vincuntur. Acilius autem, qui Graece scri- 9
psit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut iure iurando liberarentur, eosque a cen-

Gu. tert. om. Mox idem transp. *Annibalis animum.*

* *scripsit idem*] Polybius l. VI. extr. E. Gu. sec. tert. quart. quint. et ex ed. Gryph. restitui *scribit.* Conf. ad I, 11, 12. Ab utroque impr. Lips. *idem* abest.

9. *Acilius autem*] Nemo non videt, haec verba loco plane alieno posita esse. Sequi enim debebant illa n. 4 *ad Hannibalem duceretur.* Hoc vero indicio est, ea omnia, quae n. 5. usque ad 8. leguntur, a mala manu accessisse: quippe quae nec verbis similia sunt iis, quae Cicero scripsit, nec cum rebus ipsis conveniunt. Totum enim exemplum, quod iam Wolfius sensit, a re proposita alienum, invitoque Cicerone cum ceteris contextum est.

* *Acilius autem*] Haec cum praecedentibus male connexa esse, manifestum est. Proximum vero videtur, Acilii narrationem supra ex n. 2. excidisse, inque suum locum ita reponendam esse: *De quibus non omnes uno modo. Acilius, qui Graece scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut iure iurando liberarentur, eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos. Polybius autem, bonus auctor in primis, ex decem* cet. Neque est, ut vereamur, ne parum commode dicantur *plures fuisse, qui in castra revertissent,* nisi praecesserint illa *unum - - Romae remansisse.* Saepe Latinis *plures* sunt *multi,* et res quaecumque, quarum est aliquis numerus, simpliciter *plures* dicuntur. Supra II, 14, 6 *Cum sint plura caussarum genera.* De or. II, 4 *Nam qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, - - is ineptus esse dicitur.* De leg. II, 1 *Cum licet plures dies abesse.* Et praeter meritum Ernestus reprehendit illud de or. I, 5 *Nam quid ego de actione ipsa plura dicam?* Satis commode ibi ad vocabulum *plura* extrinsecus adsumere queas *quam opus est, quam res ac tempus postulat.* Exempla similia suppeditat thesaur. Lat. Gesneri in voc. *Plus* n. 3. absolutamque significationem seu potius ellipticum usum comparativorum multis illustrant Vechner. hellenol. I, 1, 5. p. 56. seqq. et Perizon. ad Sanct. II, 10, 5.

Acilius] Goth. *Atilius,* Vin. *Atilius,* sed vitiose. *Acilius* enim vocatur a ceteris, a Graecis Ἀκίλιος, Ἀκύλιος vel Ἀκυΐλιος, quod illi *Acilios* et *Aquillios* non distinxerunt. Eius annales, Graece scriptos, Latine convertit *Claudius* quidam, quem *Quadrigarium* fuisse non nulli putant. Liv. lib. XXV, 39 et XXXV, 14. Quis ipse Acilius fuerit, parum convenit inter eruditos. Vossius *C. Acilium Glabrionem* esse putat, quaestorem a. IↃLI. tribunum pl. a. IↃLVI. Chapmannus ad h. l. in Pearciana editione centum annis Glabrione recentiorem fuisse putat. Ab eius opinione dissentit Dukerus ad Liv. XXV, 39, 12. et Drakenburgius ad eumdem locum. Non errant fortasse, qui *C. Acilium* intelligunt, de quo Plutarchus in Catone mai. p. 349. extr. Gellius lib. VII, 14, 9. Macrob. lib. I. Sat. c. 5. extr.

* *Acilius*] Nomen *Acilii* solus inter meos Gu. sec. incorruptum retulit. Pro eo pr. et impr. Magont. *Atilius,* tert. quart. impr. Venet. 1498. ac Lugd. 1527. *Atilius,* quint. impr. incert. et uterque Lips. *Actilius* obtrudunt. Gu. tert. *Atilius autem ille.* Librarius quinti quum particulam *autem* recte omisisset, corrector in margine adscripsit *autem ille.*

* *ut iure iurando*] Gu. sec. *ut a iure iurando.* Idem paullo post *ignominiis esse notatos,* impr. Lips. 1507. *ignominiis necatos.*

10 soribus omnibus ignominiis notatos. Sit iam huius loci
finis. Perspicuum est enim, ea, quae timido animo, humili, demisso, fractoque fiant (quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod sibi opus esse videretur, non quod rei publicae censuisset, aut domi remanere voluisset) non esse utilia, quia sunt flagitiosa, foeda, turpia.

33 Restat quarta pars, quae decore, moderatione, mode-
2 stia, continentia, temperantia, continetur. Potest igitur quidquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro con-
3 trarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerii

omnibus ignominiis] Vid. Liv. lib. XXII, 61, 9.

10. * *Sit iam huius loci finis*] Gu. pr. *sit autem huius loci finis:* tert. *sed iam huius loci sit finis*: Palat. pr. Gruteri [et Bern. c] *sed iam huius loci finis sit*: Anemoec. *Sed huius loci finis sit.* Deinde Gu. quart. *Perspicuum enim est.*

quae timido animo] *Ea quae timido* Manutii codd. XII. Venet. qu. Pearc.

* *quae timido*] Ex omnibus scriptis Gu. ex ed. Gryph. etiam ex Nonio, in voc. *Demissum,* reposui *ea, quae timido.* Gu. quart. *ea, quae tumido*: sed corr. *timido.* [Abest *ea* a Bern. b c e.]

quale fuisset] Parentheseos notas, vulgo omissas, Pearcius restituit.

quod ipsi] Palat. pr. duo Oxon. *quod sibi.*

* *quod ipsi opus esse*] Iubentibus Gu. pr. sec. tert. Palat. primo Gruteri et duobus Cockmanni revocavi *quod sibi opus esse.* [Dissentiunt Orellii libri, in quibus praeter Bas. in omnibus (V numero) *ipsi* legitur. Nec impedit ratio grammatica.] Vide Sanctium II, 12. ibique Perizon. Vossium de constr. c. 56. p. 544. Heinsium ad Ovid. heroid. XIII, 74. Transponit Gu. quart. *quod ipsi videretur opus esse.*

* *aut domi*] Gu. sec. *aut si domi.*

* *quia sint*] Hoc in sex libris se reperisse, Manutius testatur, [invenitque Orellius in omnibus suis.] In Gu. tert. est *quoniam sunt:* in reliquis scriptis et impr. veteribus meis omnibus *quia sunt,* quod Anemoecius etiam retinuit. Indicativum reducendum duxi, quem ex oratione obliqua cupide nimis exterminari saepe vidimus. Conf. supra ad I, 7, 6.

flagitiosa, foeda, turpia] Goth. *et foeda et turpia*: cum pluribus Pearc. *flagitiosa, foeda et turpia.* Rom. et vulg. *quia sunt.*

* *foeda, turpia.*] [Sic Bern. a c] Gu. pr. sec. tert. quart. [et reliqui Orelliani] impr. Magont. incert. uterque Lips. et Gryph. *foeda et turpia:* Gu. quint. impr. Venet. 1498. Lugd. 1527. et Anemoec. *et foeda, et turpia.*

Cap. XXXIII, 1. *Quarta pars*] Quartus officii fons, temperantia.

2. * *esse utile*] Gu. pr. sec. omnesque impr. veteres *utile esse.* Deinde Gu. tert. *quod huic talium virtutum choro sit contrarium.*

talium virtutum] *Virtutum* non est in Goth. ac fortasse abesse potest.

3. *Atqui ab Aristippo*] Rescripsi, quod res et Ciceronis consuetudo postulat, *at, qui ab Aristippo:* quod et Pearcius ac potius Chapmannus probat, qui deinde mavult, *et qui Annicerii philosophi,* quasi Cicero dicat, *atque etiam illi, qui optima sequebantur ex Cyrenaicis.* Nam *Annicerii,* vel *Annicerei,* ut rectius dicuntur, omnia quidem cum ceteris Cyrenaicis ad voluptatem referebant, sed relinquebant tamen in vita amicitiam et gratiam, parentum reverentiam, bene de patria merendi studium. Vide de his Strabon. XVII. p. 837. Casaub. itemque Clement. Alex. lib. II. Strom. p. 498. Oxon. Diog. Laërt. lib. II. s. 86 et 96.

ab Aristippo] Aristippus Cyrene,

philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere adiutor auctorque sententiae. Cum his viris 4
equisque, ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Nam si non modo utilitas, 5
sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut a Metrodoro scriptum est,

Africae regione et urbe ortus, Socratem quidem audivit, sed voluptatis patrocinium suscepit. Vid. ad lib. I, 41, 10.

* *Atqui ab Aristippo*] Gu. sec. tert. quint. et impr. Magont. *Atque,* quod non placet. Nec vero iungenda sunt *ab Aristippo nominati:* sed *ab Aristippo* est accipiendum, quemadmodum *a Platone* in illis pro Muren. c. 30 *Nostri illi a Platone et Aristotele, moderati homines et temperati, aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam.* Extrinsecus adsumere possis *profecti*, quod alibi videmus adiici. Ut, de leg. III, 6 *Heraclidesque Ponticus, profectus ab eodem Platone.* Conf. Perizon. ad Sanct. III, 4, 9. p. 404. Vechner. hellenol. II, 10. p. 547.

Annicerii] Goth. *Annicerei,* recte. Nam et a Diogene Laërtio lib. II. s. 96. et a Clemente Alex. lib. II. stromat. Ἀννικέρειοι vocantur. Huius sectae conditor fuit *Anniceris,* Ἀννίκερις, quintus in schola Cyrenaica ab Aristippo: qui Platonem a Dionysio tyranno venditum redemit. Lactant. lib. III, 25, 16.

* *Annicerii*] Ita laudo codicis Goth. scripturam *Annicerei,* ut vulgatam haud asperner. Graeca diphthongus *ει* modo in Latinorum *e*, modo in *i* productam transit. Vide supra ad I, 22, 4.

* *philosophi nominati*] Si codex aliquis addiceret, utrumque, certe posterius, vocabulum eiicerem.

quibus obsoletis] Nam post Epicurum Cyrenaicorum nomen usurpari desiit.

eiusdem fere adiutor] Dissensit enim in non nullis. Vid. Diog. Laërt. eod. lib. s. 89.

4. *viris equisque*] Non *cum his viris* coniunges; sed *cum his decertandum est,* idque *viris equisque*: quo proverbio Cicero usus est lib. IX. epist. VII, 2. lib. II. ad Q. F. epist. 15. Philipp. VIII, 7 ubi leges Ferrarium. Vinar. et vulg. *velis equisque;* Goth. cum aliquot Oxon. *veris aequisque.*

* *viris equisque*] Gu. quart. quint. impr. Magont. *veris equisque*: incert. *veris aequisque:* Venet. 1498. uterque Lips. et Gryph. *velis equisque.* Ne cui fortasse supervacanea videatur patrui mei admonitio, non esse coniungenda *cum his viris;* adnotare visum est, exortum esse magistrum aliquem, qui *cum his viris equisque* interpretaretur *cum his Centauris.*

* *ac retinere*] Gu. tert. *ac sustinere.*

5. * *sed vita omnis*] Impr. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *sed vita hominis.* Statim Gu. quart. *firma corporis constitutione.* Deinde tert. *eiusdemque constitutionis.*

eiusque constitutionis spe explorata] Glossema hoc videtur Heumanno. Cicero vero lib. II. Tusc. c. 6 *Metrodorus quidem perfecte eum beatum putat, cui corpus bene constitutum sit, et exploratum ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse.* Lib. II. de fin. c. 28 *Ipse Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis, cum corpus bene constitutum sit, et sit exploratum ita futurum.*

a Metrodoro] Epicuri discipulo, de quo Laërt. lib. X. s. 23.

continetur: certe haec utilitas, et quidem summa (sic enim
6 censent) cum honestate pugnabit. Nam ubi primum prudentiae locus dabitur? An, ut conquirat undique suavitates?
7 Quam miser virtutis famulatus, servientis voluptati! Quod autem munus prudentiae? An legere intelligenter voluptates? Fac nihil isto esse iucundius: quid cogitari potest turpius?
8 Iam, qui dolorem summum malum dicat, apud eum quem habet locum fortitudo, quae est dolorum laborumque con-
9 temtio? Quamvis enim multis locis dicat Epicurus, sicuti dicit, satis fortiter de dolore: tamen non id spectandum est,

et quidem summa] Quamvis ex eorum opinione summa sit. Summum enim bonum positum putabant in corporis constitutione, quae ab omni doloris sensu ac metu abesset.

sic enim censent] Goth. *censet*, scil. Metrodorus.

* *sic enim censent*] Gu. sec. *sic enim illi censent.*

6. *Nam ubi primum prudentiae*] Facciolato scripsisse Cicero videtur: *Nam ubi primum illi locus dabitur?* Hoc cum ad *honestatem* referendum esset, adscripsisse aliquem *prudentiae*. Idem tamen finem prudentiae hic significari posse concedit, in proximis officium.

locus dabitur] In Goth. *dabitur* non scriptum.

An ut conquirat] Id. *an conquirat.*

7. * *servientis voluptati*] Nonii exemplaria, in voc. *Famulantur*, praescribunt *et servientis voluptati.* Ita sententia erit, miseram omnino Virtutis esse conditionem, si constituatur famula; miseriorem etiam, si Voluptati, dominae foedissimae, servire cogatur. Saepe *et* significat *et quidem.* Cic. Tusc. III, 20. *At laudat, et saepe, virtutem.* Pro Deiot. c. 1 *Fugitivi autem dominum accusantis, et dominum absentem, et dominum amicissimum nostrae rei p. cum os videbam,* cet. Conf. Cortius ad epist. XI, 29, 6.

intelligenter] Goth. Rom. *intelligetur,* Vin. *intelligentur,* ut alii plures, sed male. *Intelligenter legit voluptates,* qui a salutaribus noxias, a magnis parvas, a diuturnis breves secernit.

* *intelligenter*] Gu. pr. tert. quart. impr. Magont. incert. Venet. 1498. uterque Lips. *intelligetur:* Gu. sec. *intelligit,* sed a corr. *intelligenter*: quint. *intelligent*: impr. Lugd. 1527. *intellegenter.*

* *isto esse iucundius*] Gu. pr. et sec. *hoc esse iocundius:* quint. *esse isto iocundius:* impr. incert. *isto iocundius,* omisso *esse.* Mox Gu. sec. *potest turpius voluptate?*

8. * *malum dicat*] Facciol. *malum iudicat.* Paullo post Gu. quint. *quem locum habet.*

* *dolorum laborumque*] Gu. quint. *laborum dolorumque.* Libri Nonii, in voc. *Contemtus,* ἀσυνδέτως dederunt *dolorum, laborum contemtio.* Gu. quart. cum Goth. *contentio.*

contemtio] Goth. *contentio.*

9. *multis in locis*] Goth. *multis locis,* ut sex codd. Manut.

* *multis in locis*] Praepositionem Gu. pr. Anemoec. et Gryph. excernunt, quos sequor. Gu. quart. *in pluribus locis*: quint. *in multis locis.*

sicut hic dicit]. Duo codd. Lang. unus Oxon. *sicut id dicit,* sed librarii parum acute audientis vitio. Verbum *dicere* saepius hic iterat Cicero; nec id praeter morem suum. Vide ad lib. I, 21, 3. Sic supra c. XXVIII, 7 et 8. XXIX, 11 et 12.

* *sicut hic dicit*] Particulam *hic,* quae pessimo sensu interponebatur, Gu. tertio iubente proscripsi. Ex eo tamen, quod in Langii libris erat [et est in Bern. a b d], *sicut id dicit,* manifeste intelligere mihi videor, Ciceronem dedisse *sicuti dicit.* De or. I, 53 *Quamvis scelerati illi fuissent, sicuti fuerunt, pestiferi cives, sup-*

quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore: ut, si illum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis; sed aqua haeret, ut aiunt. Nam qui potest tem- 10
perantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem consectatrices voluptatis. Atque in his tamen tribus 11
generibus, quoquo modo possunt, non incallide tergiversan-

plicioque digni: *tamen omnem* cet. Adde Tursellinum in *Sicut*, et patrui mei adn. ad Corn. Nep. XVIII, 1, 5. In proximo Gu. pr. *satis fortiter dolore*, sec. *satis fortiter dolere*.

* *tamen non id spectandum est*] Gu. quart. *tamen id non spectandum est*: quint. *tamen id expectandum non est*, et in marg. *expetendum*: impr. Magont. *tamen non id exspectandum est*. Ernestus, suo Latinitatis sensu confisus, pronomen *id*, quamvis omnibus libris reclamantibus, sustulit. Non minus eleganter Cicero dixit *non id spectandum est, quid* cet. quam si dixisset *non illud spectandum est, quid*. In Vatin. c. 12 *Atque illud etiam scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris*. Ibid. c. 15 *Atque illud etiam audire a te cupio, quare*, cet. Plaut. Amph. IV, 2, 5 *Sceleste, at etiam quid velim, id tu me rogas?* Menaechm. IV, 2, 5 *Bonine an mali sint, id haud quaeritant*.

* *quid dicat*] Gu. quint. *quid ipse dicat*.

ei dicere] *Ei* omissum in Vin.

bona voluptate terminaverit] Vin. Rom. vulg. *bona in voluptate terminaverit, mala in dolore*. Cic. lib. I. de fin. c. 11 *Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem*. Idem est *finire* paullo post n. 12. Summum bonum ab Epicuro in voluptate, summum malum in dolore poni dicit.

* *voluptate terminaverit*] Gu. quart. *terminaverit voluptate*: impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *in voluptate terminaverit, mala in dolore*. Deinde Gu. tert. *At si illum*.

ut si illum audiam] *Ut* est, veluti, sicut. Goth. *illum* omisit.

* *et temperantia*] Gu. quart. *de temperantia*.

* *dicit ille quidem*] Impr. Magont. *quidem* excludit. Statim Gu. quart. dedit *multa in multis locis*.

aqua haeret] Expedire se nequit, laborat explicandae sententiae suae difficultate. Translatum vel a clepsydris, vel ab incilibus et aquarum derivationibus, quarum cursus obstruitur.

* *aqua haeret*] Gu. tert. *in aqua haeret*: quart. *haeret aqua*.

10. *Nam qui*] *Nam quomodo* Vinar. Rom. et vulg. quod idem est.

* *Nam qui*] Impr. veteres omnes *Nam quomodo*. Paullo post Gu. quart. *qui posuit summum bonum*.

libidinum inimica] Vide cap. XXV, 10.

* *consectatrices voluptatis*] Gu. sec. *consectatrices sunt voluptatis*.

11. *Atque in his tamen*] Goth. *at quia in his*, qui fortasse *atqui* vel *atquin* scribere voluit: quod vero, quia *tamen* sequitur, non admitto.

* *Atque in his tamen tribus*] Gu. quart. *tamen* omittit, quint. transponit *atque in his tribus tamen*: plerique impr. veteres *atque in his tantum tribus*.

in his tribus generibus] In his tribus virtutibus, prudentia, fortitudine, temperantia, satis callide subterfugiunt eluduntque adversarios, dum eas suis decretis utcumque accommodant. Exemplum habes lib. I. de fin. c. 9. seqq. ubi Torquatus, Epicureus, cum voluptate virtutis praecepta conciliat.

* *quoquo modo possunt*] Nonius, in voc. *Tergiversari* dedit *quomodo possunt*. Ita ad divers. ep. V, 20 princ. *Quomodo potuissem, te con-*

12 tur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt, rationem negligendae mortis
13 perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri. Iustitia vacillat, vel iacet potius, omnesque eae virtutes, quae in communitate cernuntur et in societate generis
14 humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus quam amicitia; si haec non per se
15 expetantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utilitatem nullam esse

venissem, si eo, quo constitueras, venire voluisses. Vide ibi Cortium. Deinde Gu. quint. *non incalide diversantur.*

tergiversantur] Goth. *diversantur.*

12. * *depellentem dolores.*] Gu. pr. *dolores depellentem.*

* *aliquo modo*] Gu. pr. *aliquo,* sine substantivo: tert. *alio modo.* Idem postea *cum tradunt eam rationem.*

expediunt] Excogitant aliquam fortitudinem cum voluptate copulatam, eique munus suum adsignant. Post hoc verbum in Goth. *cum* deest.

* *perpetiendique doloris.*] Gu. pr. *perpetiendi doloris:* sec. *et perpetiendi doloris.*

13. *illi quidem*] Vide ad lib. I, 27, 9.

* *sed tamen quoquo modo*] Particulam *tamen* Gu. sec. eleganter excludit. Gryph. *sed tamen quomodo.* Vide paullo ante ad n. 11.

voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri] Goth. *voluptatis magnitudines* (vulg. *magnitudine*) *doloris detractione* (*detractionem*) *fieri.* Altera vero lectio, quae a Mureto et in Palatinis et Graev. pr. est, rem ipsam exprimit. Ubi dolor detractus sit, *finiri,* (terminari, ὁρίζεσθαι) voluptatem, neque *crescere* amplius, sed *variari.* Vid. lib. I. de finib. c. 11. lib. II. c. 3.

* *voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri*] Gu. quart. quint. et impr. veteres *voluptatis magnitudine.* Deinde Gu. pr. tert. quart. quint. impr. Magont. Rom. incert. et Lugd. 1527. *doloris detractionem fieri:* Gu. sec. impr. Venet. 1498. et uterque Lips. *detractione fieri.* [Nullus igitur Gu. *finiri,* verum sic est in Bern. c.]

vacillat] Non tam labat, quam tota iacet.

* *vel iacet potius*] Gu. tert. et quart. *vel potius iacet.*

* *eae virtutes*] Gu. pr. extrudit pronomen *eae,* quod plerique impr. veteres in *hae* mutant.

quae in communitate cernuntur] Quae in conservanda vitae communitate munus suum praestant, quas paullo post nominat.

* *quae in communitate*] Impr. Magont. Venet. 1498. et uterque Lips. *quae in comitate.* Statim Gu. quint. et Goth. *et societate.*

14. *Neque enim bonitas*] Goth. *benignitas.*

* *Neque enim bonitas*] Gu. quart. *neque enim liberalitas, neque bonitas, neque comitas:* quint. *neque enim bonitas, neque liberalitas, nec comitas.*

* *si haec*] Gu. quint. *si hae.* Deinde quart. *per se non expectantur.*

* *utilitatemve*] Gu. sec. ante correctorem *utilitatemne:* tert. *utilitatemque:* quart. *sed haec ad utilitatem voluptatemve.*

15. *Conferamus igitur in pauca*] Quae multis verbis disputavimus, paucis complectemur.

docuimus, quae honestati esset contraria, sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis 16
reprehendendos Calliphonem et Dinomachum iudico, qui se diremturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tamquam cum homine pecudem, copulavissent.
Non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, re- 17
pellit. Nec vero finis bonorum, [et malorum] qui simplex esse debet, ex dissimillimis rebus misceri et temperari
potest. Sed de hoc (magna enim res est) alio loco pluri- 18

* *sic omnem voluptatem*] Gu. tert. cum duobus Cockmanni *sic ei omnem voluptatem dicimus contrariam,* omisso *honestati.*

16. *Calliphonem et Dinomachum*] Qui nec Epicureis nec Stoicis plane adsensi, summum bonum in virtute cum voluptate coniuncta posuerunt. Calliphontis meminit Clemens Alex. Stromat. II. p. 415. (quem locum Pearcius indicavit.) *Κατὰ δὲ τοὺς περὶ Καλλιφῶντα, ἕνεκα μὲν τῆς ἡδονῆς παρεισῆλθεν ἡ ἀρετή, χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸ περὶ αὐτὴν κάλλος κατιδοῦσα, ἰσότιμον ἑαυτὴν τῇ ἀρχῇ, τουτέστι, τῇ ἡδονῇ παρέσχεν. Ex Calliphontis sententia voluptatis quidem causa accessit virtus: procedente vero tempore, cum suam vidisset* (virtus) *pulchritudinem, effecit, ut principio, hoc est, voluptati esset honore aequalis.* Vide de eod. Cicer. lib. IV Acad. c. 42. lib. V. de fin. c. 8. lib. V. Tusc. c. 31 ubi *Calliphontem* in multis libris vocari videbis, quod verius puto, quam *Calliphonem.*

* *Calliphonem*] In hac scriptura mei quoque libri [et Orellii] consentiunt. Patruus *Calliphontem* malebat, atque ita libri Ciceronis in Acad. quaest. IV, 45. praeferunt. Etiam in Tusc. quaest. V, 31 *Calliphontis,* editur. Ibi tamen MS. Gudii *Callphonii* exhibet, ut librarius ille *Calliphonis* ante oculos habuisse videatur. De finib. V, 8 et in editis, et in codice, quem dixi, *Calliphoni* dandi casu reperio. Praeterea in Acad. quaest. IV, 42. de finib. IV, 18. Tuscul. quaest. V. 30. casus rectus *Callipho* sine varietate exaratus est. Quemadmodum igitur apud Terentium a rectis *Antipho* et *Ctesipho*, *Antiphonem* et *Ctesiphonem* legimus: ita Latini non solum a recto casu *Calliphon,* obliquos *Calliphontis, Calliphonti, Calliphontem, Calliphonte;* sed etiam a *Callipho*, *Calliphonis*, et similiter casus reliquos, formaverunt. Conf. Vossium de analog. I, 35. p. 544.

* *copulavissent*] Gu. quart. *copulassent.*

17. * *aspernatur, repellit*] Gu. quart. *sed asp. et rep.* impr. Lugd. 1527. *aspernatur et repellit.*

* *Nec vero*] In Gu. sec. *vero* deest, in quarto est *Neque vero.*

finis bonorum et malorum] Muretus lib. XIV. var. lect. c. 3 extr. duo verba, *et malorum*, ab homine non satis intelligente accessisse ait. In Vinar. est, *nec vero bonorum finis et malorum,* quae transpositio ex glossa orta est. Si Cicero de utroque loqueretur, *fines* dixisset, non *finem.* Ita enim semper solet.

* *et malorum*] [Sic Orelliani omnes.] Gu. tert. *malorumque.*

ex dissimilibus] Sex Manut. codd. *ex dissimillimis.* Hoc Pearcius reposuit.

* *ex dissimilibus*] Gu. pr. *ex dissimilimis:* sec. et Gryph. *ex dissimillimis*, quod amplector. Nec venustate caret, quod edidit Anemoec. *is ex dissimilibus.*

18. *Sed de hoc*] Vin. et vulg. addunt *hactenus,* quod cum melioribus Goth. respuit. Iidem, *pluribus verbis disputata.*

* *Sed de hoc, magna enim res est*] Gu. pr. *Set de hoc enim magna res est:* omnes impr. veteres *Sed de hoc hactenus,* cet. Verbum *est* incert. Lugd. 1527. et Anemoec. abiiciunt. Deinde Gu. quart. *alio*

19 bus. Nunc ad propositum. Quem ad modum igitur, si
quando ea, quae videtur utilitas, honestati repugnat, diiu-
20 dicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin autem spe-
ciem utilitatis etiam voluptas habere dicetur, nulla potest
21 esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus ali-
quid voluptati, condimenti fortasse non nihil, utilitatis certe
nihil habebit.
22 Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sen-
tentia, magnum; sed perinde erit, ut acceperis. Quamquam
hi tibi tres libri inter Cratippi commentarios tamquam ho-
23 spites erunt recipiendi. Sed ut, si ipse venissem Athenas

loco pluribus diximus: veteres impr. [cum Bern. e] *alio loco pluribus verbis disputata.* Postea Gu. tert. *Nunc ad propositum revertamur.* Tanta veteres scriptores interpolandi libido illorum temporum grammaticos invaserat!

19. *quae videretur*] Goth. *videtur.* Hoc restituit Pearcius, probatque Heumannus. Cap. XXX, 5 *Hic ea, quae videbatur, utilitas plus valuit.* Cap. XXXI, 8. *Ea, quae videntur, utilia.*

° *quae videretur*] Gu. sec. tert. quint. [Bern. c e] *quae videtur*: quart. *quae videatur.* [Reliqui *videretur,* quod stare nequit.]

° *diiudicanda*] Gu. quart. *dimicanda.* Mox quint. *supra satis est.*

satis est supra disputatum] Goth. *supra satis est disp.*

20. ° *Sin autem speciem*] Gu. quart. *si autem species.* Transponit tert. *Sin autem voluptas speciem utilitatis etiam habere dicetur.*

dicetur] Goth. Vin. vulg. aliquot *dicatur*: quod et Pearc. et Facciol. praetulit.

° *dicetur*] Hoc est in melioribus [Bern. quidem a b]. At Gu. quart. quint. [Bern. e] omnesque impr. veteres corruperunt *dicatur.* [*dicitur* Bern. c d.] Deinde tert. et quint. *esse cum honestate,* pronomine *ei* neglecto.

21. ° *tribuamus*] Impr. Lugd. 1527. *attribuamus.* Postea Gu. quart. *certe habebit nihil.*

condimenti] Vide de senect. c. XIII, 6. XIV, 2.

22. *perinde erit ut acceperis*] Tanti erit, quanti illud facies.

° *sed perinde*] Gu. quart. *sed proinde.*

Quamquam tibi hi tres libri] *Tibi* deest in quinque Ald. Goth. Vin. Venetis, Arg. *hi tibi tres libri* octo Ald.

° *Quamquam*] Coniunctionem *quamquam,* absolute positam, plane eleganter particula *sed* subsequitur. Vide Tursellinum de particulis. Ernestus ἀμβλυωπίᾳ senili, opinor, deceptus *tamquam* edidit, et in adnotatione scripturae eius, veluti receptae lectionis, emendationem anquirit.

° *tibi hi tres libri*] Gu. pr. et quart. *hii tibi tres libri*: sec. *hi tres tibi libri*: tert. quint. et omnes impr. veteres *hi* (Magont. *hii*) *tres libri,* omisso *tibi*: Gryph. [cum Bern. c] *et hi tibi tres libri.* Verum puto, quod in septem suis et in antiquissimo Tettii codice Aldus reperit, [Orell. in Bern. b et Bas.] *hi tibi tres libri.* [Bern. a *tibi hi.*]

tamquam hospites] Cratippi commentariis primum locum concedit, suis secundum tribui vult. *Commentarii* sunt, in quibus Cratippus auditores suos de philosophia erudiebat: quibus *hypomnemata* accedebant, [nisi potius eadem res est] de quibus Cicero fil. lib. XVI. epist. 21. extr. [*multum mihi eripitur operae,* i. e. multum temporis consumitur, *in exscribendis hypomnematis.*]

23. ° *Sed ut, si ipse*] Gu. tert. et quart. *Sed ut si ego ipse*: impr. Magont. Rom. incert. *Sed si ut ipse.*

(quod quidem esset factum, nisi me e medio cursu clara voce patria revocasset) aliquando me quoque audires: sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox est mea, tribues his temporis quantum poteris: poteris autem, quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc scientiae genere gau- 24
dere, tum et praesens tecum prope diem, ut spero, et dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero, tibique per- 25
suade, esse te quidem mihi carissimum; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis praeceptisque laetabere.

* *nisi me e medio*] Suaviore positu Gu. tert. *nisi e medio cursu clara me voce.* Impr. Magont. et incert. *nisi me medio,* abiecta praepositione. Paullo post Gu. quint. *aliquando me audires,* omisso *quoque.*

patria revocasset] Vide Philipp. I. c. 2. et seqq. lib. XII. epist. XXV, 9.

* *quoniam his voluminibus*] Goth. *quoniam in his tribus voluminibus profecta ad te est vox mea.*

* *his voluminibus*] Gu. pr. sec. tert. quint. *in his voluminibus*: quart. *in hiis pronominibus* Deinde quint. *profecta ad te.*

* *vox mea est*] Gu. pr. sec. tert. quint. Gruterus, Gron. et Ern. *vox est mea.* Gu. quart. *est vox mea.*

tribues his] Vin. et Ven. pr. *tribues iis,* recte.

* *tribues his*] Gu. pr. impr. incert. Venet. 1498. uterque Lips. ac Lugd. 1527. *tribue his*: Gu. tert. *tribuas his*: quart. *tribues hiis*: impr. Magont. *tribues is.* [*Iis* Bas. Bern. b e, reliqui Orell. *his.*] Deinde omnes scripti Gu. impr. incert. Venet 1498. et uterque Lips. pro *temporis* perperam dederunt *temporibus.*

* *quantum poteris*] Gu. tert. *quantum potes.*

24. * *te hoc scientiae genere*] Pronomen *te* impr. Lugd. 1527. omittit. Mutato verborum ordine Gu. tert. *te hoc genere scientiae.* Idem paullo post *tum ut praesens tecum.*

* *tecum propediem*] Gu. sec. *tecum loquar prope diem.* Etiam Gu. pr. quart. et impr. Magont. divisis vocibus *prope diem* dederunt.

ut spero] Sed non sine magno metu; qui non vanus fuit. Periit enim anno proximo.

25. * *Vale igitur*] Gu. quart. *Vale ergo.*

esse te quidem mihi] Rom. Ven. *te mihi quidem esse*: alii ex vulg. *te quidem mihi esse carissimum*: Goth. *esse te mihi quidem.*

* *esse te quidem mihi*] Gu. tert. particula *quidem* omissa, *te mihi esse*: quart. *te quidem mihi esse*: impr. veteres omnes, quos Facciol. sequitur, *te mihi quidem esse.* Postea nomen *monumentis* Gu. tert. in *ornamentis* corrupit.

fore cariorem] Verbum *fore* non est in Goth.

talibus monumentis praeceptisque] Lamb. invitis libris, *monitis praeceptisque,* quod omnes fere improbant. *Monumenta* sunt libri, paterni amoris testes, quibus *praecepta* filio salutaria continentur.

INDEX I.

RERUM ET VERBORUM ADNOTATIONIBUS EXPLICATORUM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

K.

L.

M.

N.

O.

S.

T.

X.

Y.

INDEX II.

AUCTORUM QUI IN NOTIS VINDICANTUR TENTANTUR EMENDANTUR.
